




COLLEGIUM
SELWYNENSE
CANTABRIGIÆ

HOMERI CARMINA

CVM BREVI ANNOTATIONE

ACCEDVNT

VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES VETERVM GRAMMATICORVM CVM NOSTRAE AETATIS CRITICA

CVRANTE

C. G. HEYNE

TOMVS SEPTIMVS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
LONDINI
APVD I. PAYNE ET MACKINLAY
MDCCCII


VIRTUS VERA NOBILITAS
COLL: TRIN:
CANT:

VARIAE LECTIONES

ET

OBSERVATIONES

IN

ILIADEM

CVRANTE

C. G. HEYNE

VOLVMINIS SECVNDI PARS SECVNDA

LIB. XV—XIX

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
LONDINI
APVD I. PAYNE ET MACKINLAY
MDCCCII

IN ILIADEM
VARIAE LECTIONES
ET
OBSERVATIONES

IN LIBRVM XV. (O) ILIADIS

VARIAE LECTIONES

ET OBSERVATIONES

Liber hic loco non ſatis opportuno, in media pugna, initium habere videtur; poterat iam inde a v. 508 Ξ. noui libri exordium fieri. Sed grammatici, qui Iliadem in rhapſodias diuiſerunt, Ioue e ſomno euigilante ſtatum pugnae iterum mutatum pro rerum cardine habuere. Oυ rhapſodiam inſcriptam fuiſſe, vt E, ει, memorat Euſtath. ex antiquis, vt ſyllaba produceretur, in Ἐπιγραφῇ· οὖ Κρονίδης κεχόλωτο Ποσειδάωνι καὶ Ἥρῃ. quaſi ο ante κρ non produci poſſet. Altera inſcriptio, παλίωξις, reſpicit vſ. primos libri, comparatione facta cum lib. ſuperiore Ξ, 14: hic fugiebant Achiui, nunc fugantur Troiani.

Habeo in hanc rhapſodiam fragmentum Moſcuenſe MStum cum Scholiis, quae nulla alia ſunt quam Veneti codicis B. qui tamen eadem pleniora exhibet.

Notabile et hoc, quod lectio codicis Vrat. d. cum cod. Vindob. CXVII. vbique conuenit. Omnino hoc ſaepe miratus ſum, codices ceteroqui diuerſae ſectae in vno vel altero libro exacte inter ſe conuenire. Scilicet recordandum eſt, multo maiorem numerum codicum vnum tantum vel aliquot libros continuiſſe, e quibus deinde modo ab hoc modo ab illo librario volumen maius plurium rhapſodiarum aut integrae Iliados confectum eſſet.

Ceterum hic liber eſt ex iis, qui inprimis rhapſodorum ſedulitatem eſt expertus. Sunt quoque in eo plures, quam in alia rhapſodia hiatus.

1. διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν. διὰ σκ. pro διέβησαν σκόλοπας monent A. B. Argutantur grammatici ambigentes, ſitne hyperbaton dicendum, nec ne: ap. Euſtath. Refellit eos Hermog. π. μεθόδου δεινότητος c. 14. Bentl. comparat: ἀνά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων (ſup. Z, 511. et O, 268 μετά τ' ἤθεα).

3. οἱ μὲν δὴ — οἱ ἔξω καταλειφθέντες ait Sch. B. ſcilicet οἱ ἡνίοχοι, et tertiam hanc Troianorum partem conſtituit. Male. Nam Troiani, qui pugnauerant, fugientes vbi ad currus extra vallum ſtantes (M, 76 ſq. 82 ſq. cf. Obſſ. ad N, 749 add. ad Ξ, 429.) peruenerant, ſubſtiterunt a fuga.

4. ὑπὸ δείους retineo cum Wolfio et Bentleio, vt lectio cum aliis locis conſentiat. ὑπαὶ tamen vbique inuaſerat locum, (vnde et Heſych. ὑπαὶ δείους, ὑπὸ δέους petiit) etiam in Ven. vbi Sch. A. monet, Tyrannionem ὕπαι ſcripſiſſe pro ὕπαιθα per Apocopen.

Porro ſcriptum fuit ὑπαιδείους (ſimiliter Townl. ſup. K, 376) vna voce, quo ſpectant quae Sch. B. (male deſcriptus) comparat, καταςπείους (Od. I, 330. M, 93) ἐξερέβευς (Jl. Θ, 368) καταμαξιτὸν (Jl. X, 146.). Nec Sch. A. aliter legiſſe videtur, quandoquidem comparat ὑπαπόδα νείατον Ἴδης (Jl. B, 824). Ἰωνικῶς iſta contrahi ait Sch. B. quo iure, haud aſſequor.

Tandem χλωροὶ ὑπαὶ δείους iungenda eſſe, Ariſtarcho quoque placuerat, aliis ὑπαὶ δείους πεφοβημένοι. Sch. A. et Sch. br.

5. χρυσοθρόνου Ἥρης. manifeſtus hic vſus vocis Ἥρη ſine digammo, vt et v. 14. v. Excurſ. II, ad lib. I.

7. Idem verſus ſup. Ξ, 14.

8. μετὰ δέ σφι Ποσειδάωνα ἄνακτα. ⊱ μετὰ δέ σφι ſc. Ἀργείοις quod ad poſterius (Ἀργείους) prius rediit. Addit Sch. B. μετὰ eſſe pro ἐν vt in ἔκδηλος μετὰ πᾶσιν pro ἐν πᾶσιν E, 2.

10. εἴαθ', ὁ δ' ἀργαλέῳ ἔχεθ' ἄσθματι, κῆρ ἀπινύσσων. ⊱ „quod κῆρ plena voce eſt ſcribendum, et tum ἀπινύσσων, τὸ κέαρ ἀπινυτῶν.“ Scilicet Ariſtarchea haec

eſt lectio, quam et Venetus A. habet, et edd. vulgatae vbique exhibent; vt ſit τὸ κῆρ, τὸ κῆρ ἀσύνετος ὤν. Ita conuenit cum illo: δοκέεις δέ μοι οὐκ ἀπινύσσειν Od. E, 342. Z, 258. Aſſentiuntur Aſcalonita, Alexio et fere omnes, et ipſe Schol. A. Apollon. Lex. ἀπινύσσων. ἀπινυτῶν, ἀσωφρονῶν, οὐκ ὢν ἐν ἑαυτῷ. Heſych. κῆρ ἀπινύσσων, παραφρονῶν. Et in ἀπινύσσων. ἀπινύτως ἔχων. οὐ σωφρονῶν. Euſtath. ἀλλοφρονέων, καὶ οὐ πινυτὸς ὤν. Miſcent vbique duo diuerſa: *anima deficere* et *deſipere*. Diſertius Etymol. et Sch. br. De πινύσσειν dictum ſup. Ξ, 249.

At alii verba ſeiunxerant, quos Herodianus redarguerat. Scilicet, vt Sch. A. et Lipſ. narrant, ſcripſere multi κῆρ' (quod eſſet ab ἡ κήρ, *fatum. mors.*) *mortem inſtare putans;* verum ἀπινύσσειν non eſt προςδοκᾷν." Schol. B. Ita grammatici ex contextu vocum ignotarum notiones conſtituere ſolent. Quod mireris, editur quoque κῆρ' ἀ. in Apollon. Lex. in ἀπινύσσων.

ἀπινύσκων Ariſtophanes ſcripſerat, a quo Ariſtarchus diſceſſit.

εἵαθ'. Ariſtarchus legebat εἵαθ' pro ὑπῆρχον, ab εἰμί. Vt ἔνθ' ἄρα οἱ μύλαι εἵατο Od. Υ, 106. At Herodianus defendebat εἵαθ' ab ἕω, καθίζω, περιεκύκλουν, περιεκάθηντο. Sic Sch. B. et A. malunt; hic addit Ariſtarchum etiam Il. Ω, 83. 84 praeferre: ἀμφὶ δέ τ' ἄλλαι εἵαθ' ὁμηγερέες. ἧντο. vt Γ, 153 ἕατο, H, 414 εἵατο, vt h. l. et Od. Υ, 106. At εἵατο. ἐκαθέζοντο. Heſych.

ἔχετο. Sch. B. συνέχυτο. immo συνείχετο. ἄσθματι. φυσήματι. τῷ συνέχοντι πνεύματι Heſych. ad h. l. vt Sch. B. et br. Verbo ἤσθμαινε. vt bene Euſtath. quod Virgilius: *Creber anhelitus artus aridaque ora quatit.*

11. ,,quod αἷμ' ἐμέων contra lectionem αἷμ' ἀπέμασσεν (Ξ, 437) memorari poteſt." Schol. A.

ἐπεὶ οὔ μιν ἀφαυρότατος βάλ' Ἀχαιῶν. οὐκ ἀφαυρότατος, pro contrario ἰσχυρότατος. Od. P, 415 οὐ γάρ μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν ἔμμεναι ἀλλ' ὤριστος. Sch. A. Similia Hermogenes π. μεθόδου δεινότητος c. 37. Schema

obſeruatum ſexcenties, vt iam A, 330 οὐδ' ἄρα τώ γε ἰδὼν γήθησεν 'Αχιλλεύς. — ἀφαυρότερος Townl. Vrat. b. A. vt in his ſuperlatiuis plerumque fit, vt ii cum comparatiuis varient.

13. δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδὼν — Inepta eſt ζήτησις in Sch. B. cur κεστὸς nunc nullam vim ad placandum Iovem habeat.

14. ἦ μάλα δὴ κακότεχνος, ἀμήχανε, σὸς δόλος Ἥρη. ⊱ quod ἀμήχανος eſt et μὴ δυναμένη μηχανὴν εὑρεῖν et πρὸς ἣν οὐκ ἔστι μηχανήσασθαι. Hoc altero ſenſu accipiunt vocem h. l. Sch. A. et B. vt K, 167 σὺ δ' ἀμήχανος ἐσσί, γεραιέ. Eſt adeo ἀμήχανον τὸ ἄπορον, vt Θ, 130 ἀμήχανα ἔργα γένοντο. — Etiam Apollon. Lex. ἀμήχανε, ἀπροςμήχανε, hemiſtichio laudato. Euſtath. δυςκατέργαστον reddit. Heſych. ἀπροςμάχητε. Apud eundem in princ. per κακομήχανος exponitur, ſaltem ad ſenſum non male. πανοῦργε Sch. br. Nimis in etymologia haerent plerique: add. Euſtath. multis locis. Eſt *indomita, peruicax*, Iuno. Neſtor K, 167 eſt *inuictus labore*, et Achilles peruicax in reiiciendis precibus, implacabilis, Π, 29.

δόλος κακότεχνος, ἐπὶ κακῷ τεχνηθεὶς Sch. A. idem miro modo iungere iubet μάλα ἀμήχανε.

15. Ἕκτορα δῖον ἔπαυσε μάχης. ⊱ quod ipſe Iupiter Hectorem δῖον appellat: οὐχ ὑπόπτευον οὖν (ſcr. ὑποπτευτέον. *Non itaque in ſuſpicionem adducendus locus*) τὰ ἐν 'Οδυσσείᾳ· πῶς ἂν ἔπειτ' 'Οδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην." Sch. A.

16. κακοῤῥαφίης. κακομηχανίας Sch. B. et Heſych. κακοσυνθεσίας. κακοβουλίας Sch. br. Notum ῥάπτειν κακά. vt Od. Γ, 118 et al. Simile μῆτιν ὑφαίνειν. cf. Euſtath.

17. πρώτη ἐπαύρηαι, καί σε πληγῇσιν ἱμάσσω. πρώτη, προτέρα, ante Neptunum et Achiuos. Sch. A. πρώτη. et ſupraſcr. πρῶτον Harl. ἐπαύρηαι. ſic per η eſſe ſcribendum et in antepenultima acuendum, vt ἀφίκηαι. ὄληαι Γ, 417. Sch. A. B. (ſc. ne quis ab ἐπαυρέομαι, vel — ἀο-

μαι ducat) Etymol. in ἐπαυρῶ, verſu laudato, ἀντὶ τοῦ, ἐπιψαύσῃ. ἀπολαύσῃ. (vt Sch. br.) cf. eund. in ὄληαι.

ἱμάσσω, proprie. ἱμάντι πλήξω. (add. Heſych. μαστίξω Sch. br.) tropice, pro κεραυνώσω. μάστιγα Διὸς appellat fulmen, vt M, 37 Διὸς μάστιγι δαμέντες. pro Φόβῳ τῆς χθιζῆς κεραυνοβολίας. Similia alia habet Euſtath.

18. ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε τ' ἐκρέμω — ⊱ μέμνῃ, διὰ τοῦ ῃ, μέμνῃ, εἶχον πᾶσαι Sch. A. (nec tamen ſatis conſtat μέμνη (pro μέμνηαι) an μέμνῃ) quid igitur alii? an μέμνεαι? an μέμνησ'? vt in Phurnuto expreſſum c. 17.

ὅτ' ἐκρέμω Lipſ. Cant. putes ſic conſulere voluiſſe metro; cum non viderent ἦ οὐ vna ſyllaba pronuntiari, ἦὐ. ſed eſt mera incuria librarii. ἐκρέμασο, ἐκρέμαο, ἐκρέμω. Etymol. h. v. ὅτε τ' ἐκρ. *quando vtique. quando nimirum.* Clarke. idem in ſono verborum pendentem deam videre ſibi viſus eſt: Sane quam argute! — ὅτε τε κρέμω malebat Bentl. ſcil. vt Ionicum eſſet.

In Schol. B. et ex parte in Sch. br. inſertum eſt Scholion Porphyrii, qui τὴν κοσμικὴν Φύσιν ab Homero expreſſam putat; dicere debebat, e poetis coſmologicis fabulas ductas eſſe, quas poeta hic in vſum ſuum ſine vllo κοσμικῆς τάξεως reſpectu transfert. Si enim rem paullo curatius animo euolueris, probabilius fit, iam ab initio poetam viſum aliquod coſmologicum ita expreſſiſſe quam id, quod per ſe abſurdum fuiſſet, ad placitum philoſophicum aliquando traduxiſſe. Alia ac diuerſa opera fuit ſeriorum, ad allegorias iſta reuocantium. Sequitur locus *Heracliti* (ita h. l. ſcribitur) de Alleg. Hom. c. 40. 41. tandem ipſe Sch. A. ἀλληγορεῖ, quae et in Schol. br. habentur et ex iis in Euſtathio. Nec minus in allegoria occupatus eſt Phurnut. c. 17. de Homer. poeſi c. 11. Scilicet eſt hic locus inter eos, in quibus impietate dictorum de diis permoti philoſophi exercuerunt ſtudia iam inde a Xenophane: vid. ap. Sext. Empir. p. 280 et al. Mythum, vt mythum, expoſuerat Hellanicus in libro Διὸς πολυτυχία inſcripto; ſi fides habenda eſt Fulgentio in Mythol. 1, 2. Quaeri poteſt: num ille iam ab initio al-

legoricum ſenſum habuerit, an hic ſerius acceſſerit. Allegoricum vtique non habuit; verum, vt iam a primo inde vſu ſymbolicum quid mythum habuiſſe ſtatuas, movere poteſt, quod alioqui non apparet, quomodo hoc cuiquam in mentem venire potuerit, vt narraret duas incudes pedibus Iunonis eſſe appenſas. At ſi ſecundum ea, quae antiquitus tradita tenemus, iam olim fuiſſe ponas poetas coſmogonicos, qui atmoſphaeram ſeu aerem inferiorem per Iunonem, vt aetherem per Iouem, declaraverant: cum terram et mare inferiorem locum tenere, apta tamen et nexa dicere vellent ex ſuperioribus elementis eſſe inferiora: facile ii eo deuenire potuerunt, vt Iunonem inter aetherem et terram ac mare pendentem ſibi animo fingerent, et terram ac mare per duo pondera, pedibus deae appenſa, declararent. Fabulam autem ex carmine antiquiore repeti, ex ipſis poetae verbis apparet. Scilicet fuit Heraclea Jliade antiquior, in qua praeter ſuperius Ξ, 249 et alibi narrata, memoratum erat, Iouem caſtigaſſe Iunonem, quae Herculem Troia reducem tempeſtate graui oppreſſerat, vt naue fracta vix Con incolumis enataret; porro, cum aliis in locis ſaepe monitum ſit, Homerum antiquos mythos ſymbolicos in res geſtas mutaſſe, apparet iam ante Homerum alios poetas hoc idem tentaſſe; nam Heracleae auctor Iunonem ſuſpenſam in aere pependiſſe, tanquam verum euentum, memorauerat.

Vt vero in ſupplicii genus, quod nobis tam inſolens eſſe videtur, incideret vetus poeta, tenendum eſt, quod Koeppen noſter iam viderat, in vſu hoc ſupplicium fuiſſe, ſuſpendere aliquem e columna, manibus religatis, ita vt ſublimis ille penderet, nec pedibus terram attingeret; proceſſum poſtea inde eſt ad crucis ſupplicium. Ita Prometheum punitum Heſiodus narrat Theog. 521. 522 *δῆσε δ' ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον, δεσμοῖς ἀργαλέοισι μέσον διὰ κίον' ἐλάσσας* h. e. *ἐλάτας τοὺς δεσμοὺς διὰ μέσον κίονα*, adigens, religans vincula, circa medium palum, vt alligatus inde penderet. Et Heſiodi Homeri-

que animas, propter mythorum de diis narratorum impietatem, in inferis ita puniri, ediderat Pythagoras, ap. Diog. Laert. ex Hieronymo, lib. VIII, 21. τὴν μὲν Ἡσιόδου ψυχὴν πρὸς κίονι χαλκέῳ δεδεμένην, τὴν δὲ Ὁμήρου κρεμαμένην ἀπὸ δένδρου. (Licetne suspicari, ductum hinc esse phantasma de suspensis in aere Manibus apud Maronem: *aliae panduntur inanes suspensae ad ventos.*) Vt tanto atrocius supplicium esset, pedibus alligata fuere pondera saxorum seu ferri massae, vti incudes h. l. aliis μύδρους. Habet similitudinem poena de Melanthio sumta Odyss. X, 173 sqq.

19. ἄκμονας ἧκα δύω. ⸎ „quod in h. l. et sup. A, 587 sq. absoluit poeta fabulam de Vulcani casu et Iunonis vinculis" Sch. A. Et comparatione vtriusque loci et Ξ, 249 sq. patet, vtrumque in Herculis nauigatione a Troia locum habuisse.

21. ἐκρέμω, ἠλάστεον δὲ θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον. ⸎ „quod μακρὸν Ὄλυμπον tanquam montem vocat; at si οὐρανὸν, appellat εὐρύν. οὐρανὸν εὐρύν." Sch. A. (hoc, puto, metrum suadebat; non vocis vis.)

ἠλάστεον. ἄλαστα εἶναι ταῦτα ἔφασκον. (vt et Eustath. et alii) ἢ ἐταράσσαντο περὶ (leg. παρὰ) τὴν ἄλην noua etymologia! Sch. B. At per ὠργίζοντο exponit Apollon. Lex. ἐχαλέπαινον, ἐδεινοπάθουν, Hesych. συνήλγουν addunt Sch. br. quod diuersum est ab ira, vt et σχετλιάζειν. Ad iram manifeste adhibuit Apollon. Arg. III, 369 Φῆ δ' ἐπαλαστήσας, μενέαινε δὲ παισὶ μάλιστα χ. Vox iam supra lecta M, 163 ad quem vide. γρ. ἠλάστευν. Barnes.

22. λῦσαι δ' οὐκ ἐδύναντο παρασταδόν. ὃν δὲ λάβοιμι. παρασταδὸν ad anteced. et ad seqq. referri potest. Sch. A. λῦσαι δ' οὐκ ἐδύναντο παραστάντες. ὃν δὲ λάβοιμι, δῆλον ὅτι παριστάμενον ἢ λύοντα. παρασταδὸν ὃν δὲ λάβοιμι Sch. B. cum Sch. br. iungit, παριστάμενον. poterat quoque sic accipi ὃν λάβοιμι παραστὰς sc. αὐτῷ. De ipso Vulcano hoc esse accipiendum, monent Sch. br.

23. ῥίπτασκον τεταγὼν — ξ. „quod iisdem fere verbis vſus eſt altero loco; puta A, 591—3“ Sch. A. Adde ῥιπτάζων ſup. Ξ, 257.

τεταγὼν vidimus A, 591. idem, puto, quod μάρψας, λαβόμενος ex τάω, τάζω, τετάγω.

24. ὀλιγηπελέων. ὀλίγον ἔχων τὸ πέλειν. Sch. B. vt parum vitae ineſſet. Apollon. Lex. minus commode οὐδὲν δυνάμενος, quod forte inf. ad 245 ſpectat. Eadem Heſych. et addit ἀσθενὴς, ἄτονος. vbi cf. Not. Conuenit, quod inf. 246 videbimus, ὀλιγοδρανέω. ὀλίγον ἰσχύων. ἐξησθενηκώς. vt Etymol. explanat; qui alio loco p. 179, 41 laudat ὀλιγηπελὲς ex Oppiano Hal. 767. 8. ὀλιγοψυχῶν Sch. br. addunt. Ap. Hippocratem eſt νηπελεῖν, pro ἀδυνατεῖν, vt Galenus explicat in Gloſſis.

24. ἐμὲ δ' οὐδ' ὣς θυμὸν ἀνίει Ἀζηχὴς ὀδύνη. non dubitaui h. l. alteram lectionem recipere, non modo tanquam doctiorem et ἀκριβεστέραν, verum et antiquitate et auctoritate potiorem. Vulgo lectum: ἐμὲ δ' οὐδ' ὣς θυμὸς ἀνῆκεν ἀζηχὴς ὀδύνῃ. ita θυμὸς ἀζηχὴς ὀδύνῃ eſſet, parum commode; vel ὀδύνῃ, pro διὰ ὀδύνης, ira grauis propter, ex dolore propter Herculem. Altera lectio eſt: ὀδύνη ἀζηχὴς οὐκ ἀνῆκεν ἐμὲ (κατὰ) θυμόν. Diſerte de hac lectione agit Euſtath. ex antiquo Scholio. Lectio eſt Ariſtarchea, et extat in vtroque Veneto, Lipſ. a m. pr. Vat. Harlei. Moſc. receperat eam iam Barnes ex Euſtathio; iterum expulerat Clarke. Norant vtramque Schol. A. B. Lipſ. at hi adiiciunt: ἄμεινον δὲ θυμὸν γράφειν.

ἀνίει. ἂν ἵει vitium cod. Veneti, ἀνίῃ Townl. ἀνήει vn. Vindob. ἀνῄει Cant. Vrat. d. et hoc Barnes malebat, ſollicitus de media ſyllaba; quem refellit Clarke. Actum de his iam ſup. ad VI, 525.

25. ἀζηχὴς ὀδύνη. ἀζηχὲς vidimus ſup. Δ, 435. quod iam veteres tanquam obſoletum ex etymologia vel ex verborum contexto interpretati ſunt. Ita et h. l. reddunt per ἀδιάλειπτος, *peruicax ira*. Schol. B. σκληρά. praeſtare videtur, ſi iram *vehementem*, *grauem*, acceperis. Fuiſſe ἀζηχὴς dixi inter verba, quae a peculiari

ad generalem notionem vſu transierant, vt eſſet: *magnus, multus.*

26. τὸν σὺ ξὺν Βορέῃ ἀνέμῳ πεπιθοῦσα θυέλλας. Dubitat Schol. B. et ex antiquioribus Euſtathius, ſitne ſententia: Iunonem, ſociata cum Borea opera, mouiſſe procellas, an, Iunonem permouiſſe procellas cum Borea; praeferunt illi poſterius. Certe Hercules ἐμνησικάκει τῷ Βορέᾳ, et eius filios interfecit in inſula Teno: Schol. Apollonii Arg. I, 1300. qui h. v. laudat. Apollod. III, 15, 2. v. Not. ad e. l. p. 856. Inuerſe rem exponit Euſtath. p. 1003, 57.

ἀνέμων πεπιθοῦσα θυέλλας mſ. Mori, nec male hoc. Sunt Θύελλαι h. l. perſonae, vt Ἄνεμοι alibi.

27. πέμψας ἐπ' ἀτρύγετον πόντον. Memorabile eſt, quod Schol. A. adſcripſit: Ζηνόδοτος οὐδὲ ὅλως τὴν κόλασιν τῆς Ἥρας γράφει. Obſcurum eſt, omiſeritne ille locum totum iudicio ſuo de indignitate rei, an quia in ſuis libris non inuenerat.

ἀτρύγετον. Hic demum de hac voce agunt grammatici A. B. Euſtath. Eam tamen vidimus iam A, 316 et al.

πόντον alii Myrtoum, alii Aegaeum intellexere; ex ipſa re; οἱ δὲ ὑπὲρ τὴν εὔκρατον θάλασσαν (expoſuerunt ἀτρύγετον *tranquillum* mare; niſi fuit ἄκαρπον) τινὲς δέ φασιν, ἐπὶ Παλλήνην (Theſſaliae) κατὰ Γιγάντων ἀπιόντα Ἡρακλέα πλανηθῆναι. Illuſtrat haec Apollod. II, 7, 1. Parauerat iter aduerſus Gigantes a Troia ſoluens; idque iter repetiit a Co inſula profectus.

28. Κόωνδ' Lipſ. Κόων ſine δ'. Eſt Κόωνδ' etiam in Schol. Pindari N. IV, 40.

29. τὸν μὲν ἐγὼ ἔνθεν ῥυσάμην καὶ ἀνήγαγον αὖτις. Pro ἔνθεν Cant. αὖτις. Vrat. αὖθις. atqui αὖτις in fine verſus appoſitum eſt.

ῥυσάμην. vix ab Homero profectum eſſe poteſt. Cum prior ſyllaba correpta ſit, non niſi ab ἐρύω (ϝερυω) *traho*, ductum eſſe poteſt. Videtur tamen h. l. poſitum eſſe notione τοῦ *ſeruaui*, ita vero ῥυ eſt producta. v. de

his Excurſ. IV. ad lib. I. Bentl. coniiciebat *ῥυόμην*, vt hoc disſyllabum haberetur; ſuſpicor fuiſſe *ῥύμην*, pro *ἐρύμην*, quod alibi *ἐῤῥόμην* eſt.

30. *Ἄργος ἐς ἱππόβοτον.* Memorat Euſtathius, poſt hunc verſum nonnullos adſcripſiſſe hos verſus:

πρίν γ' ὅτε δή σ' ἀπέλυσα ποδῶν, (leg. *πεδῶν vinculis*) *μύδρους δ' ἐνὶ Τροίῃ*
κάββαλον, ὄφρα πέλοιτο (f. *πέλοιντο*) *καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.*

καὶ δείκνυνται, φασιν, ὑπὸ τῶν περιηγητῶν οἱ τοιοῦτοι μύδροι. Locus poſtea dictus *Ἄτης λόφος.* cuius origo alia eſt apud Apollodor. III, 12, 3.

31. *ἵν' ἀπολλήξῃς ἀπατάων.* Schol. A. „*ἀπολλήξεις, αἱ Ἀριστάρχου.*" deſeruit igitur is antiquiorem ſcripturam ſimplici λ. quae occurrit quoque in Barocc. Vrat. A. Lipſ.

τῶν σ' αὖτις μνήσω. Excidit *σ'* Cant.

32. *ὄφρα ἴδῃς, ἥν τοι χραίσμῃ φιλότης τε καὶ εὐνή.* Quod legebatur *ὄφρ' εἰδῇς,* peccabat in regulas digammi: de quo iam monitum ad Θ, (VIII) 406. et A, 203. *ὄφρα ἴδῃς* vidimus iam N, 449. et legitur nunc h. l. in Mori. Towml. Ven. fragm. Moſc. Vrat. d. et ap. Euſtath. Editur quoque ſic ap. Plutarch. de aud. poet. p. 20 B. *ὄφρα ἴδῃ'* (pro *ἴδηαι*) Barnes ex Exc. mſ. memorat; eſtque hoc frequentius in Homericis, vt *ἴδωμαι. ἰδέσθαι. ὄφρα ἴδοι.* Lipſ.

ἥν τι Euſtath.

33. *ἣν ἐμίγης ἐλθοῦσα* Sch. A. „Verſus nec apud Zenodotum, nec apud Ariſtophanem erat; et eo carere poſſumus." Recte vtique: eſt vnus ex iis verſibus, quos ad ſupplendam ſententiae partem, quae per ſe intelligi poterat, ſubiunxere rhapſodi. Habet tamen verſum Plutarch. de aud. poet. l. c. qui omnino interpolatius exemplar habuit.

35. *Φωνήσασ' ἔπεα.* peccat ſcriptura; fuit haud dubie *Φωνησασα ϝεπεα*, vt legatur contracte *ϝεπη.* Monuit quoque Bentl.

36. Ἴστω νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς — καὶ Στυγὸς ὕδωρ. Morem per *tria elementa* iurandi hinc effinxit Schol. B. Leid. et ex antiquis Euftath. Melius dixeris, effe tria regna, Caelum, Terram, Haden, vna cum diis ea inhabitantibus. Pro Hade Styx in iureiurando plerumque memoratur, vt Ξ, 271. vt et alibi Stygia aqua poetis pro Orco: vt Jl. Θ, 369 Hercules effugit Στυγὸς ὕδατος αἰπὰ ῥέεθρα. h. Orcum. Aliis modis variatur in iureiurando ac precibus alibi vt Γ, 276 fqq. vidimus.

Repetuntur hi tres verfus 36. 37. 38. in Odyff. E, 184. 5. 6. et excitantur ap. Paufan. VIII, 18. p. 645 (qui male ad Stygem Arcadiae reuocat) et ap. Cyrillum in Iulian. X, p. 338 E. In fine ὕπερθε fcripfi grammatica auctoritate et e fragm. Mofc.

37. ὅς τε μέγιστος. Barnes: „γρ. ὅττι apud Euftathium.“ Vides morem viri in effingenda varietate lectionis. Ait Euftathius tantum haec: potuiffe Homerum quoque fcribere: ὅ, τι fc. ὕδωρ. Legitur ὅς τε vbique, etiam excitato verfu in Schol. Pindari Ol. VII, 119.

38. δεινότατος. σεβάσμιος. vt δεινή τε καὶ αἰδοίη θεὸς ἔνδον. inf. Σ, 394. Schol. B. pro πέλει, πέλεται vn. Vindob.

39. λέχος κουρίδιον, in quo habetur ἄλοχος κουριδίη, cum virgo ducta effet. Laudat verfum Hefych. in νωΐτερον. ἡμῶν τῶν δύω. ἡμέτερον. et comparat locum Schol. Sophocl. Ai. 491. cum verfu: πρὸς — εὐνῆς τε τῆς σῆς, ᾗ συνηλλάχθης ἐμοί.

41. μὴ δι' ἐμὴν ἰότητα. ⸖ „quod ad aliam rem, quam de qua agebatur, teftandam, iusiurandum transfert: cum de eo quaereretur, quod fraudulenter Iouem fopierat, vt Neptunus Troianis adeffet, vtque Achiuorum pugna reftitueretur.“ Sch. A. Notatur quoque, quod copula abeft, vt in iureiurando fieri follenne eft; nec per quartum cafum cum infinitiuo eloquitur rem poeta: pro ὅτι οὐ δι' ἐμὴν βουλὴν βλάπτει Ποσειδῶν. De quo v. ad T, 261.

42. τοῖσι δ' ἀρήγει. debebat antecedere, τοὺς μὲν πημαίνει. pro hoc diserte Τρῶας memorauit. Hoc est quod Ernesti contra Eustathii argutias monuit. Versus sequens 43 aberat a fragm. Mosc.; suspicor errore oculi in ἀρήγει. ἀνώγει.

44. τειρομένους δ' ἐπὶ νηυσὶν ἰδὼν ἐλέησεν Ἀχαιούς. „τειρομένους. Aristophanes, Massiliensis, Argolica κτεινομένους. estique hoc ἐμφατικώτερον, et miserationem facere poterat et ad excusandum Neptunum vim habere." Ex Heracleone Sch. A. B. Vixit adeo ille iis temporibus, quibus illa exemplaria supererant? an ab antiquioribus petiit? Ex Massaliotica Eustathius quoque κτεινομένους memorat; habuit ergo antiquiores in manibus. In τ. δ' ἐπὶ ν. est δὲ pro γάρ.

45. καὶ κείνῳ Ven. A. B. Cant. Harl. fragm. Mosc. et sic Aristarchum legere monet Sch. A. haud dubie antiquius, quam quod serius intulerant κἀκείνῳ.

46. τῇ ἴμεν ᾗ κεν δή συ — ἡγεμονεύεις. h. e. ἐν παντί σοι ἡγεμόνι χρῆσθαι" Sch. B. προαίρεσιν καὶ γνώμην ὁμοίαν σοι ἔχειν Sch. br.

ᾗ κεν δή, *quocunque demum* Clarke.

ἡγεμονεύοις in edd. vulgatis intulerat Ald. 2. cum tamen ἡγεμονεύεις lectum esset in ed. Flor. Ald. 1. et ed. Rom. hoc idem exhibent boni codd. Barocc. Cant. Vat. Townl. Lipſ. Ven. b. Vrat. b. d. A. duo Vindob. cum Schol. Aristoph. Acharn. 203. et Suidas in τῇ pro ἐνταῦθα. ἡγεμονεύῃς legitur in Ven. A. Harlei. fragm. Mosc. quae lectio et ipsa ferri potest.

47. μείδησε nihil aliud quam exhilaratum Iouem declarat, supercilium remisisse. Argutatur alia Sch. B.

48. καί μιν ἀμειβόμενος. Pro hoc καί μιν φωνήσας Vrat. b.

49. εἰ μὲν δὴ σύ γ' ἔπειτα. „ἔπειτα abundare" ait Sch. A. at Sch. B. esse ἐκ παραλλήλου positum cum δή, vt δή τοτ' ἔπειτα Od. E, 391. eo loco nunc legitur καὶ ἔπειτα. vt et Od. M, 400. εἰ μὲν δή συ. „*siquidem tu reuera*" Clarke.

βοῶπις πότνια Ἥρη. Ven. vterque exhibet βοῶπι. at Sch. Ven. A. Ariſtophanis lectionem ait eſſe βοῶπις. καί ἐστιν εὐφραδέστερον. Adde, quod nec ſine metri vitio βοῶπι legi poteſt.

50. ἶσον ἐμοὶ φρονέουσα μετ' ἀθανάτοισι καθίζοις. (Excidit Scholion, quod fuit forte idem ac Schol. B. ἶσον ἐμοὶ φρονέουσα, ἀντὶ τοῦ, ὁμοφρονοῦσα καὶ τ' αὐτὸ βουλομένη). Porro pro καθίζοις, quod eſt pro εἴης, ductum a conſeſſu deorum, memorat Sch. A. ἐν τοῖς εἰκαιοτέροις (in vulgaribus) μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι. Etiam καθίζεις Barocc. Townl.

51. τῷ κε Ποσειδάων γε, καὶ εἰ μάλα βούλεται ἄλλῃ. τῷ pro ὁμοίως nunc dictum eſſe ait Sch. B. immo vero eſt *ita*. ἐν τούτῳ ἄρα.

γε abeſt ab Harl. et Townl. Suſpicatur Bentl. fuiſſe εἰ καὶ —

52. αἶψα μεταστρέψειε νόον, μετὰ σὸν καὶ ἐμὸν κῆρ. νόον μετὰ σὸν poſſe iungi ait Sch. A. cum Sch. br. minus ſcite. μετὰ σὸν καὶ ἐμὸν κῆρ, ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τὰ ὑπό σου καὶ ἐμοῦ πραττόμενα καὶ νοούμενα Sch. B. ἐπὶ τὸ σοὶ καὶ ἐμοὶ ἀρέσκον Sch. br.

53. ἐτεόν γε. Sch. A. „notat eſſe etiam Ariſtophaneam lectionem.“ Scilicet in aliis γε abfuit.

54. καὶ δεῦρο κάλεσσον. ἐν ἄλλῳ. κέλευσον.

56—78. Verſus XXII. (in Schol. Lipſ. XX. vitioſe κω in Schol. Ven.) ἀθετοῦνται, etiam ab Ariſtophane; tum ab Ariſtarcho; librorum auctoritas laudatur nulla; at cauſſae memorantur aliae in Sch. A. et B. et Lipſ. qui Sch. B. redhibet, et ex antiquis in Euſtathio, qui cum Sch. A. conuenit, quas breuiſſimis verbis excutere aequum eſt: I. ſunt, inquiunt, verſus otioſi, nec narrant, niſi quod in ſequentibus exponetur.“ (Contra quae dicas: arte quadam vſum poetam nunc ea, quae paullo obſcurius adhuc innuerat, nunc apertius declarare conſilia: cf. ſup. Not. ad A, 5.) II. quod verſus ſunt exiles, κατὰ τὴν σύνθεσιν εὐτελεῖς. III. quod duobus poſitis non ad poſterius, vt ſolet, ſed ad prius redit v. 56. poſt Iri,

dem et Apollinem memoratos ὄφρ' ἢ μὲν" (nugax obſeruatio, centies repetita; nam vtrumque paſſim occurrit.) IIII. falſo ſunt dicta vſ. 63 Φεύγοντες δ' ἐν νηυσὶ πολυκλήϊσι πέσωσι Πηλείδεω Ἀχιλῆος, nam ad Achillis naues fugientes Achiui non peruenerunt; falſum quoque quod ſequitur: ὁ δ' ἀνστήσει ὃν ἑταῖρον Πάτροκλον, nam eum Achilles non excitauit, nec auctor ei fuit vt in pugnam exiret. (verum tamen victus Patrocli precibus Achilles amicum armis inſtruxit, et, cum nauem iam ardere vidiſſet, vt is feſtinaret, cohortatus eſt Π, 126 ὄρσεο —) Nec πέσωσι recte dictum: nam ἐμπεσεῖν Homero eſt ἐνσεῖσαι. vt: ἔφαντο γὰρ οὐκέτ' Ἀχαιοὺς σχήσεσθ' ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσ' ἐμπεσέεσθαι. (M, 125. 126)" (Habuit forte in animo grammaticus locum inf. O, 624 ἐν δ' ἔπεσ', ὡς ὅτε κῦμα θοῇ ἐν νηΐ πέσῃσι aut alium ſimilem. Obſeruatio tamen eſt futilis: nam ἐμπεσεῖν νηυσὶν et ἐμπεσεῖσθαι *irruere in naues* de adorientibus et de fugientibus promiſcue dicitur: B, 175. Λ, 311. M, 107. 126 et al. διχῶς λέγεται· δηλοῖ γὰρ καὶ τὸ νικητικῶς προςβαλεῖν, καὶ τὸ ἀγεννῶς πεσεῖν (εἰςπεσεῖν) ap. Euſtath. p. 1006, 28. Sed aliud eſt, quod poterant memorare: in *naues ſuas* irruebant Achiui vt mari fugerent; non, vt in Achillis caſtra ſe reciperent; etſi et hoc quodammodo, etſi improprie, dici potuit: v. Not. ad 63.) V. non παλίωξις (v. 69) nude pro φυγὴ ponitur, ſed de fuga eorum, qui hoſtem antea in fugam verterant. cf. M, 71. (Eſt tamen et h. l. ἐκ μεταβολῆς φυγὴ τῶν διωκόντων. vt inf. O, 601.) VI. quod Ἴλιον neutro genere dixit: Ἴλιον εὐρὺ ἕλοιεν. 71. cum vbique in Homero ſit ἡ Ἴλιος. (hoc monitum eſt grauiſſimum, et veſtigium manifeſtum ſerioris aeui, niſi alia medela afferri poſſet.) Tandem VII. quod v. 77 Achillem πτολίπορθον appellauit, quod nusquam Achillis eſt epitheton, (ſcilicet, quia non interfuit excidio Troiae; ſed eſt πτολίπορθος Ὀδυσσεύς. Ariſtarcheum hoc iudicium fuiſſe nota res eſt. Atqui Achillem πτολίπορθον legimus quoque Jl. Θ, 372. Φ, 550 et Ω, 108. nec ratione caret, quandoquidem Achilles tot vrbes in conti-

nenti et alias in insulis expugnauerat: v. I, 328 seqq.)

Rationes aliae in Schol. B. occurrunt hae: quod Iunoni haec oratio debuit esse ingrata; si v. 67. decreverat Iupiter Sarpedonis caedem, quorsum ille lamentatur? (Π, 433 sq.) et male memoratur fuga Achiuorum post Hectoris caedem ab Achille factam; (ἀφ' οὗ γὰρ Ἀχιλλεὺς ἐξῆλθεν, οὐκ ἐτράπησαν Ἀχαιοί. scil. ita, vt Troianis repressis iterum fieri potuisset παλίωξις. Nisi voluit puto Τρῶες scribere ex v. 69. et hoc dicere: Troianos iam *ante* caedem Hectoris a nauibus fuisse fugatos a Patroclo: et haec est inter grauissimas reprehensiones) tum quod Ἀθηναίης διὰ βουλὰς Ilium ait esse captum; cum Iuno potius esset memoranda. Adduntur inde in Schol. B. nonnulla, quibus eleuantur vna et altera reprehensio: interposita interdum responsione; „dici posse, esse figuram, quae dicitur προανακεφαλαίωσις, qua futura breuiter praemonentur, vti Vlysses Telemacho caedem procorum exponit, antequam facta esset (Od. Π, 258 sqq.) Nil tamen esse simile; (οὐδὲν ἴσοι f. ἴσον.) et esse ea quae acta sint, non praemonstrantur, sed statim narratione exponenda; — porro, si Iunoni nunc ingrata sunt, poterant ei iucunda esse propter ea, quae aliquando euentura erant, vt Troia euerteretur 70. 71. porro πεσεῖν εἰς τὰς ναῦς, dictum esse ἀντὶ τοῦ, δεηθῆναι Ἀχιλλέως, (vt sit *supplicem fieri* scil. vt succurrat Achilles Achiuis, quod ille sperauerat fore Λ, 608 Νῦν ὀΐω.) vt ἐνέπεσεν εἰς τὰς χεῖράς σου. (hoc non esset ἐμπεσεῖν sed προςπεσεῖν. προςπίπτειν τοῖς γούνασι. Aliud est de iis qui confugiunt et se recipiunt aliquo: Z, 81 πρὶν αὖτ' ἐν χερσὶ γυναικῶν φεύγοντας πεσέειν et vt Venus ἐνέπιπτε γούνασι Διώνης E, 370) — quod Sarpedonem miseratur, eo spectat, quod ante Troiam occubiturus sit, non in patria — quid ni post Achillis mortem fugae fieri potuere? — Mineruae βουλαὶ bene memorantur, quia eius consilio Epeus equum fabricauit — Praeterea auditorem consolatur, quis enim hoc tolerare potuisset, si Achiuorum

cladem et Aiacis fugam mox accepturus erat, nisi ille iam antea resciuisset, Troiam iri euersum. (εἰ μὴ ἀπείχετο ταῖς ψυχαῖς (leg. ἀπέκειτο, nisi animo insedisset hoc ita fore.) Hactenus Sch. B. et Schol. fragm. Mosc. quae Apioni et Herodoro aut deberi aut communia fuisse colligo ex Eustathio p. 1005, 62. — Apud Eustath. excusatio ita constituitur, nisi Troiani prohibiti fuissent, potuisse vtique fieri id, vt fugerent Achiui vsque ad Achillis castra; et porro Achillem, dum Patroclum ipse armauit bene posse dici ἀναστήσειν eum — quod Ἴλιον αἰπὺ dixit esse inter ἅπαξ λεγόμενα, cuius generis sunt plura in Homero — quod πτολίπορθος Achilles, non ad Troiae excidium spectare, sed ad XXIII vrbes quas expugnasse narratur.

Ex his apparet, rationes criticas ex auctoritate exemplarium aut fide et fama prisca non memorari; laudari tantum argumenta a iudicio virorum doctorum petita: quid Homero dignum indignumue iudicauerint; ex his autem pleraque esse leuissima. Rem omnem ad liquidum perduci posse haud credo, cum tot alia sint exempla et praedictionis rerum aliquando narrandarum et repetitionis eorum, quae iam narrata sunt, critices autem seueritas retundatur memorata simplicitate et facundia interdum nimis copiosa. Summa rei, vt Iouis consilium in rebus ad dignitatem Achillis restituendam attemperandis apertius quam ante exponeretur, conuenit cum ceteris locis, A, 5. et saepe de hoc monitum est. Nec tamen totum locum interpolationis vitio carere certum est, nec interpolationem ab vno auctore profectam esse. Vsque ad vs. 62 versus Homericos esse haud ambigo; quae inde sequuntur, a vs. 63 alia post alia accessisse videntur, ducta primo loco ex vss. O, 593 sqq. quae si comparaueris facile eundem mecum sensum habebis. Conf. ad singulos versus dicta.

Cum haec olim scripsissem, monitus sum Jigenium V. C. commentatione iusta hunc locum tractasse. Est ea Disquisitionum Actionis principis in Jliade Pars III. Occupatus ille est in refellendis argumentis grammaticorum,

58. παυσάμενον πολέμοιο. Eustath. et Rom. παυσαμένην, vt iungatur cum Ποσειδάωνι.

60. λελάθῃ τ' ὀδυνάων. transitiue, εἰς λήθην ἀγάγοι. quod non caret analogia; alioqui subintelligendum esset, Ἕκτωρ δὲ λελάθῃ ὁ. Fragm. Moscov. et vn. Vindob. λελάθοι.

62. αὖτις ἀποστρέψῃσι. αὖτις nunc est, *retro*, vt vs. 60 erat, *iterum;* vt recte monet Eustathius. ὑποστρέψῃσι erat in ms. Mori.

63. 64 Φεύγοντες δ' ἐν νηυσὶ πολυκλήϊσι πέσοιεν Πηλείδεω Ἀχιλῆος. „— ἀθετοῦνται, ὅτι ψεῦδος." Schol. A. Possunt priora esse vera, et versus potest seruari, si rescindantur sequentia; nam *nauibus suis* ἐμπεσεῖν, fuga irruere, Achiui fugientes recte dici poterant, minus recte Achillis nauibus; saltem non satis proprie. Interpolator ante oculos habuit vss. 646 — 651. supra Jl. I.

64. ὁ δ' ἀνστήσει ὃν ἑταῖρον. „οὕτως οἱ Ἀριστάρχου. (Ex hoc apparet, Aristarchum versus scripsisse, etsi damnatos) nonnulli autem ὁ δ' ἀνστήσειεν ἑταῖρον. Zenodotus vero omnino non scripserat versus inde a 64 Πηλείδεω Ἀχιλῆος vsque ad 77 λισσομένη τιμῆσαι." Sch. A. Zenodotus itaque aut iudicio aut codicum bonitate ceteros hic antecelluit. Etiam Eustathius similia exscripsit p. 1006, 3. Φασὶ δὲ καὶ, ὅτι ὁ μαλλώτης Ζηνόδοτος (aliquoties hoc occurrit; constat tamen Zenodotum fuisse Ephesium; Malloten Cratetem) τὰ ἐκ τοῦ· Πάτροκλον κτενεῖ Φαίδιμος Ἕκτωρ, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως τοῦ· λισσομένη τιμῆσαι Ἀχιλλῆα πτολίπορθον· Εὐριπιδείῳ λέγει ἐοικέναι προλόγῳ, ἀφελῶς προαχθέντα καὶ εἰς οὐδὲν δέον ἀφηγηματικῶς. vltima haec obscura sunt. Ceterum Eustath. non bene a vs. 65 initium omissorum a Zenodoto versuum facit, cum a vs. 64 illud ducendum esset.

ἀνστήσει ὃν ἑταῖρον. Nunc de ipso Achille haec dicta sunt; inf. Σ, 358 ipsa Iuno ἀνστήσασ' Ἀχιλῆα. cum effecisset illa, vt Achilles in pugnam prodiret.

66. Ἰλίου προπάροιθεν. aduersantur haec prosodiae: cum breuis syllaba producatur; nam Ἰλίου ἐξαλαπάξαι

et similia aliquoties vidimus; etsi Hermann de Metris excusationem in accentu breuem producente quaerit. Verum cum tantus versuum sit numerus, in quibus prosodia seruatur, duo tresue versus alios, in quibus media producta occurrit, corruptos aut interpolatos esse, satis probabile sit. Sunt haec loca Z, 478. Φ, 104 et X, 6. et nostro in versu: in his trinis peccatum est in vltima syllaba, quae fuit aut ϝιλιόθι προπάροιθεν aut cum Bentleio ϝιλιοφι προπάροιθεν, quae forma quoque Φ, 295 legitur: πρὶν κατὰ Ἰλιόφι κλυτὰ τεύχεα λαὸν ἐέλσαι. Simili modo ὁμοιίοφι πτολέμοιο corrumpi solet. v. ad I, 440. Rob. Payne Knight p. 44. scribere vult ϝιλιοϝο, vt secundus casus Ιλιοο factus sit ex Ιλιου.

πολεῖς ὀλέσαντ' αἰζηούς. Ven. ὀλέσοντ'.

68. τοῦ δὲ χολωσάμενος. quod ad proximum Sarpedonem spectare debebat, retrahendum est ad vs. 65 de Patroclo: τοῦ δὲ Πατρόκλου ἕνεκα. Manifestum fit haec ab alio rhapsodo subiecta esse.

69. ἐκ τοῦδ' ἄν τοι ἔπειτα παλίωξιν παρὰ νηῶν αἰὲν ἐγὼ τεύχοιμι. ⊢ — „ὅτι οὐχ Ὁμηρικῶς ἡ παλίωξις" Sch. A. (scilicet hoc sensu vt sit simpliciter *fuga*. cf. sup. ad vs. 56.)

ἐκ τοῦδ' ergo *caeso Hectore?* hoc est vtique molestum. παλίωξις facta est Troianorum, vt castris expellerentur, statim incensa vna naue: vt diserte inf. O, 601 νηὸς καιομένης — ἐκ γὰρ δὴ τοῦ ἔμελλε παλίωξιν παρὰ νηῶν θησέμεναι Τρώων. Et incensa naue Achillis Patroclum festinare iubet Π, 124 sqq. quo facto παλίωξις fit eaque per Patroclum (vid. Π, 652 sq) iterum Achille in vallum prodeunte (Σ, 215 sq.) et multo magis Achille in pugnam progresso Jl. Υ extr. Φ, pr. At Hector caesus est sub moenibus vrbis. Vt ergo Homerus sibi constet ἐκ τοῦδ' referendum est ad 64. 65 ὁ δ' ἀνστήσει ὃν ἑταῖρον Πάτροκλον. Atque hic manifesta interpolationis signa se produnt; forte inf. ex vss. 601. 602.

ἐκ τοῦ δή τοι Cant.

70. αἰὲν ἐγὼ τεύχοιμι διαμπερὲς, εἰςόκ' A. — Si versus ab Homero esset: omnia μεθομηρικὰ serioris commatis

eſſe, eaque ignorari ab Homero ſtatuendum eſſet. Nam in μεθομηρικοῖς plures factae ſunt ſtrages et fugae modo Achiuorum modo Troianorum.

71. Ἴλιον αἰπὺ ἕλοιεν. — ⟜ „quod Ἴλιον αἰπὺ dictum genere neutro: id quod nusquam alibi occurrit; ſed vbique ἡ Ἴλιος.“ Sch. A. et Lipſ. add. Schol. B. Victor. hoc vnum ex critica priſcorum in h. l. ſeruauere Sch. br. Sexcenties illud in Scholiis notatum: v. c. ad Δ, 46. M, 115. Stephanus Byz. in Ἴλιον· οὐδετέρως δὲ παρὰ πᾶσι τὸ Ἴλιον. παρ' Ὁμήρῳ δὲ θηλυκῶς. τὸ γὰρ Ἴλιον αἰπὺ νοθεύει Ἀρίσταρχος. Auctor Scholii B. Ἴλιον nunc totam regionem ſignificare ſuſpicatur; ſine fundo idoneo. Ariſtarchus Ἴλιον ἐκπέρσωσι ſubſtituerat, haud dubie e correctione; quo etiam ducunt Schol. A. B. Victor. et Lipſ. Minus definite Schol. Leid. ap. Valken. Diſſ. p. 123. ἀθετεῖται ὁ στίχος οὗτος. τινὲς δὲ, Ἴλιον ἐκπέρσωσι, γράφουσι. Barnes putabat ſubintelligi poſſe αἰπὺ ſcil. πτολίεθρον vel αἰπὺ πρᾶγμα. In mſ. Mori. et Harlei. erat αἰπὺν, in quod et ipſe incideram, vt eſſet pro Ἴλιον αἰπεινήν. Vidi quoque in hoc procliuem fuiſſe Bentleium qui adſcripſit ϝίλιον αἰπὺν, vt ſit ὁ καὶ ἡ αἰπύς. Fuit vir doctus, qui emendaret Ἰλίου ἄστυ, at ſic nouum vitium infertur ϝιλίου ϝάστυ. Fruſtra tamen nos in his laborare arbitror, quandoquidem hos verſus apparet laciniam eſſe a rhapſodo minus docto attextam.

Pro ἕλοιεν eſt ἕλωσι in Lipſ. a m. pr.

72. τὸ πρὶν δ' οὔτ' ἄρ' ἐγὼ παύσω χόλον. „παύω Ariſtarchus et Herodianus: teſtibus Schol. A. B. Lipſ. Et ſic quoque Harl. Vat. Ven. fragm. Moſc.

οὔτ' ἄρ' ἐγώ. Barnes: „γρ. οὔτ' ἂν ἐγώ.

οὔτε τιν' ἄλλων. ἄλλον mſſ. Thomae Bentleii (Vat. et Harlei.) Lipſ. Vrat. b. d. A. fragm. Moſc. Ven. B. et ed. Rom. Facile intelligitur, haec et ſimilia nos non tenere a primis inde temporibus, ſed ſerius a grammaticis et librariis; nec quicquam adeſt ſatis tutum, nec intereſt quicquam vtro modo legatur.

Ceterum huius afferti fui immemor inf. in Φ. deos in pugnam committit pro fuis quemque partibus.

73. ἀμυνέμεν ἐνθάδ' ἐάσω. — ἐνθάδε reprehendit Sch. B. dictum improprie pro ἐν τῇ μάχῃ. dictum forte eſſe reſpectu Olympi. ἀμυνέμεν' Rom. ed.

75. ὥς οἱ ὑπέστην πρῶτον ἐμῷ δ' ἐπένευσα κάρητι. Reſpiciunt ergo haec Jl. A. et nexum rerum cum iis faciunt. ὑπένευσα Flor. et Ald. 1. ſicque Cant. fragm. Moſc. κάρητι a κάρης. Minus bene alii a κάρηαρ, καρήατος et κάρητος ducunt ap. Euſtath. et Etymol.

77. λισσομένη τιμῆσαι 'Αχιλλῆα. τῖσαι 'Αχιλῆα mſ. Lipſ. librarii incuria.

78. θεὰ λευκώλενος "Ηρη. At Vat. et Harl. (qui ſunt duo codd. Tho. Bentl.) βοῶπις πότνια "Ηρη. v. inf. ad 92 et Excurſ. II ad A.

79. βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων. Harlei. et Lipſ. βῆ δ' ἐξ.

80. ὡς δ' ὅτ' ἀναΐξῃ legebatur. Vſus τοῦ ἀναΐσσειν alienus a re; ſed cogitationes *mouent ſe*, ἀΐσσουσι. Succurrit Venetus vterque, mſ. Mori, fragm. Moſc. Vrat. b. Sch. br. ed. Ald. pr. et Rom. Porphyr. ad Λ, 269. item Schol. Apollon. II, 543. Norat vtrumque Euſtath. Ortum vitium ex ſcriptura ὅτ' ἂν et ὅταν. De forma ὡς δ' ὅταν v. ad Ξ, 16. Habuit quoque verſus στιγμὴν διπλῆν, propter comparationem celeritatis hyperbolicam. Et quod ex h. l. et ex Odyſſ. H, 36 ductum prouerbium: διέπτατο δ' ὥστε νόημα. Ceterum eſt iam in Sc. Herc. 222 ὁ δ' ὥστε νόημα ποτᾶτο.

81. Φρεσὶ πευκαλίμῃσι νοήσῃ. In Euſtath. legitur, vt et in Vindob. a pr. m. νοήσει. et νοήσοι ap. Porphyr. ad Λ, 269.

πευκαλίμῃσι ornat; nihil amplius; contra quam argutatur Euſtath. De voce v. ad Θ, 366. in vno Vindob. ἐληλευθώς.

82. ἔνθ' εἴην ἢ ἔνθα, μενοινήσειέ τε πολλά. εἴην lectio Ariſtarchi: ſicque Ven. A. B. et Sch. ex Porphyrio. ita eſt cogitatio ipſa τοῦ ἀνδρὸς ἐπιλογιζομένου, ποῖ πορευοίμην. Fingunt igitur hominem, *qui iter ingreſſurus eſt*,

incertus quo tendat. Atqui iam ante erat: ὅς τ' ἐπὶ πολλὴν γαῖαν ἐληλουθώς. At Sch. br. εἴην — „καὶ σημαίνει τὸ ὑπῆρχον." Accepit ergo εἴην pro ἦν· scilicet hoc puto modo: ἦν factum est ex ἔην, quod et occurrit, etiam ἤην et nunc εἴην. Tandem alii εἴην ab εἶμι duxere, vt sit idem quod ἠρχόμην, iueram, vel ibam. Ex vsu vulgari hoc debebat esse ἤειν (sc. ᾔειν) vel ἤην, quod eodem modo, atque εἴην ex εἰμὶ, potuit scribi εἴην. Scilicet ἔω. εἶα. εἴην. Praefert quoque εἴην, ἠρχόμην, Bentleius. Etiam Eustath. inter cetera habet εἴην, ἤρχετο. Etymologus p. 342, 20 e Philoxeno εἴω, τὸ πορεύομαι imperfectum εἴειν. et Aeoles εἴην. Ambiguitas in his orta ex antiqua scribendi ratione, quae non discernebat ε, η, ει.

Fuit quoque lectio εἴη. quae et in Etymol. p. 342, 16. in fragm. Mosc. Vrat. d. occurrit, et in Ald. sec. est edita, vt sit aut optatiuus: (ὑπάρχοι vel πορεύοιτο) *vtinam sit hic vel illic*. vel *hucne an illuc eat*, vt deliberet quorsum se conferat; aut εἴη pro ᾔει. ἐπορεύετο. Bentlei. e Schol. Lips. laudat εἴθ' ᾔει. παρὰ 'Αριστάρχῳ καὶ εἴη, ὑπῆρχε. Adscripsit quoque Hesych. ᾔει, ἐπορεύετο. Conueniret sic cum Apollonio in loco hinc expresso, lib. II, 543 sq. vbi etiam est aliquis, qui, longe a patria profectus, voluit animo loca, quae peragrauerat, summa cum celeritate; omnes terrae quasi in propinquo et ante oculos sunt: οὐδέ τις αἶα τηλουρὸς (sc. ἐστίν οἱ) πᾶσαι δὲ κατόψιοί εἰσι κέλευθοι. animo videt suam domum, totum iter terra marique tanquam oculis perlustrat. Apud Porphyr. Qu. Hom. 6 ἔνθα ἴῃ legebatur in Ald. et Bas. quod editores mutarunt in ἔνθ' εἴην.

Secundum haec facile intelligitur, poetam magis decere personam primam, quam tertiam, propter τὸ δραματικόν. et ἔνθ' εἴην esse pro ἔνθ' ἦν siue vt sit, *hic eram*, vel *hic ibam* seu iui.

Quod sequitur: μενοινήσειέ τε πολλά. referendum est ad νοήσῃ. Aristarchea lectio erat: μενοινήῃσι τε πολλά, quod cum νοήσῃ magis conspiraret.

83. διέπτατο πότνια Ἥρη. Lipſ. διέπτα. ſed eſt vitium librarii.

84. ὁμηγερέεσσι δ' ἐπῆλθεν. Lipſ. omiſſo δ', ὁμηγερέεσσιν.

86. πάντες ἀνήϊξαν, καὶ δεικανόωντο δέπασσιν. ⟡ „Ἀρίσταρχος σημειοῦται, (fuere ergo eiusmodi notae ab Ariſtarcho ipſo appoſitae) δεπάεσσι vnice veram eſſe lectionem (deb. pronuntiari δέπασσιν) ſequi enim vſ. 88 δέκτο δέπας. Scilicet Zenodotus ſcripſerat ἐπέεσσι (δεικανόωντ' ἐπέεσσιν, vt legitur in Od. Σ, 110 καί ἑ δεικανόωντ' ἐπέεσσι, et Od. Ω, 409 δεικανόωντ' ἐπέεσσι, καὶ ἐν χείρεσσι φύοντο. aut ſi digammum nouit, δεικανόωντο Ϝέπεσσι.) poterat reſponderi, etiam iſto Odyſſeae Σ, 110 loco poſt ἐπέεσσι ſequi vſ. 120 καὶ δέπαϊ χρυσέῳ δειδίσκετο. Similia iis, quae Venetus habet, e Schol. Lipſ. adſcripſerat Bentlei.

Nonnulli porro legebant: πάντες ἀνήϊξαν, κάλεον δέ μιν εἰς ἓ ἕκαστος. quod refellitur a grammatico; Iunonem enim habuiſſe ſedem certam; melius iſtud conuenire Iridi quae ad Ventos deuerterat Od. Ψ, 203. Dionyſius autem Thrax σημεῖον adſcriptum eſſe aiebat, quod deorum vita per epulas declaratur.

δέπασσιν nunc vbique legitur, excepto Vrat. A.

καὶ ἐδεικανόωντο Vrat. d. et vn. Vindob. Infeliciter hanc vocem nuper in Ariſtoph. Theſmoph. 169 intulit Invernizzi.

87. ἡ δ' ἄλλους μὲν ἔασε. non ἠτίμασε, ſed ἔφθασεν, ait Schol. B. bene. ceteras praetergreſſa eſt.

Θέμιστι. παρὰ Θέμιδος δὲ — Schol. br. Supra A, 569 erat παιδὸς ἐδέξατο δέπας. v. ſup. ad B, 186.

ἔασσε, quod alibi Barnes ſubinde intulit, hoc loco receperat Turnebus ex ed. Rom. ſequente H. Stephano. Etiam Apollon. de Syntaxi p. 45.

88. πρώτη γὰρ ἐναντίη ἦλθε θέουσα. At Schol. B. cum Sch. Lipſ. et Vict. nonnullos ait melius ſcribere φέρουσα. nam deam procurrere alienum a Themidis perſona. Habet hoc quoque Lipſ. Harl. fragm. Moſc. At Eu-

ſtath. agnoſcit in θέουσα, τὴν σπουδὴν τῆς δεξιώσεως. Tam diuerſi ſunt hominum ſenſus. — ἐναντίον Mori.

90. ἀτυζομένῃ δὲ ἔοικας. In Schol. br. ἀτυζομένῃ, τεταραγμένῃ, ἠπορημένῃ primo caſu. Sic et Harlei. Sed ἔοικα tertio caſui iungitur, et recte Erneſti monet Iota ſubſcriptum ſexcenties negligi.

91. ἦ μάλα δή σε Φόβησε Κρόνου πάϊς, ὅς τοι ἀκοίτης. Mori δή σ' ἐφόβησε. Scribitur παῖς in plerisque. παῖς σός τοι Lipſ. ὅς τις fragm. Moſcou. ἄκοιτις edd. Flor. Ald. 1.

92. θεὰ λευκώλενος Ἥρη. inuito digammate, vt ſup. 78. Iam Sch. A. ἐν ἄλλῳ βοῶπις πότνια Ἥρη. Videntur adeo loca ſimilia a ſequioribus eſſe interpolata.

93. μή με, θεὰ Θέμι, ταῦτα διείρεο. Vatic. θεὰ μήτι ſed ſubnotata vocula τι, vt lectum videri debeat: μή με, θεὰ, μὴ ταῦτα. et hoc verius eſſe videtur.

94. οἷος ἐκείνου θυμὸς ὑπερφίαλος καὶ ἀπηνής. „quod ὑπερφίαλος nunc in deterius, ὁ ὑπέρσπονδος, melius ὁ ὑπέρμετρος. Alias in laudem, vt Od. Φ, 289 οὐκ ἀγαπᾷς, ὃθ' ἕκηλος ὑπερφιάλοισι μεθ' ἡμῖν δαίνυσαι. Sch. A. et B." add. Suidas h. v. atqui iam Γ, 106. N, 621. vox occurrebat: ad poſteriorem locum v. Obſſ.

ἀπεινὴς Barocc. et in capite verſus: οἷος θυμὸς ἐκείνου Lipſ.

96. ταῦτα δὲ καὶ μετὰ πᾶσιν ἀκούσεαι ἀθανάτοισιν. Verſum adſcribit, vt doceat μετὰ eſſe interdum ἀντὶ ἐν, Apollon. Lex. μετά. et ex eo Suidas. v. Villoiſ. ad l. l.

97. οἷα Ζεὺς κακὰ ἔργα πιφαύσκεται. Οἷα poſſe θαυμαστικῶς. legi monet Sch. A. Melius tamen iungi cum ſuperioribus: ταῦτα — οἷα. πιφαύσκεται, ἐνδείκνυται, καὶ κρυφίως ποιεῖ. Sch. B. Melius Sch. br. ἐμφανίζει. λέγει. μηχανᾶται — πιφάσσεται Mori. at v. ad M, 280. In οἷα producta vltima per Ζεύς — „γρ. οὐδ' ἔτι Barnes. Schol. Lipſ. γρ. ἕ. „ſc. pro τι" addit Ern. Immo legerat Schol. οὐδέ ἕ φημὶ — κεχαρησέμεν, ad ductum eorum, qui *Iovem laetificari* alios volebant. Eſt quoque ἓ in Vrat. d. et vn. Vindob.

98. *πᾶσιν ὁμῶς θυμὸν κεχαρησέμεν.* Sch. B. *χαροποιήσειν.* vt transitiue dictum sit, et vt *τὸν Δία* subiectum facias. A *κέχαρα*, (vnde *κεχαρηότα* vidimus H, 312) *κεχάρομαι* vidimus iam A, 256. *μέγα κε κεχαροίατο θυμῷ.* Occurrit alibi *κεχάροντο.* Nunc *κεχαρέω* possit sane transitiuam vim habere; et *οὐ μέν τοι θυμὸς κεχαρήσεται* est Od. Ψ, 266. Videtur tamen accommodatius esse: *neo puto omnibus pariter τὸν θυμὸν κεχαρησέμεν, omnes omnino esse laetaturos.* *χαρῆναι* Sch. br. et Eustath. Miro modo accepit Schol. A. *οὐκέτι τὸν Δία οὐδενὶ — ἱλαρὸν ἔσεσθαι.* In Hesych. est *κεχάρημαι, χαίρω. θυμῷ* Vrat. b. d. In *οὔτε θεοῖς* ad Martem respici propter Ascalaphum (v. 110) Sch. B. obseruat.

99. *εἴπερ τις ἔτι νῦν δαίνυται εὔφρων. ἔτι* abest ed. Flor. Aldd. vnde in Aldd. scriptum *εἴπερ τις νῦν δαίνυται εὔφρων* male producta media in *δαίνυται.* Restituit *ἔτι* Rom. et Turnebus.

101. *ὄχθησαν δ' ἀνὰ δῶμα Διὸς θεοί. ὄχθησαν. ἠχθέσθησαν.* De eo iam vidimus ad A, 570. *ὤχθησαν* erat in edd. *ὄχθησαν* vterque Ven. Lips. Harl. Townl. Vrat. b. d. A. fragm. Mosc. siue ex antiqua, siue ex incerta sequiorum scriptura. *ἡ δὲ γέλασσε* Ionice cum Ven. fragm. Mosc. et al. pro vulg. *ἡ δ' ἐγέλασσε.*

102. *Χείλεσιν* — Laudat versum Schol. Aristoph. ad Lysistr. 8 *τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς*, vbi editur *ἐπ' ὀφρύσι κυανέοισι.*

103. 4. Risum *Sardonium* talem risum dici omnes notant, adde Suidam in *Σαρδάνιος γέλως* vbi vss. memorantur corrupte. *ἰάνθη, διεχύθη.* addit Suidas *ἥσθη. ἐχάρη.* v. eund. in *τοξοποιεῖν.* (*ἐν*) *τοῖσιν.* Sch. B. *εὐφράνθη* addunt Schol. br. Pro *μετηύδα* legit *προσηύδα* Townl. et vn. Vindob.

104. *Νήπιοι, οἳ Ζηνὶ μενεαίνομεν ἀφρονέοντες.* „In nonnullis commentariis *ἀφρονέοντα*" Sch. A. retrahendo ad sequens *μίν. ἀφραδέοντες* Mori. haud indocte. *Ζηνὸς* Barocc.

105. ἤ ἔτι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν, ἆσσον ἰόντες. Vti legitur et interpungitur, ἢ ἔτι, iungimus μενεαίνομεν ἢ μέμαμεν. At veteres, in Sch. A. et B. et Lipf. fcribere iubent ἦ ἔτι. Sic et Euftath. Ita ab hoc verfu noua procedit fententia. Atqui melius effet fcribere: ἠέ τί μιν. quod et Barnes affert alicubi lectum; et habet quoque Harlei. ἠέ τι.

106. ἀφήμενος, ἀποκαθήμενος Sch. B. ἀπωτέρω καὶ τόῤῥω καθεζόμενος. Apollon. Lex. h. v. et Sch. br.

οὐκ ἀλεγίζει οὐδ' ὄθεται. haec iam vidimus A, 180. 181.

107. φησὶ, λογίζεται. ὡς τό· οὐ μὲν γάρ ποτε φησὶ κακὸν πείσεσθαι ὀπίσσω Od. Σ, 131. Sch. A. Peffime autem nonnulli e veteribus, vt ipfe Sch. B. volunt Iunonem dicere haec tentando et inflammando deorum, inprimisque Martis, animos. Manifeftum eft, eam dehortari ac deterrere. οὐ πρὸς πεῖραν, ἀλλὰ πρὸς πειθαρχίαν οἱ λόγοι, recte monet Sch. A. Mox de διακριδὸν v. ad M, 103.

109. τῷ ἔχεθ' ὅττι κεν ὔμμι — ἔχετε. Recte Sch. B. ἀνέχεσθε Sch. br. καὶ ὑπομένετε. Euftath. ἄμμι ἢ ὔμμι. Effe ὔμμι ἑκάστῳ pro ὑμῶν ἑκάστῳ monent Sch. B. Mofc. Verfu vtebatur Chryfippus ap. Plutarch. de Stoic. repugn. p. 1056. B.

112. τὸν φησὶν ὃν ἔμμεναι. Simile illi: μήτηρ μέν τέ με φησὶ τοῦδ' ἔμμεναι. (Od. A, 215.) Sch. B. qui adiicit aliquid quo nil vidi ineptius: Φασὶ δὲ τὸν Ἀσκάλαφον εἰς Ἑβραΐδα τεθάφθαι γῆν. διὸ καὶ Σαμάρειαν καλεῖσθαι, διὰ τὸ σῆμα, ὃ Ἄρης ἐποίησε. Repetit tamen Euftathius.

113. θαλερὼ μηρὼ, *carnofa, pinguia*, vt de pinguedine et adipe alibi vidimus dictum. Nifi omnino ad iuuenile corpus referas: vt θαλεροὶ αἰζηοὶ dicuntur. — πεπλήγετο notare iubet Clarke, quo propria medii vis fit feruata *fua fibi percuffit femora*. Iterum inf. 397 occurrit.

114. ὀλοφυρόμενος δ' ἔπος ηὔδα. Ven. Lipf. et Euftath. cum ipfa ed. Rom. ficque Schol. A. ait Ariftar-

chum legere et omnes non προςηύδα." Patet et ex hoc ignorantia τοῦ digamma. In Townl. erat ἐπηύδα. In eodem καταπρηνὲς ὀλ. vitiose. et καταπρηνέεσσ' fragm. Mosc.

115. μή νῦν μοι νεμεσήσετ', Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. Barnes: „γρ. νεμεσήσατ'." nescio vnde. Lipſ. νεμεσήσητ' contra metrum. Recitat versum Apollon. Lex. vt doceat, νῦν esse interdum idem, quod δή. In vno Vindob. est με pro μοι.

116. τίσασθαι φόνον υἷος. τίσεσθαι Cant. quod praeferebat Bentl.

119. καί ῥ' ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε ζευγνύμεν'. ⊱ „quod κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε pro Δείμῳ τε Φόβῳ τε κέλετο. ambiguitate simili, vt E, 118 δὸς δέ τε μ' ἄνδρα ἑλεῖν. et Od. Γ, 24 νέον ἄνδρα γεραίτερον ἐξερέεσθαι. et quod inde natus error nonnullorum, qui equos istos Martis putarunt esse, cum sint filii: vt expresse N, 299. Adde Δ, 440. Λ, 37. Licet adiungere Hesiod. Scut. Herc. 195. 463. Theog. 934. Incidit in errorem aliorum vt equos esse putarent, Quintus VIII, 242.

καί ῥ'. „*et proinde, vt comminatus erat.*" Clarke.

κέκλετο Flor. et Aldd. Emendatum a Baſ. et Turneb. ex Rom.

120. ζευγνύμεν'· αὐτὸς δ' ἔντε' ἐδύσετο παμφανόωντα. Barnes: „γρ. ζευγνύμεν" vtique in multis: sane et hoc pro ζευγνύμεναι.

ἐδύσατο. fragm. Mosc. Vrat. A. et Barocc. ἐδύσσετο vitiose Eustath. c. al. παμφανόεντα Barocc. male.

121. ἔνθα κ' ἔτι. Sic Ven. A. Lipſ. Townl. Vrat. d. Alludit Ven. B. Harlei. fragm. Mosc. Vrat. A. in quibus est ἔνθα κέ τι. Edd. habebant κε τις.

122. χόλος καὶ μῆνις ἐτύχθη. ⊱ „quod ἐκ παραλλήλου dicta: χόλος et μῆνις tanquam eandem vim habentia. In Vrat. d. φόνος καὶ μῆτις.

123. πᾶσι περιδδείσασα θεοῖσι. „περιδδείσασα duplici δ, αἱ Ἀριστάρχου" Schol. A. Atqui antiquiores scripserant vna littera, suppleuerant alteram pronuntiando. πᾶ-

ει esse pro πάντων ait Sch. B. scilicet si cum περὶ iunxeris. verum est, timere alicui, δεῖσαί τινι.

124. ὦρτο μὲν ἢ ὦρτο δι' ἐκ Eustath.

θάασε Townl. θαάσῃ vn. Vindob.

125. εἵλετο, καὶ σάκος ὤμων. — ὤμοιν scribere voluit Vrat. d. in quo est ὤμοιιν.

126. στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ἢ ἐκ χειρὸς Eustath. Sane ἀπὸ erat in Ven. Harlei. Mori. Vrat. A. pro vulgato ἐκ χειρός.

127. ἔγχος ἔστησε — ἡ δ' ἐπέεσσι καθάπτετο θοῦρον Ἄρηα. ⊱ „quod repetitur articulus ἡ δὲ — Locus similis illi E, 733. 736 Αὐτὰρ Ἀθηναίη — ἡ δὲ χ. etsi, inquit Sch. A. etiam ferri potest ἠδὲ, vt sit, ἔστησεν ἠδ' ἐπέεσσι καθάπτετο. Similem dubitationem, sitne ἡ δὲ, an ἠδὲ, esse in aliis locis, E, 66. Od. E, 391." Totus locus ex Aristarcho petitus est, et legitur quoque in altera Scholiorum classe, B. Mosc. adduntque καθάπτεσθαι, alias πραΰνειν et ἐξονειδίζειν, nunc esse τὸ λόγῳ προςφωνεῖν.

καθάπτετο. Vat. Townl. a m. sec. vn. Vindob. καθήπτετο. De voce v. ad Π, 421.

128. μαινόμενε, φρένας ἠλὲ διέφθορας. ⊱ Post μαινόμενε interpungunt omnes. at de ἠλὲ dubitant, sitne ἠλὲ φρένας an διέφθορας φρένας. σὺ, ὦ ἠλέ. Schol. A. B. br. Mosc. etiam Etymol. Volunt ἠλὲ per apocopen dictum esse pro ἠλεὲ, quod Od. B, 243 occurrit: Μέντορ ἀταρτηρὲ, φρένας ἠλεὲ, ποῖον ἔειπες; Dicamus potius duplicem fuisse formam, vt in tot aliis similibus: ἠλὸς et ἠλεός. pro πεπλανημένος, aberrans sana mente. (videtur ex ea compositum esse κοάλεμος apud Timaeum p. 160. ὁ νοῶν τὰ ἠλεά) In edd. Flor. et Aldd. erat ἠλεὲ, quod correxit Turnebus e Romana. Vitium insidet quoque cum codd. tum Ammonio p. 42 et Apollon. Lex. h. v. ἠλεὲ, μάταιε. Quod autem ad illam quaestionem attinet, qua iunctura dictum sit ἠλὲ, prius illud, φρένας ἠλὲ, ipse Homerus videtur probare l. l. Od. B, 243 Ita διέφθορας absolute est dictum. *periisti.* Sic Schol. br.

et Aristides Quintil. de Musica III. p. 158. Vim medii in eo quaerebat Clarke, te ipse perdidisti. Si vero alterum sequaris, ἠλὲ, διέφθορας φρένας, h. e. ἀπώλεσας τὰς φρένας, habes consentientes Schol. B. Lips. et Mosc. monent etiam respondere his ipsis νόος δ' ἀπόλωλε καὶ αἰδώς. Ita reuocatur quaestio ad vsum τοῦ διέφθορας, quod in Homericis alibi non occurrit, at in Atticistis multa de hac voce disputantur, dum contendunt διέφθορεν Atticis dici passiue pro διεφθάρη. Addit Tho. Mag. h. v. non nisi vno Sophoclis loco Electr. 307 actiue poni. Contra contendunt viri docti ad Thomam, Atticis vocis vim actiuam potius probari; vero propius esse videtur, occurrere in ipsis Atticis vtrumque. Hactenus res aeque incerta manet. Malim tamen vel sic, si est διεφθάρης, accipere κατὰ φρένας.

Pro μαινόμενε laudat δαιμόνιε Etymol. in ἄλλως. Memorat hoc idem ex Etymologo inedito Bentleius.

129. νόος δ' ἀπόλωλε καὶ αἰδώς. Excidit δ' Ald. 2 et sequacibus. καὶ αὐτὸς Mori. et Barocc.

131. ἢ δὴ νῦν πὰρ Ζηνὸς — Lips. ἤδη e more. pro εἰλήλουθεν est εἰληλούθει in vno Vindob.

132. ἦ ἐθέλεις αὐτὸς μὲν — ἠὲ θέλεις edd. Flor. Aldd. male. ἦ ἐθέλεις correxit ex Romana Turnebus. ἦ 'θέλεις Barnes cum Lips. fragm. Mosc. recte in perpetua varietate.

ἀναπλήσας κακὰ πολλά. Venerat in mentem Bentleio ἀνατλήσας. sed eodem sensu ἀναπλῆσαι dici, quo ἀνατλῆσαι, et ἀνατλῆναι, iam vidimus ad Θ, 34.

134. αὐτὰρ τοῖς ἄλλοισι κακὸν μέγα πᾶσι φυτεῦσαι est Aristophanea lectio. Zenodotus scripserat: αὐτὰρ τοῖς ἄλλοισι Θέτις μέγα πῆμα φυτεῦσαι. monstrum lectionis! forte τοῖς ἄλλοις ἐθέλεις μέγα — vel τοῖς ἄλλοισι θεοῖς. et recte hoc posterius; nam ita quoque e Vatic. laudat Bentl. et τοῖς ἄλλοισι θεοῖς ex Vat. et binis Ital. Tho. Bentleius, qui forte ad πῆμα non attenderat. Hoc modo Zenodoteam lectionem amplectar.

αὐτὰρ ὁ τοῖς ἄλλοισι erat in Flor. et Aldd. donec eiectum est ὃ Romana duce a Turnebo. Ernesti putabat, ita alios locum aliter distinxisse et post ἀνάγκῃ sententiam finiisse, tum vero nouam sententiam exorsos: Αὐτὰρ ὃς τοῖς ἄ. — Φυτεῦσαι (vt ad Iouem referatur? sic tamen saltem Φυτεύσαι (ἂν) scribendum esset, ac potius Φυτεύσει.)

136. ὁ δ' ἡμέας εἶσι. ἡμέας iterum Clarke vltimam produci notat, et esse legendum ἡμᾶς. At v. ad Θ, 529.

137. μάρψει δ' ἑξείης. Cum iam aliquoties μάρπτειν, etiam συμμάρπτειν occurrerit, repente ad h. l. effundunt grammatici disputationem de μάρπτω, ducto a μάρη *manus, vola.* vnde εὐμαρὴς, εὐχερής. μάρνασθαι, διὰ χειρῶν μάχεσθαι. Nunc μάρπτειν simpliciter καταλαμβάνειν. Sch. B. Victor. Eustath. Versu sestiue in conuiciatorem Momum vtitur Iupiter Tragoedus ap. Lucian. 44.

138. μεθέμεν χόλον υἷος ἑῆος. — „quod Zenodotus scribebat υἷος ἑοῖο (quod ille accipere debuit pro σοῖο, σοῦ) Recte monet Sch. A. requiri h. l. ἑῆος, quam vocem Zenodotus ignorauerit, h. ἀγαθοῦ. Sicque δοτῆρες ἐάων." De his iam diserte actum ad A, 393 et 496. Variat et h. l. ἕῆος et ἐῆος. Et est ἑοῖο in vno Vindob. a pr. m. in altero γρ. ἑοῖο adscriptum. — Idem Sch. A. esse υἷος (ex ὕιις, ὕιιος, υἷος) — τὸν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς χόλον Sch. B.

139. τοῦδε βίην καὶ χεῖρας ἀμείνων. τοῦγε Ven. Townl. et Vatic. Vrat. b. vn. Vindob. Subiicit quoque Sch. A. „Zenodotus et Aristophanes τοῦ — δε."

140. πεφάσσεται Vat. pro πεφήσεται.

141. γενεήν τε τόκον τε. Sch. A. et Sch. br. τοὺς γονεῖς καὶ τὸ γένος. Hoc vero mirum; Sunt enim synonyma. ῥῦσθαι pro ἐρύεσθαι referendum ad notata in Exc. IV. extr. ad A.

144. Ἶριν θ', ἥ τε θεοῖσι μετ' ἄγγελος ἀθανάτοισι. Ad ἥ τε „*quae vtique. quae scilicet*" Clarke. μέτ' ἄγγελος Ven. Mori. Vrat. b. fragm. Mosc. Vulgg. μετάγγελος, in vnam vocem contractum more sollenni grammaticorum, vt noua vocabula procuderent. Nec

antiquiores vocem agnoſcunt; Euſtathius interpretatur. In Townl. ἥτε μετ' ἄγγελος ἀθανάτοισι θεοῖσι. v. ad Ψ, 199.

146. Ζεὺς σφῷ eſſe acuenda docet Sch. A. „γρ. σφῷ." Barnes. male. hoc eſſet σφῶϊ.

147 — 148. — ἀθετοῦνται. Stultum enim eſt, hoc addi, quod per ſe intelligitur καὶ Ἀριστοφάνης προηθέτει. Sch. A. et B. Vict. Lipſ. fragm. Moſc. Argutatur tamen Sch. B. in hoc: eſſe forte a Iunone additum cum irriſione et indignatione; quo ſignificet, rem ingratam fore quam ille ſit mandaturus. Διός τ' Vrat. b. Διὸς δ'. εἰς ὦπα ἴδησθε. „γρ. ἵκησθε." ait Barnes. An ipſe id finxit e Sch. br. εἰς ὄψιν ἔλθητε? Verum εἰς ὦπα ἰδέσθαι *oculos attollere* in aliquem, eumque *intueri*, iam vidimus I, 373 οὐδ' ἂν ἔμοιγε τετλαίη, κύνεός περ ἐών, εἰς ὦπα ἰδέσθαι. Add. Od. X, 405. Ψ, 107. quae loca vetant accipere cum Koeppen: εἰςιδέσθαι ὦπα. Supra quidem Ξ, 286 erat πάρος Διὸς ὄσσε ἰδέσθαι. ἴδεσθε Lipſ. Clarke: „al. ἴδητε." ἰδέσθαι vn. Vindob.

148. ἔρδειν, ὅττι κε κεῖνος ἐποτρύνῃ καὶ ἀνώγῃ. Variat ſcriptura ἕρδειν et ἔρδειν, quod et Barnes notauit. tum idem: „γρ. ὅττι κ' ἐκεῖνος. Hoc habebat Vat. in quo et eſt ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει. vtrumque quoque eſt in Vrat. b. alterum ἀνώγει in vno Vindob.

151. Ἴδην δ' ἵκανον. Ἴδην θ' ἱκ. Mori.

153. ἥμενον, ἀμφὶ δέ μιν θυόεν νέφος ἐστεφάνωτο. „quod haec eſt illa nubes, quam ſupra Iouem ſibi Iunonique inducere vidimus Ξ, 350. Eſt θυόεν νέφος, εὐῶδες etiam ap. Heſych. h. v. Cauſſam boni odoris repetunt Sch. B. et Sch. br. et Euſtath. a floribus e terra natis et ex Iunonis vnguentis. Non meminerant ambroſios odores deorum omnino.

ἥμμενον Vrat. A. quod aliis locis poteſt varietatem inferre (vt ap. Pind. Ol. X, 41.) at h. l. eſt merum vitium.

154. τὼ δὲ πάροιθ' ἐλθόντε. fragm. Moſc. vitioſe προπάροιθ'.

155. οὐδὲ σφῶϊν ἰδὼν ἐχολώσατο θυμῷ. ⊱ „quod contrarium declaratur, ἀλλ' ὑπεδέξατο, sed eos placide ac benigne excepit.

In σφῶϊν ἰδὼν prostat iterum exemplum mutatae lectionis antiquae cum ignoratione digammi. σφῶϊν non potest esse nisi tertiae personae dualis casu tertio pro αὐτοῖν οὐκ ἐχολώσατο, *illis duobus*, ἰδὼν sc. αὐτούς. Iam σφωιν ϝιδέσθαι non fert metrum; nec σφῶϊ scribi potest; necesse ergo est, antiquitus lectum fuisse οὐδὲ σφωὲ ἰδὼν, σφωε ϝιδων, h. e. αὐτώ. vt statim A, 8 τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν. Contra Θ, 402 γυιώσω μὲν σφωϊν, *illis duobus*. cf. Apollon. de Syntaxi p. 167. 168. Vnde quoque patet, vel corruptam lectionem non σφῶϊν, sed σφωϊν aut οὐδέ σφωϊν fuisse exarandam. Hoc est quoque, cur in Schol. B. ad vs. 155 adscriptum: ἐγκλιτικῶς.

156. ὄττι οἱ — πιθέσθην. πιθέσθαι Lips. vitiose.

158. βάσκ' ἴθι Ἶρι ταχεῖα. ⊱ „quod ταχεῖα h. l. est pro ταχέως et prouocatur ad Ω, 144 vbi idem hemistichium occurrit.

βάσκ' ἴθι iam vidimus B, 8.

159. πάντα τάδ' ἀγγεῖλαι. Notatur ab omnibus A. B. Sch. br. ἀγγεῖλαι esse, noto vsu, pro imperatiuo. Cur non iungit grammaticus cum ἴθι? Videntur fuisse, qui ἄγγειλαι legerent: ex ἠγγειλάμην.

161. ἔρχεσθαι μετὰ φῦλα θεῶν ἢ εἰς ἅλα δῖαν. ⊱ „quod ἅλα διᾶν Iupiter appellat a se ipso." At Sch. B. et Eustath. μεγάλην, vel ὑγρὰν, vel φοβερὰν, vt δῖα Χάρυβδις." Quid tandem in hoc haesere, quod toties occurrit pro epitheto mere ornante? — Lectum quoque ait Sch. A. ἔρχεσθ' ἢ μετὰ vt 177. Sic et Vatic. et vn. Vindob.

162. εἰ δέ μοι οὐκ ἐπέεσσ' ἐπιπείσεται. lectio haec recepta e Romana et Eustathio in edd. Basil. Steph. eamque tuentur Ven. Townl. fragm. Mosc. Lips. in quo tamen vitiose ἐπέεσσιν ἐπιπ. In ed. Flor. et Aldd. erat cum codd. parte ἐπέεσσι πεπείσεται. Saepius ἐπιπείθεσθαι occurrit. cf. vs. 178.

163. *Φραζέσθω δὴ ἔπειτα.* Leue eſt, monendum tamen de ſcriptura. Edd. Flor. Ald. Turn. Steph. ſcribebant *δ' ἤπειτα.* Neque aliter exaratur in codd. optimis Ven. Townl. fragm. Moſc. Vrat. b. d. et A. Enimuero nulla eſt vox *ἤπειτα.* ſaltem exarandum eſt *δήπειτα,* ex *δὲ ἔπειτα,* Ionico more forte. Meliorem ſcripturam ex ed. Rom. recepit Barnes *δὴ ἔπειτα* hic et Υ, 338. et ſaepius in Odyſſea. Accedit h. l. Euſtath. et mſ. Lipſ. Eſt enim haud dubie ex *δὴ ἔπειτα.* quod patet ex eo quod eſt in apodoſi Υ, 338. Od. Α, 290. 294. Intulit quoque *δὴ ἔπειτα* Clarke Υ, 338.

164. *μή μ' οὐδὲ, κρατερός περ ἐὼν, ἐπιόντα ταλάσσῃ μεῖναι.* In *οὐδὲ* haerebat Bentlei. et tentabat *οὐ δὴ,* vel *οὐ καί.* vſus loquendi fert: *Φραζέσθω μὴ* et *μὴ οὔ.* v. Obſſ. ad Ε, 411. et Excurſ. II ad VIII p. 405. poteſt *μὴ οὐδὲ* dictum eſſe, vt ſaepe, ſimpliciter pro *μὴ οὐ,* vel *μὴ κρατερός περ ἐὼν* (h. *καίπερ* — *οὐδ' ὣς*) *οὐδὲ ταλάσσῃ μεῖναι ἐμὲ ἐπιόντα,* *videat ne, ne ſatis quidem animi habeat, vt ſuſtineat in loco ſtare et excipere me, ſi eum aggreſſus fuero,* Reliqua ſimilia loco Α, 534 *οὐδέ τις ἔτλη μεῖναι ἐπερχόμενον.* et Ν, 830 *αἴ κε ταλάσσῃς μεῖναι ἐμὸν δόρυ μακρόν.*

165. *ἐπεὶ εὖ φημὶ βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι.* Vulgata lectio, quam quoque Ven. B. retinet cum aliis, erat: *ἐπεὶ ἕο,* aut quod ſcribi debebat *ἐπεί ἑο,* quandoquidem encliticum hoc eſt; etſi de hoc certatum eſt inter grammaticos veteres: v. Exc. VII ad lib. I p. 185. et ad Α, 114. p. 50. inf. ad v. 241. At *ἐπεὶ εὖ* in fragm. Moſc. et in Ven. A. *ἐπεί εὑ,* monet enim diſerte Schol. A. eſſe *εὑ* encliticum. vt in illo: *καί εὑ κράτος ἐστὶ μέγιστον* Ω, 293. ad quem loc. v. Obſſ. et hoc recepiſſem vtique, tanquam probabilius et Ariſtarcheum, niſi ſtatim inde ab Α, 114 amplexus eſſem alterum, quo negatur *ἕο* encliticum eſſe, ideoque ſcribitur *ἀπὸ ἕο.* ergo etiam *ἀπὸ εὖ, ἀπὸ οὗ.* Manifeſtum porro, *ἕο* et *εὖ* non modo eſſe *ſui,* ſed etiam *αὐτοῦ,* vt h. l.

166. ※ — et 167 ※ — Damnantur hi duo versus in cod. Veneto primario, et in Schol. A, signanturque asterisco, tanquam translati ex Iridis verbis vs. 182. 183. Alieni enim sunt a Iouis persona et a loco.

166. τοῦ δ' οὐκ ὄθεται φίλον ἦτορ. οὐκ ἐπιστρέφεται. non veretur, sed, audet. Aliter quam paullo ante vs. 107 et insolenti vsu.

167. ἶσον ἐμοὶ φάσθαι, τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι. Barnes: „γρ. καὶ ὁμοιωθήμεναι ἄντην. ex A. 187." In φάσθαι primigenium medii vsum agnoscit Clarke, vt sit, *dicere se*. τόν τε. „quem vtique" Clarke.

στυγέουσι nunc δεδοίκασι, vt H, 112. Υ, 68. v. Schol. Apollonii II, 630.

169. βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων. ⸓ „quod Zenodotus: βῆ δ' ἐξ Ἰδαίων. sed praestat κατὰ, quia de descensu." Sch. A.

170. ὡς δ' ὅταν ἐκ νεφέων πτῆται νιφὰς ἠδὲ χάλαζα. ⸓ „quod discernit νιφάδα et χάλαζαν" Schol A. νιφὰς δὲ, χιών. χάλαζα, πεπηγὸς ὕδωρ μετὰ βροχῆς. Sch. B. Vidimus iam ad K, 6. 7. VV. 170. 171. iisdem fere verbis leguntur T, 357. 358.

171. ψυχρὴ ὑπὸ ῥιπῆς. Etiam hic ὑπαὶ insederat codd. et edd. damnatum iam Bentleio, maxime ante ῥ.

Dupliciter posse iungi: ψυχρὴ ὑπαὶ ῥιπῆς, et πτῆται ὑπαὶ, notat Schol. A. Alterum hoc verius.

αἰθρηγενέος Βορέαο. Schol. B. laborat in hoc: quomodo boreas natus *caelo sereno* dici possit, cum de niue et grandine agatur; ait igitur, epitheton aut παρέλκειν, aut πλεονάζειν, quia νέφη, atrae nubes, fugantur. Aliis ὁ αἶθρος visus esse τὸ ψύχος: quod legitur Od. Ξ, 218 αἴθρῳ καὶ καμάτῳ δεδμημένον. cf. Hesych. Etymol. Enimuero αἶθρα simpliciter est aer, quod postea vulgari vsu obtinuit; boreas autem αἰθρηγενὴς nihil aliud esse potest, quam in aere genitus; estque epitheton proprium ventorum, vt et ap. Apollon. IV, 765 Aeolus imperat ἀνέμοις αἰθρηγενέεσσι. At vt αἰθρηγενὴς sit *qui progenerat frigus*, quod volunt grammatici, hic et ad

T, 358, etiam Schol. Apollon. IV, 765. aut qui *ſerenat caelum*, ſi analogiam teneas, fieri nequit; eſt is αἰθρηγενέτης Od. E, 296. βοῤῥέαο Lipſ.

172. διέπτατο ὠκέα Ϝῖρις. Fuit ωκεα Ϝιρις. at ſupereſt alter hiatus, — ατο ω — Aut explendum eſt διέπτατ' ἄρ' ὠ. aut epitheton alienum immigrauit. Bentl. πότνια coniicit. Si ἔπτην a πτῆμι, in Homero occurreret, ſuſpicarer διέπτη. Reſtat vt tueamur hiatum in tono quieſcente in quarta ſede. Sed totus verſus potuit a grammatico vel rhapſodo ſubiungi, cum δ' inſertum eſſet poſt ὡς, pro eo quod olim fuerat: βῆ δὲ — ὡς ὅταν ἐκ ν.

175. παρὰ Διός. — Etiam hic παραὶ obtinet. Eſt tamen παρὰ in Mori.

176. παυσάμενόν σε κέλεται violato metro Ven. et Sch. A. cum Lipſ. Debebat ſaltem κέλεταί σε ſcribi. In Sch. A. adſcriptum: γρ. κέλευε. Eſt quoque σε κέλευε in fragm. Moſc. Vrat. b. σ' ἐκέλευσε Flor. et reliquae edd. σ' ἐκέλευε Ald. 1. vitio operarum. σὲ κέλευσε Cant. recte, cum Townl.

177. ἔρχεσθαι μετὰ φ. Cant. Barocc. Harl. Lipſ. Ven. Townl. fragm. Moſc. Vrat. b. d. duo Vindob. Ed. Flor. vt ſup. 161. vulgg. ἔρχεσθ' ἤ.

178. ⟝ nullo Scholio appoſito. Verſum iam vidimus 162.

179. καὶ κεῖνος. Ven. et Sch. A. B. Lipſ. Vrat. b. d. adde Euſtath. ed. Rom. cum fragm. Moſcou. et notatur, eſſe lectionem Ariſtarchi, haud dubie a ſerioribus e more mutatam, vt iam ſupra, in κἀκεῖνος. πολεμίξων Cant. Mori Vat. Lipſ. Townl. Vrat. d. vn. Vindob. πτολεμίζων Aldd. Vrat. b. temere h. l.

180. σὲ δ' ὑπεξαλέασθαι ἀνώγει. ὑπεξαλέασθαι, ἐκκλῖναι καὶ φυλάξασθαι Schol. B. add. Heſych. ἄνωγε Harl. et Vat.

181. πολὺ φέρτερος εἶναι. Vrat. b. φέρτατος.

182. 183. ※ — „quod non bene hinc retracti ſunt duo verſus ad ſup. 166. 167" Sch. A. Equidem ne nunc

quidem eos locum ſuum recte tueri cenſeo; ſed omnino eſſe fetum rhapſodi interpolatoris, qui ex Jl. A, 287 ſqq. memoria tenebat. Ad στυγέουσι ſpectat ſtigme, quod nunc eſt pro δεδίασι, metuunt, vt vſ. 167 vidimus.

Ἰσόν οἱ φάσθαι. Barnes malit ἶσον ἑοῖ. Clarke putabat ἴσόν σ' οἱ φ. ſcribi potuiſſe. Enimuero nec ſcribi potuit, digammo vetante.

184. τὴν δὲ μέγ' ὀχθήσας. Barnes mutat in τήνδε vt fere ſolet.

185. ὑπέροπλον ἔειπεν. ὑπερήφανον. Schol. br. hic et P, 170.

187. τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοὶ, οὓς τέκετο Ῥέα. „τ' ἐκ Κρόνου Ariſtarchea eſt lectio." Alii legerant τρεῖς γάρ τε Κρόνου. quod ex Euſtath. quoque diſcimus. In mſ. Lipſ. τε Κρόνου. γρ. ἐκ Κρ. Etiam γάρ τε lectum erat a Sexto Empirico, qui p. 591 hos tres vſſ. recitat. Ita caute eſt diſtinguendum: τρεῖς γάρ τε Κρόνου εἰμὲν, (ſc. παῖδες) ἀδελφεοί. ne Croni ſint fratres. In Vrat. A. ſine τ' erat, τρεῖς γὰρ ἐκ, quod et ipſum poteſt defendi. Reſpexit locum Plato in Gorgia ſub f. nec vno modo argutati ſunt veteres in h. l. interpretando; praeter Heraclidem v. Plutarch. de def. Orac. p. 422 F.

οὓς τέκετο Ῥέα. Ita ed. Flor. Ald. 1. mutauerat id in οὓς τέκε Ῥῆη Ald. 2. et emendatum ex Rom. Ῥείη inde a Turnebo. Redeundum erat ad antiquius οὓς τέκετο Ῥέα, quod et Venetus habet, et Cant. Barocc. Harl. Townl. Vrat. d. et A. Vindob. duo, etſi in altero οὓς τέκετο ῥεία eſt. In vnam ſyllabam pronuntiando contrahendum eſſe Ῥέα facile videas; etſi Schol. A. ait alios α in Ῥέα producere, alios dactylum facere. Legerat quoque τέκετο Ῥέα Euſtath. e quo patet p. 1012, 3. ab aliis Ῥέα tertio caſu fuiſſe acceptum ab aliis lectum οὓς τέκε Ῥέα (quod et fragm. Moſc. et Vrat. b habent). Legi Ῥείη alicubi, auditu tantum acceperat Euſtathius.

ἀδελφοὶ, Flor. Ald. 1.

Fabula de Aegide ex pelle Amaltheae confecta h. l. in Schol. Ven. inferta, ad vſ. 318 ſpectat; ad quem vſ. ea quoque legitur in Schol. br.

189. *τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς.* — „quod *πάντα* abundat: *ὅτι τὸ πάντα κατὰ παρολκήν. ὡς, οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν.* „(H, 161) Sch. A. Habet haec eadem Suidas in *τριχθὰ*, cum aliis, ſatis perturbate. Vt teneas, quid grammaticos offenderit, teneas, ſequi mox *γαῖα τ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος.* Si communis iuris terra et Olympus, quomodo *πάντα δέδασται?* diuiſa ſunt? Dixerunt ergo *πάντα* eſſe otioſum. In Schol. Victor. fuere qui *πλεῖστα* ſubſtituerent. Eſt etiam *ζήτησις* et *λύσις* in Schol. B. quam Porphyrii eſſe, diſco ex fragm. Moſc. adde Euſtath. Simpliciſſimum erat, dicere: *omnia* diuiſa fuiſſe, *excepta* terra et Olympo, monte, ſede deorum: de quo vſ. 193 ſubiicitur.

Cumulantur porro in h. v. argutiae philoſophorum et grammaticorum per allegoriam phyſice haec interpretantium in Sch. A. et B. Euſtath. Sch. br. haud dubie petitae e Porphyrio. Stobaeus Ecl. I, 22 p. 442 Heer. vbi vſſ 189 — 193 leguntur. add. Heracl. Alleg. c. 41. alio quam hoc modo. Atque iterum diuerſo modo ludit in ſortitione Callim. in Iou. 61 ſq. At idem Heraclides aliquid adiicit ad mythica memorabile, quod et Koeppen nolier bene obſeruauerat: *κλῆρος ὁ μυθευόμενος ἐν Σικυῶνι.* Haec eſt illa disceptatio, de qua agit Heſiodus Θ. 535 *ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ — Μηκώνῃ.* Suſpicari enim licet, *θνητοί τ' ἄνθρωποι*, quod ibi adiicitur, eſſe interpolatum, cum alind predicatum deorum ſubiectum eſſet, vt antea 111 *οἵ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοὶ, δωτῆρες ἐάων. ὥς τ' ἄφενος δάσσαντο καὶ ὡς τιμὰς διέλοντο* qui locus eſt parallelus et 882 *ἐπεὶ μάκαρες θεοὶ — Τιτήνεσσι δὲ τιμάων κρίναντο βίηφι.* Ducit eo Schol. et Schol. Pind. Nem. IX, 127. Ipſam *ἰσοτιμίαν* deorum non ferebat Maxim. Tyr. Diſſ. XL p. 468. adde Diſſ. XXXII

p. 150 — τριχθὰ, τριχῶς hoc verſu laudato Apollon. Lex.

In altera verſus parte: ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς, ineſt difficultas metrica: δέδασται ἕκαστος. Miror Clarkium non ſenſiſſe, repugnare δέδασται canoni grammatico ſaepe inculcato; debebat eſſe: *diuiſa erant,* δέδαστο ϝεκαστος. Sic et Bentl. emendabat. ἔμμορε v. ad A, 278. Commode hoc verſu vtitur Plutarch. in Pompeio de relictis poſt Craſſi mortem Pompeio et Caeſare p. 647 F.

191. παλλομένων videtur non vno modo acceptum eſſe: in Heſych. eſt κληρουμένων expoſitum, ac ſi eſſet παλλομένων ἡμῶν; *nobis ſortientibus;* eſt tamen πάλλειν *ſortem iacere,* non πάλλεσθαι, vt adeo accipiendum ſit: παλλομένων ſc. τῶν πάλων, τῶν κλήρων, *cum ſortes iacerentur,* at Sch. br. κλήρῳ μεριζομένων ſcil. τῶν πάντων τριχθὰ δεδασμένων. In Schol. ſup. ad 18 ex Heraclito (Heraclide vulgo) παλλομένην laudatur, et δὲ λάχεν. vtique Ionicum erat in vtroque loco Ἀΐδης δὲ λάχε et Ζεὺς δὲ λάχ' οὐρ. Notum Virgilianum Aen. I, 138. 9. *Non illi imperium pelagi ſaeuumque tridentem, Sed mihi ſorte datum.*

192. Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρύν. ⟝ „quod Zenodotus οὐρανὸν αἰπὺν legerat; atqui id montis epitheton eſt.“ Sch. A. Scilicet αἰπὺν Ὄλυμπον ſaepe vidimus, at vbique οὐρανὸν εὐρύν. Vulgata lectio eſt ap. Ariſtot. de Mundo, ſub fin.

καὶ νεφέεσσι laudat Sch. A. ad Π, 365. Debuit Ionice eſſe Ζεὺς δὲ λάχ'.

193. γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος. ⟝ „quod adhaeret terrae Olympus, tanquam mons: vti Od. J, 21. ναιετάω δ' (corrupte in Scholio: ναίετ' ἀνὰ δ') Ἰθάκην — ἐν δ' ὄρος αὐτῇ.“ Sch. A in quo praemittitur quaeſtio: quomodo Terra et Olympus communis eſſe dici poſſit: Κράτης ἐν δευτέρῳ Ὁμηρικῶν καὶ Στησίμβροτος οὕτως δέδασται. . . . . Locum mancum eſſe apparet.

Sed ſubiicitur mox aliunde phyſica interpretatio aliena a poeta. Occurrit ea quoque in Schol. br. et in Euſtath. Nunc aſſequi licet, fuiſſe qui locum ſic illuſtrarent, vt Olympum h. l. montem eſſe dicerent. Poterant facile his turbis ſuperſedere. Nam Olympus, qui eſt ſupra nubes et caelum, etſi ſaepe cum hoc eodem nomine appellatur, eſt ſedes communis deorum; Terra autem pariter, quatenus communi cura hominum prouident dii, et communi cultu ab iis excipiuntur. *γαῖα δέ τοι* ap. Schol. A. ad Υ, 18. et Ariſtides To. I. p. 225. *γαῖα δέ τι* Suidas in *τριχθά*, vbi *πάντων* abundare dicit, et fragm. Moſc.

194. *τῷ ῥα καὶ οὔ τι Διὸς βέομαι φρεσίν.* *βέομαι* vox antiquata, quam grammatici varie exponunt modo ex contexto, modo ex etymo. Sch. A. „*διὸ οὐκ ἂν κατὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην βιώσομαι, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ.* (*ἐμαυτοῦ* vt et Sch. br. ſcribunt) Demetrius autem, *ἀποβήσομαι, εἴξω.* (leg. *ἢ ζῶ.*) quomodo illud: *οὐ γάρ μοι δηρὸν βέῃ.* (Π, 852) *οὐ προβήσῃ κατὰ τὸ ζῆν πολὺν χρόνον*" Sch. A. et Sch. br. cum Etymol. At Sch. B. *ἐπιστρέφομαι, διὰ φροντίδος ἔχων* (*ἔχω*) *παρὰ τὴν βίαν.* non intelligo, quomodo haec cohaereant, ſed de *βία* et alii in hoc verbo, et Euſtathius, cogitarunt: apud Heſych. *βείωνται. καταπονῶνται* pro *βιῶνται.* nonnulli, *οὐκ ἀποσοβηθήσομαι τῆς βοηθείας διὰ τὸν Δία.* vt in illo: *ὄφρ' ἂν ἐγὼ προτὶ Ἴλιον βείω.* (Z, 113) ait igitur, ſe non ceſſurum loco ſibi cum illo communi (*φησὶν οὖν, ὅτι κοινοῦ πάντως ἀπελαύνομαι χωρίου.* f. *οὐκ ἀπελαύνομαι*) Res videtur hoc modo conſtituenda: *βάω* fuit et *βέω*, *βῆμι.* *incedo*, *πορεύομαι*, (*καταβείομεν* K, 97.) quod etiam *de vitae inſtituto* dictum in antiquo ſermone, vt ſaepe ap. Pindar. *ἐν εὐθείαις ὁδοῖς στείχειν.* et *ἔρχεσθαι* ſup. E, 442. *οὐ βέομαι*, pro *βήσομαι*, aut etiam praeſenti, *non ego incedo, viuo*, *Διὸς φρεσὶν, κατὰ τὰς τοῦ Διὸς φρένας.* hactenus reddi potuit h. l. *βιώσομαι.* vt Π, 852 *οὐ θὴν οὔτ' αὐτὸς δηρὸν βέῃ.* X, 431 *τί νυ βείομαι. ἐς τί ἔτι βιώσω καὶ ζήσω;* Etymol. et Porphyr. ad e. l. et Ω, 131 *οὐ γάρ μοι δηρὸν*

βέῃ. et Hesych. βείομαι, πορεύσομαι. ζήσομαι. Apollonium miror de hac voce omnino nihil monere. Sic et βείομαι ex h. l. Etymol.

196. χερσὶ δὲ μή τι με πάγχυ, κακὸν ὥς δειδισσέσθω. Notant A. et B. Sch. br. fragm. Mosc. posse iungi l. ὡς χερσὶ κακὸν ὄντα l. διὰ χειρῶν ἐκφοβείτω. l. ὡς χερσὶν ὑπερέχων. Verior media ratio. vn. Vindob. δειδίσσεσθαι.

197. θυγατέρεσσιν γάρ τε καὶ υἱάσι κέρδιον εἴη. „κέρδιον εἴη sic vulgares, ait Sch. A. οἱ εἰκαιότεροι. At Aristarchus βέλτερον. (Hoc quoque Vat.) Aristophanes κάλλιον εἴη." Sch. A. κέρδιον ἢ βέλτερον. Eustath. In Barocc. τε abest ante καί. — κέρδιον εἶναι Vrat. d. et duo Vindob.

198. ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν ἐνισσέμεν. „ὑπερηφάνοις — παραπλήσσειν" Sch. B. Ceterum ἐννοσέμεν, ἐπιπλήττειν in Hesychio ex hoc vs. corrigit Bentl. quod et alii fecerunt. Laudat quoque versum Etymol. et reddit κακολογεῖν, et ἐπιπλήττειν ἀπὸ τοῦ ἐνίσσω. ὁ μέλλων ἐνίξω. Est adeo idem quod ἐνίπτω. At ἐνίσπω est idem quod ἐνέπω. simpliciter *dico*.

199. οἵ ἕθεν ὀτρύνοντος. Sch. A. monet de enclitica, οἵ ἑθεν. quae Aristarchea erat praeceptio. v. ad A, 114. et sup. ad 165. οἵ εὖ. ἕθεν pro αὐτοῦ manifeste. „γρ. ἀκούσωνται." Barnes.

201. οὕτω γὰρ δή τοι, Γαιήοχε — Eustathius ait γὰρ abundare. Clarke autem et h. l. argutatur, quasi semper supplenda sit alia propositio; etsi commode reddit, *siccine autem, quaeso. siccine enim reuera.* Ernesti: *enimuero an sic.* Simpliciter dicendum γὰρ esse ex γ' ἄρα, vnde iunctum γὰρ δή, vt centies. Dionys. Halic. in Arte s. 9. laudat orationem Iridis propter τὸ εὐπρεπές.

Apud Sextum l. c. ad 203 est οὕτω γὰρ κέλεαι. e quo rem narrat P. Victor. Var. Lect. XXXIV, c. 18. et οὕτω γὰρ ἄν τοι recitat Stobaeus (de Ira) Serm. XX p. 173. vbi tres vss. 201. 2. 3. inter sententias habentur. His iisdem vss. 201. 2. 3. recitatis placatum esse Antigo-

ni regis animum a Soſtrato Ptolemaei legato narrat Sextus adu. Grammat. p. 276. Vtitur iis quoque Lucianus in Timone ſ. 35. memorante Erneſtio. Sententiae ſimiles ſunt I, 493 et N, 115.

203. ἦ τι μεταστρέψεις; στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν. Apud Dionyſ. l. c. et Sextum codd. μεταστρέψῃς. Comparat Schol. B. cum Euſtath. verſum Heſiodeum: Ἔργ. 295 Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πείθεται. (leg. πίθηται.) ἦ τι et ἤ τί variat in libb.

204. οἶσθ' ὡς πρεσβυτέροισιν. „quod haec de ſuo addit Iris, vt et ſupra vſ. 182 καὶ γενεῇ πρότερος." Sch. A. Poſſe autem verſum vel cum vel ſine interrogatione pronuntiari, monet Schol. B.

πρεσβυτάτοισιν. Vatic.

206. κατὰ μοῖραν ἔειπες Barocc. ἔειπας. perpetua variatione. v. ad A, 106 et al. Euſtath. νημερτὲς, ἢ κατὰ μοῖραν. fuit ergo et alterum lectum.

207. ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ. reſpicit verſum Pindarus P. IV, 494. 5 ἄγγελον ἐσθλὸν ἔφα τιμὰν μεγίσταν πράγματι παντὶ φέρειν. et Euripides: ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κυπτὸς ὀρθοῦται λόγος ap. Schol. B. et Euſtathium, in quo κρυπτὸς eſt. Monitum eſt iam ad Fragm. Eurip. CCXXIV verſum Aeſchyli eſſe videri Choeph. 771. vbi edd. ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθώσῃ φρενί. Varie tentatur locus, etiam a Schützio: ſed κυπτὸν ipſe Heſych. interpretatur τὸ ταπεινούμενον, cui reſpondet τὸ ὀρθοῦν. quod fit per nuntii fidem, auctoritatem et ſimilia, δι' ἀγγέλου, ἐν ἀγγέλῳ.

αἴσιμα εἴπῃ Zenodotus legerat: verum hic de prudentia nuntii agitur. Eſt quoque εἰδῇ ap. Schol. Apoll. I, 650. qui verſum recitat.

Reuera autem Iris prudentis nuntii partes egit, qui non exaſperare animum vult, cum iuſſa dura perferat, ſed placare mitigando verbis. Poſſit adeo aliquis Iouis ipſius prudentiam mirari, qui ad Neptunum non Apollinem, ſed Irin deam miſerat, cuius ex ore blandiore

mandata Neptunus animo remiſſiore accepturus erat: cf. Schol. B. et Euſtath. ad vſ. 221.

209. ὁππόταν ἰσόμορον καὶ ὁμῇ πεπρωμένον αἴσῃ. Caput verſus peccat in vſum digammi; debuit eſſe ὁππότε ϝισομορον. quod Bentl. iam obſeruauit. Scribitur ὁππότ' in Ven. Euſtath. et al. communi variatione. Schol. B. ὁπόταν, ἀντὶ τοῦ ἡνίκα, ἢ μᾶλλον ἀντὶ τοῦ ὅτε.

ὁμῇ πεπρωμένον αἴσῃ. Schol. B. ὁμοίᾳ μεμερισμένον μοίρᾳ Melius Sch. br. τῆς ἴσης μερίδος μεθέξοντα. Heſych. corrupte μεμωράμενον, emend. ex Suida: εἱμαρμένον. ὡρισμένον. πεπερασμένον. ἀπὸ μοίρας εἰς πέρας. vltima ſcabra ſunt. Euſtath. πεπερατωμένον. συντετελεσμένον. Simplex oratio erat: ἔχοντα τὴν ἴσην μοῖραν· tanquam frater deſtinatus erat iuri et portioni pari. Apparet hinc ſucceſſionem filiorum tum vſu habitam eſſe in aequas hereditatis portiones. Arguitur de his Porphyr. ad Z, 288. vbi verſus corrupte excitatur.

210. χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν. Schol. B. πικροῖς. Schol. br. et Euſtath. ἐργίλοις.

211. ἀλλ' ἤτοι νῦν μέν κε νεμεσσηθεὶς ὑποείξω. Sic et Ven. et Schol. A. „νῦν μέν γε Ἀρίσταρχος. ἄλλοι δὲ νῦν μέν κε." Accedam equidem Ariſtarcho. Alterum erit ὑποείξω κεν, ἄν, pro futuro.

νεμεσσηθεὶς, *indignatus quamuis.* At Schol. br. αἰδεσθεὶς, vt et Schol. B, 227. at Schol. Harlei. „τὴν νέμεσιν εὐλαβηθείς. vix ſatis grammatice. ἀλλ' εἴ τι vn. Vindob.

212 vsque ad 217. — „ἀθετοῦνται στίχοι ἕξ, ὅτι εὐτελῆ τὰ κατὰ τὴν σύνθεσιν, καὶ τὰ κατὰ τὴν διάνοιαν. cum dixiſſet antea Neptunus, ſe ceſſurum eſſe, νεμεσσηθεὶς ὑποείξω, nunc tanquam mutata mente ſubiicit, ἀπειλήσω· minatur, ſe implacabilem fore, ſi Troia non excidatur aliquando; cum tamen iam ſciat, Iouem Troianis tantum ad certum tempus, donec Achilli ſatisfactum fuerit, opitulari: (hoc Iuno norat, ſup. 69. non Neptunus) Nomina Mercurii et Vulcani vſ. 214) arrepta eſſe ex θεομαχίᾳ Jl. Φ." Schol. A. ἀθετοῦνται οἱ ἕξ, aiunt quoque

Schol. B. Lipſ. Moſc. verſus tamen excuſant; voluiſſe quidem cedere Neptunum, ſed cum dignitate, ira in poſterum dilata." Rationes ſane ad probandum vel improbandum, quod ſcriptum eſt, per ſe leues, ad docendum autem, quid ab Homero profectum ſit, multo magis. Senſus tamen, ex longo vſu contractus, me dubitare haud patitur verſus inde ab ἄλλο δέ τοι ἐρέω eſſe laciniam a rhapſodo attextam; ſententia per ſe eſt inepta et puerilis minatio; etſi reponi poteſt, eſſe hoc petitum ex natura hominis irati, et neceſſitati obtemperantis, vt minas adiiciat, etſi a re alienas. Koeppen comparat Achillis exemplum A, 298 ſq. Quid de ſingulis verſibus ſit monendum, ſtatim ſubiiciam. Attigit quoque τὸ ἀθετεῖσθαι Euſtathius.

ἀπειλήσω τό γε θυμῷ ieiunum eſt; ſuccurrit Cod. Cant. μύθῳ, quod tamen et ipſum otioſum eſt.

213. αἴ κεν ἄγευ ἐμέθεν καὶ Ἀθηναίης ἀγελείης. Barnes: „γρ. ἄνευθεν ἐμεῖο Ἀ. vtique praue. Epitheton ἀγελείης iam vidimus Δ, 128.

214. Ἥρης Ἑρμείω τε καὶ Ἡφαίστοιο ἄνακτος. Ita quoque libri, ipſe Venetus. Nec tamen ratio grammatica voc. Ἑρμείω obuia eſt. Nam ex Ἑρμῆς eſt Ἑρμέω, vt Βορέω. Euſtathius formatum eſſe ait ex Ἑρμείεω. Etiam Scholion eſt in Ven. A. Ἑρμείω Ἰωνικὴ γενικὴ παθοῦσα. εἰ γὰρ ὑγιὴς, ἔσται Ἑρμείεω, ὡς Ἀτρείδεω. Aliud Scholion docet nonnullos legere Ἥρης, Ἡφαίστου τε καὶ Ἑρμείαο. Vides eos, qui ita legerant, ſenſiſſe vitium grammaticum. In principio τε interponi malebat Bentl. Ἥρης θ' Ἑρμ. deficit tamen copula paſſim, vt inf. 302. Verum totus verſus interpolatorem redolet; et nusquam horum deorum mentio aliqua ſit praecipua in bello Iliaco.

216. δοῦναι δὲ μ. Vat. τε, nec male.

217. Ἴστω τοῦθ', ὅτι νῶϊν ἀνήκεστος χόλος ἔσται. Lectus fuit verſus ab Apollon. Lex. in ἀνήκεστον. cf. ad E, 394.

218. λαὸν Ἀχαιϊκόν. Male hic vt alibi quoque, legitur Ἀχαϊκόν. Bentl. corrigit Ἀχαιῶν.

221. ἔρχεο —; μεθ' Ἕκτορα. „pro πρὸς vel ἐπί.“ Schol. B.

223. οἴχεται εἰς ἅλα δῖαν. ⸓ ad fiigmen excidit Scholion; quod forte fpectauit ad οἴχεται pro ᾤχετο, vel ad χόλον αἰπὺν pro χαλεπόν.

224. 5. μάλα γάρ τε μάχης ἐπύθοντο καὶ ἄλλοι, οἵπερ ἐνέρτεροί εἰσι θεοὶ, Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες. Vulgata lectio erat μάλα γάρ κε, inde ab Ald. 2. Rom. Turn. Steph. etc. etiam ab Euftathio probata. Ita aut laborabat grammatica, vt τοῦ κε nulla vis effet, aut erat iungendum ἐπύθοντό κε τῆς μάχης καὶ ἄλλοι (ἐπύθοντο ἄν) *etiam alii dii audituri fuiffent, quantus pugnae tumultus exoriturus* erat. Ita vero non bene fequitur ἄλλοι οἵπερ ἐνέρτεροι. *alii dii qui in Tartaro funt.* At erunt quoque dii in Olympo. Sin κε tueri velis, expungendus faltem erit vf. 225 aliunde conflatus. Etfi fatendum eft, per fe effe fublimem fententiam: futurum fuiffe, vt ad ipfos Titanes in Tartaro tumultus praelii perferretur.

Praeftat altera lectio τε, quae erat in Flor. et Ald. 1. et vero etiam in bonis codd. Cant. Townl. Ven. Nec aliter legere potuit auctor Schol. br. *fatis iam olim Titanes experti funt pugnam, h. e. qualem pugnam, quibus viribus, ego facere foleam.* Reuocat Iupiter in memoriam bellum Titanicum: v. Hefiod. Theog. 850 fq.

225. οἵπερ ἐνέρτεροί εἰσι θεοί. ⸓ fed Scholion excidit. ἐνέρτεροι ab Ernefti commendatum recepit Wolf. Eft enim in Euftath. ed. Rom. et mf. Lipf. Sic quoque Ven. A. adde Mori. Cant. Townl. fragm. Mofc. At quod vulgatum erat οἵπερ νέρτεροι; erat in Ven. B. De toto verfu dubitari poffe, profeffus iam fum ad vf. antec.

226. ἠδέ οἱ αὐτῷ.“ Afcalonita hoc modo acuebat. At Schol. A. contendit ἠδὲ οἷ αὐτῷ fcribendum effe, quod et Apollon. de Syntaxi p. 147, vt editus eft, exhibet; etfi cauffas admodum obfcure exponunt grammatici. Si

recte rem assequor, volebant subtiliores, *οἱ* pro *ei* vel *sibi* esse encliticum, et *οἱ αὐτῷ*, si est, *ei;* at si est *sibi ipsi*, tum esse *ἑοῖ αὐτῷ*, ergo et *οἷ αὐτῷ*. cf. ad E, 64. Hoc sensu accipiebant dictum et scribebant *μνηστήρεσσι μάχεσθαι, ἀμυνέμεναί τε οἷ αὐτῷ. sibi ipsi.* Statuebant et sic de Od. Δ, 667 *ἀλλὰ οἷ αὐτῷ.* (vbi putes esse, *ei.*) Schol. A.

227. *ἔπλετο, ὄττι πάροιθε νεμεσσηθεὶς ὑπόειξε χεῖρας ἐμάς.* Inest hiatus *ἔπλετο ὄττι*, facile tamen explendus: *ἔπλετ' ἄρ..* Sic et Bentl: Lenius hoc quam alterum *ἔπλεθ', ὅ μοι τὸ πάροιθε.* nisi haec admiseris, hiatum dices proficisci a tono quiescente.

Eustath. *χεῖρας ἐμὰς νεμεσσηθεὶς* iungebat. At est omissum *καίπερ νεμεσσηθείς, ὑπόειξε.* Vrat. d. *ὑπάειξε*, aduerso metro.

228. *ὑπόειξε χεῖρας ἐμάς*, subint. *πρός. κατά.*

ἐπεὶ οὔ κεν ἀνιδρωτί γ' ἐτελέσθη sc. *τὸ πρᾶγμα. ἡ μάχη.* e contexto. Verum totum versum pro panno rhapsodi habeo, qui ad *ὑπόειξε* aliquid desiderabat.

ἀνιδρωτί. Barnes: „*γρ. ἀνιδρωτεί γε*, vt 476. Θ, 512 et alibi *ἀσπουδεί.*" Legitur tamen alterum vbique; sic quoque *ἀναιμωτὶ* P, 363. Etiam ap. Hesych. *ἀνιδρωτί, ἄνευ ἱδρῶτος.* Est autem *ἐμφατικῶς* dictum, pro, *multo* labore et aerumna ea pugna ipsi constitura fuisset; malo suo fuisset experturus, quantum viribus praesto.

229. *ἀλλὰ σύ γ' ἐν χείρεσσι λάβ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν.* ⊱ ad stigmen deficit Scholion; spectauit haud dubie ad *αἰγίδα θυσσανόεσσαν* quam iam E, 738 vidimus. Schol. Exc. ap. Barnes: *δύο ἔφη ὁ Σιδώνιος εἶναι αἰγίδας, τὴν μὲν Διός, τὴν δὲ Ἀθηνᾶς.* Toup. Emend. in Suidam P. IV. (Vol. II. p. 625.) corrigit *Ποσειδώνιος.* non bene. est *Dionysius Sidonius*, non vno loco simpliciter *ὁ Σιδώνιος* laudatus.

θυσανόεσσαν, vno sibilo, etiam h. l. Townl. fragm. Mosc. cum al.

230. ⊱ *τῇ μάλ' ἐπισσείων, φοβέειν ἥρωας Ἀχαιούς.* ⊱ quod *ἥρωας* hoc quoque loco omnes Achiuos dixit,

nec modo reges, quod Ifter contendebat. Schol. A. Lectum vulgo erat *τὴν μάλ' ἐπισσείων*. Flor. et Ald. 1. exhibent *τῇ μάλ'* — quod non displicebat Ernestio. Idem erat in Harlei. Vrat. d. Townl. fragm. Mofc. accedit Venetus. cf. Schol. T. ad X, 221. Modo memineris, iungenda fic effe, vt diftinxi, *τῇ φοβέειν ἥρωας, ἐπισείων αὐτὴν αὐτοῖς*. *φοβέειν* ex follenni vfu pro imperatiuo accipi poteft; poteft quoque iungi cum *μελέτω*.

ἐπισείων Barocc. Lipf. Vrat. d. haud dubie, vt antiquius, ita melius, cum fibilus ipfa pronuntiatione geminetur.

Schol. B. et Mofc. aiunt: *πολλαὶ δὲ αἰτίαι τῆς ἥττης Ἑλλήνων. Ποσειδῶνος ὑποχώρησις, Ἀπόλλωνος κάθοδος, αἰγίδος ἐπεισόδιον* leg. *ἐπίσεισις*.

231 ad 235. — „*ἀθετοῦνται στίχοι πέντε*. quod importuna eft oratio, dum robur Hectori addere iubet Iupiter, *donec* ille ad naues peruenerit; tum Iouem effe ipfum deliberaturum, *ὡς δεῖ τοὺς φεύγοντας ἀναπλεῦσαι* leg. *ἀναπνεῦσαι*. *fe recipere*. Etiam abfurda praedictio et ingrata auditu Apollini." Sch. A. Sane iunctura 231 *σοὶ δ' αὐτῷ* eft molefta; defiderabatur tamen id, quod fupra 221 *ἔρχεο — μεθ' Ἕκτορα* mandatum erat, difertior rei expofitio; etfi facile fuppleri poterat ex verbis ad Iunonem fup. 59—62. Certe verfus 231 abeffe haud poteft.

232. *τόφρα γὰρ οὖν οἱ ἔγειρε μένος μέγα ὄφρ' ἂν Ἀχαιοί*. „*οὖν* vt *dixi*. *vt decreui*. *vt ftatui*." Clarke. Subiicit Ernefti: male *γὰρ* hic vertitur, *enim*. *γὰρ οὖν* eft pro *τοιγαροῦν*, in quo manifefte *γὰρ παρέλκει*" recte hoc; iungenda funt: *γὰρ οὖν* (quod alias *τοιγαροῦν*) *ἔγειρέ οἱ μένος τόφρα*, —

μένος μέγα ὄφρ' hiatum facit. Duplex eft medendi modus, iudice Bentleio: *μέγα μένος*, vel *μένος μέγα, τόφρ'*. At eft *μένος μέγα* eodem verborum ordine inf. 262 et alibi, nusquam *μέγα μένος*. Ignoro quoque vfum *τοῦ τόφρα — τόφρα*. quod alibi occurrere memini, fi variatur, eft *τόφρα — ὡς ἂν* pro *ἕως*. Videtur itaque re-

currendum esse ad versus pronuntiationem quiescentem sede quarta post *μένος μέγα*.

233. *νῆάς τε καὶ Ἑλλήςποντον*. Latius hunc dici etiam de littore Troadis iam obseruatum ad H, 86.

234. *Φράσομαι ἔργον τε ἔπος τε*. Videtur communi vsu dictum pro via et ratione. Obseruat Sch. B. *ἔργον* esse egressum Patrocli, *ἔπος* verba: *Ἀμφοτέροισι δ' ἀρήγεθ'*. Υ, 25.

235. *ὥς κε καὶ αὖτις*· Est *ὥς τε* in ed. Rom. Vrat. A. idque praeferam. Variat quoque *αὖτις* et *αὖθις*.

236. *οὐδ' ἄρα πατρὸς ἀνηκούστησεν Ἀπόλλων*. „*ἄρα*. *vt solitus erat. vt aequum erat. vt par erat*" Clarke. dicam simplicius *nec sane*.

237. *ἴρηκι ἐοικώς*. *ἴρηκι* male scribitur, cum Ionicum sit. Versus laudat Aelian. H. An. X, 14. argutans in eo, quod Apollini sacrum esse accipitrem, hinc efficere vult.

238. *Φασσοφόνῳ* qui *Φάσσας*, *palumbes*, necat: Hesych. h. v. et Toup. Emendatt. ad e. l. To. III. Op. p. 288.

240. *ὅς τ' ὤκιστος πετεηνῶν*. „*ὅς τε*. *qui vtique*" Clarke. *ὅς τ*· est *ὅς* et nihil amplius. *πετεεινῶν* Vrat. b. *νέον δ' ἐςαγείρετο θυμόν*. *ἐςαγείρετο* Venetus; sicque Aristarchus. (quem sequuntur Harl. Vat. duo Vindob.) Alii *ἐςαγείρατο*. Sch. A. quod vulgo lectum hic et iterum inf. Φ, 417. Sane imperfectum frequentius: vt statim B, 52 *οἱ δ' ἠγείροντο μάλ' ὦκα*. Occurrit tamen et altera forma, vt in fine Jl. Ω. *εὖ συναγειράμενοι*, vbi tamen Ven. *συναγειρόμενοι*, et Od. Ξ, 323. T, 293. Forma loquendi *θυμὸν ἀγείρεσθαι* obuia: supra Δ, 152 *ἄψορρόν οἱ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀγέρθη*. et X, 475. Et sic est *θυμηγερὴς*, et Od. H, 283 *ἐκ δ' ἔπεσον θυμηγερέων*.

ἥμενον οὐδ' ἔτι κεῖτο. *οὐδέ τι* Lips. ed. Rom. Vrat. d.

241. *ἀμφὶ ἓ γιγνώσκων ἑτάρους*. *ἀτὰρ ἆσθμα καὶ ἱδρὼς παῦετ'*. — „quod *γινώσκων* idem est ac *ἀναλεγόμενος*, *καὶ ἀναμιμνησκόμενος τῆς ἑκάστου ὄψεως*. (Similia Sch. B.) *οὐκ ἐκ προχείρου γιγνώσκων*, *ἀλλ' οἷον ἀναγνωρίζων*. Sch. A.

Porro idem monet ſcribendum eſſe: ἀμΦὶ ἕ, eſſe enim pro ἑαυτόν. εἰς ἑκάτερον ἑαυτοῦ μέρος σκοπῶν. Alii aliter ſtatuebant: v. ſup. ad 165. et ad Δ, 497. Bentl. em. Heſych. ἀμΦί ἑ γινώσκων. πειρώμενος. περισρώμενος.

ἆσθμα Heſych. ἀναπνοὴ βιαία. σύριγμα. Bentl. autem etiam ἄσθματος ἐνεχέτου ibidem corrigit: ἆσθμα, τὸ συνεχὲς τῆς ἀναπνοῆς (in cod. erat ἄσθατος νεχέτου ap. Schow.)

242. ἐπεί μιν ἔγειρε Διὸς νόος. Paullo aliter h. l. dictum de recreato Hectore, quam alibi de animo audacia et virtute noua inflammato, vt ſup. N, 58 εἰ καί μιν Ὀλύμπιος αὐτὸς ἐγείροι. et ſaepe.

245. ἧσ' ὀλιγηπελέων. ἧσ', pro ἧσαι, eſſe δασυντέον. et ἧ ſcribendum, non ἦ, monet Sch. A.

ὀλιγηπελέων. h. e. ὀλιγοθυμῶν, v. ſup. ad vſ. 24 hoc idem 246 ὀλιγοδρανέων quod iterum Π, 843. Χ, 337 legitur. Apollon. Lex. h. v. ὁ ὀλίγον ἰσχύων. τὸ γὰρ δραίνειν, ἰσχύειν. (vt Jl. K, 96.) Sicque ceteri, Etymol. Heſych.

247. τίς δὲ σύ ἐσσι. Niſi poſt σὺ ſubſiſtit pronuntiatio, haud dubie σύ γ' ἐσσι ſcribendum cum Bentleio.

248. οὐκ ἀΐεις, αἰσθάνῃ. de quo iam dictum ad K, 160, aliter mox 252.

249. οὓς ἑτάρους ὀλέκοντα. γρ. στέλλοντα. mſ. Lipſ. perperam.

252. ἐπεὶ Φίλον ἄϊον ἦτορ. „quod ἄϊον, ἐπησθόμην. τοῦτο δέ ἐστι, τῆς ψυχῆς μου ἥψατο. Sic et alibi: τοὶ δὲ πληγῆς ἀΐοντες, ἐπαισθόμενοι. Λ, 532“ Sch. A. Recte haec, quatenus de ſignificatu vocis ἀΐω pro *ſentio*. At verſus noſtri ſententiam nemo hinc aſſequi poterit. Similiter tamen alii: Apollon. Lex. ἄϊον — σημαίνει δὲ καὶ τὸ ᾐσθόμην. laudato hemiſtichio hoc. Colligo tamen ex aliis, κατὰ ſubſtituiſſe veteres: ἄϊον (τὸ ἄλγος κατὰ τὸ) Φίλον ἦτορ. *ſenſi dolorem animo.* Ita Sch. B. ἤλγησα. ἥψατο γὰρ τῆς ψυχῆς ἡ ἄλγησις, ὥςτε καὶ αἴσθησιν αὐτῇ γενέσθαι. In Heſychio corrupta habentur: ἐπεὶ Φίλον ἄϊον ἦτορ. ἐπεὶ καθῆμεν τῆς ψυχῆς ἀλγησάσης. Emen-

dant ἐπεὶ ἠσθόμην. vt eſt in Sch. br. ἐπεὶ ᾐσθόμην ἀλγήσας τοῦ ψύχους. f. ἀλγησάσης τῆς ψυχῆς. Potuiſſe haec eruditis inter Graecos probari miror. Accipiam ſaltem ſic: cum ſentirem *hoc* (τὸ ὄψεσθαι ἐμὲ τὸν Ἅδην) (κατὰ) τὸ ἦτορ.

Praeſtat, puto, ponere haec: ἄω, ἄημι, fuiſſe quoque ἀΐω. *efflare animam* et *animam agere*, ſunt analoga et loco accommodata. Sic θυμὸν ἀΐσθων, Π, 468. Υ, 403. Sicque Sch. br. altero loco: ἀπέπνευσα τὴν ψυχήν. Et alteram hanc interpretationem adoptauerat altero loco Heſych. in ἄϊον ἦτορ. ἐξέπεσον τὴν ψυχήν. quod iam emendatum ἐξέπνεον. in MS. eſſe: αἰωνήτωρ. ἐξέπευὸν teſtatur Schow. Habet quoque vtrumque Etymologus: et amplexus eſt alterum, ἄϊον, ἀπέπνεον Euſtath. etſi et alterius meminit; eumque ſequuntur paſſim interpretes recentiores. Tollius tamen pronior erat in veterum rationem.

Quod prima in ἄϊον nunc producitur, quae paullo ante v. 247 corripiebatur, ab augmento, η in α, mutato repetit Barnes. Atqui augmento abiecto redit priſtina vocalis quantitas. Clarke ait vocalem longam ante aliam vocalem corripi poſſe: ſane quidem in fine vocis. Suſpicor hoc ducendum eſſe ab interpoſito digammo, cum vſu habitum eſſet vtrumque, vt in aliis quoque, pronuntiare ἀΐω et αϝιω. Etenim in altero quoque ſignificatu, cum eſt, *ſentio*, primam productam videmus: vt K, 532 Νέστωρ δὲ πρῶτος κτύπον ἄϊε. cum Λ, 463 ſit: τρὶς δ' ἄϊε ἰάχοντος. Φ, 388 — ἄϊε δὲ Ζεύς. Sic et Apollon. II, 1260. I, 124. Affertur quoque e Sophocle ἐπαΐω producto τῷ α, Ai. 1283.

Quod ad vocem ipſam attinet, prima ſignificatione ἀΐω, ex ἄω factum, fuit, flo, ſpiro, inde notione vitae adiuncta, ſentio: quae ſignificatio in vſum ſollennem abiit: pari modo ex ἀΐσθω, efflo, eſt factum αἰσθάνομαι, ſentio.

ἤματι τῷδ' ὄψεσθαι. „Ἀρίσταρχος ἴξεσθαι. καὶ οὐκ ἔστιν ἄχαρις ἡ γραφή." Schol. A. Et Schol. Townl.

μὲν ἵξεσθαι γράφουσιν, οἱ δὲ ἱξεῖσθαι. οὐ γὰρ ἄχαρις ἡ γραφή.

253. ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων. mſ. Lipſ- ἄναξ, Διὸς υἱὸς, Ἀπόλλων.

254. τοῖόν τοι ἀοσσητῆρα. primo nunc occurrit vox Homerica. Redditur per βοηθὸς iam ap. Apollon. Lex. h. v. Heſych. Schol. br. Addit Etymol. cum Euſtath. ὁ ἄνευ ὄσσης καὶ κληδόνος βοηθῶν αὐτομάτως.

255. παρεστάμεναι. Vrat. d. et fragm. Moſc. παριστάμεναι.

256. Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον. ὅς σε πάρος περ. Apollinem χρυσάορον v. ſup. ad E, 509. Euſtathius notat: ſecundum hunc verſum Zenodotum ſtatuiſſe Παιήονα et Apollinem eſſe vnum idemque numen, cum ab hoc nunc Hector vires recipiat, vt alibi ſanantur vulnerati a Paeone: de quo v. ad E, 401. A, 473.

πάρος περ. πάρος γε Lipſ. Harl. Mori. Vat. Vrat. d. duo Vindob. fragm. Moſc. nec male.

257. ῥύομ', ὁμῶς αὐτόν τε καὶ αἰπεινὸν πτολίεθρον. ῥύομαι priore longa, tueor. v. Exc. IV. ad A, p. 97. aut ὅς γε legendum, aut, diſtinctione poſt ῥύομ' ſublata, iungenda eſſe ſtatuebat Koeppen, σὲ ὁμῶς αὐτόν τε, vt appareret σεαυτὸν vnam vocem eſſe. ſed et ſic, aliis adiunctis vocibus, Φ, 521 Τρῶας, ὁμῶς αὐτούς τ' ὄλεκεν καὶ μώνυχας ἵππους.

258. ἀλλ' ἄγε, νῦν. Vrat. d. cum aliis ἀλλά γε. vt ſaepe alibi quoque.

259. ἐλαυνέμεν ὠκέας ἵππους. Vat. ἐλαύνειν.

260. προπάροιθε κιὼν, Lipſ. προπάροιθεν ἰών.

261. κέλευθον πᾶσαν λειανέω. ὁμαλὴν καὶ λείαν ποιήσω. Schol. br. Heſych. Acceperunt pro futuro a λειαίνω, vulgo λεαίνω, pro λειανῶ. Poteſt nec minus eſſe nouum verbum λειανέω, vt ſup. 246 ὀλιγοδρανέω. Sic cenſebat Koeppen.

262. ἔμπνευσε μένος. Vrat. b. A. ἔπνευσε. Reſpicit verſum Plato in Sympoſ. p. 179 B. καὶ ἀτεχνῶς, ὃ ἔφη Ὅμηρος, μένος ἐμπνεῦσαι ἐνίοις τῶν ἡρώων τὸν θεὸν, τοῦ-

το ὃ Ἔρως τοῖς ἐρῶσι παρέχει γιγνόμενον παρ' αὐτοῦ. Et apud Plutarch. de virt. mor. extr. p. 452 C. cum respectu ad ipsum Platonis locum: τὸ ἐνθουσιῶδες, ὃ καὶ τοὺς θεοὺς Ὅμηρος ἐμποιεῖν φησι τοῖς ἀνθρώποις· ὡς εἰπών· ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν. memoriter. ἔμπνευσε μένος lectum iam K, 482.

Versus totus abest ab vno Vindob. Si esset is grauioris auctoritatis, dicerem non male omissum esse.

263—268. supra lecti et illustrati sunt; Z, 506—511. ad quos vide Obss.

264. δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείῃ recepi et hic pro vulgato θείει codicum auctoritate Mori. Vat. Townl. Vrat. b. d. fragm. Mosc. plerique sine iota subscripto, vt et Venetus.

265 ad 268. — ※ „ἀθετοῦνται στίχοι τέσσαρες, traducti ex Jl. Z, 508. 511. quocirca et asteriscus est appositus, quod eo loco melius leguntur, de Paride, vt docet Schol. A. at vss. 263. 264., qui ibid. Z, 506. 507. leguntur, esse seruandos, propter comparationis apodosin; et spectat h. l. comparatio ad celeritatem, non ad ferocientem animum. Similia Eustath. memorat ex antiquis.

Ad vss. seqq. varietatem denuo apposuit Barnes ex altero loco. In v. 265 εὔῤῥῆος vn. Vindob. a m. pr.

266. ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει. Vrat. d. ἔχῃ vt conueniat cum θείῃ.

267. ἀμφὶ δὲ χαῖται ὤμοις ἀΐσσονται. Vrat. A. ὤμοιιν. feram, si ὤμοιν.

270. ἔκλυεν αὐδήν. Lips. ἔκλυον.

271. ὥστ' ἔλαφον κεραόν. τινὲς, τὸν ἄρσενα: οὗτος γὰρ κερασφόρος. addit idem Sch. A. τί οὖν ἐστι τὸ· χρυσόκερον (leg. — ρων) ἔλαφον θήλειαν παρὰ Πινδάρῳ λεγόμενον; (Ol. III, 52.) Responderi debebat, esse fabulosum, et minus accurate dictum, poeta tamen haud indignum, cui mira sequi licet.

Ceterum expeditior erit iunctura, si εἰ subintellexeris οἱ δ', ὥς τε, εἰ ἢ ἔλαφον — nam omitti hoc solet frequenter.

272. ἐσσεύοντο κύνες τε καὶ ἀνέρες ἀγροιῶται. „ἐσσεύαντο. Ariſtarchus — καὶ ἅπασαι.“ Sch. A. quod mireris; cum hoc nusquam, alterum vſu probetur.

ἀνέρες ἀγροιῶται. Sch. B. ἀγρόται. οὕτω δὲ τοὺς θηρευτὰς ἀεί φασιν οἱ Ἀττικοί. Mireris, hoc ab Atticiſmi venatoribus nusquam memorari. In Heſych. eſt ſimpliciter ἀγρόται. θηρευταί. Forma ἀγροιώτης aliquoties occurrit in Theocrito, ſed pro ruſtico. Koeppen ſubtiliter monebat ἀγροιῶτας h. l. proprie agreſtes dici et venatoribus opponi: hi enim leonem aggreſſuri eſſent, non fugituri: comparatque loca Λ, 548. et 414. Γ, 25. Attamen et in his locis aut longius abſiſtunt, aut repente conſpecto leone fugiunt ipſi θαλεροὶ αἰζηοί.

273. τὸν μέν τ'. τὸν αἴγαγρον, οὗτος γὰρ τῶν ἠλιβατώντων ἐστί. Sch. A. „Scilicet vt δάσκιος ὕλη ad ceruum ſpectat, ita πέτρη ad capram ſilueſtrem. Si accurate volebat loqui poeta, debebat eſſe τοὺς μέν τ'.

ἠλίβατος πέτρη. primo nunc occurrit; ſignificatus ſatis conſtat, δύςβατος καὶ ὑψηλός. At quaeritur de etymo: quod varie conſtituunt: v. Etymol. h. v. docto et eximio in loco, qui plenior eſt excerptis Heſychii h. v. cf. Schol. br. et B. ad h. v. Euſtath. inf. ad 619. Schol. Apollon. Arg. II, 169. Schol. Pind. Ol. VI, 110. Eurip. Hippol. 732. Plerumque probabiliter ſatis ab ἥλιος ductum videas, vt ſit fere *apricus*, praeeunte Apollonio Lex. ἠλίβατος, ὑψηλή. (ad hunc ipſum verſum) ἐφ' ἣ ὁ ἥλιος πρῶτον βάλλει. vbi cf. Villoiſ. quaſi ἠλιόβατος ſit, vnde et cum aſpero ſcripſere hoc quoque loco τὸν μέν θ' ἠλίβατος. teſte Sch. B. —

δάσκιος ὕλη. ἡ λίαν σκιώδης. ἡ δασύσκιος. Sch. A. B. Heſych. Adde Apollon. Lex. ad Od. E, 470. qui poſterius vnice cum Schol. Apoll. Arg. II, 1287 praefert; at prius Etymologus h. v. Bentl. emendat in Heſych. ἄσκιος ὕλη. δασεῖα. in δάσκιος.

274. εἰρύσατ', οὐδ' ἄρα τέ σφι κιχήμεναι αἴσιμον ἦεν. αἴσιμον. Sch. B. εἱμαρμένον alii, addit, καθῆκον. Idem

τε ait abundare. Immo iungenda ſunt οὐδέ τε. Clarke reddit: *ac proinde non.* τι pro τε habet Vatic.

In capite verſus εἰρύσατ', media breui; quod ſi eſſet, deberet ſignificatus eſſe, traxit, ſubduxit; quod alienum eſt. A ῥύομαι, ſeruo, tueor, media longa, εἴρυτ' pro εἴρυτο, aut εὐρύετ' pro εὐρύεται, ſed υε in vnam ſyllabam contractis, ſcribendum eſſe patet: cf. Exc. IV ad A, p. 179.

275. τῶν δέ θ' ὑπὸ ἰαχῆς ἐφάνη λῖς ἠϋγένειος. λῖς. Disputatum de hac voce ſup. ad Λ, 239. ἠϋγένειος· de voce v. ad Σ, 318. — ὑπὸ ἰαχῆς reuocaui, auctoritate quoque Ven. Lipſ. Mori. Townl. fragm. Moſc. Euſtathii. nam ὑπαὶ ἰαχῆς grammaticorum ſeriorum eſt interpolatio. Ab Homero profectum erat ὑπο ϝιαχης. v. ſup. ad A, 482. In Vrat. b. τῶν θ' ὑπὸ ἰαχῆς.

276. ἐφάνη — εἰς ὁδὸν pro ἐν ὁδῷ. quis dubitet? coniuncta eſt notio τοῦ προέρχεσθαι. Sch. B. putabat etiam μεμαῶτας εἰς ὁδὸν iungi poſſe. Immo μεμαῶτας ad τὸ σεύεσθαι ſpectat.

Pro ἀπέτραπε Lipſ. ἀπέτρεπε. alterum iam vidimus Λ, 757.

277. ὡς Δαναοὶ εἵως μὲν — ἕποντο. εἵως pro τέως Sch. A. et eſſe pro ἕως τινός. Sch. B. τέως καὶ μέχρι τινός. Euſtath. v. ſup. ad M, 141.

279. Ἕκτορ' ἐπεσσύμενον Vrat. d. pro ἐποιχόμενον.

280. παρὰ ποσὶ refinxi et h. l. vt ſcriptura ſibi conſtaret; et erat hoc in Vrat. d. in ceteris παραί. Mira ſunt quae comminiſcuntur ad h. v. grammatici; A. B. br. Euſtath. Heſych. in παραὶ ποσί. cum dicere deberent: eſſe dictum modo loquendi antiquo, ex quo ſeriores *animo aliquem concidiſſe*, vel alicuius *animum concidiſſe* aiunt; aut et ſimpliciter πεσεῖν· vt iam Pindar. Iſthm. VIII, 13. 14 μὴ πέσωμεν. (καταπέσωμεν) ἐν ὀρφανίᾳ στεφάνων (διὰ ὀρφανίας στ. ἀδοξίᾳ) et in noto illo Ariſtophanis: ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μέντοι πεσών γε κείσομαι. At veteres addebant θυμὸν πεσεῖν παρὰ ποσί. Ex Scholiis ſaltem tenendum: πάντες ταῖς ψυχαῖς κατέπεσον. Alter, V. Cl. ex vno Vindob. memorat huic verſui ſubiectum

esse versum sequentem: *τοῖς πᾶσιν ἤσριος ἐν τοῖς ποσὶν ἤλπιστο ἤτοι ἐν τὸ τρέχειν.* Quae hexametri sint vestigia in his verbis non assequor: est merum interpretamentum versus: *τοῖς πᾶσιν ἡ σωτηρία ἐν τοῖς ποσὶν ἤλπιστο, ἤτοι ἐν τῷ τρέχειν.*

282. *ἐπιστάμενος μὲν ἄκοντι.* proprie dictum per ellipsin *τοῦ ἀκοντίζειν.*

283. *ἀγορῇ δέ ἑ παῦροι Ἀχαιῶν νίκων.* Sch. br. *ἀγορῇ. λόγῳ. ὁμιλίᾳ.* Si subtilius inquiras, exoritur dubitatio, quod *κοῦροι* h. l. memorantur, cum *γερόντων*, *senum*, sint consilia, et senes verba faciant, non iuniores, *κοῦροι.* Hoc forte fuit, quod in Schol. Exc. Barnesii nonnulli dicuntur *παῦροι κοῦροι Ἀχαιῶν* iunxisse, vt *υἷες Ἀχαιῶν.* quod tamen naturalis verborum ordo respuit. At poeta ipse sedulo cauit, ne aberremus; addit *ἀγορῇ.* non *βουλῇ.* vt reuocemur ad concionem populi, in qua suadendi et dissuadendi caussa etiam iuniores ad dicendum surgunt, vt in partes suas populum trahant.

285. *ὅς σφιν ἐϋφρονέων.* *ὅ σφιν* etiam h. l. Ven. Lips. *ὅς φιν* Vrat. d. et edd. ante Turneb. quod saepe factum vidimus; et iam A, 73.

287. *οἷόν δ'* pro *ὡς* et per exclamationem accipi potest, et iungi cum superioribus: vti etiam sup. N, 633. 4 *οἷον δὴ ἄνδρεσσι.*

288. *ἦ θήν μιν μάλα ἔλπετο θυμὸς ἑκάστου.* — „quod *θὴν* pro *που.*" At sequitur: *ἄλλως· θὴν διαβεβαιωτικός ἐστι. διὸ περισπαστέον αὐτόν."* Voluit hic grammaticus legi: *ἦ θῆν μιν.* vel sic tamen esse debet *θὴν* pro *δή*, Verum pro enclitica plerumque habetur. v. sup. ad Θ, 448. et ad K, 104. *ἦ θήν σε* vidimus iam Λ, 365 *πάνυ δή σε. ἦ θήν πού τοι* N, 813. Recte Eustath. *ἦ θήν μιν. ἤγουν, ὄντως δή. ἦ θήν που.* etiam Vrat. d.

Iam *μαλα ϝελπετο* scriptum olim esse debuit; at *θυμος ϝεκαστου* vitio laborat. In voce hac saepe vsum τοῦ Digamma desiderari, dixi ad K, 215. Inter plures modos eius restituendi praestat hoc, quod Bentleius tandem praetulit: *ἦ θήν μιν μάλα ἔλπετο θυμὸς Ἀχαιοῖς.* Vt inf.

701 Τρωσὶν δ' ἤλπετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι ἑκάστου. Adde P, 395 μάλα γάρ σφισι ἤλπετο θυμὸς, Τρωσὶν μὲν — αὐτὰρ Ἀχαιοῖς — cf. ibid. 495. Alias eſt frequens: ἤλπετο θυμῷ. ἤλποντο θυμῷ· v. c. Ξ, 67.

289. θανέειν. Lipſ. θανέμεν.

290. ἀλλά τις αὖτε θεῶν ἐῤῥύσατο καὶ ἐσάωσεν. ἐῤῥύσατο. Media longa docet diuerſam vocem eſſe quam 274 εἰρύσατ' etſi Sch. br. ibi εἰρύσατο, νῦν ἐῤῥύσατο, ἔσωσε. v. ad A, 141. Exc. IV. Mori. ἐῤῥύσσατο.

καὶ ἐσάωσεν. καί γε σάωσεν Bentl. rotundius efferebat.

291. πολλῶν Δαναῶν. πολλῶν ἀνδρῶν. Vat. et Flor.

293. πρόμος ἵσταται ὧδε μενοινῶν. (fuit ⊱) „quod πρόμος manifeſte nunc πρόμαχος." Saepe repetita obſervatiuncula: v. ad H, 75.

ὧδε μενοινῶν. recte Sch. B. διαμάχεσθαι ἡμῖν προθυμούμενος.

294. ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω. ἐγὼ Ven. fragm. Moſc. vn. Vindob. et al. non ἐγὼν, quod deleui, tanquam a ſerioribus appictum.

295. προτὶ νῆας. προτὶ et ποτὶ variat et h. l.

297. στείομεν. Sup. Λ, 348 vbi v. Obſſ. erat στέομεν vel στέωμεν. quod vſitatiore modo, στῶμεν.

εἴ κε πρῶτον ἐρύξομεν. Venetus: ὥς κεν. (ex interpretatione) Sch. A. γρ. καὶ εἴ κεν. nam τὸ ν omnes aſſuunt, etiam edd. ante Steph. excepta ed. Rom. Pro var. lect. ὥς κεν habet Harl. Sch. B. ait κεν abundare; immo εἰ ἐρύξομέν κεν (pro ἂν) ſollenne eſt pro, vt. ἵνα. ὡς. cum ſubiunctiuo. Elegans eſt ſuſpicio Bentleii: εἴ ϝ (εἴ ϝε) πρ. ἐρύξομεν.

298. δούρατ' ἀνασχόμενοι et ad στείομεν et ad ἐρύξομεν ἀντιάσαντες referri poteſt. Puto, prius melius. Ita et l. θυμῷ μεμαῶτα, l. θυμῷ δείσεσθαι. hoc puto verius.

301. ἀμφ' Αἴαντε. Zenodotus et Ariſtophanes" Sch. A. Ergo Ariſtarchus Αἴαντα exhibuerat: quod et in Veneto legitur. Αἴαντα intulerat Ald. 2. quod et retinue-

re Turneb. Steph. al. etsi Αἴαντε ed. Flor. Ald. 1. Rom. habent cum Eustath. Codd. Cant. Townl.

302. Μέγην τ' ἀτάλαντον Ἄρηϊ. Μέγην. Sic Aristarchus: καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις. At Ascalonita et alii Μεγῆν. Et sane in similibus Θάλητα et Θαλῆν, Φάλητα et Φαλῆν, analogum est etiam Μέγητα (vt Jl. T, 239) et Μεγῆν esse. (Scilicet dicendum duplicem fuisse formam Μέγης, ητος. Μεγῆς, οῦ. ῆν.) Etiam Μύνητα (Jl. B, 692) et Sophocles Μυνῆν dicere debuit, nam ex eo laudatur: Μυνοῦ τ' Ἐπιστρόφου τε. Sic et Μύκητα et Μυκῆν· de quibus vide Sch. A. et Eustath. qui nonnulla aliter profert, alia de suo addit. In Schol. A. Arati vs. 244. Dios. male μοῖραν pro μύξαν legitur; Hecataei fragmentum: καὶ ἐπαφήσας τὸν κολεὸν τοῦ ξίφεος, τὸν μυκῆν, εὗρεν ἀποπεπτωκότα. ad Perseum et Mycenas spectant.

303. ὑσμίνην ἤρτυνον. Schol. br. Vrat. b. ἤρτυον. cum vitio metrico. Tum vn. Vindob. ὑσμίνῃ.

305. ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο. ⳨ „propter figuram: πληθὺς ἀπονέοντο" Sch. A. br. add. Sch. B, 278. et Sch. Pindari P. II, 85. vbi scribitur: ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας ἀπὸ στρατοῦ ἀπενέοντο. etsi Cod. Gott. ἀπονέοντο legit.

306. Τρῶες δὲ προὔτυψαν. Versum iam N, 136 vidimus: προέδραμον, προῆλθον. — ποτὶ νῆας Mori et Eustath. ἦρχε δ' ἄρ' „vt par erat, vt solebat" Clarke.

307. μακρὰ βιβάς· πρόσθεν δὲ κί' αὐτοῦ Φ. „μακρὰ βιβῶν Aristarchus." Sch. A. addit alius: βιβῶν πᾶσαι εἶχον (Sic et Vatic. fragm. Mosc. Vrat. b. vn. Vindob. pro var. lect. Eustath. et vn. Vind. At Zenodotus μακρὰ βοῶν, vt et 321. (vt B, 224.) πρόσθεν δ' ἔκι' Mori.

308. εἵμενος ὤμοιϊν νεφέλην· ἔχε δ' αἰγίδα θοῦριν. ὤμοισιν Vrat. b. d. A. De epitheto, αἰγίδα θοῦριν, nusquam quicquam notatum video: v. sup. ad Λ, 32. — Eustath. „γρ. ἀσπίδα." ex interpretamento.

Inter eosqui aliam Iouis, aliam Mineruae, aegidem fuisse statuerent, fuit (Dionysius) Sidonius ap. Eustath. ad h. l. p. 1017, 32.

309. ἀμφιδάσειαν. Disputatum est (in Sch. A. B. br. Mosc.) sitne ἀμφὶ δάσειαν· tum sitne proparoxytonon δάσειαν, an δασεῖαν; tandem de significatu: Sch. A. et B. πανταχόθεν τετριμμένην. (non satis intelligo; fuit, puto, τετραμμένην. nisi volunt reddere notionem τραχεῖαν? prius tamen verius esse, video ex Schol. Mosc. fragm.) οἱ μὲν ἀμφίμαλλον. οἱ δὲ κυκλοδάσειαν διὰ τοὺς θυσάνους. postremum hoc bene. Habent quoque hoc Hesych. Sch. br. Comparat cum ἀμφίμιτος Pollux X, 8. f. 38. at ἀμφιδασεῖαν editur in Hesych.

ἣν ἄρα. „quippe quam. quam vtique" Clarke.

310. ἣν ἄρα χαλκεὺς Ἥφαιστος Διὶ δῶκε — ⸗ „quod hinc manifestum fit, Aegidem esse Iouis, non Mineruae, vt recentiores edunt" Sch. A. v. Not. sup. 229.

311. τὴν ἄρ' *hanc, inquam*, Clarke.

313. ἀπὸ νευρῆφι δ' οἰστοὶ θρῷσκον. Sic Π, 773 ἰοί τε πτερόεντες ἀπὸ νευρῆφι θορόντες. νευρῆφι et νευρῆφι scribitur. potest prius hic locum habere, vt sit ἀπέθρωσκον τῇ νευρῇ. Verum est νευρῆφι pro νευρῆς. vt quoque statim: πολλὰ ἀπὸ χειρῶν. Dicta de his v. ad Θ, 300. Vt nobis constemus, quod antea admiseramus, etiam nunc retinuimus. νευρῆφιν οἰστοὶ Townl. quod potest videri vim ex asyndeto habere.

315. ἄλλα μὲν ἐν χροῒ πήγνυτ' ἀρηϊθόων αἰζηῶν Vatic. ἐν χροῒ πῆχθεν. vt iam sup. Θ, 298 οἰστοὺς — πάντες δ' ἐν χροῒ πῆχθεν ἀρηϊθόων αἰζηῶν. In ἄλλα et πολλὰ genus mutatum, post οἰστοὶ, in animo erant βέλη.

316. πάρος χρόα καλὸν ἐπαυρεῖν. ⸗ „quod χρόα ἐπαυρεῖν pro χροὸς ἐπαυρεῖν, ἐπιτυχεῖν" Sch. A. br. At hoc iam vidimus Λ, 572. 573 vbi hi duo versus legebantur. Ibidem quoque de λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι. χρόα λευκὸν ex eodem loco Cant. Harlei. Townl. vn. Vindob. Eustath. Malit Bentlei. χαλκῷ ex Il. N, 649 πάντοσε παπταίνων μή τις χρόα χαλκῷ ἐπαύρῃ.

ἀλλὰ δὲ καὶ Vrat. d. et vn. Vindob. pro ἄλλα.

318. ὄφρα μὲν αἰγίδα χερσὶν ἔχ' ἀτρέμα Φοῖβος Ἀπόλλων. ἀτρέμα hoc vno loco pro ἀτρέμας, obseruat Etymol.

319. Repetitus verſus alibi, vt Θ, 67.

320. Multis ineptiunt grammatici de voc. κατενῶπα in Sch. A. B. Lipſ. Effertur vna voce, cum debuerit eſſe κατ' ἐνῶπα, ex ἐνὼψ, ἐνῶπα. Sic recte quoque Ariſtarchus expoſuerat. At Alexion, cum plerisque (in quibus Apionem et Herodorum fuiſſe diſcimus ex Euſtathio p. 1017, 61.) dixerat κατένωπα eſſe vt κατέναντα. Aſſentiuntur Scholia, (vt ex Sch. B. intelligo, Herodiano auctore) ſed vt ſit pro κατ' ἐνώπια; contrahi ια, vt in μηρὰ pro μηρία, σιτία, σιτά. (Non vident eiusdem vocis duplicem eſſe formam, μηρὸν et μηρίον). Additur: poſſe et eſſe vocem ἐνωπὴ, (quam vidimus E, 374) hinc ἐνωπὴν et pro hoc ἐνῶπα, vt ἰωκὴ, et per metaplaſmum ἰῶκα (quam inſcite hoc! ἰῶκα eſt ab ἰὼξ). Vetuſtum hoc Scholion A. in ſuam farraginem inſeruit Etymologus in κατενῶπα et iterum attigit in ἐνωπῇ. Adde Euſtath. In Heſych. eſt: κατενῶπα κατ' ἐναντίον. κατ' ὄψιν. Sch. br. κατὰ πρόςοψιν.

321. τοῖσι δὲ θυμός. δὲ abundat Sch. B." Eſt δὲ in apodoſi, vt ſaepe Homerus.

322. θυμὸν ἔθελξε. παρέλυσεν. ἐσκότωσε. Sch. B. ἐγοήτευσεν. ἠπάτησε. Sch. br. prius melius. ἐξέστησε Euſtath. De voce actum ad M, 255. cf. N, 435.

321. 2. recitat Galen. de Hippocr. et Plat. plac. III, 2 ſed in altero verſu: ἔθελξε, φόβου δ' ἐμνήσατο Ἕκτωρ memoriter.

323. πῶυ μέγ' οἰῶν. hoc οἰῶν, nunc pronuntiatum binis ſyllabis. v. ad Λ, 677.

324. θῆρε δύω κλονέωσι μελαίνης νυκτὸς ἀμολγῷ. De ἀμολγῷ v. ad Λ, 173. κλονέωσι Barocc. Etiam Ven. vterque. Harlei. fragm. Moſc. doctius quam vulgare, ὡς — κλονέουσι. v. Exc. I. ad lib. IX, p. 697.

325. σημάντορος οὐ παρεόντος. σημάντωρ pro paſtore vt omnes obſeruant, etiam Apollon. Lex. ἀπὸ τοῦ σημαίνειν imperare, proprie ſigno edito: vnde μῆλα ἀσήμαντα quae ſunt ſine cuſtode ac paſtore, ſup. K, 485 vbi de hac voce dictum.

326. Ἀχαιοὶ ἀνάλκιδες addit Sch. B. ἀνάλκιδες τότε γενόμενοι. vt κυκλοτερὲς μέγα τόξον, Δ, 124.

327. ἐν γὰρ Ἀπόλλων ἧκε Φόβον. θῆκε Φ. Vrat. d. cum vno Vindob.

328. κεδασθείσης ὑσμίνης. τῆς τάξεως διαλυθείσης ait Sch. B. proprie tamen cum ab omnibus partibus pugnaretur; At Koeppen ita accepit, vt ſit pro τῶν μαχομένων σκεδασθέντων, nam iidem antea ὑσμίνην ἤρτυναν 303. in quem ſenſum Sch. br. διασκορπισθείσης. ἀλλαχοῦ ἄλλου τραπέντος.

ἔνθα δ' ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα. ἔνθ' ἀνὴρ Flor. Ald. 1. quod ferri poteſt, addit Erneſti. Equidem haud feram, vel aurium iudicio. ἐνθάδ' ἀνὴρ alii, vt fragm. Moſc.

330. τὸν μὲν Βοιωτῶν ἡγήτορα χαλκοχιτώνων. ⟜ „quod in τὸν μὲν ad poſterius priore loco redit. Nam Arceſilaus Boeotus eſt.“ Schol. A.

ἡγήτορα καρτεροθύμων fragm. Moſcou. Vrat. b.

333. νόθος υἱὸς Ὀιλῆος. ⟜ „quod Ὀιλεὺς cum o ſcriptum; (ſpectat ad ſcripturam Ἰλεύς; v. ad B, 527. N, 203.) et quod nunc ad prius redit priore loco, et quod nomine adiecto hoc facit, ὁ μὲν — et Μέδων.“ Sch. A. Verſus 333—336 iam lecti ſunt ſup. N, 694—697. vbi vide.

336. γνωτὸν μητρυιῆς Ἐριώπιδος. ⟜ „quod γνωτὸς pro ἀδελφός. et quod Ἐριωπὴ (Ἐριῶπις) nomen proprium.“ Sch. A.

ἦν εἶχ' Οἰλεὺς Harlei. forte legerat Ἰλεύς. vid. ad 333.

338. ΣΦήλοιο. non σΦηλοῖο. docetur — ὡς εἰρήσεται ἡμῖν ἐν τοῖς περὶ καθολικῆς προσῳδίας. eſt ergo obſeruatio Herodiani. — In καλέσκετο iniecit ſcrupulum Barnes, quod a καλέω eſſe debuit καλεέσκω. Ipſe ideo repoſuit ΣΦήλου καλεέσκετο. retudit eum Clarke: eſſe enim ſimili modo οἴχνεσκον E, 790 cum οἰχνέω ſit. Scilicet plures fuere formae οἴχω. οἴχνω. οἰχνέω. κλέω. κλῆμι. κάλω. καλέω. καλέσκω. καλεέσκω.

339. Μηκιστῆ vt Τυδῆ, ſiue per apocopen pro Μηκιστῆα, ſiue Dorica eſt κρᾶσις, Μηκιστέα, — στῆ. Sic Sch. A. B. Euſtath. Repetunt ea ſcriptores de Dialectis; etſi non videas cur pro dorico habeatur. v. ad Δ, 384. add. Barnes. Scriptio Homerica haud dubie fuit Μηκιστεα contractum pronuntiando. — Μηκιστῆν Cant. Μηκιστὴν Flor. Ald. 1. Vrat. b. vn. Vindob. indocte.

340. πρώτῃ ἐν ὑσμίνῃ, in primo ordine vel inter promachos; nec accipiendum de pugna inita Sch. B. Sch. br.

341. βάλε νείατον ὦμον, τὸν πρὸς τῷ αὐχένι. Sch. B. Δηΐλοχον vn. Vindob.

342. Φεύγοντ' ἐν προμάχοισι. nonnulli: ἐν πυμάτοισι. quod ſane in perſequendo fugientes factum probabile fit, vel, vt ad Paridem referatur, vt ille fuerit ἐν προμάχοις Troum. Haec Sch. A. et addit, (quod et Euſtath. transtulit) „ſolum hunc Deiochum inter Achiuos a tergo vulnerari et Eioneum ab Hectore H, 11.“ Ceterum dubitatio grammaticorum latet in hoc, quod iunctura verborum eſt ambigua; poteſt iungi: Φεύγοντ' ἐν προμάχοις. et Δηΐοχον ἐν προμάχοις ἔβαλε, et Πάρις ἐν προμάχοις ὤν. Verum eſſe videtur, quod medio loco poſui; ſicque interpunxi — διὰ δὲ πρὸ Lipſ. male. nam vbique διὰ πρὸ et διὰ πρὸ δὲ iunctum vidi. διαπρὸ et hic alii.

343. τόφρα δὲ — Iterum δὲ in apodoſi. Non τοφρά δε, vt Barnes.

344. τάφρῳ καὶ σκολόπεσσιν ἐνιπλήξαντες ὀρυκτῇ. Huc Heſych. gl. ἐνιπλήξαντες. ἐμπελάσαντες. πλησιάσαντες. Vidimus iam M, 72. Notabile hyperbaton: τάφρῳ καὶ ſ. ὀρυκτῇ. interpoſitis inter τάφρῳ ὀρυκτῇ καὶ σκολόπεσσιν ἐνιπλήξαντες.

345. ἀνάγκῃ. οὐ δι' ἀνανδρίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπὸ τῶν θεῶν ἀνάγκην Sch. B.

346—349. laudat Longin. ſ. 27. exemplum transitus ab oratione obliqua ad rectam magna cum vi; etiam auctor περὶ τῆς Ὁμηρ. ποιησ. ſ. 8. ἀπὸ γὰρ τοῦ διηγηματικοῦ μετέβαλεν εἰς τὸ μιμητικόν. Loca alia huius

figurae notauit Clarke. Nec tamen omnis vis loci in hoc vno latet, verum in ipſa ſententiarum et verborum *δεινότητι.* quod et Koeppen bene obſeruat.

347. *Τρώεσσιν ἐκέκλετο* — *νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι ἐᾶν δ'* — ξ— „quod Zenodotus ſcribebat *ἐπισσεύεσθον*, vt iam ſint ipſa Hectoris verba: *irruite in nauium ſtationem.* Sic tamen dualis pro plurali poſitus eſſet." Sch. A. Sequitur quoque *ἐᾶν.* quod cum *ἐπισσεύεσθαι* iungitur, et hoc pendet ab *ἐκέκλετο*, vti nunc verſus ſcribuntur; nec niſi 348 ad orationem rectam transit oratio *Ὃν δ' ἂν ἐγώ.* Nec aliter Longinus l. l. At alii inter veteres, vt e Ven. A. diſcas, orationem rectam ſtatim v. 347 exorſi ſunt, vt ſint ipſa Hectoris verba poſt *Ἕκτωρ δὲ — ἀΰσας. Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα.* Ita infinitus pro imperante modo poſitus eſt, vel ſupplendum cum Schol. B. *λέγω.* Habet et haec ratio, quo ſe probare poſſit, obſtat tamen dualis pro plurali adhibitus, de quo v. ad A, 567. *ἐπισσεύεσθε* vn. Vindob. a m. ſec.

ἐπισεύεσθαι alii. recte, ſi pronuntiando ſibilus geminatur.

348. *ὃν δ' ἂν ἐγὼ ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω.* Similes erant minae Agamemnonis B, 391.

ὃν δὴ ἐγὼν Vatic. ap. Toll. ad Longin. l. l. *ἐγὼ* Lipſ. ed. Flor. Ald. 1. Saepe iam dixi illud *ν* in *ἐγὼν* ſeriorum inuentum eſſe.

ἀπάνευθε νεῶν. Schol. Lipſ. *θεῶν.* lapſu. Pro *ἑτέρωθι* legit *ἑτέρωσε* auctor de Homer. poeſi. at *ἐθέλοντα νοήσω* Longini edd. et codd. ex B, 391. Ariſtoteles autem de Mor. III, 10 recitat e poeta: *ὃν δέ κ' ἐγὼ ἀπάνευθε μάχης πτώσσοντα νοήσω, οὔ οἱ ἄρκιον ἐστεῖται φυγέειν κύνας.* memoriter partim ex eodem loco B, 391 ſq.

349. *αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι* — barbaricae, inquit Schol. B. minae, inprimis ſi cum Neſtoris oratione ſimili compares Z, 70. 71.

αὐτίκα οἱ ed. pr. Longini.

μητίσομαι. Edd. *μητίσσομαι* cum parte codd. aduersante prosodia. v. ad Γ, 416. Eam stabilitam videoa Brunckio ad Apollon. I, 655.

350. *γνωτοί τε γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θανόντα.* (perperam ⊱ appictum in Schol.) „*λελάχωσι, ἀντὶ τοῦ, λαχεῖν ποιήσουσι.*" Schol. A. B. et *τῆς διὰ πυρὸς ταφῆς λαχεῖν ποιήσωσι*, Schol. br. recte hoc, quod aoristum subiunctiui per futurum reddunt. De voce et modo loquendi vidimus iam ad H, 79. 80.

γνωτοί τε γνωταί τε. Apollonio Lex. h. v. notatum, *ἀδελφοί.*

351. *ἀλλὰ κύνες ἐρύουσι πρὸ ἄστεος.* ⊱ „quod *ἐρύουσι* pro *ἐρύσουσι* dictum, praesens pro futuro. A. B. Non admittunt grammatici futurum secundum, quod vulgo appellatur, *ἐρυοῦσι*. vt nec ex *ἀνύω.* v. ad Λ, 365. Scholia remittunt nos ad Л. Λ, *εἴρηται δὲ περὶ τῆς προσῳδίας ἐν τῇ* Λ. Scilicet ad vs. 454 ad quem vide dicta. In vno Cant. erat *ἐρύσουσι*.

352. 353. *μάστιγι κατωμαδὸν ἤλασεν ἵππους ἐπὶ στίχας*, iungenda sunt, vt in medio interponantur *κεκλόμενος Τρώεσσι*· sicque interpunxi. Per medios ordines curru inuectus, ardore pugnandi. Legebatur vulgo: *Τρώεσσι κατὰ στίχας.* Verum *ἐπὶ* in optimo quoque cod. legitur, Cant. Mori. Vat. Vrat. b. d. fragm. Moscou. Ven. A. B. Lips. et in Eustathio. Pro *κατωμαδὸν* vn. Vindob. *μετ' ὠμαδόν.* male. v. inf. Ψ, 500.

354. *ἔχον ἐρυσάρματας ἵππους.* Puta fuisse duplicem formam: *ἐρυσάρματος*, et *ἐρυσάρμας*, *ὁ ἐρύων τὸ ἅρμα.* v. Eustath. Ita metaplasmo opus non est, quem grammatici memorant, vt Gregor. de Dialectis p. 207. vbi v. Koen.

356. *ῥεῖ' ὄχθας — ποσσὶν ἐρείπων.* ⊱ „quod Zenodotus *χερσίν.* At decere deum pedibus hoc facere, vnusquisque facile sentit." Sch. A.

ἐρίπτων Sch. A. ad Ξ, 15. est merum vitium. *ἐρίπων* Lips. Ven. Townl. male; esset *ἐριπών*, media breui. *ἐρει-*

πων Flor. Ald. 1. iterum praue. vt fere vbique in hac voce peccari ſolet. cf. ad Ξ, 15.

357. γεφύρωσε. διάβατον ἐποίησε. Apollon. Lex.

358. ὅσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωὴ γίγνεται. Non poteſt copulae locum tueri τε. moleſtum enim eſſet ſupplere, εὔρεῖαν, καὶ ἐπὶ τόσον ἐφ' ὅσον. ſed eſt vt ὅςτε pro ὅς, ſic ὅσοςτε pro ὅσος. Alias ὅσον γ' amplecti malim. Clarke: quam longe vtique, vt ſolet in hoc ὅς τε argutari.

In Townl. eſt εὐρείην. Si non eſt merus librarii lapſus, verſus olim ita erat ſcriptus: μακρὴν, εὐρείην, ὅσσον γ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωὴ γίγνεται. Iterum forma loquendi occurrit Φ, 251. add. Ψ, 529.

359. ὁππότ' ἀνὴρ σθένεος πειρώμενος ἥσει. ἥσει pro ἧκεν. ἀπὸ τοῦ ἵημι. At Ven. A. B. ᾗσι et Sch. obſeruant eſſe pro ᾗ, h. e. ἀφῇ. πέμψῃ. In Vrat. d. eſt ᾗσι. Edd. Flor. εἶσι, cum Ald. 1. At Ald. 2 ἥσει intulit, quod et Rom. habet. Et ἥσει, πέμψει, etiam Euſtath. cum Sch. br. Sicque codd. Nec ᾗσι aliunde niſi ex Harlei. et fragm. Moſc. notatum video. quae tamen tanquam difficilior lectio probabilior eſſe videtur. Enimuero iudicium tutum de his eſſe nequit: antiquiore enim ſcriptura εσι (ϝΕΣΙ. ΗΕΣΙ) dignoſci res nequiit. σθένεος πειρώμενος Clarke notat, propter primigenium vocis mediae vſum: *ſuarum ſibi virium periculum faciens.*

360. Fuit olim στιγμὴ ſecundum Sch. A. Obſeruatum enim, „eſſe XVIII χρόνους in hoc verſu.“ ὀλίγαι δ' εἰσὶ παρ' Ὁμήρῳ τοιαῦται. (an στιγμαί?) Nec ſatis temporum numerum expedio, nec ſingulare quid eum habere, nec numerum infrequentem eſſe. Verum inepta eſſet in his explorandis ſedulitas.

361. πρὸ δ' Ἀπόλλων, αἰγίδ' ἔχων ἐρίτιμον, ſc. ἦν ſupplet Sch. B. quin potius, προεχεῖτο, *incedebat* (ex προχέοντο). Iterum ἔριπε peccant codd. vt Townl. fragm. Moſc.

363. ὅς τ', ἐπεὶ οὖν ποιήσῃ ἀθύρματα νηπιέῃσι. ἐπεὶ οὖν ποιήσει edd. (vt eſt quoque in parte codd. vt Vrat. A.) praeter Barnes et Clark. a quibus admiſſum eſt ποι-

ἦσῃ, quod codd. habent Cant. Barocc. Harl. Mori. Ven. fragm. Mofc. Vrat. d. ex emendat. Apollon. Lex. in ἀθύρει. παίζει. καὶ ἀθύρματα. παίγνια. laudato hoc verfu. Iam fi vfum Homericum confulas, neutrum eft alienum; poffis quoque ποιήσει' fcribere: nam eft oratio obliqua. cf. ad I, 304. Futurum cum ἐπεὶ in confeffo eft Λ, 478 αὐτὰρ ἐπειὴ τόν γε δαμάσσεται ὠκὺς ὀϊστός. Exquifitior tamen eft vfus fubiunctiui. Porro Clarke: „ὅςτ' ἐπεὶ οὖν. *qui videlicet poftquam ex arena, quam dixi.*"

νηπιέῃσι fupplent Φρεσί. Eft potius ab ἡ νηπιέη pluralis pro fingulari, pro (ἐν) νηπιέῃ, διὰ νηπιέης, νηπίως, *pueriliter.* Vidimus ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ fup. I, 487. νηπιάα eft Od. A, 297. At pro ftultitia eft manifefte Od. Ω, 468.

364. ἂψ αὖθις συνέχευε ποσὶ καὶ χερσὶν, ἀθύρων. ἀθύρων recte feiungit Sch. B. συνέχευε, συγχέει, ἀθύρων, *ludendo.* per ludum: ornat; nec facit ad comparationem ipfam. Male χερσὶ καὶ ποσὶν ἀθύρων iungit Euftath. ἀθύρει poffe olim alicubi lectum effe coniicit Tollius e gloffa Apollonii, Hefychii et Etymol. ἀθύρει. παίζει.

365. ὥς ῥα σὺ, ἤϊε Φοῖβε, πολὺν κάματον καὶ ὀϊζὺν σύγχεας. ἤϊε Φοῖβε. (Iterum inf. Υ, 152 ἀμφὶ σὲ, ἤϊε Φοῖβε) „Ariftarchus ἤϊε fcribebat, effe enim ἀπὸ τοῦ ἱέναι, ab emittendis fagittis vel radiis: habebatur enim iam tum pro eodem numine Sol et Apollo. At Crates, Herodianum addit Euftathius, ἤϊε, vt fit ἀπὸ τῆς ἰάσεως. (haec ratio eft inepta; Apollo medicus an iam tum fuerit, cum Paeon ab Homero nominetur, dubitatur; tum vero ab ἰάομαι quomodo duci poteft ἤϊος? fed ille ἰήϊος forte fcripferat.) Cur leni fpiritu infignienda fit vox, Herodianus cauffam attulit, quia ante vocalem nusquam Eta adfpiratur: ἠώς, ἤϊα, ἠέλιος ex ἥλιος. Sch. A. B. Euftath. Sch. br. In Schol. A. fequitur: ταύτῃ καὶ τὸ ἤϊε ξένον θέμις ἐστὶ δασύνεται. Corrupta haec funt et aliena: corrige ἧτε ξείνων θέμις ἐστί Od. I, 268. Hactenus Scholia: quibus adde alios ἀπὸ τοῦ ἱέναι, ἔρχεσθαι ductum auguratos effe. At alii olim ἰήϊε Φοῖβε aut legiffe aut intuliffe

videntur; quod epitheton apud Sophoclem et alios occurrit, Apollon. Rh. II, 714. 715 et ad h. v. Etymol. in ἰήϊε. Etiam hoc alii ἰήϊος fcribebant. At in Apollon. Lex. eft ἴηε Φοῖβε et additur: Ἴηος ὁ Ἀπόλλων. ἀπὸ τῆς τοξείας (ergo deb. effe ἴηος) ἔνιοι δὲ ψιλῶς, ἀπὸ τῆς ἰάσεως. vnde paria Hefych. in ἰήϊος. Eft alia deriuatio ab ἰὴ, ἰὴ, acclamatione: vnde ἰήϊος ductum effe non improbabile fit: quam etiam probatam video a doct. Jlgen ad Hymn. in Apoll. 120. Ex ἰήϊος factum effe ἤϊος ftatuebat Etymologus cum Sch. br.

Mihi haec commemoranda erant, quoniam ad grammaticorum curas in Homerum fpectabant: ceteroquin enim bene teneo, antiquiffimorum horum nominum, inprimis religiofi generis, origines et notiones vix vnquam tuto conftitui poffe, et doctam quidem, parum tamen vtilem, operam in exquirendis iis poni.

„ὥς ἄρ. *fic inquam*" Clarke. Pro σὺ ἤιε debuit effe σύ γ', notante Bentl. vt notarat fup. vf. 247. ὥς ἄρα σὺ fragm. Mofc.

367. ὥς οἱ μὲν — pro οὗτοι Apollon. Lex. in οἵ, non ὅν.

369. χεῖρας ἀνίσχοντες. laudat Schol. Aefchyli VII. ad Th. 177 χεῖρας ἀνασχόντες.

370. Neftor Γερήνιος v. ad B, 336. Excidit et hic ante αὖτε δ', quod exhibet vnus Vindob.

372. ἐν Ἄργεΐ περ πολυπύρῳ. Recte Sch. B. et Euftath. ὅλην τὴν Ἑλλάδα. Nam Argos proprie dictum ἱππόβοτον erat, non πυροφόρον. Nec Neftor Argis, fed Pylo imperabat.

374. εὔχετο νοστῆσαι. „γρ. νοστήσειν" Clarke. Notatum video a Bentl. e Vatic. pro var. lect.

376. μηδ' οὕτω Τρώεσσιν ἔα δάμνασθαι Ἀχαιούς. ÷ „quod Τρωσὶν dictum mutato cafu pro ὑπὸ Τρώων." Schol. A. „γρ. δαμνᾶσθαι" Barnes. δάμνεσθαι Barocc.

377. μέγα δ' ἔκτυπε μητίετα Ζεύς. ÷ „quod Zenodotus habebat μέγα δ' ἔκλυε. Atqui non exaudit Iupiter, fed auerfatur preces Neftoris." Sch. A. Hic igitur toni-

tui pro finiftro omine a Ioue miffo accepit? Atqui inter fecunda omina hoc fere haberi folet fauftiffimum; vt v. c. Jl. Θ, 170. f. Nec cur non exauditus videri poffet Neftor, ex fequentibus apparet; nam nec pereunt Achiui; nec reditus intercipitur. Troiani porro interpretantur omen in fuam vtilitatem et tanto ferocius infiant. Ceterum de toto verfu 378 dubito, an rhapfodi fedulitati debeatur; eft enim merum interpretamentum.

379. Διὸς κτύπον Ven. Lipf. Harl. Mori. Vat. Townl. Vrat. b. d. A. fragm. Mofc. vn. Vindob. Euftath. ex interpretatione, vt Ernefti recte monuit; fatis tamen antiqua. Eft autem πυθέσθαι τι et τινὸς promifcue dictum.

381. Comparationem diferte commendat Sch. B. de ea v. Notam. Vt magis perfpicua fit oratio monebo, effe fupplendum: οἱ δὲ, iidem Τρῶες e vf. 379 ὥςτε κῦμα θαλάσσης βαίνει σὺν μεγάλῃ ἰαχῇ, εἰ καταβήσεται ὑπὲρ τοίχων νηός. Sed τὸ εἰ poft ὥςτε fere omitti folet; vt modo monitum ad vf. 323.

θαλάσσης εὐρυπόροιο. Apollon. τοὺς εὐρεῖς πόρους ἐχούσης et Hefych. πλατεῖς — ἢ μεγάλους. At eft fimpl. pro εὐρείας. μεγάλης. vt innumera in poetis, compofita pro fimplicibus, aliquantum ornatus ex hoc mutuata. A Koeppen laudatur γῆ εὐρυόδεια, εὐρύχορος et alia fimilia.

382. καταβήσεται poft ὥςτε. iterum pro καταβαίνει, vel καταβῇ ἄν.

ὁππότ' ἐπείγῃ. vn. Vindob. ἐπείγει.

383. ἡ γάρ τε. „Etenim ea." Clarke. Scilicet eft pro ἥτε γάρ. In Harlei. ἡ γάρ ῥα. et ipfum bene.

385. ξ— quod fingulare pugnae genus fequitur; Achiuorum a proris, Troianorum e curribus, fed equis retro conuerfis verfus vrbem. Sch. A. Ex Sch. B. (quod et in Schol. Mofc. et Schol. Leid. habetur, in quo ap. Valk. diff. p. 130 ἰδίωμα corrigendum eft ἰδιότητα) intelligitur, Ariftarchi effe obferuationem, quam ipfa res fuggerere debuit, nam fi equi ante naues ftetiffent, caefi telis et contis fuiffent. Vnde et illud lucem accipit, quod inf. 451 Clitus auriga in ceruice vulneratur, quippe auerfus

a nauibus. Pugnant autem de curribus, vt pares essent pugnantibus de nauibus: haec et Eustath. attigit. Parum tamen satisfacere omnia haec fatendum est. Haud vereor dicere, videri ab Homero sententiam fuisse absolutam cum versu 384 aut, si cum 385. fuisse *δὲ* pro *τε·* *i. δ' ει. ἐπὶ πρύμνῃσι μάχοντο.* reliqua ad 389 assuta videri a rhapsodis, non satis apte. Dicendum saltem ad *ἔγχεσιν ἀμφιγύοις αὐτοσχεδὸν* omissum esse *οἱ μὲν* — At sequitur *οἳ μὲν ἀφ' ἵππων.* cum deberet *οἱ δὲ* sequi. Nisi forte interpunctione iuuari potest locus; — *ἐπὶ πρύμνῃσι μάχοντο ἔγχεσιν ἀμφιγύοις αὐτοσχεδόν. οἱ μὲν ἀφ' ἵππων, οἱ δ' ἀπὸ νηῶν* etc. sc. *ἐμάχοντο.* Sed interpolationem vix tollas vt nec in altero loco inf. 449. 50. 51.

386. *ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν αὐτοσχ.* edd. omnes vsque ad Oxonienses, qui primo digitos metiendo versui adhibuerunt. A codd. vitium exulat; etiam ab Eustathio. Ernesti per errorem contrarium edixit.

387. *οἱ δ' ἀπὸ νηῶν ὕψι μελαινάων,* — vna voce, *ὑψιμελαινάων,* edd. excepta Romana et hinc excusa Bas. cum Eustathio ipso, cui nemo paruit, ne Stephanus quidem. Sustulit Barnes.

388. *τὰ ῥά σφ'* „*quae vt fit, quae, vt solitum est*" Clarke.

389. *ξυστὰ·* — *ναύμαχα, κολλήεντα.* Mirationem facit *ναύμαχα,* cum Troiani belli tempore nondum pugnas nauales nossent. Respondet Sch. B. Homerum e suo tempore vocem transtulisse, quia tum e naui his armis pugnabatur. „Potuere tamen vel praedatores antiquissimis temporibus, saltem littore prohibiti, contis pugnare. — Notatur porro accentus in tertia *ναύμαχα* — *κολλήεντα* sc. *ὑπὸ βλήτρων.* nam et alibi: *νώμα δὲ ξυστὸν μέγα ναύμαχον ἐν παλάμῃσι Κολλητὸν βλήτροισι, δυωκαιεικοσίπηχυ.* inf. 677. 8. Etymol. *ἐκ πολλῶν συγκεκολλημένα, ἵνα γένηται μακρά. οἷον σύνθετα καὶ οὐ μονόξυλα.* Conueniunt Sch. br. et Eustath. Intellige plures contos annulis ex aere iunctos et vinctos: vt bene Koeppen. *δόρατα ναύμαχα, ὥς φησιν Ὅμηρος, δι... μήκους χρείαν συν-*

ἡρμοσμένα. Pollux I, 137. Spectant ad h. v. Hesych. gl. in ναύμαχα et κολλήεντα, — κατὰ στόμα, κατὰ τὸ ἄκρον. „γρ. κατὰ στόμαθ' εἵμ." Barnes e suo puto; nec norat κατὰ στόμα ϝειμενα χαλκῷ.

390. Bene Sch. B. obseruat: quod re iam ad summum discrimen adducta poeta Patroclum inducit; admirabilis quoque oeconomia in hoc, quod Patroclum tam diu intra tentorium Eurypyli retinuit morantem, vt ille ipso rerum adspectu perculsus ad Achillem rediret.

392. ἀγαπήνορος. Sch. br. ἀγαπῶντος τοὺς ἄνδρας. ἢ ἀνδρείου. Melius Apollon. Lex. ἀγαπήνορος. ὅταν ἐπίθετον, ἀγαπῶντος τὴν ἠνορέην, (ergo pro simpl. fortis, generosus) adscripto hoc versu. Et in hoc consentiunt Etymol. Hesych. in ἀγάνωρ male scriptum pro ἀγαπήνωρ.

393. ἧστό τε καὶ τὸν ἔτερπε λόγοις. „λόγοις. semel vox h. l. legitur in Jliade" Sch. A. Recte, et semel in Odyss. A, 56. Ad ἔτερπε Sch. B. laudat versum Menandri: ἰατρός ἐστιν ὁ λόγος ἀνθρώποις νόσων. Noti versus Aeschyli Prometh. 378 ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. vbi Schol. laudat locum nostrum; et Iambos: Λόγος γὰρ ἀνθρώποισιν ἴᾶται νόσους. Ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει θελκτήρια.

394. ἀκήματα. Sch. A. „in nonnullis ἀκέσματ'. etiam sic Aristarchus. Legitur quoque ἀκέσματ' in Lips. At Apollon. Lex. ἀκήματα. ἰάματα. laudato hoc versu.

μελαινάων ὀδυνάων iam vidimus Δ, 117 et al.

396. γενετο ϝιαχη — Legebatur γίνετ' in Flor. Ald. 1. quod metrum ferre aiebat Ernesti. Immo vero non fert, nec magis, quod Ald. 2. intulit et Turnebus retinuit γίνετο, aut quod ed. Rom. cum Eustathio exhibent, γένετ'. Reduxit γένετο H. Steph. ex Δ, 456 ὡς τῶν μισγομένων γένετο ἰαχή τε φόβος τε.

397. 8. καὶ ὢ πεπλήγετο μηρὼ iam sup. 113 vidimus. ὢ ἐπεπλ. vn. Vindob.

398. ὀλοφυρόμενος δὲ προσηύδα. vulgatum erat: δ' ἔπος ηὔδα. Aduersatur metro δ' ϝεπος. Sch. A. ait sic legere Aristarchum." Fuit ergo lectum ab aliis aliter?

fcilicet ὀλοφυρόμενος δὲ προςηύδα, vt fup. 114. et fic Barocc. Vrat. b. d. vn. Vindob.

400. δὴ γὰρ — *reuera enim. nam profecto.* Clarke.

401. ποτιτερπέτω. προςηγορείτω. Sch. br. Supra 393 ἔτερπε λόγοις.

402. σπεύσομαι εἰς Ἀχιλῆα, ἵν' ὁ. Iterum hiatus, in caefura tamen medii verfus.

403. ⊱ quod εἴκεν οἱ θυμὸν ὀρίνω dixit pro: εἰ αὐτοῦ τὸν θυμὸν ὀρίναιμι. Schol. A. Refpicit ille vff. 403. 4. fupra iam lectos Λ, 792. Vtrumque in Homero obvium: v. Excurf. III ad A. p. 174 5. Male Barn. em. εἴ. κεν ἐοῖ.

404. παρειπών. et παραίφασις iterum de hortatu et fuafu quo quis ab aliquo confilio abducitur. v. Λ, 791. 792 vbi vid. Obff. παράφημι iam A, 577 vidimus.

„γρ. παῤῥειπὼν" Barn. Immo vero fuit παρϝειπων.

405. τὸν μὲν ἄρ' ὡς εἰπόντα πόδες φέρον. ⊱ „ὅτι οἱ πόδες αὐτὸν ἔφερον, οὐκ αὐτὸς τοὺς πόδας refpectu ad Zenodoti fcripturam habito: ῥίμφ' ἑὰ γοῦνα φέρει." Locus eft Z, 511. vbi vide. Scholion repetitum in Schol. B. Mofc. iam e fuo codice appofuerat Victorius Var. Lect. XXIX, 24. XXXVI, 3. quo ipfo patet, etiam eius Scholia non alia fuiffe quam Veneti, Leid. Lipf. et fimilium.

406. „γρ. οὐδ' ἐδύναντο vt mox 416." Barn. ficque vn. e Vindob.

407. παυροτέρους περ ἐόντας. ⊱ „quod manifefte Troiani pauciores numero eduntur quam Achiui: etfi focii fimul exierant" Sch. A. Contra Sch. B. focios exclufos numero effe vult; addit tamen, οἱ δὲ, ἀσθενεστέρους." Attingit quoque rem Euftath. Vt intelligas, quorfum haec disputata fint, infpice Obff. ad Θ, 558 et ad B, 122.

ἀπώσασθαι παρὰ νηῶν. ἀπὸ νηῶν ap. Euftath. pro var. lect.

408. οὐδέ ποτε. recepi, ratione grammatica poftulante, et fuccinente Veneto, Vrat. d. fragm. Mofc. Etiam

οὐδέ ποτε Rom. ed. et duo Vindob. Vulgo οὔτε ποτὲ T. etiam in Eustath.

409. οὐδὲ νέεσσιν. „ἐν ἄλλῳ· ἠδὲ ν." Sch. A. Sicque (pro var. lect.) Eustath. item Barocc. Vrat. A.

410. ἀλλ' ὥςτε στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει. στάθμη. Sch. A. ἡ καὶ κατευθυντρία λεγομένη et alio loco: σχοινίον λεπτὸν ἐρυθρῷ ἢ μέλανι χρώματι ἐχρισμένον. Eadem in Sch. br. Alia ap. Hesych. h. v. et Eustath.

ἐξιθύνῃ Sch. br. additur tamen ἴσον ποιεῖ. ὀρθοῖ. Alias subiunctiuus Homerico vsui conueniret. Laudat ἐξιθύνει Sch. msf. Barnes. Ita post ὡς. ὥςτε saepe variat lectio. v. Excurs. I. ad lib. IX. Ipsam rem illustrat locus Od. E, 245 Vlysses nauem fabricans αὐτὰρ ὁ τάμνετο δοῦρα — ξέσσε δ' ἐπισταμένως, καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε.

411. ὅς ῥά τε qui vtique. Clarke.

412. εὖ εἰδῇ σοφίης. „quod semel h. l. σοφίαν dixit poeta, οὐ τὴν λογικὴν, ἀλλὰ τὴν τεκτονικὴν τέχνην. nam olim σοφὸς, σοφιστὴς, τεχνίτης." Sch. A. B. Similia Sch. br. Eustath. et Suidas h. v. σοφία. πᾶσα τέχνη. Apollon. Lex. Et sic passim alii vt Ammon. de quinque vocalibus p. 5 b. Ald. 1546. Respicit h. l. Hesych. σοφίης. τῆς περὶ τὴν τέχνην σχολῆς. Idem mox in σοφιστήν. πᾶσαν τέχνην σοφίαν ἔλεγον. Ex lexico aliquo Homerico Suidas sua babet h. v. Est ναυπηγὸς δαήμων. Alia quaestio est, quo sensu πᾶσα σοφία dicta sit: num pro παντοία an ὅλη. vtrumque Homero frequentatum. Est quoque saepe ambiguum, dum vtrumque locum habet, vt in illo μάχης εὖ εἰδότε πάσης B, 823 et alibi. Si tamen h. l. est *ars fabrilis* praestat pro *tota arte* accipere.

ὑποθημοσύνῃσι Sch. B. cum Sch. br. Eustath. διδασκαλίαις. Apollon. Lex. ὑποθήκαις. συμβουλίαις. Ex more, pluralis pro sing. Et est idem ὑποθημοσύνη, quod ὑποθήκη. „al. εἰδὼς" Clarke; nec notatum, qui sint illi alii. Est tamen illud in fragm. Moscou.

413. ἐπὶ ἶσα. Eadem forma loquendi iam lecta est, et totus versus, M, 436. Sunt iungenda ἐπιτέτατο

ἶσα, ἴσως. de pugna in neutram partem vergente. ἶσα pro ἴσως, vt et mox 439. v. ad Λ, 336.

414. ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσιν. ※ In Schol. A. eſt: ἡ διπλῆ, ὅτι ἐκ τούτου διεσκεύασται ὁ τῆς τειχομαχίας στίχος· ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσι." Verſus eſt M, 175. ad quem v. haec eadem notata, quae ad locum noſtrum nil faciunt.

415. Ἕκτωρ δ' ἀντ' Αἴαντος ἐείσατο. Townl. Ἕκτωρ δ' αὖτ'. Porro ἐείσατο. Schol. B. Moſc. ὥρμησεν. Sch. br. ἐφάνη (adeoque ab εἴδω) ἐφώρμησεν. ἐπῆλθεν. fere vt dubitabatur Λ, 358 et inf. 544. At enim ἐείσατο h. l. eſt ab εἶμι ſeu ἕω. non ab εἴδω. eoque quaeri poteſt, vnde δ' ἀντ' εει naſci potuerit; at fuiſſe εἴσατο et ἐείσατο iam vidimus ad Λ, 358.

416. τὼ δὲ μιῆς περὶ νηὸς. Vrat. A. τὼ δὲ ἴῆς.

οὐδὲ δύναντο. Ven. Vrat. b. ed. Rom. et ratio: cum paullo ante 406 ita legeretur et Ionicum hoc ſit. Vulgg. οὐδ' ἐδύναντο.

417. νῆας vulgo lectum. Ariſtarchus νῆα, quod ſe legenti ſponte offert ex v. 416 μιῆς περὶ νηός. Notarat quoque Bentleius.

418. ἐπεί ῥά γε. *quandoquidem. quando videlicet.* Clarke.

δαίμων. Apollo vel Iupiter ait Sch. B.

419. υἷα Κλυτίοιο Καλήτορα. ⊢ „quod *Clytius* Priami fuit frater (v. Υ, 238) eoque *Caletor* nepos Hectoris ex patruo. Fuit et alius Clytius, Dolopis pater (Λ, 302. inter Achiuos.) Paria Sch. br. habent.

423. νεὸς προπάροιθε μελαίνης. νεὼς ediderat Steph. e Rom. cum fuiſſet in Flor. Aldd. νηός. Turneb. νεὸς. Sic et Ven. Nec niſi in Odyſſ. νεὼς occurrit, haud dubie grammaticorum commento. Nam Homeri aetate ignorabatur τὸ ω, et ſcribebatur ο. Tum vero eſt νέες. νέας. νέεσσι. νεῶν a νεὺς, vnde νηὺς, νηός. ναὺς, ναός. Videtur adeo ω omnino excludendum eſſe in Homero. Sic et iudicaſſe video Bentleium, qui Euſtathii locum laudat ad Od. M, 100 τὰ πλεῖστα τῶν παλαιῶν ἀντιγρά-

φων, καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις, νεὸς διὰ τοῦ ō. Itaque νεὸς recepi.

426. μὴ δή πω χάζεσθε μάχης. abundat πω. Sch. B. et Mosc. At Clarke: *nequaquam quaeso.*

ἐν στείνεϊ τῷδε. τῷ μεταξὺ νεῶν καὶ τῆς τάξεως τῶν ἵππων στενῷ τόπῳ. Sch. B. vt aliud erat στένος sup. M, 66. inter fossam et vallum. Potest tamen esse etiam τὸ στένος inter naues et vallum; vt Eustath. etiam ipsa condensatio pugnantium ordinum, quod et Schol. br. monent; et hoc videri potest probandum esse. cf. ad Θ, 476.

427. σαώσετε Vrat. d. et vn. Vindob.

428. νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα. ⸖ „quod νεῶν ἐν ἀγῶνι est ἐν ἀθροίσματι νεῶν, τῷ ναυστάθμῳ. Sch. A. cum Sch. br. et Eustath. ἐκ παλαιῶν. et recte; non est h. l. *pugna ad naues*, sed *nauium statio*, apud quam pugnatum est; declaratur autem pugna per locum. Nam verissimum hoc est, in Homero ἀγῶνα *non dici de ipso certamine, sed de loco vel de consessu.* Etiam Apollon. Lex. ἀγών. ὁ τόπος, εἰς ὃν συνάγονται, laudato T, 42 καί ῥ' οἵπερ τὸ πάρος γε νεῶν ἐν ἀγῶνι μένεσκον. Add. Π, 239. et Υ, 33. De versu Π, 500 suo loco videndum est.

432. ἐπεὶ ἄνδρα κατέκτα Κυθήροισι ζαθέοισι. ⸖ „quod deest ἐν. ἐν Κυθήροισι, et quod vltima in κατέκτα est breuis. vt Od. Λ, 409 ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ. De hoc v. ad Δ, 319.

433. τὸν ῥα. *hunc inquam.* Clarke.

435. λῦντο δὲ γυῖα. iam lectum H, 16. λῦτο Cant.

437. δὴ νῶϊν ἀπέκτατο. ⸖ „quod hic aperte docetur discrimen inter νῶϊν et νῶϊ" Sch. A. nam sequitur νῶϊ — ἐτίομεν. cf. ad Θ, 352. Monetur quoque, esse distinguendum post πέπον, non post πέπον δή. ἀπέκτατο ex κτῆμι. cf. ad Δ, 319.

438. ἔνδον ἐόντα. *apud nos, domi.* De hoc vocis vsu v. sup. ad N, 363. Et additur ἐν μεγάροισι.

439. ἶσα φίλοισι τοκεῦσιν ἐτίομεν. ⊱ „quod Zenodotus (in Sch. B. et Lipſ. Ariſtarchus nominatur) ediderat τέκεσσι. Atqui nec Teucer nec Aiax, antequam ad Troiam venerant, liberos ſuſceperant.

440. ποῦ νύ τοι ἰοί; Formula eadem E, 171. Aen. V, 391. *Clarke.*

ἀπέκτανε. Memoratur ἀπέκτονε forma praeteriti perfecti ab Etymologo. Vid. ad Z, 414. In capite pro τὸν δ' eſt in vno Vindob. τόν ῥ'.

441. καὶ τόξον ὅ τοι πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων. ⊱ „quod τόξον h. l. pro τοξικὴ τέχνη. Sch. B. ἡ τῆς τοξικῆς ἐμπειρία. non enim arcum, ſed peritiam ſagittandi Apollo ei largitus erat." Sic et Euſtath. ἐκ παλαιῶν. ὠκύμοροι ſagittae, quae celeriter mortem inferunt: Sch. B. br. Euſtath. Heſych. aliter quam A, 417 Achilles ὠκύμορος erat.

443. Φαρέτρην ἰοδόκον. „ἰοδόκον ſcribebat Alexio, nam pharetra δέχεται τοὺς ἰούς. vt ξεινοδόκον. Sic et Attalus. Alii ἰόδοκον." Sch. A.

444. βέλεα recte recepit Barnes e Cant. Add. Harl. Lipſ. Etiam Ven. exhibet, cum Townl. Vrat. A. b. d. Euſtath. ἐφίη Barocc. ἀφίει Vrat. b.

445. Ambiguum viſum, vtrum Κλεῖτος ſit nomen viri an Ἀγλαὸς, in Schol. Victor. et Leid. ap. Valk. Diſſ. p. 131. In Schol. A. haec habentur: Κλειτὸς, ὄνομα κύριον. ὀξυντέον δὲ ὁμοίως τῷ ἐπιθέτῳ, ἐπειδὴ κόσμου ἐστὶ τὸ ἐπίθετον.

447. ἡνία χερσὶν ἔχοντα. ὁ μὲν πεπόνητο καθ' ἵππους. Non notarat hiatum h. l. Bentleius, alioqui acerrimus in iis inueſtigandis: Si vsquam, hoc vtique loco recte dixeris, in medio verſu moram hiatum admiſiſſe. Potes quoque defendere altero exemplo Jl. T, 133 ἔργον ἀεικὲς ἔχοντα, ὑπ' Εὐρυσθῆος ἀέθλων. verum ibi melior lectio ſuppetit: παρ' Εὐρ. At h. l. par emendatio locum non habet. Solet hoc hemiſtichio aliquoties vti Homerus; nusquam ſimili hiatu nec cum apoſtropho in ἔχοντα, quo ipſo ſuſpicio naſcitur, inſertum eſſe verſum a rha-

pſodo interpretamenti loco, ex Π, 739. Θ, 121. Vt nunc legitur: τῇ γὰρ — χαριζόμενος· Clarke parentheſi poſita accipit. — καθ' ἵππων Vrat. d. cum vno Vindob. Mox ἵππους ἔχε iterum pro ἤλαυνε.

449. 450. 451. ※ — ἀθετοῦνται οἱ τρεῖς, quod Ἕκτορι καὶ Τρώεσσι χαριζόμενος alienum eſt; ſocii bene dici poſſunt, χαρίζεσθαι, non autem *vnus e ciuibus* qualis erat Clitus. Schol. A. B. Vict. Melius de Hippothoo, quippe qui e ſociis erat, hoc dictum eſt Jl. P, 291 vbi duo hi verſus 449. 450. iterum leguntur. (Addit Sch. B. melius etiam de Pandaro dictum Jl. E, 211 ἡγεόμην Τρώεσσι, φέρων χάριν Ἕκτορι δίῳ Ariſtarcho iudice.) Tum vulnus in ceruice h. l. abſurdum eſt, ſi ille egit equos in hoſtem. Haec Sch. A. et Lipſ. Addit Sch. B. quomodo enim conuerſis retro curribus ſtatum ſeruare potuiſſent pugnantes equis loco cedentibus? (Scilicet, vt verba ſenſum ſuum habeant, ſtatuendum, retro verſus vrbem conuerſis equis adſtitiſſe currus, ex eorum autem extremis partibus ad puppes ſpectaſſe pugnantes. Sic et Sch. br. ad h. v. cf. ſup. ad 385.) Nec tamen Polydamas de curru pugnat, vt patet vſſ. 455. 457. Supereſt, vt commemorem, quod Clarke, ſecundum Dacceriam, autumat factum, iuuenem praecipitem et quoque verſum equis incitatis discurrentem ceruice telum accepiſſe.

His ſingulis diſpectis et expenſis fatendum eſt, auctoritate veterum, quam Schol. A. B. Lipſ. Moſc. ſeruarunt, et ipſa ratione recte damnari verſus: quibus ſublatis bene ſibi conſtat locus. Pugnat pedes Polydamas, vt mox iterum vſ. 457 αὐτὸς δ' αὖτις ἰὼν προμάχοισιν ἐμίχθη. Currum prope eum a tergo tenet Clitus, in media pugnantium turba: vti mox idem Polydamas facere iubet Aſtyochum vſ. 456. 7 πολλὰ δ' ἐποτρύνει σχεδὸν ἴσχειν ἵππους, et quidem εἰσορόωντα, oculis in eum intentis, quo, ſi res poſtulet, ſtatim curru eum excipere poſſet; id quod prudentiae viri ſaepe laudatae conueniebat.

450. *τό οἱ οὔτις ἐρύκακεν ἱεμένῳ περ.* Sic legebatur in edd. et codd. At Townl. *ἱεμένων·* forte librarius legerat *ἱεμένων περ.* hoc praeferam: nemo ex sodalibus etsi cupientibus opem ferre. Sic P, 292 *τάχα δ' αὐτῷ ἦλθε κακὸν, τό οἱ οὔτις ἐρύκακεν ἱεμένων περ.* Diserte quoque *ἱεμένων* legit Vrat. A. et ed. Rom. cum Eustathio, qui tamen et alterum norat. Nunc video etiam Venetum ita legere, et Schol. *διχῶς Ἀρίσταρχος· καὶ ἱεμένῳ καὶ ἱεμένων.* duplicem puto lectionem ille repererat et apposuerat. Probauit quoque Ernesti e consuetudine Homerica, nisi malis, addit, *ἱέμενός περ.* quo non egemus, oblato altero. Friget *ἱεμένῳ*, nam ipsum hoc cupiisse nemo dubitabit: etiamsi cum Koeppenio exponas *ἱεμένῳ* sc. *ἐς πόλεμον, μάχην*, vt Θ, 313 et al. Habent tamen hoc Schol. br. cum codicum parte. In Lips. superscriptum *ἱεμένου.*

451. *αὐχένι γάρ οἱ ὄπισθε.* vt iam vidimus, putandum est equos fuisse versus vallum et vrbem conuersos, et aurigam auerso a nauibus corpore currui institisse occupatum in equis continendis. Sic fere Schol. br. Sed v. modo ad vs. 449. 450. 1.

453. *κείν' ὄχεα κροτέοντες· ἄναξ δ' ἐνόησε τάχιστα.* Corruptela versus obuia est in prosodia: *κροτεοντες ϝαναξ.* obseruata iam Bentleio et Dawesio, Miscell. crit. p. 150. medela tamen parata: *ἵππω — κροτέοντε ϝαναξ.* repugnante Ernestio, sed frustra. nomina dualia et verba pluralia iungi, Homero haud infrequentatum est. Alioqui *οἱ ἵπποι* seruari possint, si legeris: *κείν' ὄχεα κρότεόν τε. et inanem currum iactabant.* In Vrat. d. et vno Vindob. *κροτέοντος.* Pro *κροτεῖν* hoc sensu, quod etiam in H. in Apoll. 234 legitur, erat *κροταλίζειν* sup. Λ, 160 *πολλοὶ δ' ἐριαύχενες ἵπποι κείν' ὄχεα κροτάλιζον ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας.* sicque Sc. Herc. 308 *τὰ δ' ἐπικροτέοντα πέτοντο ἅρματα κολλήεντ', ἐπὶ δὲ πλῆμναι μέγ' ἄϋτευν.*

454. *καὶ πρῶτος ἐναντίος ἤλυθεν ἵππων.* Erat in edd. *ἐναντίον.* perpetua varietate v. c. Λ, 129. nunc *ἐναντίος* in optimis codd. Cant. Barocc. Mori. Vrat. b. fragm. Mosc. vn. Vindob. ex emendatione, Lips. vtroque Ven.

455. τοὺς μὲν ὄγ' Ἀστυνόῳ. Monuit iam Bentl. scriptum fuisse ϝαστυνοῳ, ergo ὁ ϝαστυνοῳ. Videtur homo esse idem qui in Polygnoti tabula ap. Pausan. X, 26 p. 863 occurrebat, a Neoptolemo ense percussus.

Προτιάονος υἱεῖ. fragm. Mosc. Προτιάνορος quod verum arbitror; habet enim analogiam cum similibus.

456. πολλὰ δ' ἐπώτρυνε. Vrat. d. et vn. Vindob. ἐπότρυνε. Sic et alibi variat. hoc quidem Ionicum est.

σχεδὸν ἴσχειν εἰςορόωντα. malim scriptum ἰσχέμεν.

457. αὐτὸς δ' αὖτις ἰὼν Vrat. d. αὐτὸς δ' αὖτ' ἐξαῦτις ἰών.

459. καί κεν ἔπαυσε μάχης. Est lectio Zenodoti. At μάχην alii, etiam Aristophanes; quod quidem recte et ipsum dicitur; sed alterum doctius quod et Venetus habet, et perpetuo Homeri more; vt modo vs. 15 Ἕκτορα, δῖον ἔπαυσε μάχης. Sic quoque παῦσέ μιν ἀλκῆς. πόνου. χάρμης.

460. εἴ μιν ἀριστεύοντα βαλὼν ἐξείλετο θυμόν. Ieiunum satis hoc et tantum non ludicrum: fecisset sane Hectorem cessare a pugna, si modo eum feriisset. Suspectum quoque video versum fuisse Bentleio; ortus versus videtur ex interpretamento rhapsodi. Occurrere possis forte molestiae cum Eustathio dicens εἴ μιν esse dictum pro ἐπειδή, siquidem.

461. ὅς ῥ' ἐφύλασσεν. „vel, qui vtique; vel, si ad superiora referas, qui, vt dictum est." Clarke.

462. Τεῦκρον Τελαμώνιον εὖχος ἀπηύρα. ⊱ „quod Τεῦκρον pro Τεύκρου dictum" Schol. A. B. Mosc. quasi hoc insolitum sit. ἀπούρα in vno Vindob. et in Flor. Aldd. correctum ἀπηύρα in Rom. Turn. Steph. Aliud est ἀπούρας A, 356 et alibi.

463. ὅς οἱ ἐΰστρεφέα νευρὴν ἐν ἀμύμονι τόξῳ. Barnes: „γρ. ὅς ῥ' οἱ." perperam: fuit ὅς ϝοι.

Est in his oratio minus polita; debebat esse: ᾧ ἔρρηξε νευρήν, vel, καί οἱ ἔρρηξε.

ἐΰστρεφέα vltimam productam positione facile credas: attamen notat Clarke eam produci, quia ducenda

ſit a genitiuo — εως. at ſi eſſet ab εος, fore εα, breuem. Spectare haec ad Atticos puta, non ad Homerum.

464. ῥῆξ' ἐπὶ τῷ ἐρύοντι. ⊱ ad ſtigmen excidit Scholion, quod ſpectaſſe ſuſpicor ad ἐπὶ τῷ quod dictum videtur pro ἐπὶ τόν. Verum eſt ἐπερύοντι αὐτῷ pro ἐρύοντι κατ' αὐτοῦ.

παρεπλάγχθη δέ οἱ ἄλλῃ. Barnes: „γρ. ἄλλη“ ſcilicet, vt plerumque iota ſubſcriptum in codd. omittitur. Heſych. ad h. l. ſpectat: παρεπλάγχθη, παρεκρούσθη.

467. ὢ πόποι. in alio: ὦ πέπον. Schol. A.

ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει. Schol. B. ἐπικείρει, οὐκ ἐᾷ αὔξεσθαι. Schol. br. ἐμποδίζει τὰ βουλεύματα. πᾶσαν τὴν εἰς τὸν πόλεμον προθυμίαν θεός τις κωλύει καὶ παρασπᾷ. Similia ſunt in Heſych. μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει. τὰ περὶ τῆς μάχης βουλεύματα κολοβοῖ καὶ ἀποκείρει ἢ κωλύει. et ſimilis alia gloſſa ap. eund. in ἐπὶ μήδεα κείρει. Senſum, non vim, verbi haec reddunt; quae eſt: ἐκκόπτει. ἐπιτέμνει. Iterum occurrit Π, 120.

468. ὅ τέ μοι βιὸν ἔκβαλε χειρός. Clarke: „qui ſcilicet, qui vtique.“

469. νευρὴν δ' ἐξέῤῥηξε νεόστροφον, ἣν ἐνέδησα πρώϊον. Duplex eſt lectio vtraque bona; nam in aliis eſt ἥν οἱ ἔδησα. Recepi ἐνέδησα victus auctoritate: ſic enim Barocc. Townl. Vrat. b. fragm. Moſc. duo Vindob. etſi alter ἐνόδησα, Lipſ. Ven. Etymol. in πρωΐα. Euſtath. e quo praeferebat Erneſti. Idque legebatur in ed. Rom. et iam in Ald. 2. cum propagine. Iterum reduxit οἱ ἔδησα Turnebus, inde H. Stephanus. Haud dubie politius eſt et γλαφυρώτερον, ἣν ἐνέδησα, at alterum antiquius et auſterius, et, ſi recte cenſeo, verius. Exciderat in aliquo codice οἱ, et ſuppletum eſt εν.

νεόστροφον. νεωστὶ ἐστραμμένην οἷον καινήν. Apollon. Lex. et Heſych. Schol. Ven. A. inuenerat quoque: ἐξέῤῥηξεν ἔϋστροφον, quod ille ait habere ἐπίτασιν.

470. πρώϊον. ⊱ „Zenodotus ſcripſerat πρώην, ita longius tempus declaratur; heſternum ſcilicet. At πρώϊον eſt πρωΐας. Et ſane ſuperiore die ruptus fuerat neruus

μῆξε δέ οἱ νευρὴν Θ, 328. Itaque altero mane, hoc ipſo die, quo pugnatur, πρωΐας, nouam chordam innexuerat." Sch. A. et B. Aliud Scholion: „vtrumque ſcribi ait Ariſtarchus: πρώην et πρωΐον· ταὐτὸν δὲ ἐξ ἑκατέρου σημαίνεσθαι." quod et ipſe ſtatuere malim. Seruant tamen πρώΐον codd. et edd. Etiam Sch. br. πρώΐον, ἕωθεν. ὄρθριον. ἢ πρόςφατον. Similia Etymol. Add. Heſych. et Euſtath. ex πρωΐ, πρῷ. vnde πρωΐζα ſup. B, 303.

ὄφρ' ἀνέχοιτο θαμὰ θρώσκοντας ὀϊστούς. exquiſite dictum obſeruat Euſtath. *vt perduret, ſufficiat, ad ſagittas plures numero emittendas.*

472. ταρφέας ἰοὺς „οὓς συνεχῶς βάλλεις κατὰ τῶν πολεμίων" Sch. B. Vidimus iam Λ, 387.

ἀλλὰ βιὸν μὲν ἔα. ἀλλὰ, ſimpliciter ad excitationem valet: quaſi omiſſum eſſet: *ne amplius de arcu cogita,* ſed . . .

473. ἐπεὶ συνέχευε θεὸς Δαναοῖσι μεγήρας. „συνέχευε ſc. βιὸν καὶ ὀϊστοὺς, — ἀντὶ τοῦ, τῆς πρὶν εὐκοσμίας ἐστέρησεν. ἐναντίον γὰρ τὸ συγχέειν πρὸς τὸ εὐκόσμως, καὶ οὕτως εὐκρινῶς τάττειν." Euſtath. vt Π, 471 ἡνία δέ σφι σύγχυτο, *habenae.* Scilicet proprie *vſus* arcus confuſus et turbatus erat, rupto neruo.

474. αὐτὰρ χερσὶν ἑλών. (ἐν) χερσὶν — (ἐν) ὤμῳ.

476. μὴ μὰν ἀσπουδί γε. — „quod ἀσπουδὶ, χωρὶς κακοπαθείας. Sch. A. add. Sch. br. Euſtath. ἀντὶ τοῦ ῥᾷον καὶ ἀπονητί. Vidimus iam Θ, 512 vbi et de vſu ſcribendi ἀσπουδεὶ et ἀσπουδὶ dictum, quod h. l. habent Ven. cum Sch. A. Interpungi autem poteſt, ſic, vt ſuperioribus haec adiungantur; (Ita acceperant, qui ſcribebant 477 μνησαίμεθα. vt Barocc. Harl.) aut vt ſeiungantur, ſubintellecto: *Caueamus vero,* μὴ ἀσπουδί γε etc. Hoc verum.

477. νῆας ἐϋσσέλμους. ἐϋσέλμους Lipſ. (cum al.) „nec opus duplicatione" addit Erneſti. recte; antiquitus non ſcriptum σσ ſed pronuntiatum fuit. Aliter res ſe habet in codd. in quibus varietas a librariorum ignorantia et incuria proficiſcitur; non a doctrina antiqua. Itaque ex

his nihil huiusmodi mutari potest; sed sequendum est constanter quod semel amplexus fueris. De voc. εὔσελμος v. ad B, 170.

478. ὁ δὲ τόξον. Bentl. malit ὁ δ' αὖ τ. Sicque vn. Vindob.

479. σάκος τετραθέλυμνον. Apollon. Lex. in h. v. et in προθελύμνους. ἀντὶ τοῦ, τετράπτυχον. quod quatuor πτύχας haberet, h. e. *coria* aliud super alio *imposita*. Similia Sch. br. cf. sup. ad H, (VII) 247. De etymo autem dictum ad προθέλυμνον Jl. I, 537.

480. κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ — „quod prius clipeum, tum galeam sumsit Teucer: at Zenodotus contrarium intulit in μονομαχίαν Paridis; (v. ad Γ, 334. 5.) tum, quod sagittarii non habent galeam; (nam h. l. Teucer, seposito arcu, sumit galeam cum hasta) vnde et de Locris οὐ γὰρ ἔχον κόρυθας χαλκήρεας N, 714. vbi cf. Obss.

κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε. In εὔτυκτον argutatur Ernesti et mauult εὔτυκτον quod et codd. et edd. habent. At v. ad H, (VII) 12.

481. ἵππουριν — abest versus a Barocc. Mori. Harl. Lips. Vat. Townl. fragm. Mosc. binis Vindob. etiam a Veneto; et probabile sit eum huc retractum ex al. loc. Γ, 337. Λ, 42. Π, 138. in quibus locis et prior versus repetitur. et vs. sequens 482 iam lectus Γ, 338. K, 135 et alibi.

484. Τεύκρου βλαφθέντα βέλεμνα. βέλη notant glossographi, ipse Apollon. Lex. ad h. l. et X, 206.

486. Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι. Saepius hoc versu vsum esse Homerum, monitum iam est ad VIII, (Θ) 173. Strabo X, p. 695 B. inter exempla laudat, quae declarent morem Homeri iungendi genus cum formis seu speciebus; nam et Dardanii sunt inter Troianos.

487. ἀνέρες ἐστέ. Versus iam lectus Z, 112. ad q. loc. vide.

488. νῆας ἀνὰ γλαφυρὰς cum superioribus iungenda esse, monet Sch. A. δὴ γαρ ἴδον. fuit ϝιδον. Nec au-

diendus Barnes ſuum γάρ ῥ' ἴδον intrudens. — „δὴ γὰρ *certe enim.*" Clarke.

490. Διὸς ἀλκή, ἡ νίκη, ὅταν ἐκ θεοῦ γίνεται. Sch. B. Eſt ſane potenter dictum pro vulgari: Facile cognitu eſt, quoties dei *opera intercedit.* Schol. br. ἀλκή, νῦν βοήθεια. quod preſſius verba ſequitur. γίνεται et γίγνεται variat et h. l. In Vrat. A. γένετ'. debebat ſcribere ἀνδρέσσι γένετ' ἀλκή. ſed eſt Apoſtolii ſphalma.

491. ἢ μὲν ὀτέοισιν κῦδος ὑπέρτερον ἐγγυαλίξῃ. ὀτέοισιν, tertio loco eſſe acuendum, contra ὅτοισιν, docent Sch. A. B. Etiam Etymol. verſum in h. v. recitat: ὀτέοισι κῦδος — ἀντὶ τοῦ οἷστισι. De forma hac ὅτεῳ. ὅτεων. ὀτέοισι. et de altera ὅτινας monent vulgares libri grammatici; et ad h. l. Barnes cum Euſtath. dicunt eſſe Aeolicum; malim dicere antiquum; nam et ab Ionibus frequentatur, vt ab Herodoto: cf. ad eum Valken. Tribus ſyllabis nunc pronuntiandum eſſe, vix opus eſt monere. nec dubito τὸ ν deberi grammaticis et fuiſſe ὀτέοισι κῦδος.

κῦδος ὑπέρτερον. Vrat. d. et vn. Vindob. ὑπέρτατον.

ἐγγυαλίξῃ. Mori. Ed. Rom. Reddit Euſtath. δώσει. Nulla eſt forte ſententia, quam vetuſtiores poetae toties repetierint, quam haec, qua fortunae viciſſitudines, inprimis in pugna, ad numen, ad Iouem, referuntur: ita ap. Pindar. Tragicos, Menandrum, Heſiod. pr. Ἔργων, inprimisque Homer. ſaepius; ita P, 98 ſq. 176 ſq.

492. ἠδ' ὅτινας μινύθῃ τε καὶ οὐκ ἐθέλῃσιν ἀμύνειν. ὅτινας. οὕστινας. v. modo 491. et ad X, 450. μινύθει Barocc. Vrat. b. A. cum Euſtath. μινύθῃσι Vrat. d. et vn. Vindob.

ἀμῦναι Vrat. d. ἀμεῖναι vn. Vindob.

494. ἀλλὰ μάχεσθ' ἐπὶ νηυσὶν ἀολλέες. Verſus hic cum quinque ſeqq. recitatur a Lycurgo c. Leocr. c. 26. (p. 210. R.) Et vſſ. 494. 5. 6. 7. relati ſunt inter ſententias a Stobaeo de patria, Serm. XXXVIII (al. — IX.) p. 227. De ſententia nobiliſſima v. ad M, 243.

ἐπὶ νηυσὶν. Vrat. b. ἐν νηυσίν. Ap. Lycurg. l. c. ἐπὶ νηυσὶ διαμπερὲς legitur.

ὅς δέ κεν ὑμέων. Stobaeus εἰςόκεν.

ὑμέων. Monet Sch. A. acuendum esse in prima, ὕμεων. quia indefinite ponitur. de hoc v. ad A, 147. (Scilicet fuit ἥμεες, ἡμεών, ἥμισιν et ἧμιν. Ita et ὕμεες. Contra inualuit vsu altera forma ὑμέες. Bentleius malebat ἡμέων. quod et ipsum habet, quo placeat. — Porro est iunctura minus grammatice facta ὅς δέ κεν — ἀλλ' ἄλοχος. debebat esse, εἰ δέ κε θάνοι τις. vti v. c. erat sup. N, 288. 9. 290 εἴπερ γάρ κε βλεῖο sq. Notarunt quoque veteres ap. Eustath.

495. βλήμενος ἠὲ τυπείς. ⁊ „quod distinguitur βαλεῖν et τύψαι." Sch. A. B. br. Eustath. θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ v. ad B, 359.

496. οὔ οἱ ἀεικές. Versus praeclari! Monuit ap. Sch. B. et Eustath. iam Crates: iuuenibus haec esse legenda ad excitandos se ad virtutem, εἰς διέγερσιν. κάλλιον δέ φησι ταῦτα τοὺς νέους ἀναγινώσκειν Κράτης εἰς διέγερσιν. Supplenda haec ex Eustathio: καί φασιν οἱ παλαιοὶ, ὡς κάλλιόν ἐστι ταῦτα τοὺς μαχίμους νέους ἀναγινώσκειν ἐν βραχεῖ, δυνατῶς, καὶ κατὰ τάξιν, ἢ ἃ Τυρταῖος πολυλογῶν Λακεδαιμονίοις ἔγραψε. Continetur loci laus in sententiarum grauitate et breuitate et enumeratione singularum rerum cum respectu eorum, quae vrbe capta fiunt: ἄνδρας μὲν κτείνουσι — v. sup. I, 587—590. add. Eustath. Laudat Sch. B. et comparat aliud exemplum καταμερισμοῦ, ad demonstrandam vim, quam ille habet, e Midiana Demosthenis: ἐφ' οἷς τῶν πεπονθότων etc. (ed. Reisk. p. 521, 10.)

ἀεικὲς, κακὸν, Sch. br. immo ἀπρεπές. quod inter plura est apud Hesych. add. Etymol. alioqui posset esse: *quod intolerabile, indignum, vel iniquum videri debeat.*

497. παῖδες ὀπίσσω. laudatur hoc in Sch. B. et Victor. quod apponitur, ad declarandam perpetuam posteritatis durationem. Porro Sch. B. et Eustath. e veteribus: ἠδύνατο μὲν εἰπεῖν· καὶ νήπια τέκνα. ἀλλὰ τῷ σεμνο-

τέρῳ ὀνόματι τῶν παίδων χρῆται, παῖδας καλῶν τὴν πᾶσαν γενεὰν καὶ διαδοχήν. Scilicet fuit olim hoc quoque lectum: καὶ νήπια τέκνα. quod eſt ap. Lycurg. l. c.

498. καὶ οἶκος καὶ κλῆρος. Sch. A. „καὶ ἡ οὐσία καὶ βίος.‛ et mox: „ἄλλως· (quae et Sch. br. habent) κλῆρος, ἡ χωρικὴ περίκτησις quia forte ager aſſignabatur. — Sed et hereditas forte diuidebatur vt Od. Ξ, 208. 9.“ Apud Lycurg. l. c. inuerſo ordine legitur καὶ κλῆρος καὶ οἶκος. κλῆρος — ἐπὶ τῶν κτημάτων hoc verſu appoſito Apollon. Lex.

ἀκήρατος. ἄθικτος. ἄφθαρτος. ap. Apollon. Lex. et al. Occurrit vox iterum Ω, 303. Od. P, 532. Commenta ſunt de etymo varia grammaticorum. Simpliciter erat dicendum: κεράω miſceo, plures habuiſſe formas, in his κηράω. κηραίνω. vnde ἀκήραντος et ἀκήρατος. μίτρην ἄχραντον καὶ ἀκήρατον dixit Apollon. IV, 1025 et I, 974 ἀλλ' ἔτι οἱ κατὰ δώματ' ἀκήρατος ἦεν ἄκοιτις ὠδίνων. Occurrit de aqua pura ap. Theocr. XXII, 38. add. Eurip. Or. 574. vbi Schol. Hippol. 73.

499. εἴ κεν Ἀχαιοὶ — οἴχωνται. Apud Lycurgum l. c. eſt ἵκωνται, refragante metro. οἴχονται (adiecto tamen πορευθῶσιν) Sch. br. Barocc. Lipſ. Adde Mori. Cant. Harlei. Euſtath. perperam, vt iam monuere Clarke et Ern. v. Exc. III ad A. et Exc. II ad E.

500. μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου. Fuit θυμον τε ϝεκαστου. vt iam Bentl. emendauit et aliis locis et hoc, in quo verſamur.

501. ἐκέκλετο οἷς ἑτάροισι. In Lipſ. et in marg. vn. Vindob. ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας.

502. νῦν ἄρκιον. De hac voce Homerica cf. notata ad B, 393 vbi eſt, ὃ ἀρκεῖ, vel ἐπαρκεῖ, prohibet, facit, quo minus — At h. l. eſt vſus diuerſus: etſi et hic ἐπαρκοῦν ſubſtituit Euſtathius. Accipitur vulgo: nunc ſatius eſt, vt adeo habeatur pro comparatiuo: quaſi ſit ἀρκίων, ἄρκιον vt 511 βέλτερον. Eſt quoque inter alia apud Heſych. αἱρετώτερος pro interpretatione. Impedita tamen hinc oritur ſtructura; et ſupplendum membrum: νῦν, ἢ

ἀπολέσθαι ἠὲ σαωθῆναι — ἄρκιον ἔστι, ſc. *quam cedere ac fugere.* vt ſit: *pudeat vos fugere, Argiui; nunc aut mori, aut non niſi fugato hoſte vitam ſeruare praeſtat:* ſc. quam fuga vitam ſeruare. At veteres iſtum vſum τοῦ ἄρκιον, ex contextis arreptum, ignorant. Sch. br. αὔταρκες, ἱκανὸν, reddunt, vt ap. Heſiodum eſt ἄρκιος μισθὸς, quod ad locum non facit. Sch. B. ὠφέλιμον ἢ ἔτυμον, (lege ἕτοιμον) ὃ καὶ ἄμεινον. Sane hoc conuenit: νῦν ἄρκιον, ἕτοιμόν ἐστι, νῦν πάρεστι, *nunc tempus adeſt, vt aut moriamur,* fortiter pugnando, *aut incolumes euadamus, depulſis a claſſe hoſtibus:* alterum hoc, ἢ ἀπωσαμένους κακὰ νηῶν, σωθῆναι, reſoluit: σαωθῆναι καὶ ἀπώσασθαι. Ita lux allata loco. Minus bene Sch. B. vtrumque ἢ ἢ pro καὶ accipit. Eſt autem ſollenne Homero illud notum: *aut vincere aut mori* ita reddere: *aut perire aut ſeruari:* vt paullo poſt 511 βέλτερον ἢ ἀπολέσθαι ſq. inf. P, 227 ἢ ἀπολέσθω ἠὲ σαωθήτω. quo ipſo fuga excluditur; vti re ipſa excluſa erat I, 230 ad quem loc. vide. cf. I, 78.

505. ἐμβαδὸν ἵξεσθαι ἣν πατρίδα γαῖαν ἕκαστος. ſ— quod ἠθικῶς haec dicta (cum ſuaui irriſione) — ἐμβαδὸν, βάδην, πεζῇ. Apollon. Lex. ἐμβάντες πεζῇ. Add. Sch. br. Heſych. vbi v. Notam. Euſtath. verum verſus vix ab Homero eſt profectus: repugnat enim perpetuo vſui του ϝεκαστος. v. ad K, 215. Bentl. emendat ϝην πατρίδα γαῖαν ἅπαντες. vel πατρίδα ποσσὶ ϝεκαστος.

508. οὐ μὰν ἔς γε χορὸν κέλετ' ἐλθέμεν, ἀλλὰ μάχεσθαι. μάχεσθαι. „γρ. μάχην δε. Barnes. Habeo pro eius commento, ex Euſtathio: μάχεσθαι pro εἰς μάχην. οὐ μὰν, οὐ μὴν, variat.

510. αὐτοσχεδίῃ Ven. A. et B. Townl. fragm. Moſc. Vrat. d. duo Vindob. adde Schol. br. et Apollon. Lex. αὐτοσχεδίῃ. ἀπὸ χειρός. ἐκ τοῦ σύν[illegible] Sic et Euſtath. cum Rom. ſicque editum erat vbique ante Clarkium, qui αὐτοσχεδίην recepit ex Harlei. add. vn. Vindob. quia ſic alibi Homerus loquitur: M. 192. P, 294. Od. Λ, 555. Et Sch. B. cum Sch. Lipſ. αὐτοσχεδίην τινὲς. Parum re-

ſert, vtro modo legatur. (κατ') αὐτοσχεδίην μάχην recte ſe habet; vt ſup. E, 830 τύψον δὲ σχεδίην ſimili modo. nec minus (ἐν) αὐτοσχεδίῃ μάχῃ. vt ſup. N, 325 ἐν αὐτοσταδίῃ. Minus ſuauis videri poteſt duplex accuſatiuus. De voce et ſcriptura v. ad M, 192.

511. βέλτερον, ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον, ἠὲ βιῶναι, ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι — quod non tria diſtinguuntur, ſed duo: vt ſit, *praeſtat mori aut viuere vno momento, quam longo tempore conſumi:* βέλτιον, καθ' ἕνα χρόνον συντόμως ἀπολέσθαι ἢ πολὺν χρόνον φθείρεσθαι. Sic Sch. A. nec aliter Sch. B. Volunt ergo prius membrum ἀπολέσθαι enuntiatum eſſe per duo: ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον ἠὲ βιῶναι. ſcilicet, vt ſit, puto: *vno momento*, ἐν ὀλίγῳ καιρῷ. *de vita et morte decernere.* quod praeſtat, quam diu aerumnis et metu, confici: Senſum bene reddit, etſi verbis non expeditis Schol. br. βέλτιον πρὸς βραχὺ κινδυνεῦσαι ἢ ζῶντας καὶ κατ' ὀλίγον ἀπολλυμένους ταλαιπωρεῖν. Iterum ſimilis ſententia Od. M, 350. 1 Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι, Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι, ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ. Fatendum tamen vel ſic orationem futuram eſſe magis perſpicuam et comtam, ſi eſſet: ἠὲ βιῶναι καὶ δηθὰ στρεύγεσθαι.

512. στρεύγεσθαι idem quod στραγγίζεσθαι καθ' ὀλίγον ἐκλείποντας. Sch. A. et μετὰ παρολκῆς καταπονεῖσθαι. et κακοπαθεῖν. ταλαιπωρεῖν Sch. A. B. br. de eo qui fame contabeſcit, dixit Callimach. in Cer. 68. et aerumnis Apollon. Arg. IV, 385 στρευγόμενος καμάτοισι, Sch. ἀντὶ τοῦ καταπονούμενος καὶ στρεβλούμενος. Iterum vox ſic adhibita IV, 621. et 1058. Proprie ſcilicet dictum στρεύγεσθαι de iis quae guttatim (κατὰ στράγγα) exprimuntur ac diffluunt. Euſtathius: στρεύγεσθαι, τὸ στραγγίζεσθαι, καὶ, οἷον κατὰ στράγγα, καὶ κατ' ὀλίγον ἐκλείπειν. add. eund. ad Od. M, 351. p. 1725, 12. Apollon. Lex. στρεύεσθαι, καταπονεῖσθαι. ὁ δὲ Ἡλιόδωρος εἰς τὸ στρατεύεσθαι μετείληφε τὴν λέξιν. ἢ δηθὰ στρεύεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι. Apertum eſt vitioſe ſcriptum eſſe στρεύεσθαι pro στρεύγεσθαι. Simile vitium eſſe debuit in co-

dice, quo auctor gloſſae ap. Heſychium vſus erat: θαστρεύεσθαι. ἐπὶ πολὺ ἀναβάλλεσθαι. Legerat ſcilicet ἤδη θαστρεύεσθαι pro ἢ δηθὰ στρεύεσθαι, corrupte pro στρεύγεσθαι. Alterum autem ab Heliodoro pro interpretatione adſcriptum στρατεύεσθαι non minus obuium vitium eſt, pro στραγγεύεσθαι. quae corruptela etiam in Heſychio: στρατεύομαι, διατρίβω, et in Suida et alibi occurrit, iam notata a Valken. ad Ammon. et Toup. Emendatt. ad Suidam h. v. Meliora offert Heſych. in voc. στρεύγει et στρεύγομαι. Etymol. h. v. στρεύγεσθαι Ἰλιάδος ό. οἷον στραγγίζεσθαι. τουτέστι κατ' ὀλίγον κινεῖσθαι καὶ ἐκλείπειν. videtur in στρεύγειν notionem τοῦ στρέφειν quaeſiuiſſe; vti et adiicitur: στρευγομένη, στρεφομένη. vt Schol. Apollonii paullo ante per στρεβλούμενος reddebat. Et haec quidem ad Homerum ſpectant. Nam vocem ceteroqui illuſtrarunt paſſim multi, inprimis Caſaub. ad Athenaeum. στράγγευσθαι in Mori erat.

513. ὧδ' αὔτως παρὰ νηυσὶν, ὑπ' ἀνδράσι χειροτέροισι. ⸗ „γραπτέον, ὧδ' αὔτως. ἡ διπλῆ δὲ, ὅτι τὸ ὧδ' ἀντὶ τοῦ οὕτως." Sch. A. Apparet, ſcriptum fuiſſe ὧδ'. Mirum eſt factum hoc eſſe hoc vno loco; eſſe enim ὧδε natum ex ᾧδε ſc. τρόπῳ, nemo dubitet; etſi Etymologus aliter argutatur. — ὧδ' αὔτως. ἀπράκτως, ματαίως Sch. br. ἐν ἀνδράσιν ἢ ὑπ' ap. Euſtath. legitur; idem etiam παυροτέροισι legi poſſe cenſebat.

514. καὶ θυμὸν ἑκάστου. Immo θυμον τε ϝεκαστου. vt ſup. 505 et ad K, 215.

515. ἔνθ' Ἕκτωρ μὲν ἕλε Σχεδίον Περιμήδεος υἱόν. ⸗ „quod hic *Schedius*, Perimedis f. eodem eſt nomine, cum altero Iphiti filio B, 518. et vterque ab Hectore occiditur" (alter P, 306.) Dicta haec ſunt reſpectu ad Pylaemenem (v. ad N, 643.) Sch. A.

516. Λαοδάμαντα. Λαομέδοντα fragm. Moſc.

518. Ὦτον Κυλλήνιον — ἀρχὸν Ἐπειῶν. ⸗ „quod Κυλλήνιον non (vt faciunt Schol. br.) a monte Arcadiae dixit, quippe Eleum; ſed nauale Eleorum fuit *Cyllene*." Sch. A. Eadem docet Strabo, verſu hoc laudato, VIII,

p. 520 B. Respicit quoque versum lib. X, p. 699 C. vt doceat Epeos Elidem tum inhabitasse; et vtrumque versum affert Pausan. VI, 26, p. 520. vbi de hac Cyllene agit.

520. ὁ δ' ὕπαιθα λιάσθη. Pugnant de sensu τοῦ ὕπαιθα. sed prius videndum est de λιάζειν, voce Homerica, quae aliquoties molestias facit. Omnino λιάζειν est χωρίζειν, disiungere, soluere, seiungere. cf. inf. ad Ψ, 879 λιάζεσθαι, mouere se de loco, et vel de statu deiici, ruere, vel declinare se, ἐκκλίνειν, etiam euitandi caussa. Quae posui, declarantur per seqq. inf. 543 πρηνὴς ἐλιάσθη, praeceps ruit. At νόσφι λιασθεὶς de eo qui secessit, χωρισθεὶς, A, 349. Λ, 80. et ἀμφὶ δ' ἄρα σφι λιάζετο κῦμα Il. Ω, 96, διΐστατο. Ariolationes grammaticorum de etymo nil moror, sufficit notionem primariam tenere, quam habet Etymol. in ἀλίαστος. λιάζω, τὸ ἐκκλίνω. vnde ἀλίαστος proprie ἄφυκτος, hinc omnino instans, vrgens, ingens, grauis, vt πόλεμος ἀλίαστος de pugna B, 797. Rem illustrant glossae Hesychianae: λιάσαι, χωρίσαι. λιασθεὶς, χωρισθεὶς, ἐκκλίνας· λιάσθη, ἀπεχωρίσθη, ἐξέκλινεν. Et idem: λιάζει. ῥίπτει, ταράσσει. ἢ λίαν σπουδάζει. de his cf. inf. ad Ψ, 879. λιάζετο, ἠπλοῦτο· partibus resolutis. λιαζόμενοι, σκιρτῶντες in diuersa secedentes. Vulgaris notio mansit τὸ χωρίζεσθαι, secedere, vel discedere v. c. Apollon. III, 1163 Iason redit ad socios, ἐν χώρῃ, ὅθι τούς γε καταπρολιπὼν ἐλιάσθη. Infra X, 12 εἰ δή τοι εἰς ἄστυ ἄλεν, σὺ δὲ δεῦρο λιάσθης. deuertisti, venisti. ἐξετράπης.

Nunc h. l. Polydamas Megete in se irruente et hasta eleuata petente ὕπαιθα λιάσθη. declinantem se hastae vim euitasse, apertum est; sed dissensus est in eo, declinaueritne se in obliquum an prono corpore. Prius vulgo accipitur, sicque Schol. br. εἰς πλάγιον ἐξέκλινε. Etymol. εἰς πλάγιον ἐξέκλινεν, ἢ εἰς τοὔμπροσθεν. et sane hoc de prono lapsu probarunt antiquiores: Schol. B. et Mosc. εἰς τοὔπροσθεν ἀνεχώρησεν. Apollon. Lex. ὕπαιθα, ἔμπροσθεν. sicque alii similia. Eustath. ὅτι — ὕπαιθα μὲν

ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ ἰθὺ καὶ ἀντικρὺ καὶ ἔμπροσθεν. ἐκ πλαγίου γὰρ νοῆσαι τὸ ὕπαιθα, οὐκ ἀρέσκει τοῖς παλαιοῖς. Per ſe vtique ludicrum eſt de ipſo caſu pugnare velle; verum agitur de notione vocum conſtituenda. Videtur vtraque grammaticorum ratio ex contextis petita eſſe; nam ὑπαὶ, ὕπαιθα, per ſe nihil aliud declarat quam *ſub, ſubter.* vt Σ, 421 αἳ μὲν ὕπαιθα ἄνακτος ἐποίπνυον, puellae Vulcanum incedentem ſub axillis ſuſtinentes; ante erat: ὑπὸ δ' ἀμφίπολοι ῥώοντο ἄνακτι. Φ, 271 amnis ſub pedibus, ὕπαιθα ῥέων. et ap. Apollon. II, 736. 7 nemus, κοίλη νάπη, a promontorio ſe ſubducens in interiora, εἴσω κατακέκλιται ἤπειρόν δε ὕπαιθα. vbi etiam Schol. ὕπαιθα τὸ ἔμπροσθεν, καὶ ἐκ πλαγίου, σημαίνει. Corpus ſi flectitur, poteſt et ante et in latus inclinari; qui haſta ſe petentis ictum euitare vult, ita vt nec in fugam ſe vertat, ſed aduerſo corpore, vtrumque facere poteſt; hoc tamen loco, haſtam, quam Polydamas euitauerat, alter Croeſmus pectore excipit: conficitur itaque, latere contracto et corpore in latus inclinato Polydamantem haſtam in ſe emiſſam euitaſſe. Ita tandem litem diremtam putabimus. Alio modo Hector Achillem ſe perſequentem fugiens Φ, 255 ὕπαιθα δὲ τοῖο λιασθεὶς φεῦγε; in obliquum deflectens. Contra alius inf. 543 πρηνὴς ἐλιάσθη. et columba quae accipitrem effugit, inferiora petit, accipitre deſuper eam adorto, ἡ δ' ὕπαιθα φοβεῖται X, 141.

522. εἷα Πάνθου υἱὸν ἐνὶ προμάχοισι δαμῆναι. Mori Πανθόου. Vrat. d. c. vno Vindob. ἐνὶ Τρώεσσι. et Harlei. μιγῆναι.

525. Δόλοψ, αἰχμῆς εὖ εἰδώς. ⸓ „quod hic Dolops Troianus, Lampi, qui Priami frater fuit, filius, idem nomen habet cum alio Dolope, Clyti f. Λ, 302 vno ex Achiuis principibus, caeſo ab Hectore.

526. Λαμπετίδης, ὃν Λάμπος ἐγείνατο, φέρτατος ἀνδρῶν. Ex Λάμπος eſſe debebat Λαμπίδης. At Λαμπετίδης a Λάμπετος. Notauit quoque Euſtath. Quo tandem iure haec aliter formata eſſe putabimus! Scilicet, vt fieri ſolet vulgo in noſtris quoque nominibus, ita et in Grae-

eorum nominibus multa videntur in communes ſermonis regulas peccaſſe: v. ſup. ad Λ, 708.

Φέρτατον Harl. Φέρτατον υἱὸν Ven. et Lipſ. (hic cum gloſſa: γρ. ἀνδρῶν) fragm. Moſc. Vrat. d. vn. Vindob. (alter Φέρτατος υἱός) Ita vero perit omnis vis repetitionis Λαμπετίδης ὃν Λάμπος ἐγείνατο. de qua v. ad Θ, 527.

529. πυκινὸς δέ οἱ ἤρκεσε θώρηξ. „ἤρκεσε. Sch. br. ἐβοήθησεν. ἀπέστρεψεν. ſcil. ſubintellig. ὄλεθρον quod 534 adiicitur, vid. ad N, 371.

530. θώρηξ τόν ῥ' ἐφόρει γυάλοισιν ἀρηρότα. „ἡ διπλῆ, ὅτι τὰ κύτη καὶ τὰ κοιλώματα τοῦ θώρακος γύαλα, οὐχ ὡρισμένος τόπος, *non certus locus.*“ Sch. A. Eadem v. ad E, 99 et N, 507. vbi θώρηκος γύαλον, τὸ κύτος omnino erat. At h. l. non ſatis Scholion conuenit; nam τὰ γύαλα ſunt partes thoracis, quibus ille coagmentatus erat. Niſi forte fuere, qui γύαλον cauum ſub axillis eſſe ſtatuerent: contra quos hoc monitum apponitur. Recte Sch. br. ἐν τοῖς συναφαῖς τῶν κοιλωμάτων ἐπιμελῶς ἡρμοσμένον.

531. ἤγαγεν ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος. „quod *Ephyra* Theſprotiae eſt, non Corinthus. Nam *Selleis* fl. additur, ἀφ' οὗ καὶ Σελλοὶ οἱ περίοικοι (immo a Sellis dictus Selleis. Sic tamen quoque ſup. ad B, 659. Sch. A. et Apollon. Lex. Σελλήεις ποταμὸς ἐν Θεσπρωτίᾳ, ὅθεν τὸ ἔθνος Σελλοί. Sunt Selli ad Dodonam inf. Π, 236.) At Sch. br. ἐξ Ἐφύρης, τῆς ἐν Ἤλιδι, ἣ νῦν καλεῖται Οἰνόη. Doctum Scholion. Nam Phyleus fuit Eleus: et fuit Elidis vrbs dicta poſtea Oenoe. Strabo VIII, p. 521 A. hoc verſu laudato, qui iam ſup. B, 659 de Tlepolemi matre Aſtyoche monuerat, ex Elidis Ephyra potius eam fuiſſe abductam videri; in his enim locis Herculem degiſſe, memorari autem et ibi Selleentem fl. „Eſt et alius Selleis“ (ſc. ad Hellespontum B, 839) Sch. A. — „In alio: ἠγάγετ' ἐξ Ἐφύρης.“ Sch. A. Verſus iam ſupra lectus B, 659 de Aſtyoche ab Hercule ducta: τὴν ἄγετ' ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος. ad quem ſimilia ſunt dicta.

532. Ευφήτης. Ἐϋφήτης, quod sollennis mos fert, in Homero, exaraui.

533. δηίων ἀνδρῶν ἀλεωρὴν adiectum iam sup. M, 57.

534. ἤρκεσ' ὄλεθρον. „γρ. ἤρκει ὄλεθρον." Barnes: „forte ex 440. Est quoque sic in Vrat. d. et vn. Vindob. Iunge παιδός οἱ, sc. ὄντος, pro τοῦ παιδὸς αὐτοῦ. ex vsu perpetuo.

536. κόρυθος κύμβαχον ἀκρότατον νύξε. „κύμβαχον, τὸ διάκενον, τὸ ὑπὲρ τῆς κορυφῆς — ἐπεξηγεῖται δὲ διὰ τῆς ἑξῆς λέξεως, διὰ τοῦ, ἀκρότατον." Schol. A. c. Sch. B. Vict. Addit Schol. B. εἰς τοῦτο δὲ καθίεται ὁ λόφος. Fuit ergo ei idem quod αὐλὸς vel αὐλίσκος· cf. Not. Γ, 371. Verius statues, fuisse *superius galeae conuexum*. Huic sane inerat et conus et crista λόφος ἵππιος, ὃν ἀπέρρηξε Meges. Bene Sch. br. τὸ κάτακρον τῆς περικεφαλαίας, ἐν ᾧ ἐμβάλλεται ὁ λόφος. Apollon. Lex. κύμβαχος. ἐπὶ μὲν τοῦ ἄκρου τῆς περικεφαλαίας. versu hoc adscripto. Dicta de voce a κύβη, κύμβη, ducta plura ad E, 586. et ad Apollodori fragmenta p. 1159. 1145.

ὀξυόεντι a genere arboris v. ad E, 50. ἔγχεϊ edebatur; diaeresin sustuli, ne hiatus existeret vocali ante vocalem posita: monente quoque Bentleio.

538. πᾶς δὲ — λόφος κάππεσεν ἐν κονίῃσι νέον φοίνικι φαεινός. & quod νέον φοίνικι φαεινὸς est νεωστὶ πεφοινιγμένος· ἄνθει νεωστὶ κεχρωσμένος εἰς λαμπρότητα. φοινικῷ χρώματι νεωστὶ λελαμπρυσμένος. Sch. A. Similia Sch. br. vbi male ab alia manu adiectum: ὅ ἐστιν, ἐρυθρῷ τῷ αἵματι. quod iam monuere Clarke et Ernesti: Alio modo ineptit Eustath.

539. ἕως ὁ τῷ πολέμιζε μένων, ἔτι δ' ἤλπετο νίκην. ἕως ὁ τῷ. pronuntiatum fuit ὡς ὄττῳ. vt sup. A, 193 monitum et h. l. ab Ernesti. vn. Vindob. εἴως. Bentleius emolliebat ὄγε τῷ. At quod sequitur ἔτι δ' ἤλπετο νίκην peccat in metrum δ' ϝήλπετο. cf. ad Θ, 526. sustulit vitium iam Bentleius: πολέμιζε, μένων δ' ἔτι ἤλπετο, vel ἔλπετο· (quod est in ed. Flor. mutatum statim in Ald. 1.) — Sch. B. et Lips. ad ἔτι δ' ἤλπετο νίκην monent:

ἑκάτερος αὐτῶν δηλονότι, οὐ μόνον ὁ τύψας. Quod alienum a re; etsi ambiguum esse potest vter sit ὁ μένων, Dolopsne Troianus, an Meges ex Achiuis. Dubitationem tamen tollit vox *ἀμύντωρ, auxiliator* venit Menelaus Megeti, ergo *οἱ* vs. 540 *αὐτῷ*, est, *Megeti*, itaque et *ὁ* est *Meges μένων, πολέμιζε τῷ, Dolopi. τόφρα δὲ* 540. in apodosi. non *τοφρά δε.* quod vbique intrudit Barnes.

540. *ἦλθεν ἀμύντωρ*. In alio: *ἦλθ' ἐπαμύντωρ*. Sch. A. sicque habet fragm. Mosc.

541. *στῆ δ' εὐρὰξ, ἐκ πλαγίου.* v. ad Λ, 251. at quomodo sic hastam a tergo immittere potuit? Quaesitum sic apud Eustath. Eo spectat Sch. B. Vict. *οὐ τὸ ἐκ πλαγίου δηλοῖ, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὸ ἔμπροσθεν ἢ ὄπισθεν, παρὰ τὸ εὖρος.* Idem quoque *dextrum* humerum intelligere iubet. Scilicet cogitandum est de eiusmodi vtriusque statu, qui rei conueniat.

543. *πρόσσω ἱεμένη. ὁ δ' ἄρα πρηνὴς ἐλιάσθη.* ⸓ Excidit Scholion: quod spectauit forte ad schema, quod hastae cupiditas tribuitur. *πρόσω ἱεμένη*, quod iam aliquoties vidimus, E, 661. Λ, 571. 2. 3. Υ, 280. cf. sup. 317. *πρόσσω ἱεμένῳ*, Vrat. d. et vn. Vindob. Laudat vs. 542 hac de caussa Aristot. Rhet. III, 11. Aut respexit Scholion vocem *ἐλιάσθη*. Nam etiam Apollon. *ἐλιάσθη. ἐκλίθη. καὶ ἐλιάζετο, ἐξέκλινε. καὶ τὸ λιασθεὶς, ἐκκλίνας.* Sicque alii, inprimis Hesych. in *ἐλιάσθη* et *λιάσθη.* proruit se praecipitem. De voc. vide paullo ante ad 520.

„*ὁ δ' ἄρα vt sit.*" Clarke.

544. *τὼ μὲν ἐεισάσθην χαλκήρεα τεύχε' ἀπ' ὤμων συλήσειν.* ⸓ „quod *ἐεισάσθην* ambiguum est, sitne ab *ἵεσθαι, ἐφώρμησαν*, an (ab *εἴδεσθαι*) *ἔδοξαν. Φαντασίαν ἔλαβον τοῦ συλῆσαι τὸν νεκρόν.*" Similis dubitatio supra erat 415 et Λ, 358. ad q. l. vide. At h. l. mirum est, dubitari potuisse: Est haud dubie *ὥρμησαν.* Etiam Sch. br. *νῦν ἐπῆλθον καὶ ὥρμησαν.*

545. *Ἕκτωρ δὲ κασιγνήτοισι κέλευε.* ⸓ „quod *κασιγνήτους* dixit latius *συγγενεῖς.* Nam Melanippus non frater, sed nepos ex fratre Hectoris, Hicetaone, erat, vero

ἀνεψιός." Schol. A. B. Mosc. br. item Eustath. e veteribus, et recentiores multi, nuper Valken. in Callim. p. 102. 3. Praeiuit Apollon. Lex. h. v. Iterum monitum idem ad Ω, 47.

κέλευσε ed. Rom. Barocc. Vrat. d. A. duo Vindob. Lipſ. Ven. verum continuata actio requirit idem tempus, imperfectum. Positum est pro, hortabatur, increpando.

546. πρῶτον δ' Ἱκεταονίδην ἐνένιπτεν. Editum erat ἐνένιπεν in Flor. et hinc expressis; hoc idem vitium prosodicum est in codd. etiam bonis Barocc. Mori. fragm. Mosc. Ven. add. vn. Vindob. sic et peccatur inf. 552 et Π, 626. et ap. Suidam. corruptius quoque ap. Hesych. ἐνένηπεν. Altera lectio, ἐνένισπεν, erat in ed. Rom. reperita a Turn. Steph. Eadem in Vrat. A. legitur, et Vrat. b. a m. sec. et Schol. B. ἐνένισπεν. ἐνέπληξεν. ἀπὸ τῆς ἐνιπῆς, ἥ ἐστιν ἐνίπληξις. Et Schol. br. ἐνένισπεν, ἐκακολόγησεν, ἐπέπληξεν. Tertia lectio reducta est e Cantabr. et e vs. 552. add. vn. Vindob. a Barnes: ἐνένιπτεν. Eam firmat Etymologus, in ἐνίπτω, quod semper est obiurgo (excepto tamen loco H, 447.) At ἐνίσπω est simpliciter ἐνέπω. ἔπω. vt B, 80. cf. ad Γ, 438.

547. ὁ δ' ὄφρα μὲν εἰλίποδας βοῦς. ὄφρα, absolute, pro aliquamdiu. ἕως οὗ. τέως. Schol. br. vt et alibi. εἰλίποδες v. ad Z, (VI) 424.

548 βόσκ' ἐν Περκώτῃ, δηΐων ἀπὸ νόσφιν ἐόντων. In vno Vindob. Περκώπῃ, sollenni variatione. v. ad B, 835. Ad Hellespontum vrbem fuisse satis constat; Schol. br. tamen addunt, alios *Thraciae* vrbem dicere. Melius dixissent, *Thracum;* quatenus Thraces oram Hellesponti incoluerunt.

Porro ἀπονόσφιν vulgo editum erat, quod seu grammaticis seu librariis debetur. Eiectum hoc alibi: A, 541. B, 233. Λ, 554. debet itaque et h. l. exulare. Etiam Schol. A. monet, non esse ἄπο scribendum, quod est quoque in Vrat. b. sed ἀπό. Scilicet iungenda sunt: ἀπεόντων νόσφιν.

552. τόν ῥ' Ἕκτωρ ἐνένιπτεν. „τόν ῥα. hunc, inquam" Clarke. et 553 „οὕτω δὴ, ſiccine vero, quaeſo" Clarke.

ἐνένιπεν et h. l. iidem ſcripti qui 546 hoc vitioſe exhibebant.

554. οὐδέ νύ σοί περ ἐντρέπεται φίλον ἦτορ, ἀνεψιοῦ κταμένοιο. ἐντρέπεται ſemel lectum h. v. et Od. A, 60 poteſt et de miſeratione, et de cura reſpectuque, et de pudore, accipi. Schol. br. „ἐπιστρέφεται. οἷον ἐντροπὴν (quod poſthaec in vſum venit) ἐπὶ τὸ βέλτιον λαμβάνει. *vereris*.

ἀνεψιοῦ. producit Iota contra proſodiam, ob metrum, ait Schol. A. Hermannus excuſationem repetit ab accentu breuem producente: etſi, vnde aut quomodo accentus in ea vocali nunc collocari poſſit, non video; Erit quoque ſic ſcriptura mutanda in ἀνεψίου. Probabilior eſt Bentleiana ratio, cum et h. l. corrigit ἀνεψιόφι. vt Ἰλιόφι et alia. v. ad B, 731. Payne Knight formabat ἀνεψιοϝοι

555. οὐχ ὁράας, οἷον Δόλοπος περὶ τεύχε' ἕπουσι; „Ptolemaeus Aſcalonita damnat ſcribendi rationem πέρι. (Scripſerunt ergo ſic alii: ſcilicet iungendo Δόλοπος πέρι) Non enim eſſe vſum vocis ἕπω in actiuo, niſi in compoſitis." Adſtipulantur Schol. A. B. Occurrit ſane ſaepe ἀμφιέπειν, ἀμφέπειν, vt B, 525. E, 667. Erit ergo etiam περιέπειν, etſi hoc vno tantum loco occurrit. Eſt autem verſari circa aliquam rem, occupatum eſſe, h. l. in armis detrahendis. Schol. br. ἐνεργοῦσιν. ἀσχολοῦνται.

περὶ τεύχε' ἔχουσιν Vrat. b. correctum ab alia manu ἕπουσιν.

557. ἠὲ κατ' ἄκρης. ſcribitur paſſim et h. l. κατάκρης. de formula, pro, penitus, v. ad. N, 772.

558. Ἴλιον αἰπεινὴν ἑλέειν, κτάσθαι τε πολίτας. ἡ „quod Ἴλιον feminino genere dixit. Sch. A. ſaepe monitum.

κτᾶσθαι olim editum, emendatum a Barnes, ex ed. Rom. monitu quoque Euſtathii, ſiue vt ſit ab ἐκτάμην,

ſiue, quod malo, a κτῆμι, κτάμαι, κτάσθαι. quod idem fuit κτέω, κτένω, κτείνω. At κτᾶσθαι eſſet a κτάομαι, acquiro, poſſideo. legitur tamen in codd. quoque, v. c. Townl. Vrat. b. A. fragm. Moſc. et in ipſo Etymol. Heſych. Qui argutari vult, poteſt id defendere, eſſe πολίτας κτᾶσθαι, in ſeruitutem redigere. Koeppen comparat δορύκτητος.

560. Ἀργείους δ' ὤτρυνε. Townl. Ἀργείοις.

561 — 564. Verſus iam lecti ſup. E, 529 — 532. ſed ibi erat, ὦ φίλοι, ἀνέρες ἐστὲ, καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἕλεσθε. Alterum, quod noſter locus exhibet, occurrit iterum inf. 661. et alibi, vt N, 121 ἀλλ' ἐν φρεσὶ θέσθε ἕκαστος αἰδῶ καὶ νέμεσιν. Sententiam Sophocles Ai. 1098 ſic reddidit: δέος γὰρ ᾧ πρόσεστιν αἰσχύνη θ' ὁμοῦ, σωτηρίαν ἔχοντα τόνδ' ἐπίστασο. Ibid. Schol. laudat noſtrum.

562. ἀλλήλους τ' αἰδεῖσθε. Verſus in Cant. adſcriptus erat in margine ab alia manu. Aberat quoque a Vrat. A. eſtque omnino delendus, cum iam anteceſſerit. αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ. Abeſt verſus quoque inf. poſt 661. Niſi in vſ. 561 reponere malis alteram lectionem. καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἕλεσθε.

563. αἰδομένων δ' ἀνδρῶν. Omittebat Ariſtarchus δ' poſt αἰδομένων, vt eſſet maior vis in aſyndeto. Schol. A.

πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται. Schol. B. Vict. σόοι pro σώζονται ἤπερ φονεύονται. Mori σῶοι.

565. ἀλέξασθαι μενέαινον. Vrat. d. ἀλεξέμεναι.

566. ἐν θυμῷ δὲ βάλοντο ἔπος. ἐνεβάλοντο θυμῷ. iam ſup. A, 297 illuſtratum; dictum, vt ἐνθέσθαι θυμῷ, antiquo more, reponere aliquid animo, et ſimilia.

„γρ. δ' ἐβάλοντο“ Barnes. ſicque Townl. Vrat. d.

567. ἕρκεϊ χαλκείῳ. Schol. br. ἀσπίσι. Illuſtrat Euſtath. laudato oraculo apud Herodotum II, 152 et. VII, 141 χαλκείους ἄνδρας et ξύλινον τεῖχος de nauibus. At Ven. Lipſ. ἔγχεϊ quod Erneſti bene vidit profectum eſſe a gloſſa; ſieri enim h. l. ἕρκος ἔγχεσι προβεβλημένοις.

Alibi fit ἀσπίσι, vt M, 263. P, 268. vtrisque fup. N, 130 φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ.

ἐπὶ δὲ Ζεὺς Τρῶας ἔγειρε. Apud Euftath. p. 1031, 18. Inf. 594 Iupiter ὅς σφισιν αἰὲν ἔγειρε μένος μέγα.

568. Ἀντίλοχον δ' ὤτρυνε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος. Barocc. Mori A. δ' ὠ. μέγας Τελαμώνιος Αἴας forte ex 560.

569. Ἀντίλοχ' οὔτις σεῖο νεώτερος ἄλλος Ἀχαιῶν οὔτε — οὔτ' — Suftuli interpunctionem poft Ἀχαιῶν, non enim poeta dicit, Antilochum effe omnium Achiuorum natu minimum, fed inter omnes iuniores Achiuorum eum agilitate et virtute excellere.

571. εἴ τινά που Τρώων ἐξάλμενος ἄνδρα βάλοισθα· Vulgata erat edd. lectio: βάλησθα ex ed. Rom. et Euftathio inducta a Turnebo. Ita fupplendum erat, σκόπει. βλέψον. Recte fic Euftath. aiebat: λείπει γὰρ τὸ ἀξιῶ, ἢ τὸ θέλησον, ἤ τι τοιοῦτον. ἵνα λέγῃ, ὅτι σπεῦσον, εἴ τινά που τῶν Τρώων βάλῃς. Nihil hic eft quod defideres. Obtinet tamen locum altera lectio in codd. Barocc. Cant. Mori. Vrat. b. d. vn. Vindob. fragm. Mofc. Ven. quod iam in edd. Flor. Aldd. legebatur, βάλοισθα. ita fententia eft optatiua; et Schol. A. ⟝ εἰ pro εἴθε. vtinam ferias. Etiam Etymologus fic in ἄλμενος.

572. ὁ μὲν αὖτις ἀπέσσυτο. vn. Vindob. ἀπέστιχε.

573. 4. 5. Verfus iam lecti funt fup. Δ, 496. 7. 8. vbi Vlyffes Deicoontem ferit: ad quos vff. vide.

574. ὑπὸ δὲ Τρῶες κεκάδοντο. ὑπεχώρησαν. διέστησαν. Scholia: etiam Suidas. de vocab. v. ad Λ, 334. Euftath. memorat eadem, quae legimus, verum fic, tanquam et alia fit lectio. Acute vidit Ernefti, ad interpretationem et verborum juncturam illud fpectare; dum iunxere alii: ὑπὸ — κεκάδοντο ἀνδρὸς ἀκοντίσσαντος. At nos ἀνδρὸς ἀκοντίσσαντος pro genitiuis abfolutis accipimus.

576. 7. 8. tres verfus recitat Strabo, vt doceat, etiam Percoten ad Priami ditionem pertinuiffe: XIII. p. 877 A.

577. *νισσόμενον πόλεμόνδε.* „γρ. *νεισόμενον* et *νισσόμενον*" Barnes. ſcilicet aliis locis; an vero et h. l.? Legitur vero *νεισόμενον* in Harlei. fragm. Moſc. Vrat. A. *νισόμενον* Vrat. d. Townl. Ven. ſollenni varietate: v. ad J, (IX) 381. N, 186.

578. *δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.* pro altero hemiſtichio: *τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε* Harl. Lipſ. Ven. fragm. Moſc. vn. Vindob. vt ſolet frequenter fieri in verſibus aliquoties repetitis. Nec refert. Omittit totum verſum Vrat. b. et d. et vn. Vindob. et recte.

579. *'Αντίλοχος δ' ἐπόρουσε, κύων ὥς,* — Barocc. Mori. et pro var. lect. Harlei. *λέων ὥς.* ſed canis videtur aptior ad narrata.

ὅςτ' ἐπὶ νεβρῷ· Clarke: „*ὅς τ',* qui vtique„ vt et *τε.* 580. 587. argutiae intolerabiles toties quoties inculcatae! inprimis, ſi cogites, quam innumera alia erant, de quibus Clarke monere debebat.

νευρῷ ſcribi pro *νεβρῷ*, res obuia.

580. *τὸν δ' ἐξ εὐνῆφι θορόντα.* hic manifeſte pro *εὐνῆς.* v. Exc. ad lib. VIII.

581. *τόν τε — θηρητὴρ ἐτύχησε βαλών. ἔτυχε βαλών, τυχὼν ἔβαλε.* Schol. B. voluit, puto, obſeruare, iungenda eſſe *τόν τε βαλών, ἐτύχησε* pro *ὃν βαλών, ἔτυχεν αὐτοῦ* nam *ἐτύχησεν αὐτὸν* graeca non ſunt. Si Attici cum caſu quarto iungunt *ἔτυχε*, ſubintelligendum eſt *κατά.* *ἔτυχε βαλὼν* vitioſe edd. etiam Rom. vsque ad Turnebum, quem primum video emendaſſe.

582. *ὣς ἐπὶ σοί, Μελάνιππε,* ⊱ „propter apoſtrophen" Sch. A.

583. *ἀλλ' οὐ λᾶθεν Ἕκτορα.* Vrat. b. *οὐ λάθετ'.* male.

584. *ὅς ῥα οἱ ἀντίος ἦλθε.* „*ὅς ῥα.* *qui proinde, qui vt expectandum erat*" Clarke.

585. *θοός περ ἐὼν πολεμιστής.* hemiſtichium repetitum ex E, 571.

586. *ἀλλ' ὅγ' ἄρ'* Vrat. d. cum vno Vindob. *ἀλλ' ὁ γὰρ ἔτρεσε.* nec hoc male. Minus bene *ἀλλὰ παρέτρεσε*

Mori et Barocc. qui etiam γὰρ ἔτρεσε in margine habebat. Lipſ. ἀλλὰ παραίτρεσε. Vrat. A. ἀλλ' ὁ παρέτρεσε.

θηρὶ ἐοικώς. intelligunt leonem Schol. B. Moſc. Euſtath. Moneri hoc debebat iam ſup. ad Γ, 449 ἀν' ὅμιλον ἐφοίτα, θηρὶ ἐοικώς. et multo magis Λ, 545 τρέσσε δὲ παπτήνας ἐφ' ὁμίλου, θηρὶ ἐοικώς, vbi nouam ſuſpicionem de aſſuta altera comparatione a leone petita monet hoc ipſum, quod θὴρ leo eſt.

κακὸν ῥέξαντι. quid κακὸν ſit, ipſe vſ. ſequ. declarat; ita et κακουργεῖν. Apud Virgilium, qui locum expreſſit, Aen. XI, 809 ſq. eſt: *conſcius audacis facti.*

587. ἀμφὶ βόεσσι ⊱ „Zenodotus ἀμφί οἱ αὐτῷ vt ἀολλισθήμεναι ἀμφί οἱ ex ſeq. vſ. iungatur; quod durum eſſet hyperbaton" Sch. A. Nunc ἀμφὶ βόεσσι ſc. ὄντα, eſt mollius; alioqui eſſe poſſit κτείνας ἀμφὶ, παρὰ βόεσσι.

ὅςτε κύνα κτείνας. Lipſ. Ven. κύνας male.

592. Τρῶες δὲ, λείουσι. Harlei. Lipſ. δ' αὖ.

593. Διὸς δὲ τέλειον ἐφετμάς. ſecundum illa A, 5 Διὸς δὲ τελείετο βουλή. vulg. δ' ἐτέλειον. Ionicum ſuppeditat Vrat. d.

594. ὅς σφισιν αἰὲν ἔγειρε. ſollenni more ὃ σφισιν ante Turnebum. v. ad A, 73.

θέλγε δὲ θυμόν. *vim, virtutem, ademit.* proprie molliendo. De vi vocis v. ad M, 255. Male Schol. B. Moſc. ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἠπάτα. cum Schol. br. Melius Schol. Harl. ἐχαύνου.

596. Ἕκτορι γάρ οἱ θυμὸς ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι. θυμὸς βούλετο Lipſ. ὀρέξειν Cant. cf. 602.

597. νηυσὶ κορωνίσι. v. ad B, 392. ab inflexis puppibus.

θεσπιδαὲς πῦρ, Sch. Vict. τὸ ἀπὸ τῆς θείας τοῦ Διὸς βουλῆς ἀναφθέν· recte, ad etymum. Nunc eſt epitheton ornans, ſine vi aliqua peculiari.

598. Θέτιδος δ' ἐξαίσιον ἀρήν. ἀρὴν bene Sch. A. ἱκετείαν reddunt; Sch. B. αἴτησιν. εὐχήν. Sch br. ἱκεσίαν εὐχήν. Euſtath. σεμνότερον id dictum eſſe ait. Et iam

Apollon. Lex. ἀρὰ, εὐχή. Verum in ἐξαίσιον argutantur grammatici. Quis dubitet, eſſe, *magnam, grauem rem,* quam illa petierat. At Porphyr. Quaeſt. Hom. 18 τὴν παράνομον εὐχὴν, καὶ ἔξω αἴσης καὶ μοίρας. Schol. br. παρὰ τὸ καθῆκον γενομένην. μεγάλην ἢ οὐκ ἀγαθήν. Etiam Euſtath. τὴν ἔξω τοῦ αἰσίου non, vt ſeriores τὴν ἄγαν αἰσίαν. Et Sch. B. ἄδικον (Schol. Vict. addunt παράνομον) τοὐναντίον γὰρ, ἐναίσιμα, τὰ καθήκοντα καὶ δίκαια. Addit tamen ἢ ὑπεραγόντως μεγάλην. hoc quoque eſt ap. Heſych. in ἐξαίσια et ἐξαίσιοι. et ſimpliciter μέγα ap. Etymol. inter cetera. Ita et Od. P, 577 ἢ τινά που δείσας ἐξαίσιον; *valde.* Altero ſane ſenſu adhibita vox Od. Δ, 690 οὔτε τινὰ ῥέξας ἐξαίσιον iniuſtum quid. neque aliquem afficiens iniuria aliqua.

599. τὸ γὰρ μένε μητιέτα Ζεύς. pro μένε, Vrat. b. et A. arripuerat μενέαινε e gloſſa, vel animo agitabat, vel expectabat.

601. ἐκ γὰρ δὴ τοῦ ἔμελλε παλίωξιν παρὰ νηῶν. Σ. „quod recte (ὑγιῶς) παλίωξιν dixit, πάλιν δίωξιν.“ v. ſup. ad v. 69. cui loco videbis hunc alterum eſſe ſimillimum et quod ἔμελλε, ἐῴκει.“ eſt tamen ſimpliciter periphraſis futuri: *immiſſurus erat fugam,* expulſionem. — μέλλε Ariſtoph. Sch. A. Ἰακῶς. — „δὴ, *nam ex illo videlicet tempore*“ Clarke.

602. κῦδος ὀρέξειν. Townl. et vn. Vindob. Edd. Flor. et Aldd. 1. 2. cum ſeqq. e quibus praefert Erneſti, quia θησέμεναι praecedit; non minus tamen probabile, a nimis docto grammatico correctionem eſſe factam. Mutatum ex Rom. in edd. Baſ. Turn. Steph.

605. μαίνετο. Vis vocis declaratur per ſeqq. ἀφλοισμὸς δὲ περὶ — Occupatus eſt in re declaranda grammaticus Ven. B. et Moſc. Scilicet eo res redit: corpore et animo ita erat incitato, vt ſui haud eſſet compos, ſed ſummo impetu ferretur. Atqui hoc ſenſu non nunc primum occurrit; vide v. c. I, 238. Tertium comparandi latet in *motu* et *impetu;* vnde etiam *ignis furere* dicitur. Bene Sch. br. μαίνετο. νῦν σφοδρότερον ἐκινεῖτο καὶ

ἐνήργει ἐνθουσιαστικῶς. Verſum in animo habuit Aelian. V. H. III, 9. vbi ῥῆσιν ex ſcriptore neſcio quo ſatis praerupte excerptam de duplici furore τῶν ἐρώντων in pugna, Thebanorum vel Cretenſium exponit. Laudat verſum Athenag. deprecat. p. Chriſt. ſ. 17. irridens τὸ μαίνετο de deo; indocte. At Longin. τὸ ἐνθουσιῶδες miratur in his vſſ. 605. 6. 7. Scribitur ibi μαίνεται ὡς.

606. ἐνὶ τάρφεσιν ὕλης. Tyrannio cenſuit eſſe τάρφεσιν epitheton; ita vero ſcribendum erit ταρφέσιν a ταρφὺς, (vel ταρφῆς) vt δασέσιν. ὀξέσιν. vnde ταρφέα M, 47. Sic οὔρεσι ταρφέσι eſſet iungendum. At h. l. eſt τὸ τάρφος, *ſaltus denſus*, ergo τοῖς τάρφεσι ſcribendum. De his monuerat iam Ariſtophanes. Sch. A. et breuius Sch. br. add. Euſtath. Tan. Faber ad Longin. ſ. 9 ſcribebat ἢ ὀλοὸν πῦρ perperam, vt Clarke docuit. — βαθέης ἐν τ. Cant. Mori. vn. Vindob. ed. Flor. Ceterum comparationem hanc ornauit Apollon. Arg. I, 1027 ὀξείῃ ἴκελοι ῥιπῇ πυρὸς, ἥτ' ἐνὶ θάμνοις Αὐαλέοισι πεσοῦσα κορύσσεται. ad q. locum Schol. hos verſus adſcripſit. cf. ſup. Λ, 155 ſq.

607. ἀφλοισμός vox antiquata, et propterea a grammaticis vexata. Nonnulli ab ἀφρὸς ductum pro ἀφρισμὸς dictum volebant ἀφροισμὸς, ἀφλοισμός. Aetolicam vocem eſſe addit Sch. B. cum Sch. br. Alii a φλέω, (*ebullio*) vel φλύω, φλοισμὸς, ἀφλοισμὸς, ducebant, et a ſono dictum eſſe volebant, et cum φλοῖσβος comparabant; quin et ἄφλοισβος pro eo dictum eſſe volebant. Vnde duplex interpretatio: ψόφος ποιὸς, ἢ ἀφρός. v. Etymol. Heſych. ἀφλοισμὸς, ἀφρὸς et idem φλοῖσβος. τάραχος. ἀφρός. Apollon. Lex. locus eſt interpolatus et corruptus: ἀφλοισμός. ψόφος· ἀφλοισμὸς δὲ περὶ στόμα γίνετ' ὀδόντων (atqui haec vltima non ſunt ex h. l. ſed Il. Υ, 168 περὶ δ' ἀφρὸς ὀδόντας γίγνεται) εἴρηται δὲ κατὰ μίμησιν ψόφου. Add. Sch. A. B. prior ille addit Tyrannionem male ſcribere ἄφλοισμος. (ſane ſi a φλοῖσβος duxit, non male!) Ap. Suidam eſt ἀφλυσμὸς, ἀφρός. quod a φλύω ductum putare poſſis. Scilicet cognata inter ſe vocabula facile agnoſcas. Mox βλοσυρὸν de terribili adſpectu pro-

prie: v. ad H, 212. Apollon. Lex. βλοσυρῆσι. καταπληκτικοῖς.

609. πήληξ — τινάσσετο μαρναμένοιο. Fuit olim quoque lectum μαινομένοιο quod docet Sch. A. ad Φ, 5. Verſum ſimilem vidimus ſup. N, 805 ἀμφὶ δέ οἱ κροτάφοισι φαεινὴ σείετο πήληξ.

σμερδαλέα κροτάφοισι τινάσσετο vn. Vindob. agnoſcerem veram lectionem interpolatam metu metri ruentis in σμερδαλέον, ſi codex tantae eſſet auctoritatis.

610 — 614 — ἀθετοῦνται στίχοι ε. Sch. A. B. Moſc. et Leid. Cauſſae afferuntur: quod omnia haec otioſa ſunt, et languidam elumbemque orationem faciunt, quae vim habet, ſi repetitum vſ. 610 Ἕκτορος cum ſqq. abeſt. — Etiam hoc reprehenditur, quod breuis vitae dicit Hectorem (ſcilicet, quia hoc a loco alienum) quod ab caelo (ἀπ' αἰθέρος) Iupiter adeſſe dicitur, qui in Ida ſedebat. Contra in Sch. B. quod idem Scholion extat in Lipſ. fragm. Moſcov. et ex Leid. iam deſcriptum dedit Valken. ad Ammon. p. 245. alii defendunt verſus: eſſe epanalepſin vſitatam in Ἕκτορος — γὰρ eſſe pro δὲ, ἀπ' αἰθέρος eſſe dictum, vt αἰθέριος Ζεύς. Eſſe porro in reliquis prolepſin, quae auditori expectationem faciat; miſerationem tandem Hectoris fortunae moueri.“ His omnibus praeferam ſenſum et judicium rectum vſuque ſubactum, quo copia ſententiarum inanis, qua oneratur oratio, non ornatur, inprimis in iunctura tam moleſta, faſtidium facit; contra eiectis verſſ. 610 — 614 melius ſequentia ſubiecta ſunt ſuperioribus: πήληξ — τινάσσετο μαρναμένοιο· καί ῥ' ἔθελε ῥῆξαι. Adde quod iam anteceſſerat ſimilis digreſſio 596 — 602. Verſus 611 ſententia eſt et obſcura et ieiuna. Eſt tamen interpolatio valde antiqua; adumbrato vt probabile ſit loco ex iis, quae alibi de Achille memorantur, vt A, 352 μῆτερ, ἐπεί με τέκες γε etc.

613. 4. ἤδη γάρ οἱ ἐπώρνυε μόρσιμον ἦμαρ Παλλὰς Ἀθηναίη ὑπὸ Πηλείδαο βίηφι. Harlei. ἐπήρτυε — ὑπὸ Πη-

λελίλαιο δαμῆναι. cum Scholio ἠτοίμαζεν. ἐπήρτυεν est quoque in Lipſ. notante Bentleio.

615. καί ῥ' ἔθελε ῥῆξαι. notant Clarke, Erneſti, e codd. vt Harlei. Lipſ. quod ἔθελε eſt non ἔθελεν.

618. ἴσχον γὰρ πυργηδὸν ἀρηρότες. muri, valli, inſtar; nam πύργοι pro muro ponuntur. vt M, 43.

619. πέτρη ἠλίβατος. Schol. A. argutatur de etymo. v. ſup. ad 273. Conſtat de *alta* rupe dictum eſſe. Comparatio poetis frequentata: v. Apollon. III, 1293. 4. Clarke laudauit Aen. VII, 586 ſq. X, 693 ſq.

620. ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα. recte Schol. B. τὰς ἐφόδους. vt *via*, ὁδὸς, κέλευθος, eſt ipſum iter per viam, motus. ἥτε μένει „ἥτε *quae vtique*“ Clarke.

621. κύματά τε τροφόεντα. Simpliciter, magna. v. ad Λ, 307. „τροφέοντα (quod eſt quoque in Veneto) ἢ τροφόεντα. γράφεται γὰρ διχῶς.“ Euſtathius. prius vtique vitioſe.

τά τε προσερεύγεται αὐτὴν „ſc. τὴν πέτραν. haec eſt Ariſtarchea lectio“ quam Flor. et Rom. exhibebant: e quibus eam revocauit H. Stephanus: ſeruata eadem in optimis codd. Ven. fragm. Moſc. Olim alios ἀκτῇ legiſſe, docent Schol. A. B. et Excerpta ap. Barnes. Sicque erat in Townl. Lectum quoque ἀκτὴν, ſic Schol. Lipſ. οἱ μὲν ἀκτὴν, οἱ δὲ αὐτὴν, ὅπερ ἄμεινον. Etiam αὐτῇ, vt in Vrat. d. et A. quod Ald. 1. intulerat retinetque Ald. 2. cum ſuo grege, etiam Turnebus. αὐτὴ erat in Vrat. b. αὐτὴν et ἀκτῇ in Vindob. codd. Euſtathius: ἀκτὴν, ἢ ἀκτῇ, ἢ μᾶλλον αὐτήν. Elegantior vtique ceteris eſt lectio προσερεύγεται ἀκτήν. probata quoque Bentleio: Od. E, 438 τά τ' ἐρεύγεται ἤπειρόνδε. Simplicitatem tamen Homericam haud dedecet αὐτήν. In Vrat. A. προερεύγεται.

622. μένον ἔμπεδον, οὐδὲ φέβοντο. ⸎ „quod in nonnullis lectum μένον ἐξ ἁλὸς, quod recte improbat Sch. A.

οὐδ' ἐφέβοντο Lipſ. Vrat. d. cum binis Vindob. revocaui Ionicum ex codd. Ven. Townl. fragm. Moſc. et edd.

623. *λαμπόμενος πυρὶ*, de fulgore armorum Sch. B. et Sch. br. iam monentibus. Ineptit Eustathius.

624. *ἐν δ' ἔπεσ' ὡς ὅτε κῦμα θοῇ ἐν νηῒ πέσῃσι.* Monetur a Schol. B. hic quoque de dilectu verborum: *ἐνέπεσε* pro *ἐπῆλθε*. et quod comparatio geminata maiorem vim habet. *ἐνὶ νηῒ* Cant. Versus 624 — 8 excitat Longin. f. 10. vt exemplum *τοῦ δεινοῦ καὶ φοβεροῦ.*

625. *ἀνεμοτρεφὲς κῦμα.* Sch. A. (quod idem habet Etymologus, alter ex altero emendandus, item Scholia breuia, partim Schol. B. et Mosc.) „*ὑπὸ ἀνέμου ηὐξημένον. ὑψηλόν.* laudato simul altero loco Λ, 256 vbi erat Agamemnonis *ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος* h. e. *ἰσχυρὸν, στεῤῥὸν, εὔτονον.* Laudatur quoque Plutarchus *ἐν μελέταις Ὁμηρικαῖς.*" *ἀνεμοτραφὲς* Barocc. *ὑπὸ νεφέων*, quod vulgari interpunctione refertur ad antec. iungitur cum *ἀνεμοτρεφὲς* in Sch. B. „*ηὐξημένου ὑπὸ ἀνέμου, ὡς εἶναι ὑποκάτω τῶν νεφῶν καὶ πλησιάζειν αὐτοῖς.*" *ὑπὸ* repositum et h. l. a Wolfio, et recte, etsi vulgo *ὑπαὶ* et in codd. et in ipso Ven. Exponunt *ὑπαὶ* per *ἐκ νεφέων* Sch. br. At *ὑπὲκ*, quod equidem vellem, nemo legit.

626. *ἡ δέ τε πᾶσα ἄχνῃ ὑπεκρύφθη.* ⸓ „quod Zenodotus *ἄχνη* casu recto." At *κῦμα — κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται ἀποπνείει δ' ἁλὸς ἄχνην* supr. Δ, 426.

ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης ἱστίῳ ἐμβρέμεται. lectum erat in edd. *δεινὸς ἀήτη* vterque Ven. et Sch. A. dictum ait vt *κλυτὸς Ἀμφιτρίτη. κλυτὸς Ἱπποδάμεια.* „quod ignorantes nonnulli scribunt, ait, *δεινὸς ἀήτης· ἀλλ' οὐ δεῖ γράφειν οὕτως.*" Similia sunt in Scholiis Cod. Parif. a Ruhnken. allata in praef. Hesych. p. VIII. Sch. B. etiam *θηλυκῶς* efferri a nonnullis ait: (fuit ergo scriptum *δεινὴ ἀήτη*) *ἐμφαντικώτερον* tamen esse contendit *δεινός*. Fuit itaque olim vulgata lectio *δεινὸς ἀήτη*, quae e libris euanuit, iure an iniuria, quis dixerit. Potuit enim in antiquo codice, cum esset *ἀήτης*, quod etiam Schol. br. Suidas in *δεινός*, et edd. Longini agnoscunt, excidere *τὸ* sigma, atque sic e librarii incuria vel casu nova subnasci lectio: quod admodum probabile sit, quandoqui-

dem alibi Homero eſt ὁ ἀήτης. Sic Od. Δ, 567 λιγὺ πνείοντας ἀήτας. Potuit tamen eſſe antiqua forma ἡ ἀήτη, quae poſtea exoleuit, ſeruata adhuc in gloſſis; ſic in Heſych. ἀήτη. πνοή· ἀναθυμίασις. et Apollon. Lex. in ἄη. — καὶ ἀήτη ἡ πνοή. — ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης. (ſcribendum ἀήτη.) ἀντὶ τοῦ, δεινή. ὡς, κλυτὸς Ἀμφιτρίτη. Etymol. καὶ τὸ θηλυκὸν, ἀήτη τῇ πνοῇ. ſuit. f. ἀήτη, ἡ πνοή. In Heſiodo vtique legitur: Op. 625 νότοιό τε δεινὰς ἀήτας et 645 κακὰς ἀήτας. Poetae tamen retinuerunt ὁ ἀήτης, ſic Apollon. Arg. v. c. I, 423 ἀήτης μείλιχος et ſaepe Quintus Smyrnaeus. Inter διττογραφίας exempla hunc locum e Schol. Reg. Par. laudauit Ruhnk. praef. To. II. Heſych. p. VIII. iam memoratus a Tollio. Attigit eum quoque Euſtathius p. 1034, 5. vbi etiam reſcribendum: ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτη. pro δεινὰς ἀήτας.

αὔτης corrupte Vrat. b. ἀνέμοιο τε Mori.

627. ἱστίῳ ἐμβρέμεται. ed. Flor. ἱστία correxit Ald. 2.

628. τυτθὸν γὰρ ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται. Nobilis verſus, cum ipſa ſententia, tum eius colore; relatus quoque inter ſententias abs Stobaeo Serm. LVII. p. 376. Attulit nonnulla iam Barnes. Redditur ſenſus a grammaticis in Schol. A. B. τὸ τυχὸν ἀπέχουσι τοῦ θανάτου, Et Schol. Moſc. quod et in Schol. A. et Schol. br. habetur: βραχὺ γάρ ἐστι τὸ διεῖργον αὐτοὺς τοῦ θανάτου διάστημα. ὅ ἐστι, παρ' ὀλίγον θνήσκουσιν, ἐγγὺς ὄντες τοῦ θανάτου. Illuſtrant Schol. A. B. Vict. cum Euſtathio dicto Anacharſidis: *abeſſe nautas ab aqua et a morte quatuor digitis.* Et Aratus: ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον. (ſupple ex Phaen. 299 ἄϊδ' ἐρύκει.) Inter dicta ſublimia retulit Longin. ſ. 10, 5. qui et ipſe Arateum comparat: in quo ait μικρὸν καὶ γλαφυρὸν redditum eſſe, quod in Homero erat φοβερόν. Contra in argute dictum mutauerat idem hoc auctor Arimaſpeorum, cum diceret: ψυχὴν ἐν πόντῳ ἔχουσιν. vitam quaſi ponto commiſſam, ponto obnoxiam. Verſum laudant multi, v. congeſta a Valken. Diatr. p. 239. variant alii, in his Quintus VII, 296 ναῦ-

ται γὰρ ἀεὶ σχεδόν εἰσιν ὀλέθρου. quae pedeſtri ſermoni propiora ſunt.

In *ὑπ' ἐκ* Longinum argutari cum aliis, bene monuit Erneſti. Alii ſcribunt *ὑπὲκ*, alii, cum Schol. br. iungunt *ὑπεκφέρονται.* quod Koeppen quoque ſequitur. Conuenit ſup. E, 618 Venus *υἱὸν ὑπέκφερε πολέμοιο.* ſic quoque *ὑπεξάγειν.* ita paullulum immutatur ſenſus; eſt enim: ſeruantur e morte (*παρὰ*) *τυτθόν.* *vix effugiunt.* At veteres accipiunt: *φέρονται*, nauigant, *τυτθὸν παρὲκ θανάτου*, paullulum, haud longe, a morte; haud multum citra lineam, intra quam irruituri eſſent in mortem.

629. *ὣς ἐδαΐζετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν.* Verſus mihi quidem ſuſpectus, repetitus forte ex J, 8 vbi recte ſuum locum habet. Nam comparatio eſt fluctuum irruentium cum Hectoris impetu, non cum Achiuis; ſuntque vſſ. 626. 7. 8. ornamenta comparationis Homero frequentata. Sin dixeris, ſubiici comparationem aliam poſt: *τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται δειδιότες*, aliena eſt vox *τὸ δαΐζεσθαι.* non *in diuerſa trahuntur* Achiui, ſed *metuunt et tremunt*, vt nautae *expaueſcunt.* Comparatio ipſa abſoluitur his: *ἐν δ' ἔπεσ'* Hector, *ὡς ὅτε κῦμα ἐμπέσῃ.*

630. *αὐτὰρ ὅγ' ὥςτε λέων.* cum ſequatur *ὣς τότ' Ἀχαιοί.* Anacoluthon ab Euſtath. et al. obſeruatum, eſt et a Clarkio illuſtratum.

631. *αἵ ῥά τ' ἐν εἱαμενῇ.* „*αἵ ῥά τε quae vt ſit. quae, vt ſolitum eſt.*" Clarke. vt ſaepe iam monui, hoc eſt argutari! *αἵ τε ῥα* idem eſt quod *αἵ ῥα* ſimpliciter vt ſexcenties, etiam *αἵ τε ἄρα.*

ἐν εἱαμενῇ. καθύδρῳ τόπῳ ait Sch. B. forte *καθύγρῳ*, quod ſollenne eſt, etiam h. l. in Sch. br. de voce iam vidimus ad Δ, 483. *εἰαμενῇ* ſcribendum *ἀπὸ τῆς ἔσεως τῶν ὑδάτων*, contendit et h. l. Schol. A. voluit *ἀνέσιν* et *ἀνάδοσιν* declarare, cum aqua e ſolo pronenit.

633. *θηρὶ μαχέσσασθαι ἕλικος βοὸς ἀμφὶ φονῇσιν.* Pro *θηρὶ* Barocc. et iam ante margo Steph. *χειρί. μαχέσσασθαι.* In hoc nulla varietas h. l. cum alias vbique

variet *μαχήσασθαι.* *ἕλικος βοὸς* variis modis et h. l. exponitur, fcilicet ex etymo: Schol. B. *τὸ ἁπλοῦν ἀντὶ συνθέτου. ὡς καὶ Διονύσιός Φησιν· ἀντὶ τοῦ εἰλίποδος.* Alia multo minus admittenda habet Sch. A. cum Sch. br. At fatis de his dicta ad I, 462. etfi nihil fatis expediri poteft.

ἀμΦὶ Φονῇσι. Sch. B. *Φονῇσι δὲ τῷ Φόνῳ, ἤτοι Φόνῳ, ἔνθα πεΦόνευται.* Dictum de hac voce ad K, 521 *ἐν ἀργαλέῃσι Φονῇσι.* vbi profeffus fum me praeferre dictum Homero videri pro *ἀμΦὶ Φονῇ*, et hoc pro *ἀμΦὶ Φόνῳ.* Hoc idem fenferat Sch. A. *περὶ ἀνῃρημένης βοὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ μὴ ἀναιρεθῆναι.* leg. *ὑπὲρ τοῦ.* quod et Sch. br. habent.

634. *πρώτῃσι καὶ ὑστατίῃσι. καὶ* effe dictum pro *ἢ* obferuat Sch. A. et Sch. br. Monet Clarke effe potius *modo — modo.*

635. *ὁμοστιχάει.* Sch. A. „*συμπορεύεται. βάρβαρον δέ Φησιν εἶναι αὐτὸ Διονύσιος.*" Acerbe fatis Thrax cenfuit; cum *στιχάομαι* vfu habitum fuerit: *ἐστιχόωντο* B, 92. 516 et al. In Apollon. Lex. adfcriptum tantum: *ὁμοστιχάει, ὁμοστιχεῖ.* Hefych. *ὁμοστιχεῖ. ὁμοῦ πορεύεται.* Similia ceteri, etiam Sch. br. Iungi autem poteft vel cum *βόεσσιν*, vel *σὺν λέοντι*, itaque fupplent Schol. *ἐν πρώτῃσι καὶ ἐν ὑστατίῃσι.*

αἰεὶ pro *αἰὲν* vn. Vindob.

637. *ὑΦ' Ἕκτορι καὶ Διὶ πατρί.* vn. Vindob. *ὑΦ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ.*

639. *Εὐρυσθῆος ἄνακτος.* lectum erat in Edd. Actum effe h. l. videbatur de digammo: — *ῆος ϝανακτος.* quod et Veneti habent. Atqui illatam effe lectionem ferius, docet ipfa lectionis varietas ap. Euftath. „*διττὴ γὰρ ἐνταῦθα γραΦή· ὃς Εὐρυσθῆος ἀέθλων.*" vt iam fupra erat, Θ, 363 et inf. T, 133 *ὑπ' Εὐρυσθῆος ἀέθλων.* et fic diferte fcriptum in Vrat. d. fragm. Mofc. vno Vindob. Sic quoque verfum laudat Schol. Pind. ad Ol. III, 50 *εὖτέ μιν ἀγγελίαις Εὐρυ — σθέος ἔντυ' ἀνάγκα πατρόθεν* etc. Schol. *δι' ἀγγέλου γὰρ καὶ κήρυκος ἐκέλευεν ὁ Εὐρυσθεὺς τοῦ Κοπρῆος. Ὅμηρος· ὃς Εὐρυσθῆος ἀέθλων Ἀγ-*

γελίης ἵχνεσκε βίῃ Ἡρακληείῃ. Monuit de altera lectione etiam Bentl. et Dawes p. 149. Repetii itaque hanc lectionem accedentibus libris; ſine quorum auctoritate in multo pluribus locis idem moliri non auſus ſum. Per praeconem, Copreum egit cum Hercule Euryſtheus metus cauſſa, incluſus ipſe muris Argorum vel Mycenarum (ſecundum alios in vaſe magno). cf. Sch. A. et Sch. br. vbi: ὃς τὰς παρ' ἐκείνου (ab Euryſtheo) ἐντολὰς ἔλεγε τῷ Ἡρακλεῖ τῶν ἄθλων ἕνεκα etiam ad antiquam lectionem nos reuocat per vocem ἄθλων.

640. ἀγγελίης οἴχνεσκε. ☩ „quia Zenodotus ἀγγελίην legerat; — καὶ νῦν δὲ ἀγγελίης, ἀντὶ τοῦ ἄγγελος" Sch. A. Eſt ſcil. ἀγγελίης ἕνεκα. vel δι' ἀγγελίης. non ὁ ἀγγελίης. pro ὁ ἀγγελίας, ἄγγελος· quod et Sch. br. habent. Euſtathius etiam ἀγγελίης, ἐν ἀγγελίαις ἤρχετο, exponi poſſe ait. Spectat ad diſputationem grammaticorum de lectione verſus Γ, 206. vbi vide ad Σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης. cf. N, 252 ἠέ τευ ἀγγελίης μετ' ἔμ' ἤλυθες;

ἵχνεσκε vn. Vindob. et Schol. Pind. l. l. ſicque alibi ſcriptum memini. οἴχνεσκον tamen iam lectum E, 790. „οἴχνεσκε, ire ſolebat" Clarke.

641. τοῦ γένετ' ἐκ πατρὸς — „γρ. ἐκ πατέρος" Barnes. ſuauius vtique ad aurem.

υἱὸς ἀμείνων. Vrat. d. ἀμύμων aberratione et alibi obuia.

642. παντοίας ἀρετὰς ἠμὲν πόδας ἠδὲ μάχεσθαι. Pluralem ἀρεταὶ in Homero occurrere non memini. Euſtathius: „παντοίην ἀρετὴν ἢ παντοίας ἀρετάς." prius eſt quoque in vno Vindob. in edd. Plutarchi de ſera num. vind. p. 553 B. idque verum ac genuinum eſſe, nullus dubito; vſu quoque in aliis locis obuio. Quae ſit παντοίη ἀρετὴ, dictum ad B, 823 μάχης εὖ εἰδότε πάσης. et ad X, 268. Videtur tamen h. l. inprimis ſpectare ad pugnandi genus varium ſeu procurrendo fieri ſolitum ſeu pugna ſtataria. opponuntur ſibi duo iſta: πόδας — μάχεσθαι. Eſt vox Pindarica. Etſi in Odyſſea bis occur-

rit verſus: παντοίῃς ἀρετῇσι κεκασμένον ἐν Δαναοῖσιν. Δ, 725. 815.

644. „ὅς ῥα. qui, vt dixi" Clarke.

645. στρεφθεὶς γὰρ, μετόπισθεν ἐν ἀσπίδος ἄντυγι πάλτο. Pro στρεφθεὶς etiam στραφθεὶς lectum eſſe notat Schol. A. μετ' ὄπισθεν Vrat. d. hic et 672. vt ſit μεταστρεφθεὶς ὄπισθεν. at στρεφθεὶς ὄπισθεν eſt idem ac μεταστρεφθείς.

ὑπ' ἀσπίδος ἄντυγι, quod et Schol. Vict. agnoſcunt, erat lectio inducta e Romana a Turnebo, H. Stephano, aliis. Erat ἐν ἀ. ἀ. in Flor. Aldd. hocque reduxi librorum auctoritate Cant. Lipſ. Mori. Harlei. Townl. Vrat. A. fragm. Moſc. vn. Vindob. Ven. adde vtrumque Schol. et Schol. br. Conuenit hoc quoque cum altero: τῇ ὅγ' ἐμβλαφθείς. Aſſentior quoque Schol. A. melius interpungi poſt στρεφθεὶς γὰρ, quam, vt vulgo quoque factum, poſt μετόπισθεν. Sententia nunc ita procedit: στρεφθεὶς γὰρ, μετόπισθεν ἐνεπέπαλτο ἄντυγι ἀσπίδος, et repetitur: τῇ ὅγ' ἐμβλαφθείς. cum ſe conuertiſſet, *ſuccuſſus eſt ab ora ſcuti — huic, inquam, implicitus.*

Sed videndum de πάλτο, quod variis modis expediunt veteres grammatici. Schol. A. ſcribi ait ab aliis ἆλτο. hi igitur induxerunt hiatum ἄντυγι ἆλτο. Si tamen feramus: quid eſt ἐνᾶλτο ἄντυγι? an inſiluit, illiſit pede in oram ſcuti? ἆλτο ab ἅλμι quod nunc eſt ἅλλομαι. v. ad H, (VII) 260. Schol. B. et Moſc. „πᾶλτο δὲ ἀντὶ τοῦ ἐπελάσθη." duxit ergo a πλάω pro πελάω. et ἐπέπλητο, factum πλῆτο, mutatum putauit in πλᾶτο. Pariter aliud Scholion ap. Barnes: πάλτο δὲ (immo πᾶλτο) ἐνεπελάσθη. Euſtath. ὑπὸ — πᾶλτο. ἀντὶ τοῦ προσέκρουσε. προσέπταισε διὰ τὸ αὐτῆς (τῆς ἀσπίδος) ποδηνεκές. πᾶλτο quoque Cod. Lipſ. Schol. br. ἐνήλατο, καὶ ἐνεπλάκη τῷ ἔξωθεν τῆς ἀσπίδος κύκλῳ. duxit et ipſe ab ἅλλομαι, pro ἆλτο, ἐνῆλτο, ἐν — ἆλτο. vt ἐπᾶλτο. Redit hoc ad lectionem ἄντυγ' ἆλτο, quam e Schol. A. memoraui. Poſſit aliquis putare ſcriptum fuiſſe ἄντυγ' ἐπᾶλτο, vel ἄντυγι 'πᾶλτο. Ita eſſet ἐνεπᾶλτο ἄντυγι, vt ἀνεπᾶλτο vidimus

ad Θ, (VIII) 85. Reſtat vt a πάλλεσθαι ducatur: non quidem, vt ſit pro ἐπάλλετο, quod fieri poſſe nego; ſed ab ἐπέπαλτο. πέπαλμαι. ἐπέπαλτο ἐν ἄντυγι ἀσπίδος, vel ἐνεπέπαλτο ἄντυγι. nam πάλλεσθαι eſt *ſuccuti*, ideoque *labare*, impedito pede. Hoc equidem ceteris praeferendum eſſe arbitror.

646. τὴν αὐτὸς Φορέεσκε, ποδηνεκὲς ἕρκος ἀκόντων. ⳨ „quod ἀνδρομήκεις αἱ ἀσπίδες erant." τὴν αὐτῆς Lipſ. Bentl. malebat τὴν α. Φ. ποδηνεκέ', ἕρκος ἀ. vt ὦλκα διηνεκέα (Od. Σ, 374), aut etiam διηνεκὲς, ἑ. vt pro aduerbio ſit. Prius, quod ipſe praeferam, legiſſe videtur Apollon. Lex. ποδηνεκέα βαθεῖαν· ὥςτε ἀπὸ τοῦ αὐχένος μέχρι τῶν ποδῶν διϊκνεῖσθαι. acute vidit Tollius eam gloſſam non niſi ad h. l. ſpectare potuiſſe et legiſſe Apollonium: τὴν αὐτὸς Φορέεσκε ποδηνεκέ', ἕρκος ἀκόντων. Sic quoque nude Δ, 137 μίτρης, ἣν ἐφόρει ἔρυμα χροὸς, ἕρκος ἀκόντων.

648. περὶ κροτάφοισι πεσόντος. κροτάφοιο Cant.

650. στήθεϊ δ' ἐν δόρυ πῆξε. „γρ. στήθεσι." Barnes.

651. καὶ ἀχνύμενοί περ ἑταίρου. ⳨ „quod deeſt περὶ ἑταίρου." Addit Sch. A. „Ἑλλάνικος δὲ Αἰολικῶς νομίζει τὴν περὶ περ' εἰρῆσθαι." Sch. B. eadem memorans ait: τινές. addit tamen, Homero inſolitam eſſe hanc ſynaloephen. Hoc quidem recte: nam eſt καίπερ. at etiam Euſtath. Ἑλλάνικος κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν. Mirationem facit, quomodo tam antiquus ſcriptor obſeruationem hanc grammaticam inter hiſtorias antiquas afferre potuerit. Disputatum iam eſt hac de re a doctiſſimo Sturzio ad Hellanici fragmenta ſ. 10. qui iuniorem aliquem grammaticum eo nomine extitiſſe ſuſpicatur. Laudantur tamen ſimili modo in commentariis grammaticis ad verba vel lectiones Homericas conſtituendas alii antiquiſſimi ſcriptores, vt ipſe auctor Thebaidos, Antimachus, item Archilochus. Scilicet Homerica illi repetierant aut reddiderant ſic, vt inde intelligi poſſet, eos ita legiſſe in Homero aut eos Homerum ita eſſe interpretatos. Eandem doctrinam de περ' pro περὶ intulerant grammatici in Pinda-

rum; perperam puto, vt ad eum equidem ſtatuo. Pro ἐδύναντο erat ἠδύναντο in edd. vtriusque ſectae Flor. Aldd. et Rom. vsque ad Turnebum; tam parum prosodiae ſtudioſi erant homines.

652. μάλα δείδισαν Ven. Lipſ. Mori. Vrat. d. cum vno Vindob. et iam margo Stephani. et hoc recte, Ionice, pro μάλ' ἐδείδισαν.

653. εἰςωποὶ δ' ἐγένοντο νεῶν. Obſcurum et ambiguum eſſe video, primo quodnam ſit ſubiectum, num Achiui an Troiani? tum quo ſenſu accipiendum ſit εἰςωπός. Varie vocem acceptam video. Sch. A. ἐν ὄψει τὰς ναῦς ἔπλεον (leg. ἔβλεπον) ὅ ἐστιν, εἰς αὐτὰς εἰςῆλθον καὶ ὑπὸ τὴν στέγην αὐτῶν ἐγένοντο· ergo Achiui: Similia ſunt in Sch. br. et Exc. Barnes. Sch. B. ὑπέστειλαν ἑαυτοὺς ἐπὶ τὰς ναῦς, (f. ὑπὸ τὰς ν.) καὶ ἐντὸς αὐτῶν αἱ ἄκραι νῆες ἔλαβον αὐτούς. fugiſſe enim putat Achiuos intra interualla nauium et ſub puppes ſe recepiſſe: ὡς τὰς πρύμνας αὐτοὺς ὑποβεβηκέναι. Similia fere Euſtath. ſed non magis explicite ac diſerte. Apollon. Lex. h. v. εἰςωποί. εἴσω τῆς ἐπιφανείας, addito verſu. vnde nil proficies; non magis quam ex eo, quod Euſtath. e Lexico rhetorico antiquo affert: εἰςωποί. εἴσω ἰδέσθαι. εἰς ὦπα. ἐνώπιον. ἐν ὀφθαλμοῖς. Heſych. plenius: εἰςωποί. ἐναντίοι, ἢ ἔσωθεν βλεπόμενοι. ἢ ἔνδον τῆς ἐπιφανείας ὄντες. εἰςωποὶ δ' ἐ. ν. κατὰ πρόςωπον εἶχον τὰς ναῦς. Conſtare videtur de hoc εἰςωπὸν aliquem dici actiue, (vt ἀντωπός. κατωπός.) qui proſpicit facie aduerſa. Apud Apollon. Arg. II, 753 Argonautae, circa promontorium Acheruſium flexo curſu in portum ex aduerſo proſpectum intrant: τῇ ῥ' οἵγ' — εἰςωποὶ ἔκελσαν. Schol. ἐναντίοι. ἐσώτεροι γενόμενοι. Occurrere quoque vocem ap. Aratum memini. Ergo εἰςωποὶ ἐγένοντο νεῶν debet eſſe *naues ante oculos habuere, in conſpectu.* quod conuenire videtur Achiuis verſus naues fugientibus; vt Π, 293—6 Achiui fugientibus Troianis ἐπέχυντο νῆας ἀνὰ γλαφυράς. hoc tamen non conuenit ſequentibus: quae hoc inferunt, cum plures eſſent nauium ordines interuallis relictis, Achiui ſe receperant in-

ter et post priorem nauium ordinem, verso tamen versus Troianos ore, ita vt ipsas naues prioris ordinis in conspectu haberent: περὶ δ' ἔσχεθον ἄκραι νῆες, ὅσαι πρῶται εἰρύατο. Iterum ambiguum, quo sensu νῆες ἄκραι dictae sint: an respectu ceterarum, quae a tergo versus mare alio ordine positae erant? an ἄκραι νῆες sunt τὰ ἄκρα τῶν νηῶν, vt *puppibus suis* versus campum ac vallum versis vtrinque eos, recipientes se, tegerent naues. At hoc non conuenit iis, qui iam a tergo nauium subsiiterant; nam versus mare prorae erant versae. Hoc puto sensit, qui in Sch. br. apposuit ἄκραι. αἱ πρῷραι. Quaeri porro potest τοὶ δ' ἐπέχυντο sintne Troiani an ipsi Achiui; si prius, dubitare licet, an non εἴςωποὶ sint et ipsi Troiani. Fuere qui hoc amplecterentur apud Sch. B. Fuit in his Porphyrius; cuius etiam est ζήτημα in Sch. B. si iam eo vsque processerant Troiani, vt inter naues penetrauissent, cur non statim ignem nauibus vtrinque iniecerant? Concinnior inde exiStit narratio. Verum reliqua oratio videtur postulare, vt εἴςωποὶ sint Achiui.

Cum his tamen versus subiecti 655 sq. Ἀργεῖοι δὲ νεῶν μὲν ἐχώρησαν habent quod non satis cohaereat; loco priore *intra puppes* subsistunt; altero loco, eodem momento, *apud tentoria* subsistunt. Fateor me dudum suspicatum esse: totum locum 655 — vsque ad 674 οὔτ' ἄρ' ἔτ' Αἴαντι, esse fetum ingenii rhapsodi alicuius, qui similes Nestoris hortatus interposuit, ac supra fuere Aiacis et Hectoris; coagmentatus est locus repetitis verss. et ex parte alienis a re. Interea in Notis apposui rationem, qua sententiae satis bene inter se coniungi possunt.

654. νῆες ὅσαι πρῶται εἰρύατο. non est ab ἐρύω, Ϝερύω media breui, traho: *adductae*, sed a ῥύω, ἐρύω, ῥύομαι, *seruo*. v. Exc. IV ad lib. A.

656. νηῶν τῶν προτέρων. Ita in edd. legebatur; Ven. A. et B. τῶν πρωτέων. et Sch. A. γρ. τῶν πρώτων καὶ προτέρω καὶ πρωτέων. At Sch. B. et L. ἀπὸ τοῦ πρώτου τῶν πρωτέων. μέμφεται δὲ Διονύσιος· οὐ γὰρ τὸ πρωτων, φησὶ, περισπᾶται. Si recte assequor, grammaticus ait,

casum secundum pluralem non circumflecti πρωτῶν, sed pronuntiari πρώτων. vt fit in nonnullis vocibus. Ergo tenendum πρωτέων, quod et in cod. Lipſ. legitur. Agnoſcunt tamen πρωτέρων Schol. br. cum codd. aliis.

παρὰ κλισίῃσιν ἔμειναν. Mori. Vrat. d. duo Vindob. ἔμιμνον. Schol. B. et Vict. παρὰ κλισίῃσι δὲ, ὡς μετὰ τὰς πρύμνας τῶν πρώτων νεῶν παρεσκηνωμένων αὐτῶν πρὸς ταῖς πρώραις. στρατὸν δὲ, τὸ στρατόπεδον.

657. οὐδὲ κέδασθεν. Ionicum exhibent Mori. Townl. Ven. et iam H. Stephani margo. itaque recepi pro vulgato οὐ δ' ἐκέδασθεν. fragm. Moſc. οὐδὲ σκέδασθεν.

ἴσχε γὰρ αἰδὼς καὶ δέος. Ductus hinc eſt verſus antiqui poetae: ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. recitatus a Plutarcho de ira cohib. p. 459 D. et in Ag. et Cleom. p. 808 E. ſed integri duo verſus ſunt ap. Platon. in Euthyphr. p. 12 A. et ap. Stobaeum tit. XXXI. περὶ αἰδοῦς. vbi Staſini eſſe dicuntur, qui τῶν Κυπρίων auctor perhibetur fuiſſe. v. Fiſcher. ad Platon. l. c.

658. ἀζηχὲς γὰρ ὁμόκλεον ἀλλήλοισιν. Schol. B. ἀζηχὲς, ἢ λίαν σκληρῶς, ἢ ἀδιαλείπτως. Dicta de hoc v. ſup. ad vſ. 25.

659. Νέστωρ δ' αὖτε — Male Barnes ſuſtulerat δ', quia a codd. parte abeſt, et ſup. 370 etiam Νέστωρ αὖτε legebatur. Eſt obuia obſeruatio, vbique fere ante αὖτε excidiſſe aduerſatiuam δὲ, quam oratio deſiderat; ita quoque h. l. Seruarunt tamen eam edd. Vrat. d. itaque retraxi.

660. λίσσεθ' ὑπὲρ τοκέων γουνούμενος. In Flor. Ald. 1. et Rom. τεκέων. quod et ipſum ſe tuetur. recepit Ald. 2. quod vulgo codd. obſidet; vt ſup. N, 324 νῦν δέ σε πρὸς πατρὸς γουνάζομαι. Et noſtro loco paullo poſt 663 ἠδὲ τοκήων. Etiam Apollon. Lex. ὑπὲρ τοκήων, κατὰ τῶν γονέων. λίσσομ' ὑπὲρ τοκέων. memoriter, puto.

661. ὦ φίλοι, ἀνέρες ἐστέ. verſus hi alibi repetiti ſunt; v. ſup. ad 561. 2.

664. ἠμὲν ὅτεῳ ζώουσι. „ἤγουν, ὅτῳ τε ζῶσιν“ Euſtath. hoc alterum erat quoque in Barocc. Mori.

καὶ ὦ κατατεθνήσκασιν. Vrat. d. κατεθνήκωσιν. Tum καὶ ὦ eſt pro ἠδὲ ὦ. vt iterum inf. 670.

666. μηδὲ τρωπᾶσθε Φόβονδε. ⊱ „quod membra ſibi non reſpondent. ἔδει γὰρ, μὴ τρωπᾶσθε δέ.“ Immo vero ſequi debebat, μηδὲ τρωπᾶσθαι. Et hoc animadverterant illi, qui aut legerant aut correxerant μηδὲ τρωπᾶσθαι Φόβονδε. Ita legitur in Townl. fragm. Moſc. Vrat. b. A. et in ipſo Ven. A. etſi praefixum eſt Scholio A. τρωπᾶσθε, nec monitum quicquam. τρωπάασθαι, τρέπεσθαι Schol. br. in ed. pr. quod poſtea edd. τροπάασθαι. corrupte quoque Suidas: τροπᾶσθαι, τρέπεσθαι. ad h. v. Euſtath. τρωπᾶσθαι et τρωπᾶσθε. In Mori. Barocc. τροπάασθαι. αι in Homero corripi interdum aut correptum occurrere, ante conſonam, error eſt dudum a viris doctis damnatus; itaque τρωπᾶσθαι Φόβονδε omnino explodendum eſt. Lectum τροπάασθε inde a Flor. Aldd. Rom. et in Cant. ac tribus Vindob. τροπᾶσθε Vrat. d. Clarke recepit τρωπᾶσθε, ex Harlei. quod eſt quoque vt dixi in Schol. A. et Lipſ. Ita quoque τρωπᾶσθαι Π, 95 vbi tamen eadem eſt variatio. Et τρωπᾷν in Odyſſ. Τ, 521. Ω, 535. Nec aliter variat lectio in στρωφᾶσθαι et στροφάασθαι ſup. I, 459.

In Barocc. erat ἱστάμεναι. Bentlei. emendabat ἱστάντες κρ. vt conueniret cum τρωπᾶσθε. vix probes factum. Etſi ſic Λ, 590 ἀλλὰ μάλ' ἄντην ἵστασθ' ἀμφ' Αἴαντα.

Φόβονδε. Schol. A. εἰς Φυγήν.

667. καὶ θυμὸν ἑκάστου. iterum interpolatum pro θυμόν τε ἑκάστου.

668 ad 673. — „ἀθετοῦνται στίχοι ἕξ. quia antea nullius caliginis mentio eſt facta; quomodo autem Hectorem nunc demum viderunt Achiui, qui ante Troianorum ordines tam acriter pugnabat? et quomodo fugere poterant, ſi tenebrae obductae erant? Minerua autem Iouis minis territa, non adfuit nec interfuit pugnae.“ Haec Sch. A. At Sch. B. cum Lipſ. tantum tres priores verſus damnare videtur. (Ita ceteris deeſt nexus idoneus. Forte tamen ineſt aliquid quod ad verum ducat. Inſerti

forte fuere primo tres posteriores versus; tum successit alius qui ad sententiam melius concinnandam priores interposuit.) Adiicit his Sch. B. „priores tres versus ἀθετεῖσθαι, quod antea nihil narratum, vnde caligo venerit; tum, vnde Minerua repente apparuerit, quae inter deos sedebat. Posse tamen responderi: reliquisse poetam haec ipsa lectori, vt substitueret et expleret. Mineruam quoque, etiamsi non praesentem, potuisse caliginem auferre, vt Agamemnonem Iuno monet: sup. Θ, 218 εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκ' Ἀγαμέμνονι πότνια Ἥρη." Secundum haec nullus dubito pro alieno fetu rhapsodi locum de Aiace Jl. P, 643 sqq. adumbrantis, hos sex versus habere: etsi eos iam Virgilio lectos suspicor in loco Aen. XII, in quo Aiacem, Hectorem et nauem incensam ante oculos habuisse videri potest; nam 669 *Vt primum discussae vmbrae et lux reddita menti.* Nemini acutiori probabitur Eustathii commentum quod et Clarke amplexus est, caliginem sublatam esse terrorem Achiuorum Nestoris prudentia dispulsum. Omnino varius vsus τῆς ἀχλύος, *caliginis* ap. Hom. et Virgil. non bene discernitur. Alius vsus est in deliquio aut in morte; v. c. E, 696 alius est in summo ac repentino dolore, ἄχεος νεφέλη. Iterum diuersus vsus in mirabili ac diuina caligine a diis obiecta: vt Jl. E, 127. Υ, 321—341. scil. re in maius aucta ex nube seu puluere aerem obducente: vt P, 643—650. 269. Π, 567.

669. θεσπέσιον et ad νέφος et ad φῶς referri posse, obseruat Sch. A. alterum hoc vix bene.

670. ἠμὲν πρὸς νηῶν καὶ ὁμοιΐου πολέμοιο. „Pro καὶ debebat esse ἠδὲ, vt esset ἠμὲν πρὸς νηῶν, ἠδὲ πρὸς μάχης" Sch. B. Similem vsum τοῦ καὶ vidimus sup. 664. Eustathius: „πρὸς νηῶν ἢ πὰρ νηῶν" πρὸ νηῶν vn. Vindob. et Lips. a m. sec. et gl. γρ. πάρ. Et πὰρ νηῶν Vrat. b.

ὁμοιΐου πολέμοιο. scribebatur πτολέμοιο, cum Barocc. Ven. B. at πτ locum non habet, nisi vbi antecedens breuis est producenda. Probabile fieri, Homericum fuisse ὁμοιΐοφι πτολέμοιο, iam ad I, 440 vidimus.

672. 3. Equidem non video quam bene haec partitio procedat: qui *retro ſtabant* otioſi, verſus mare adeoque et ipſi *apud naues;* qui *pugnabant,* ſane pone priorem nauium ordinem ſtabant: nec bene tamen *παρὰ νηυσὶ μάχεσθαι* dicuntur, quod vbique alium ſenſum habet, dum opponitur campus et vallum: v. c. B, 392 *ὃν δέ κ' ἐγὼ ἀπ.* Adiecta v. 673 *στιγμὴ* vix alio referenda quam ad ipſum obelum.

ἐφέστκσαν Barocc: *οὐδὲ μάχοντο* Townl. et recte.

673. *ἠδ' ὁπόσοι* Cant. Verſus aberat a Lipſ. haud dubie librarii feſtinatione. Cur in edd. *πὰρ νηυσὶ* dictum ſit, non *παρὰ,* non aſſequor. Et eſt *παρὰ* in Ven. Townl. fragm. Moſc. vn. Vindob.

675. *ἔνθα περ ἄλλοι ἀφέστασαν υἷες Ἀχαιῶν. ἀφέστασαν.* recte haud dubie, ſicque Ven. Lipſ. Cant. Harl. Townl. Vrat. omnes, etiam Euſtath. cum Rom. et Flor. Ald. 1. Induxit *ἐφέστασαν* Ald. 2. quod et habet Barocc. ſed iterum expulit recte Clarke. Infra demum 703 *ἐφέστασαν ἀλλήλοισι* locum id habet.

676. *ἀλλ' ὅγε νηῶν ἴκρι' ἐπῴχετο, μακρὰ βιβάσθων. ἴκρια νηῶν.* primum vox occurrit, cuius varia fuit acceptio: Sch. A. B. *ἴκρια, οἱ μὲν τὰ καταστρώματα. οἱ δὲ τὰ κατὰ πρῷραν καὶ πρύμναν ὡς σανιδώματα. ἢ τὰ ἐξέχοντα ἄκρα. ἢ τὰς καταγωγάς.* poſſunt haec inter ſe conciliari: Cum notum ſit, illius aetatis naues non totas, ſed verſus proram et puppim tantum fuiſſe conſtratas tabulis: media parte relicta aperta, in qua ſedebant remiges: cf. inf. 729. Hinc ſunt *ἴκρια πρῴρης* Od. M, 229. 230. media ea pars aperta dicta quoque eſt *ἄντλος.* Apollon. Lex. *ἀπ' ἰκριόφιν. ἀπὸ τοῦ ἰκρίου* (Od. M, 414) *λέγει δὲ ἴκριον καὶ τὴν τοῦ κυβερνήτου καθέδραν.* (immo memorat conſtratum in puppi, in quo ſedebat gubernator) *ἴκρια δὲ καὶ τὰς σανίδας, καὶ τὸ κέρας* (*τὸ ἐξέχον ἄκρον* prorae et puppis) *λέγει.* (Haec et ſimilia ſunt quoque ap. Euſtath. Heſych. Sch. Apoll. Arg. I, 566.) Etiam *ἴκρια* non *ἰκρία* ſcribendum eſſe Sch. A. monet: de quo monuit

quoque Etymol. Euſtath. cf. ad Heſych. notam. duxerunt ſcilicet ab ἵκω, vnde et ἰκρίον ſcripſere.

βιβάσθων. de voce ſecundum grammaticos eſt dictum ad N, 809. In Cant. βιβάσκων. quod et vn. Vindob. exhibet.

677. τὸ ξυστὸν (δόρυ, ἐξυσμένον) νῶμα, ἐκίνει.

678. κολλητὸν βλήτροισι. τὸ βλῆτρον vt τὸ λοῦτρον. Sch. A. cf. Euſtath. βλήτροισι, συμβλήμασι καὶ συμπλοκαῖς Sch. A. vnde corrige Suidam: βλῆτρον τὸ σύμβαλμα. lege σύμβλημα. commiſſura. Apollon. Lex. adſcripto verſu: τοῖς κατὰ τὰς συναρμογὰς γόμφοις. ὁ δὲ Ἀπίων . . . . deficit Apionis interpretatio: de qua diſputat Villoiſon. Vox antiquata a βλῆμι vel βλέω. Poteſt eſſe ᾧ βάλλεται, ἐμβάλλεται, συμβάλλεται, περιβάλλεται. Duae videntur fuiſſe interpretationes vocis: altera, vt ſint conti, e quibus maior ille contus fuit coagmentatus, altera, vt ſint claui, paxilli, vel annuli, vincula, quibus illi conti iuncti tenerentur. Ita diſpeſcas dicta in Schol. br. Euſtath. Heſych. (vbi ſunt βλητοὶ, pro βλῆτροι, vel βλῆτρα) Suida. Etymol. cf. ſup. ad 389.

Voc. δυωκαιεικοσίπηχυ vna voce ſcribere iubent Sch. A. Apion et Herodorus ap. Euſtath. vt alia. Diuiſim ſcilicet ſcriptum ab aliis, vt in Mori. Vrat. b. d. fragm. Moſc. εἰκοσάπηχυ editum in Ariſtide T. II, p. 258.

679. ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδώς. „quod κέλητα poeta nouit; heroes autem equo vtentes non exhibuit. Alter locus, quo equitis meminit, eſt Od. E, 371 Vlyſſes naufragus ἀμφ' ἑνὶ δούρατι βαῖνε, κέληθ' ὡς ἵππον ἐλαύνων.“ Sic Sch. A. melius quam Sch. B. qui anachroniſmi accuſat poetam; atqui is non Aiacem heroem κελητίζειν dixit, ſed tantum rem in comparatione memorat; adeoque rem ſuae aetatis. cf. Euſtath. Additur mox a Sch. A. κελητίζειν alios binis vocibus dirimere, κέλητ' ἵζειν, male, cum ſic κέληθ' eſſet ſcribendum, κέλητι ἵζειν. quod ineptum eſt, cum ex κέλης. ητος. ſit κελητίζειν. Eſt autem κέλης ipſe equus, cui quis inſidet. Copioſus eſt in h. v. Etymol. adde Sch. br. Eu-

ſtath. Suidam. qui κέλητα ἐλαύνειν reddit. — In fronte verſus ὡδ' ὅτ' ſphalma Ald. 2. quod ſeruarunt inde expreſſae edd.

680. ὅςτ', ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναγείρεται ἵππους. Ita vulgo lectum: συναγείρεται. „ἐκ πολέων. ἀντὶ τοῦ, ἐκ πολλῶν, τοὺς ἐπιτηδείους, οἷον ἀρίστους καὶ ἰσοταχεῖς συναγάγῃ ἐκδεξάμενος (leg. ἐκλεξ.)“ Sch. B. recte: non a πόλις, vnde Homero eſt πολίων, ſed πολύς. Sup. B, 131 πολλέων ἐκ πολίων.

συναγείρεται. Sic edd. et codd. optimi quoque Townl. fr. Moſc. Ven. Sch. br. A. et B. at hic cum Sch. Lipſ. norat legi quoque συναείρεται. ἀντὶ τοῦ· συζεύξει. ὡς τὸ, σὺν δ' ἤειρεν ἤμᾶσι. (ſup. K, 499 ad quem loc. vide Obſſ.) Praefert hoc haud dubie veram antiquitatem, cum proprie ad rem ſpectet τὸ συζεῦξαι. tum intelligi poteſt, quomodo vulgarius συναγείρεται proceſſerit ex altero. Scholion. fragm. Moſc. τὸ συναγείρεται κατ' οὐδὲν ἀναγκαῖον ἐγράφη, διὰ τοῦ γ, ἁμαρτημάτων ὂν γραφικῶν. ἐπιεικῶς τε γὰρ συναείρεται μᾶλλον σημαίνει προςεχῶς τὸ συνάγει καὶ συναρμόζει. καὶ ἐν ἄλλοις· σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι, συνήγαγε τοὺς ἵππους. ductum hoc ex Porphyrio vt ſtatim dicam. Scilicet eandem lectionem defenderat Philemon ἐν τοῖς συμμίκτοις loco deſcripto ap. Porphyr. Qu. Hom. ſ. 8. etſi ipſe Porphyrius vulgarem lectionem defendit, cum e pluribus praeſtantiores equi eligantur. Euſtath. συναγείρεται ἢ συναείρεται ἵππους. et prius ἐπιλέγδην συνάγει, poſterius συζευγνύειν καὶ ὁμοῦ εἴρειν. Addit hos ipſos antiquis appellatos ἁμίππους, et explicat hinc Sophoclis Βορέαν ἅμιππον (Antig. 985. vbi aliter Sch.) At vox illa plures alios ſignificatus habuit: cf. Harpocrat. h. v. qui et ipſe verſum Homericum excitat.

Porro (in 680.) ὅςτ' in fronte verſus Euſtath. exponit ἀντὶ τοῦ, οὗτος quod recte refellit Clarke. At ὅς τε — διώκει cohaerent; et verſu antec. ὡς δ' ὅτ' plena oratio eſſet ὡς ἀνὴρ — φοιτᾷ, — ὡς Αἴας ἐφοίτα.

681. σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ διώκει. haec eſt lectio edd. inde a Flor. Aldd. Rom. Euſtathii,

διώκει est in Ven. Cant. Lipf. Townl. Vrat. b. est et hoc Homericum. Sch. A. addit. „γρ. διώκῃ." Hoc habet fragm. Mosc. quod et ipsum est in vsu poetae, post ὡς δ' ὅτε. In Harlei. vtrumque scriptum est διώκῃ et ει. in Vindobb. διώκει. διώκῃ et διώκοι. σεύσας Harlei. Verum ἔσσευα, σεῦα, σεύατο, ex aliis locis nouimus, vti σεῦα Il. Υ, 189. σεῦαν Od. Ζ, 89. σεύατο aliquoties. Nunc video esse quoque in Apollonii Lex. σεύας, παρορμήσας. et in Hesych. σεύας (corrupte σευάσας) παρορμήσας. διώξας. Σεύας ἐκ πεδίοιο. Rem expedit Etymologus in σεύω. Est hinc ἱππεσόας ap. Pindar.

682. πολέες τέ ἑ θηήσαντο. non modo in Flor. et Ald. 1. sed in omnibus Aldd. erat πολέες τε ἐθηήσαντο, nec correctum, nisi e Romana a Turnebo et al. Praua illa scriptura est etiam in Vrat. A. et haud dubie in aliis quoque.

θηήσαντο. μετὰ θαύματος εἶδον. Schol. br. recte, ex vsu vocis. cf. ad X, 370.

683. 684. ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, οἱ δὲ πέτονται. Varie instituunt iuncturam. Schol. br. ἀμείβεται ἐπ' ἄλλον quod fieri vix potest. alii θρώσκων ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, vt sit θρώσκει ἀμοιβαδόν. Probabilior videtur mihi esse ratio: ἐπαμείβεται ἄλλον ἄλλοτε, quod alias ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ. Harpocration p. 28 in ἅμιπποι laudat verba: θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον. nihil addens praeterea.

686. μακρὰ βιβάς. Sic quoque Venetus. At Schol. A. „γρ. βιβῶν." et hoc legitur in fragm. Mosc. et vno Vindob. vti erat lectum sup. 307.

687. αἰεὶ δὲ σμερδνὸν βοόων Δαναοῖσι κέλευε. Schol. B. αἰεὶ ἀντὶ τοῦ, συνεχῶς. Sic Ψ, 502 αἰεὶ δ' ἡνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἔβαλλον.

σμερδνόν. δεινὸν, καταπληκτικόν. Apollon. Lex. ad h. v. βοάων vitiose Barocc.

688. ἀμυνέμεν. alii, vt Lipf. scribunt ἀμυνέμεν.

690. ἀλλ' ὥςτ' ὀρνίθων πετεηνῶν αἰετὸς αἴθων ἔθνος ἐφορμᾶται. πετεεινῶν etiam h. l. Vrat. b. vt alii alibi et ſup. 238.

αἰετὸς αἴθων. Schol. B. αἴθων δὲ θερμὸς, ἢ ξανθὸς, ἢ μέλας. Addunt Schol. br. ὀξὺς ἢ σφοδρός. Eandem contentionem iam vidimus ad B, 839. acquieſco equidem in colore fuluo.

Comparationem Achiuorum cum animantibus contemtis non pro tenui et indigna eſſe habendam, monet Schol. B. et laudat alteram ſimilem cum ſturnis P, 755.

691. 2. ποταμὸν πάρα βοσκομενάων χηνῶν ἢ γεράνων, ἢ κύκνων. „Homero ἡ χὴν, ἡ γέρανος, dicta ſunt, nec tamen neceſſe, vt etiam ſit dictum ἡ κύκνος" Schol. A. „γρ. ἔθνος ἔφ' ὁρμᾶται. et παραβοσκομενάων, vna voce." Barnes. alterum hoc exhibet quoque ed. Rom. Harl. Vrat. b. d. fragm. Moſc.

ποταμῷ πάρα Harlei. bene et hoc.

693. 694. ὡς Ἕκτωρ ἴθυσε νεὸς κυανοπρώροιο ἀντίος ἀΐξας. Sic edd. ἀντίος ἀΐξας, et codd. At Venetus ἀΐσσων. adiecto Scholio: „γράφεται ἀΐξας. Ἀρίσταρχος, ἀντίος, διὰ τοῦ σ" fuit ergo et h. l. lectum ab aliis ἀντίον.

νεός. νεὼς, Euſtath. cum Harlei. Vrat. b. d. fragm. Moſc. et vn. Vindob. Nec refert, vtro modo ſcripſeris. cf. ad vſ. 704.

κυανοπρώροιο. ſiue quod picta nauis colore caeruleo, ſiue nigrans aqua marina et aere. Apud Etymologum in πρῶρα legitur κυανοπρωΐρους. ex nimia ſubtilitate et doctrinae copia. grammaticis nonnullis viſa eſt vox πρώρα orta eſſe ex πρωΐρα. itaque ſcribendum eſſe aiebant πρῷρα. Atqui eſt πρώρα, πρώρεος, πρώρειος, et πρωρός.

694. τὸν δὲ Ζεὺς ὦρσεν ὄπισθε. Ita iam edd. Flor. Aldd. ὦρσεν. at ὦσεν illatum ex ed. Rom. et Euſtath. ὦρσεν ἢ μᾶλλον ὦσεν. quod etiam habet Vrat. d. At ceteri codd. ὦρσεν. etiam Venetus, cum Scholio: Ἀρίσταρχος, ὦσ' ἐνόπισθεν. quod emendandum: ὦσεν ὄπισθεν. Minus bene hoc haud dubie ſupra N, 83 τόφρα δὲ τοὺς ὄπιθεν Γαιήοχος ὦρσεν Ἀχαιούς. item 125. 794. et ſequi-

tur versu altero ὤτρυνε. ὦρσαι, ὀτρύνειν, solent dii, quoties ad virtutem exserendam incitant, impellunt. Contra ὦσαι, ὤθειν, quoties simili positu occurrit, vim hostilem declarat vt sup. Δ, 535. E, 626 et al. Etiam alio modo Patroclum a tergo impellit Apollo Π, 791.

695. χειρὶ μάλα μεγάλῃ. Sch. B. supplet ὡς. alios pro δυνάμει dictum accipere ait, vel vt terrorem iniiciat, vel vt manum Iouis (sedebat is adhuc in Ida; non in Olympo) ad terram pertingere significet." Inepte. Tenendum est, πρὸς τὸ ἐκπληκτικὸν τῆς φαντασίας valere hoc adiectum χειρί, ex antiquo sermone et vsu, etsi non proprie ac vere.

696. αὖτις δὲ δριμεῖα — versum recitat Dio Or. VIII p. 283. R. vbi est αὖθις.

697. φαίης κ' ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας ἀλλήλοισιν. — „quod φαίης est pro φαίη τις ἄν. Sch. A. Laudat versum cum Suida Schol. Aristoph. Acharn. 24. vbi expressum φαίης κἀκμῆτας. vt et olim ap. Longin. s. 26 qui hac personarum mutatione, tertiae in secundam, magnam vim orationi accedere ait. cf. ad E, 85.

698. ἄντεσθ' ἐν πολέμῳ. ὡς ἐσσυμένως ἐμάχοντο. Tyrannio scripserat: ἀντέσθ', vt sit ἀντέσθαι vt λαβέσθαι. πυθέσθαι. (Voluit esse ἀντῶ futurum secundum ab ἄντω) At ἄντεσθαι et ἄντομαι non hoc vno loco occurrit; statim B, 595 de Musis: ἔνθα δὲ Μοῦσαι ἀντόμεναι. et est ἄντεσθαι, ἱκετεύειν καὶ τὸ ἐξ ἐναντίας ἐλθεῖν in Etymol. Etiam Apollon. Lex. ἄντεσθαι. ποτὲ μὲν, λιτανεύειν. ποτὲ δὲ, ἐξ ἐναντίας παραγίνεσθαι, hoc versu adscripto: vnde sua repetiit Hesychius. Est autem h. l. ἄντεσθαι ἐν πολέμῳ, συμμίξαι ἐν μάχῃ. — ὡς ἐσσυμένως. non nunc est *festinanter*, ταχέως vt alibi et sup. Γ, 85 sed *concitate, acriter*. προθύμως. quod est inter alia ap. Hesych.

700. οὐκ ἔφασαν φεύξεσθαι ὑπ' ἐκ κακοῦ, ἀλλ' ὀλέεσθαι. ὑπὲκ κακοῦ Ven. vt vbique variat in hoc scriptura — οὐ φεύξεσθαι ἀλλ' ὀλέεσθαι. antiqua forma pro ὀλέεσθαι μᾶλλον ἢ φεύξεσθαι. Est φεύγεσθαι h. l. ex *discrimine incolumem discedere*, effugere vt saluus sis.

φεύξασθαι Lipſ. Vrat. b. vn. Vindob. ἀλλ' ὀλέεσθαι. „γρ. αὐτὰρ ὀλέσθαι. Barnes, prouocans ad Φ, 278 vbi iterum ὀλέεσθαι in ὀλέσθαι mutat. Eſt itaque ariolatio Barneſii, non varia lectio. Ineptum acumen! Nam occurrit quoque Φ, 133 ἀλλὰ καὶ ὡς ὀλέεσθε et ὀλεῖται, B, 325 et al.

701. Τρωσὶ δ' ἤλπετο θυμὸς — Τρωσὶν vulgo ſcribitur, niſi quod Townl. Τρωσὶ δ' habet. Lipſ. ἔλπετο vt ſup. 539 et alibi variat. De digammo v. in Var. Lect. cf. ad H, (VIII) 526.

702. κτενέειν δ' ἥρωας Ἀχαιούς. κατανέειν Barocc. pro κτενέειν.

704. νεὸς. tanquam rem memorabilem Euſtathius narrat, in nonnullis antiquis exemplaribus ſcribi νεός. Ipſe νεὼς habet, quod deſendi ait per ſynizeſin. Eſt tamen νεὼς in Mori, Vrat. b. et pro var. lect. in Harlei. Et vidimus idem modo vſ. 693 in variant. lect. et ſic quoque alibi.

705. νεὸς ὠκυάλου. Cum vox ab ἅλς ducta ſit, obſeruarunt grammatici ſcribendum eſſe ὠκυαλός. Subuenerunt alii ſic, vt dicerent vocem ὠκὺς mera terminatione in αλος auctam eſſe, nec ſignificari plus quam ſimplici ὠκύς. Alii hoc tantum vim habere volebant in nominibus propriis, Εὐρύαλος, Ἀμφίαλος, Ἀστύαλος, non in appellatiuis. Adiectum eſt in Schol. A, Scholion, in quo Dionyſius Halicarnaſſenſis laudatur libro IV Ἀττικῶν ὀνομάτων, qui ſimili modo Φίλιππος nomen proprium ſine adſpiratione, at, ſi appellatiuum eſſet, Φίλἱππος ſcribi voluerat; ſic ſe legere in Sophoclis Tereo: ἥλιε φιλ'ίπποις θριξὶ πρέσβιστον σέλας (dixitne ſimpliciter pro ἱππικαῖς θριξί? et hoc pro ἵπποις?) ideo et Ὠκύαλος et ὠκύαλος ναῦς. Repugnauit tamen Herodianus. Subeſt autem voci ſimplex notio ὠκεῖα. Et Apollon. ὠκύαλος νηῦς ἡ ταχεῖα.

706. οὐδ' αὖτις ἀπήγαγε πατρίδα γαῖαν. ἐπήγαγε Vrat. d. cum vno Vindob.

Cur Protesilai nauis cremata fuerit, nec alius e ducibus, caussam repetit Schol. B. a decoro: ignoscendum fuisse eius copiis, si nauem non tutarentur, quandoquidem ducem summum amiserant; at turpe futurum fuisse cuiuis e ducibus adhuc viuentibus, si ignem a naui arcere non valuissent. Fuit quoque ζήτησις, quam seruauit Schol. Mosc. ἐζήτηται, διὰ ποίαν αἰτίαν μόνην τὴν τοῦ Πρωτεσιλάου παρέδωκε ναῦν καιομένην; ῥητέον οὖν ὅτι ᾐδέσθη Ὅμηρος ἐμπρῆσαί τινος τῶν ζώντων, μή πως ἀνανδρίαν αὐτοῦ τις δόξῃ καταγινώσκειν. Ex his sua petierunt Schol. br. et Eustath.

709. οὐδ' ἄρα τοίγε τόξων ἀϊκάς, ἀμφὶς μένον. ἀϊκάς, tanquam insolitam vocem, enarrant omnes; primo loco Apollon. Lex. ἀϊκάς. τὰς φορὰς καὶ τὰς ὁρμὰς laudato hoc ipso versu: (quod ibi adiicitur ex Apione alienum est, et spectauit forte ad vocem ἄκων, etsi per se probandum non est.) Exscripsit Apollonium Hesychius in ἀϊκάς. In eodem est quoque ἀεικάς. μάχας. ὁρμὰς, ἢ βολὰς τόξων. Ductum ἡ ἀϊκὴ ab ἄϊξ, ἄϊκος, quod est ap. Apollon. Arg. IV, 820 de procellis: Αἴολον ὠκείας ἀνέμων ἄϊκας ἐρύξειν. cuius loci Scholion vberius seruatum est in Etymol. ἄϊκας (male scribitur ἀϊκὰς, ab ἀϊκὴ quod in Homero est.) Est quoque καταΐξ in Apollon. III, 1374. et πολυάϊξ, quod Sch. A. h. l. reuocat in mentem ex Jl. A, 165. — ἀμφὶς, *eminus* h. l. nam opp. αὐτοσχεδόν. Male Sch. B. χωρὶς ἀλλήλων, vel, vt: Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες. Sch. br. ἀμφὶς μένον, περιέμενον. Eustath. melius: ἰδίᾳ καὶ παρεκτός. Habet enim hunc proprium apud Iones vsum τὸ ἀμφὶς εἶναι, vt modo seiunctionem modo priuationem significet: vt in Herodoto passim.

710. ἀλλ' οἵγ' ἐγγύθεν — Locum, qui sequitur, melius reddi non posse, etsi omnes rhetores operam in vnum contulerint, pronuntiat Eustathius. Alia addit Barnes. Scilicet laudem habet locus ἐναργείας et in rerum specie sensui obiecta et in verborum dilectu.

711. ὀξέσι δὴ πελέκεσσι. „δὴ *omnino*“ Clarke: vim quoque inesse ratus. Ap. Dion. Or. VIII, p. 283. qui vss. 696. et 711. 2. coniunctim recitat, est ὀξέσι δὲ π.

712. καὶ ξίφεσι μεγάλοισι καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν. — ἀθετεῖται, ὅτι εὐτελὴς ὁ στίχος, καὶ ἰδιότης τῆς μάχης οὐ σώζεται. Scilicet nouum est, *securibus et bipennibus* pugnari; gladiis vero et hastis in omnibus pugnis res geritur.“ Acutum est iudicium, quod Aristarchi fuisse e Schol. B. et Sch. Lips. discimus, etsi verbis turbatis. Erat tamen potius id dicendum: secures et bipennes, tanquam quod insolitum esset, non primo, sed altero loco ponendum fuisse, ne exilis versus esset. Reposuerat Dionysius (Thrax) memorari tamen mox: πολλὰ δὲ φάσγανα quibus ideo eos nec minus pugnasse necesse sit.“ Addiderant alii, cumulari a poeta telorum genera διὰ τὸ φαντάζειν τὸν ἀκροατήν.“ — ἔγχεσιν ἀμφιγύοισι esse puto simpliciter *ancipite cuspide.* At veteres multis modis acceperunt. v. Apollon. Lex. ἀμφιγύοισιν. hoc versu apposito. cf. sup. ad N, 147.

713. πολλὰ δὲ φάσγανα καλὰ, μελάνδετα, κωπήεντα. ⸖ „quod non gladii eorum, qui iis vtebantur, in humum decidebant, sed *caesorum*, amputatis manibus vel brachiis“ Sch. A. Mirum visum est, enses ab humeris cadere; apud animum fingere licet, enses, quos manu pugnantes tenebant, aut thoraci hostis inflictos aut a thorace resilientes, humi cecidisse. Nec video, quid in hoc improbari possit. Etiam mox Π, 114 Hector hastam Aiacis ita ense suo praecidit, vt ferrum humi caderet deiectum. — μελάνδετα, κωπήεντα. Videtur alterum ad alterius interpretationem spectare: φάσγανα μελαίνας κώπας ἔχοντα. Etymol. in κώπη. κωπήεντα ξίφη, μελάνδετα. σιδηρόεντα (Kulenk. emendabat σιδηρόδετα) ἢ μελαίνας λαβὰς ἔχοντα. μέλας autem ferrum declarare putatur, sic: Sch. B. σιδηρόδετα. ἐπεί, φησι, μέλας δ' οὐκ ἔπλε σίδηρος. (Versus Hesiodeis insertus est Op. et D. 151) οἷον ἐκ σιδήρου τὰς λαβὰς ἔχοντα δεδεμένας. Sic et Sch. br. Adduntur: οἱ δὲ, ἐπιμελῶς ἐνδεδυμένα (f. ἐνδεδεμένα)

ὡς πρὸς τὴν λαβήν." an hi legerunt μελένδετα? Repetit quoque Eustath. Alia admiscet Hesych. ad quem v. Notam et Schol. Eurip. Phoen. 1098. Seriores μελάνδετον ἄορ, ξίφος, σάκος, (vt Aeschyl. VII ad Theb. 43) simpliciter pro ferreo dixere: etsi scutum esset coriis ferro obductis factum; vnde et Tibullus duxit suum: *Non tua sunt duro praecordia ferro vincta*, non sunt σιδηρόδετα, h. σιδηρᾶ. — κωπῆεν μέγα φάσγανον etiam Apollon. dixit Arg. IV, 696.

714. ἄλλα μὲν ἐκ χειρῶν χαμάδις πέσον. Sch. A. „οὕτως διὰ τοῦ ο, πέσον." Scilicet fuit in aliis πέσεν quod et Ven. B. habuisse videtur, cum Lipf. Vrat. d. A. fragm. Mosc. vno Vindob. et habent edd. Flor. Aldd. Repositum πέσον ex ed. Rom. inde a Turnebo. Porro ἐκ χειρὸς edd. eaedem cum Harlei. mutatum et hoc e Romana.

715. ῥέε δ' αἱ. hemistichium iam vidimus Δ, 451. Θ, 65 et al.

716. Ἔτ- „quod Zenodotus scripserat οὐκ ἐμεθίει." debuit librarii vitium esse in aliquo codice. μεθήει Schol. Apollonii I, 1089 vbi versus appositus. Sed μεθίει iam vidimus ad Z, 523. K, 121 et al. οὐχὶ em. Bentl.

717. ἄφλαστον. notum nunc satis est, esse *aplustre*, ornamentum in extrema *puppi* ad formam pinnarum. Saepe id occurrit in numis; etiam in tabula consecrationis Homeri, vbi Odysseae argumentum designat. — Accurate de eo agit Schol. B. quod e Didymo petitum esse, discas ex Eustath. qui eadem recitat κατὰ Δίδυμον, ὥς φησι Παυσανίας, cuius lexico Eustathius vtebatur. Idem Sch. B. refellit eos, qui cum *acrostolio*, quod in *prora* erat, confundunt: in quibus sunt ipse Schol. A. Schol. br. et, auctor erroris, Apollon. in Lex. h. v. quem iam notauit grammaticus ad Apollonii Argon. I, 1089. hoc ipso versu nostro adscripto. Villoison e msf. Lexico attulit: Ἄφλαστα. τὰ ἀκροστόλια. Ἀπολλόδωρος. Haberet adeo error auctorem etiam antiquiorem. Verum corruptum est nomen; nam Apollodorum grammaticum, etsi locus,

ex Etymologiis, non fuperest, recte accepisse τὸ ἄφλαστον, patet ex loco Biblioth. I, 9, 22 de Argo: vbi cf. Notam. Sunt ἄφλαστα eadem quae sup. I, 241 erant νηῶν ἄκρα κόρυμβα ad quem loc. vide Obff. — Τρωσὶ δὲ κέλευεν haud dubie ex more Ionico fuit pro vulgari δ' ἐκέλευε. Et eſt δὲ κέλευε in Ven. Vrat. b. fragm. Moſc. Tandem Koeppen interpungit poſt ἄφλαστον et iungit ἐπεὶ λάβεν. bene; niſi πρύμνηθεν iunctum eſſet, vt ſic eſſet πρύμνηθεν λάβεν ἄφλαστον. praeſtat adeo πρύμνηθεν λάβε ſc. νῆα.

718. Ϛ quod οἴσετε non eſt futurum, (poterat tamen eſſe futurum pro imperante) ſed a verbo οἴσω. Φέρετε. οἴσατε Harlei. ἅμα δ' ἄλλοι vn. Vindob. Tum αὐτὴν h. l. μάχην, non φωνήν.

719. πάντων — ἄξιον ἦμαρ. duplex eſt interpretatio: Sch. A. intelligit πάντα τὰ τολμηθέντα in Troianos. horum ἀξίαν ἀμοιβὴν παρέσχεν ἡμῖν ὁ Ζεὺς πρὸς τὸ ἑλεῖν τὰς ναῦς. At Sch. B. νῦν ἡμῖν ἀντὶ πάντων πόνων ἰσόῤῥοπον ἡμέραν ὁ Ζεὺς ἐχαρίσατο. Hoc et Euſtath. habet et Schol. Harlei. ἀντάξιον ἀντὶ πάντων ὧν ἐπάσχομεν. Quod tertium erat, πάντων ἡμάτων nemo veterum iunxit. At prius, Sch. A. eſt quoque in Sch. br. νῦν ὑμῖν ed. Rom. pro νῦν ἡμῖν. „γρ. ἔδωκας“ Barnes. Non varians lectio ſed importunum eius acumen!

720. θεῶν ἀέκητι et cum μολοῦσαι et cum πήματα θέσαν iungi poſſe, monet Sch. A. Quaerendum potius quid ſit θεῶν ἀέκητι, poteſt enim eſſe, diis fruſtra id agentibus vt prohiberent; aut non probantibus factum; aduerſantibus, ſucceſſum eripientibus: quod nunc ipſo euentu Hector patere putat: prouti priſcorum hominum ſenſus hoc ferebat. Alibi ad omina aduerſa refertur.

721. κακότητι γερόντων. ἀβουλίᾳ ait Sch. B. eſt Lat. *ignauia*, ab animo meticuloſo profecta cunctatio, tarditas et inertia.

722. οἵ μ' ἐθέλοντα μάχεσθαι ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσι. Ϛ „quod plene ſcribendum eſt ἐθέλοντα.“ Sch. A. (non

εἴ με θέλοντα, nam Homerum θέλειν ignorare saepe monitum est.)

ἐπὶ πρύμνῃσιν Ἀχαιῶν Townl.

724. „ἀλλ' εἰ δή ῥα τότ' *ac si tum reuera*" Clarke. τότε βλάπτε. Eustath. et placebat Ernestio.] Accedit Venetus, Townl. Vrat. b. d. vn. Vindob. Reposui ergo pro vulgato τότ' ἔβλαπτε.

De ἰσχανάασκω vs. antecedente 723. ex ἰσχανάω, cf. ad M, 38. Ψ, 300.

725. ἀνώγει tuetur Sch. A. nec necesse esse ἀνωγεῖ scribere, etsi ἠνώγεον occurrat H, 364 καί με τόδ' ἠνώγεον εἰπεῖν ἔπος." Fuit ergo ab aliis scriptum ἀνωγεῖ ex ἀνωγέω.

726. οἱ δ' ἄρα μᾶλλον ἐπ' Ἀργείοισιν ὄρουσαν. Est πάντες ἐπ' in Vrat. d. et vno Vindob.

728. ἀλλ' ἀνεχάζετο τυτθὸν, ὀϊόμενος θανέεσθαι. Ven. A. „τὸ ἑξῆς· ἀνεχάζετο τυτθὸν, θρῆνυν ἐφ' ἑ. οὕτως οὖν διορθωτέον." Secundum haec fuit ab aliis peccatum in interpunctione; et huius generis monita etiam ad διορθώσεις spectasse hinc apparet. — ὀϊόμενος μᾶλλον ἀποθανεῖν ἢ παραχωρήσειν Ἕκτορι Sch. B. male. nam οἰόμενος h. l. est *metuens*. vt sup. Δ, 12 ὀϊόμενον θανέεσθαι. et N, 283. Conuenit sententia cum vss. 699. 700.

729. θρῆνυν ἐφ' ἑπταπόδην, λίπε δ' ἴκρια νηὸς ἐΐσης. Varias interpretationes vocis θρῆνυς recitat Sch. A. cum Sch. br. et Schol. Mosc. veram hanc: τὰς καθέδρας τῶν ἐρετῶν. Et in Apollon. Lex. — καὶ ἡ μέση τῆς νεὼς καθέδρα. Nunc noua subiicitur interpretatio: ἡ ἐν τῷ πλοίῳ ἀπὸ (τοῦ) τοίχου ἐπὶ τοῖχον διάβασις, apposito hoc versu: in qua non vocis sententia, sed actio Hectoris exponitur. Sequitur tamen hoc Hesych. in θρῆνυν et θρῆνυς (pleniora apponit in ἐφ' ἑπταπόδην, ζυγὰ νεὼς ἢ θρόνον. leg. θράνον. Nam ὁ θράνος in transtris est.) Idem tamen etiam θρῆνυν per ὑποπόδιον reddit cum Etymol. Suida, et Athen. V, p. 192 E. quod ad alia loca spectasse putandum est: etsi gubernatoris sedili alii ὑποπόδιον adiunctum esse volebant; alii ipsam gubernatoris

ſedem; quod et ap. Euſtath. eſt; atqui is ſedebat in puppi.

θρῆνυν ἐφ' ἑπταπόδην. ἐφ' haud recte. ὑφ' occurrit ſcriptum in Apollon. l. c. Etymol. l. c. qui diſertus eſt in voc. θρῆνυς. Legitur quoque in eo ἑπταπόδα. Apollon. Lex. ἑπταπόδην. τηλικαύτην τῷ μεγέθει. οἷον, ἑπτὰ ποδῶν βάραθρον leg. βάθρον.

730. ἔνθ' ἄρ' ὅγ' ἑστήκει δεδοκημένος. „quod δεδοκημένος pro δοκεύων. ἐπιτηρῶν." Sch. A. hoc et Heſych. Etymol. et Apollon. Lex. ἐκδεχόμενος. ἐπιτηρῶν. Tam inſolens viſa forma δοκάομαι, cum tamen frequens ſit προςδοκάω.

ἑστήκει. recepi Ionicum: v. ad Δ, 329. M, 446 et alibi. ſicque h. l. Barocc. Vrat. d. fragm. Moſc. Lipſ. Ven. ἔνθ' ὅγε ἑστήκει vnus Vindob.

731. ὅςτις φέροι. φέρει Lipſ. Harlei. vn. Vindob.

Verſus 733. 4. repetiti ſaepius. v. modo 661.

735. ἠέ τινάς φαμεν εἶναι ἀοσσητῆρας ὀπίσσω. φαμὲν eſſe praeſens notat Sch. A. at φάμεν pro ἔφαμεν in Od. Δ, 664 φάμεν δέ οἱ ἐντελέεσθαι. leg. οὐ τελέεσθαι. Eſt autem φαμὲν pro ἆρα ἐλπίζομεν ἕξειν ἐπικούρους; vt quoque Sch. B. ἀοσσητῆρας. de voce v. ſup. 254.

736. ἠέ τι τεῖχος ἄρειον. locus *munitior*, quam caſtra noſtra vallo munita. Vt Ἄρειον, *Martius murus* ſit, male ex Jl. Δ, 407 vbi de Thebis, repetitur.

ὅ κ' ἀνδράσι λοιγὸν ἀμύναι. vn. Vindob. ἀμύνῃ.

737. οὐ μέν τις σχεδόν ἐστι πόλις. Ariſtarchus οὐ μέν τι. (vt ſit κατά τι. οὐδαμῶς.) Hoc habebat Mori. Townl. Vrat. d. at μέντοι Vrat. b.

738. ᾗ κ' ἀπαμυναίμεσθα. δι' ἧς ἀμυνοίμεθά τοὺς πολεμίους Sch. br. Poteſt ᾗ quoque eſſe ἐν ᾗ ἀπαμυνώμεσθ' vn. Vindob. ἐπαμυναίμεσθ' Harl. Lipſ. Vrat. b. d. A. ſenſu alieno: *nulla vrbs eſt in vicinia, cui opem feramus.*

ἑτεραλκέα δῆμον ἔχοντες. Vidimus iam ἑτεραλκέα νίκην quae robur addit alteri parti, h. e. superiorem eam pugna facit H, 26 ad quem locum v. V. L. Θ, 171. At h. l. est populus qui addit nouas vires, ἀλκὴν, alteris, h. e. victis, partibus. At Sch. B. ἑτέραν ἀλκὴν, aliud robur, ἡμῖν περιποιοῦντα. Et Sch. br. δυνάμενον ὄχλον ἐν μέρει — βοηθεῖν. Omnino τὴν ἀντιπαθῆ ἀλκὴν reddit Schol. Nicandri Ther. pr. hoc versu laudato. Koeppen iterum aliter: *aliis victis vincentem*.

739. ἀλλ' ἐν γὰρ Τρώων πεδίῳ. Sch. A. in alio: ὁμάδῳ minus bene ad loci sententiam.

740. πόντῳ κεκλιμένοι. προςηρηρεισμένοι καὶ προςανακείμενοι. Sch. A. *in extremo littore haerentes*. Dictum satis de voce ac sensu ad E, 356. 709 in situ locorum vergente ad certos fines. Monuit h. l. Ernesti non bene reddi, *mari admoti*, sed esse: *prope mare*: laudato Il. Π, 68. et Callimach. in Dian. 254. Scilicet est: *castra habentes in extremo littore*. Nam κλίνεσθαι, κεκλιμένον εἶναι, de situ et positu locorum prope ad alium locum dicitur. Sic Od. N, 234. 5. Δ, 607 vbi νήσων τις, αἵθ' ἁλὶ κεκλίαται in mari sitae sunt. Ita etiam habitare, vt ap. Sophocl. Trachin. 101. 2. an Hercules apud Gades commoratur: ἢ δισσαῖς ἀπείροις κλιθεὶς, pro γαίων. At veteres voluere esse pro ἐγκεκλεισμένοι. quod sane cum re ipsa conuenit, vere enim *mari inclusi* erant quod apud Virgil. Aen. X, 377 est: *maris magno claudit nos obice pontus. Deest iam terra fugae.* At non bene confunduntur κλίνεσθαι et κλείεσθαι. κεκλιμένος et κεκλεισμένος. v. mox ad Π, 68.

741. τῷ ἐν χερσὶ φόως, οὐ μειλιχίῃ πολέμοιο. „μειλιχίῃ tertio casu, est ab Aristarcho, vt iungatur cum superioribus οὐκ ἐν προςηνείᾳ, οὐδ' ἐν ἀργίᾳ, κεῖται ἡ τοῦ πολέμου σωτηρία. At Dionysius Thrax primo casu μειλιχίη scripserat, vt sit sententia absoluta. ἐν χερσὶ φόως. Οὐ μειλιχίη πολέμοιο. h. e. προςήνεια δὲ οὐκ ἔστι πολέμου. Ex his sua hausit Eustath. — Schol. B. aliquantum tur-

batus agnoſcit vtrumque cum Sch. br. Probamus haec: *διὸ ἐν τῷ μάχεσθαι ἡ σωτηρία, οὐχὶ ἐν τῷ μειλιχίους ἡμᾶς καὶ πράους εἶναι τοῖς πολεμίοις.* — Non tamen bene redditur *μειλιχίη* per *πραότητα, φιλανθρωπίαν,* ſed eſt h. l. *ῥαθυμία,* cum ceſſatur a pugnando, nec acriter ſatis reſiſtitur. Inf. Ω, 839 multos Achiuos Hector occidit: *οὐ γὰρ μείλιχος ἔσκε πατὴρ τεὸς ἐν δαῒ λυγρῇ.* In Heſychio *μειλιχίη, ἱκετεία,* ab eo, qui ſcripſerat, verba fuere ſic accepta: *non cum Troiano pax aut induciae. συμβάσεις.* quod et Bentl. vidit: qui comparat inf. Π, 630 *ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ.* ſed h. l. eſt: *pugna fit manu, non multum ſermonem faciendo.* Eſt quoque *μειλιχίη* ſcriptum in fragm. Moſc. ſed potuit iota ſubſcriptum neglectum eſſe, quod fit in libris ſexcenties. Ceterum interpungi quoque poteſt, *φόως, οὐ μειλιχίῃ, πολέμοιο,* vt *φῶς πολέμοιο* iungatur. — Tandem in verſus capite *Τῷν ἐν* Harlei. *τῷ* eſt *δι' ὅ, quamobrem.*

742. *ἔφετ' ἔγχει ὀξυόεντι. ἔφεπε* h. l. ſimpliciter de conatu feriendi. *ἔγχει ὀξυόεντι.* de epitheto v. ad E, 50. *ἔγχεϊ* vulgo, quod expunxi, ne hiatus inferatur: vt iam ſaepe factum: vt M, 117.

743. *ὅστις δὲ Τρώων κοίλῃς ἐπὶ νηυσὶ φέροιτο.* Ex vno Vindob. notatum eſt, *νηυσὶν ἄγοιτο.* „*κοίλας ἐπὶ νῆας ἄγοιτο*" Harlei. ed. Flor. Aldd. Turn. nec mutatum niſi e Romana per Stephanum: *κοίλῃς ἐπὶ νηυσὶ φέροιτο·* Euſtath. ait eſſe pro vulgari *πῦρ φέροι ἐπὶ τὰς νῆας.* Schol. Harlei. *ἐφέρετο τῇ εἱμαρμένῃ.* Sed aptius, inquit Clarke, intelligas: *virtute ſua* vel *hortatu Hectoris.* Quidni vocem ex ſuo vſu accipimus: *ἐπιφέρεσθαί τινι,* vt *ἐπέρχεσθαι. ἐπιέναι· ſi quis e Troianis ad naues accederet.* Sup. 626 erat *ἐπορούειν.*

744. *σὺν πυρὶ κηλείῳ χάριν Ἕκτορος ὀτρύναντος. πῦρ κήλειον* ſ. *κήλεον, torrem* ardentem, vidimus iam Θ, 217. *χάριν Ἕκτορος.* quod vulgo *Ἕκτορι χαριζόμενος. ὀτρύνοντος* fragm. Moſc.

745. τόνδ' Αἴας οὔτασκε, δεδεγμένος ἔγχεϊ μακρῷ. ὀξεϊ δουρί. inde a Turnebo e Romana. ὀξέϊ χαλκῷ Flor. et Aldd. ſicque Mori. vn. Vindob. „γρ. ἔγχεϊ μακρῷ·" Barnes. ſicque Harlei. Ven. Vrat. b. fragm. Moſc. et vn. Vindob. parum refert.

746. δώδεκα δὲ προπάροιθε νεῶν αὐτοσχεδὸν οὖτα. Primo pro δὲ Euſtath. legit δή. Et pro οὖτα „γρ. ἔκτα" Barnes (in aliis puto locis; non in hoc). οὔτα ed. Flor. et Aldd. ab οὐτάω Turn. vsque ad Steph. qui ex Romana οὖτα ab οὔτημι recepit: de quo v. ſup. ad Δ, 319. Varietas ſcripturae perpetua.

EXCVRSVS AD LIBRVM XV (O)

EXCVRSVS

de hiatu in Homericis

O, 247. τίς δὲ σὺ ἐσσὶ, Φέριστε θεῶν, ὅς μ' εἴρεαι οὕτως. In vtramque partem disputari poteſt, ſitne hoc cum ratione dictum σὺ ἐσσὶ, an librariorum vitio exciderit γ', τίς δὲ σύ γ' ἐσσί. Magnum iam verſuum numerum vidimus, in quibus de hiatibus monitum eſt. Ne videar aliquid temere aut pro imperio ſtatuere, vtar hac occaſione, vt, tanquam deverticulo capto, ea quae paſſim adſperſa ſunt, vno in loco paucis colligam; dummodo praeſatus fuero, habere me in his quoque auctorem, Bentleium, qui veſtigia mea firmaret, cum et ipſe verſus eiusmodi multos modo atro ſubleviſſet, modo correxiſſet. Ingenui hominis eſt dicere, per quem profecerit; interdum quoque obtrectantium ſtudia hac tanquam aegide retundere conſultum eſſe poteſt.

Veteres Homeri commentatores, cum omnino de prosodia tam parum diſerte et accurate egerint, de hiatu nihil, quod magnopere nos iuuet, tradiderunt. *)

*) Vniverſe quidem Euſtath. ad Jl. Π, 573 ἀτὰρ τότε γ' ἐσθλὸν ἀνεψιὸν ἐξεναρίξας p. 1076, 33 adſcripſit τὸ δὲ „ἀτὰρ τότε γ' ἐσθλὸν" δηλοῖ τῇ ἐπενθέσει τοῦ „γε" συνδέσμου, Φορτικὴν καὶ Ὁμήρῳ εἶναι τὴν σκληρὰν χασμῳδίαν. recte ſtatuens, hiatus duros Homero ingratos fuiſſe; ſubiicit tamen: εἰ καὶ ἄλλως αὐτῇ χαίρει, ὅτε χασμᾶται καίρια. Etſi idem alio loco p. 12, 8 fuiſſe ait, qui τὴν χασμῳδίαν, ἤτοι κεχηνυῖαν στίχου σύνδεσιν, μίαν εἶπον τῶν πέντε, ἢ ἕξ, κακιῶν τοῦ ἔπους. At ille omnino voce χασμᾷν, χάσμησις latius vtitur, etiam de iis, quae in hiatuum cenſum non veniunt, vt εω, Πηληιάδεω, ante Ἀχιλῆος.

Quae vero a metricis obſervata ſunt, non vbique ad poetas epicos referri poſſunt. Omnino autem omnis haec de hiatu disputatio ab aliorum poetarum vſibus eſt ſecludenda, et ad ſolum Homerum a nobis reuocatur; eum enim proprium aliquem vſum ſervaſſe paullo diligentius inquirenti facile patet.

Homerum quidem hiatus diligentiſſime euitaſſe nemo neget, qui vel aliquot centenos verſus legerit. Altera tamen ex parte multos hiatus relictos eſſe, non magis negari poteſt. Dicemusne id conſilio poetae factum? an ſeu apographorum et librariorum, ſeu grammaticorum vitio?

In multis vtique verſibus a corruptelis hiatus profecti ſunt, et magna verſuum pars ſanata eſt opera critica. Reſtant tamen vel ſic verſus, in quibus medela critica ſuppetere videtur nulla. Ingenioſe nuper vir doctiſſ. Hermann in praeclaro libro de Metris Graecorum, ad metrum et accentum, eoque ad aurium iudicium haec reuocauit; ad hoc tamen, cum tam lubricum et arbitrarium ſit, equidem non, niſi vbi aliud, quod opportunius ſit, afferri nequeat, confugiam. Conſtitit quoque mihi, magnam eorum verſuum, in quibus hiatum ex accentu tuitus eſt, partem eo tempore, quo conditi ſunt, nullos hiatus habuiſſe.

Equidem cum iam a triginta inde, et quod excurrit, annis ad hanc prosodiae partem offendiſſem, et in omnes me partes verterem, nec quidquam, quod omni ex parte ſatisfaceret, reperiſſem, quandoquidem certa, liquida et explorata, non ficta et properata, quaerebam, nonnulla tamen, quae liquere viderentur, animaduertere mihi viſus ſum: eaque haud pigebit communicare cum aliis, vt ad alia, forte certiora, deducantur.

Verum conſtituendum eſt ante omnia, qui ſint illi hiatus, de quibus hic quaeratur. Primum excludendi ſunt illi, non recte hiatus appellati, quando diphthongus, vel vocalis longa, quae et ipſa e binis breuibus

conſtare dicenda eſt, aliam vocalem ſeu diphthongum antecedit in fine vocis. Ea diphthongus modo corripitur; modo producitur, ſiue tonum habeat ex caeſura, ſiue eo vacet; ſic B, 231 ὃν κεν ἐγὼ δήσας ἀγάγω, ἢ ἄλλος Ἀχαιῶν. hic altero loco longa ſyllaba eſt ſine caeſura: ἢ ante ἄλλος, at — γω η — habet tonum. Ita in ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος nullus eſt hiatus proprie dictus. Veniunt in eundem cenſum vocales longae cum breui coaleſcentes ῃ ex HI. ῳ ex ΩI. item εω in Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. Poſſunt eaedem quoque diphthongi circumflexo notati eſſe, et tamen corripi, vt Ξ, 140 γηθεῖ ἐνὶ στήθεσσι. 309 νῦν δὲ σεῦ εἵνεκ' — Et quum breuis cum longa vocali coniuncta vocalem ſequentis vocis antecedit, vt Γ, 152 δενδρέῳ ἐφεζόμενοι. A, 15 χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Ita nec erunt pro hiatibus habendi verſus, quoties longa vocalis ex contractione duarum vocalium nata eſt: αὔδα ὅ τι φρονέεις. ex αὔδαε.

Hiatus proprie dictus habebitur, quando vocalis in fine vocabuli aliam vocem a vocali incipientem antecedit, nec eliſa eſt: vt Jl. A, 565 κάθησο ἐμῷ et 569 καί ῥ' ἀκέουσα καθῆστο ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ. Cum Graeci haud ſequantur morem Latinorum, vt eliſas vocales ſcribant, vt in *Ille ego;* tanto magis in oculos incurrunt hiatus in Graecis.

Eliduntur autem vocales ſiue acuantur ſiue non acuantur. De breuibus quidem, ε et ο, nemo dubitet; nec de α. Poſſit quaeri de ι et de υ. Si memineris v. c. Γ, 349 ἀσπίδι ἐν κρατερῇ qui verſus eadem ſcriptura repetitur P, 45. E, 465 ἐς τί ἔτι. Z, 343 οὔ τι ἐγώ. P, 583 Φαίνοπι Ἀσιάδῃ. Communi tamen vſu τὸ ι in fine elidi dubitare noli. E, 5 ἀστέρ' ὀπωρινῷ — 304 οἷοι νῦν βροτοί εἰσ', ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος, pro εἰσί. Ω, 26 οὐ δὲ Ποσειδάων' οὐδὲ γλαυκώπιδι κούρῃ. ἠδ' ἐν δαίθ', ὅτε περ — K, 277 χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθ' Ὀδυσεύς. (verſus, quem ad e. l. appoſui ex Euſtathio: ἀλλὰ τεὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον, Praxillae eſt, vt idem Eu-

ſtathius docet alio loco p. 12.) Quid quod vſu quoque communi eliditur in ἐπι, ſi compoſita reputes, ἐπέχω, ἐπέρχομαι.

At υ in fine vocis ante vocalem occurrere non memini, ita vt nec elidi nec hiatum facere dici poſſit. Nam A, 190 et alibi ὀξὺ ἐρυσσάμενος eſt ὀξὺ ϝερυσσάμενος. Docent et compoſita εὐρύαλος, εὐρυαγυῖα. Merito itaque dubites, recte ſe habere: τίς δὲ σὺ ἐσσί.

Iam hiatus ingratos habitos eſſe, docet vſus τοῦ ν in fine additi vocalibus ε et ι ante aliam vocem, quae et ipſa vocalem in capite habeat.

Videri poterat mollis Ionum ſenſus omnino ab hiatibus abhorruiſſe. Contrarium tamen colligas ex ſcriptore Ionico Herodoto, qui eas quoque particulas vel litteras neglexit, quae vocalibus interponi ſolent, ita vt nec ν interponatur. Facit hoc ipſum dubitationem, num antiquiſſimo vſu ν in Homericis appoſitum fuerit. Verum omnino Ioniſmum Homeri ex Herodoti Ioniſmo metiri haud licet. Ita quod toties occurrit, τε ἰδὲ, in melioribus ſcriptum τ' ἠδέ.

Ex iis locis, qui hiatum habere videntur, primo numerus longe maximus vitio librariorum et grammaticorum carminibus Homericis inſidet, partim iam ſublatus, partim e codd. aut ratione grammatica ſubtiliore tollendus.

Ita in iis ipſis vocibus quae in ι exeunt Il. Z, 343 ὥτι ἐγώ. fuit οὗτοι. Γ, 349 ἀσπίδι ἐν κρατερῇ, leg. ἀσπίδ' ἐνὶ κρ. v. Obſſ. et H, 272 ἀσπίδι ἐγχριμφθεὶς leg. ἀσπίδ' ἐνιχρ. O, 645 legebatur in veteribus ὑπ' ἀσπίδος ἄντυγι ἆλτο. quod meliores exhibuere ἀσπίδι πάλτο. Forte E, 465 ἐς τί ἔτι fuit ἐς τί τ' ἔτι vt inf. Σ, 6 ὤ μοι ἐγὼ, τί τ' ἄρ' αὖτε et Od. Ψ, 264 δαιμονίη, τί τ' ἄρ' αὖ με — Porro O, 247 τίς δὲ σὺ ἐσσὶ, φέριστε θεῶν. quidni fuiſſe credamus σύ γ' ἐσσί. vt ſaepe alibi: Ω, 290 ἀλλ' εὔχεο σύ γ' ἔπειτα. Z, 412 ἐπεὶ ἂν σύ γε πότμον ἐπί-

σπῇς. Itaque ſic quoque corrigendum erit Λ, 786 *πρεσβύτερος δὲ σὺ ἐσσί.*

Vitii illati cauſſae fuere plures; maxima haud dubie ignoratio digammi; quo ſeu extrito ſeu omiſſo cum magnus hiatuum numerus ſubnatus eſſet, eos poetam decere, pro arbitrio adhiberi ac cum laude frequentari credidiſſe videntur. Acceſſit omnino rei metricae incuria apud grammaticos Alexandrinos. Quis enim probet v. c. iudicium Ariſtarchi H, 452 legentis: *τοῦ δ' ἐπιλήσονται τὸ ἐγὼ καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων.* cum apertum ſit fuiſſe: *τό τ'* vel *ὅ τ' ἐγὼ καί.* tum multo liberius graſſata eſt librariorum ſocordia; quam vel in *ν ἐφελκυστικῷ* indocte modo interpoſito modo omiſſo agnoſcas.

Vitii cauſſae repertae ſolent medelam aperire. Magna itaque pars hiatuum digammo appoſito tollitur. Alia vitia tolluntur variis modis ex ipſa re ductis: quae in vnum locum conferre velle faſtidioſa res eſſet. Videnda ſunt de his ſingula loca. Quoties accedebat libri alicuius auctoritas, verba in ipſo carmine emendatius ſcribere haud dubitaui. Alibi ſola ratio grammatica, analogia et ſimilium exemplorum auctoritas ſuppetebat; in his locis ad Obſeruationes monita ſepoſui: quandoquidem bene intelligo, eum qui paullo pertinacior fuerit, in ſingulis fere locis puluerem mouere poſſe, et aliquid, quod reponat, in promtu habere. Ita mihi haud indulſi in interponendis particulis expletiuis, in quibus bene noui in vtramque facile partem peccari poſſe; v. c. in particula *γε* interponenda. Cum tamen eam innumeris locis inſertam videas, vbi bene omitti poterat, cur eam non temere excidiſſe putes, vbi, ea omiſſa, vitium illatum eſt? Sic Γ, 453 *οὐ μὲν γὰρ Φιλότητι γ' ἐκεύθανον.* cur non ſcriptum eſt *Φιλότητι ἐκεύθανον?* Scilicet ita hiabat oratio. Quid ni igitur in ſimilibus locis hoc *γ'*, ſi deſideratur, interponimus? Ergo N, 100 *δεινὸν ὃ οὔποτ' ἐγώ.* cur dubitem ſcriptum fuiſſe *δεινὸν ὅγ' οὔποτ' ἐγώ.* Et B, 107 pro *αὐτὰρ ὁ αὖτε, αὐτὰρ ὅγ' αὖτε.* ſicque laudat verſum Iulianus. Λ, 109 *Ἄντιφον αὖ παρὰ οὖς*

ἧλατε. cur non ausim reponere αὖτε παρ'. M, 311 pro κρέασιν τε ἰδὲ, quidni κρέασί τ' ἠδέ. in quo saepissime peccatum est, vt K, 573. Cum toties varient ἕκαστα et ἅπαντα, quidni scriptum esse putem διασκοπιᾶσθαι ἅπαντα K, 387. pro ἕκαστα. Verum singula persequi velle, infinitum esset.

In aliis locis caussa vitii erat exquisitior forma vocis: v. c. E, 538 πρὸ δὲ εἴσατο. fuit πρὸ δ' ἐείσατο. A, 532 εἰς ἅλα ἆλτο. fuit εἰς ἅλαδ' ἆλτο. Λ, 385 κέρα ἀγλαέ. meliores κέρᾳ. Interdum enim res reuocari potest ad contractionem, vt Δ, 345 ἔνθα φίλ', ὀπταλέα κρέα ἔδμεναι. hic κρέα est ex κρέατα, κρέεα. E, 221 ἐμῶν ὀχέων ἐπιβήσεο, ὄφρα ἴδηαι. hic est εο pronuntiando contrahendum in diphthongum. A, 276 ἀλλ' ἔα, ὥς οἱ πρῶτα. nam ἔα est ex ἔαε. sic et Θ, 399. Π, 731 et al. At B, 165 μηδὲ ἔα νῆας, fuit μηδέ τ' ἔα. sic et v. 181. et al. Contra littera geminata excidit P, 16 τῷ με ἔα κλέος ἐσθλόν. leg. τῷ μ' ἐάα κ. vti Od. Θ, 509 est ἢ ἐάαν μέγ' ἄγαλμα. Interdum corrupta lectio grammaticorum acumine, v. c. Θ, 378 γηθήσει προφανέντε ἀνά. vbi v. Obss.

Quae cum ita sint, vt in tam multis locis hiatus, ex ignoratione vel ex deprauatione natus, facile possit tolli: quoties hiatus occurrunt, ab Homerico more alieni, seriorum vero poetarum vsui consentanei: probabilis oritur suspicio, serius aut lectiones aut ipsos versus in Homerica illatos esse; quae quidem suspicio tanto grauior est, si versus alia quoque indicia serioris fabricae habet; quod saepe locum habet in versibus ad explendas sententias vel ad syntaxin ellipticam locupletandam attextis vel subiectis.

Post omnia haec supersunt loca, in quibus hiatus in eam versus partem seu sectionem incidit, in qua aut caesura adiuuat pronuntiantem, aut pronuntiatio subsistit, ipsa sententia id postulante. Hoc est illud genus, in quo Hermanni, viri acutissimi, doctrinam lubenter admittam. Huius generis alia sunt exempla, in quibus

hiatus eſt in *medio* verſu; vt A, 565 ἀλλ' ἀκέουσα κάθησο | ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ. 569 καί ῥ' ἀκέουσα καθῆστο | ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ. Γ, 376 κεινὴ δὲ τρυφάλεια | ἅμ' ἕσπετο. Ε, 270 τῶν οἱ ἓξ ἐγένοντο | ἐνὶ μεγάροισι γενέθλης. Et ſic porro Δ, 412. Ε, 343. 388. 424. Η, 31. 63. Ι, 57. 426. Κ, 285. Λ, 256. Ν, 821. Ξ, 154. 209. Ο, 402. 447. Π, 848 videndae ſunt ad e. l. Obſſ.

In aliis hiatus eſt in ſede quarta: A, 578 πατρὶ φίλῳ ἐπίηρα φέρειν Διΐ | ὄφρα μὴ αὖτε. Ι, 238 μαίνεται ἐκπάγλως πίσυνος Διΐ | οὐδέ τι τίει. Λ, 76 οἷσιν ἐνὶ μεγάροισι καθείατο, | ἧχι ἑκάστῳ. Sic Λ, 790. Ζ, 422. Ρ, 583 et al. Non tam commode, cum ſententia nondum finita ſit Θ, 66 ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξατο | ἱερὸν ἦμαρ.

Inter primum et ſecundum pedem: Ι, 247 ἀλλ' ἄνα, | εἰ μέμονάς γε. Ο, 227 ἔπλετο | ὅττι τάχιστα. Ρ, 583 Φαίνοπι | Ἀσιάδῃ.

Dixi iam ab initio, ab hac diſputatione ſeiunctos et excluſos eſſe ceteros poſt Homerum poetas; excepto Heſiodo, cui digammi vſum familiarem ac perpetuum eſſe, non minus quam Homero, ſuo loco videbimus. In hoc miratus ſum, hiatus, praeter eos, quos ignoratio digammi intulit, raro occurrere, et expeditam fere in his eſſe rationem. Lyricos autem et dramaticos, diuerſas carminis leges ſequentes, etiam in hiatus vſu ab Homero recedere, haud miraberis; mireris tamen hoc, quod, cum epicorum poetarum ratio ad Homericam omnino ſit compoſita, in hiatibus tamen illi multo licentius ſibi indulgent: vt difficile ſit reperire, quas leges ii ſibi hac in re conſtituerint. Si tamen ſatis acute video, a digammo mature ignorato prima fraudis ludibria proceſſerunt. Videbant Alexandrini poetae innumeros in Homericis carminibus extrito ſemel digammo e codicibus verſus, in quibus tanquam certo conſilio relictos hiatus animaduerterent; hos eosdem ſibi quoque ſeruandos eſſe putarunt; in aliis prorſus ſimilibus, nec tamen in Homero tam fre-

quentibus, ſibi ius ſuum relictum eſſe crediderunt, vt hiatum modo admitterent, modo deſererent. Verum de his diſertiora tradere licebit in iis, quae de digammi vſu disputabuntur. Sunt tamen praeter hos alii hiatus, quos partim ratione aliqua adhibitos, alios pro arbitrio receptos aut ſpretos, partim prano exemplo arreptos, nonnullos quoque librariorum vitio illatos dixeris. vt ap. Apollon. II, 338 ἄψοῤῥοι στέλλεσθε, ἐπεὶ πολὺ βέλτερον εἶξαι. vbi ex ed. Flor. Brunckius probat στέλλεσθαι. III, 561 ἐρητύεσθε ἀέθλων. vbi reponendum ἐρητύεσθαι. Rationem aſſequor nullam v. c. in his: Apollon. I, 778 γίνονται δέ τε ἠϊθέοιο. 881 ἄλλοτε ἄλλον. Callimachus Del. 284 χρυσέοιο ἀπ' οὔδεος. Verum in aliis ratio commode peti poteſt a numeris, a tono et caeſura: v. c. Apollon. IV, 801 ὡς δή τοι πέπρωτο | ἀμείνονα πατρὸς ἑοῖο. II, 957 ἔνθα δὲ Τρικκαίοιο | ἀγαυοῦ Δηϊμάχοιο. III, 807 Φάρμακα λέξασθαι θυμόφθορα | ὄφρα πάσαιτο. Minus commode I, 39 ἄμφω συμφορέονται ἀπόπροθι | εἰς ἓν Ἰόντες.

IN LIBRVM XVI. (Π) ILIADIS

VARIAE LECTIONES

ET OBSERVATIONES

Inſcriptio antiqua: ἡ Πατρόκλεια διὰ τὸ τὰ κατὰ Πάτροκλον ἱστορεῖν, vt Euſtath. adiicit. Debuit tamen nec minus liber ſequens ad eam referri.

1. Ὣς οἱ μέν. Interiectus verſus vt transitum faciat ad maiora: παράγραφον ἐνέβαλε τὸν στίχον ait Sch. B. vt ſaepe per ſimiles verſus: ὣς οἱ μὲν μάρναντο. ὣς ὁ μὲν ἐν κλισίῃσι. et al. (Sch. B. et Euſtath.) — Putes forte verſum melius ad ſuperioris libri calcem fuiſſe adiectum. Verum libros et alibi ſimile exordium habere videmus: vt Jl. I, 1. M, 1. Σ. 1. Υ, 1. Χ, 1. Ψ, 1. Od. Ζ, 1. Η, 1. Meo tamen iudicio rhapſodiae nouae initium melius factum eſſet infra poſt v. 123 vbi iam ad ſummum rerum cardinem adducta eſt narratio. Tum liber nouus foret: Ὣς τὴν μὲν πρύμνην πῦρ ἄμφεπεν.

ἐϋσσέλμοιο. De voce vidimus ad B,170 etſi hoc demum loco Scholion in eam habetur in A. B. Praeſtat interpretatio a transtris, ſeu aſſeribus, quibus remiges inſident, ducta. Vno ſibilo et h. l. ſcribunt εὐσέλμοιο Townl. Vrat. a. b.

3. κρήνη μελάνυδρος. βαθεῖα recte Schol. A. B. et Apollon. Lex. Vide ſup. ad I, 14. 15. vbi vterque verſus iam legebatur. Ibi et de αἰγίλιψ videndum. Adde dictis Suidam h. v.

7. τίπτε δεδάκρυσαι, Πατρόκλεις; ἠΰτε κούρη. Verſum adſcripſit Schol. Sophocl. Trachin. 1073 ad verba: ὥςτε παρθένος.

δεδάκρυσσαι, vitioſe, ignoratione prosodiae, plures, etiam Venetus.

Πατρόκλεις. „γρ. Πατρόκλεες." Barnes. Primitus ita ſcriptum fuiſſe non dubito ex Πατροκλέης. Sic Ἡρακλέης, ὦ Ἡράκλεες. Ἡράκλεις.

8. νηπίῃ; ἥθ' ἅμα μητρὶ θέουσ' ἀνελέσθαι ἀνώγει. Schol. B. (e Porphyrio ſuſpicor. vnde fere longiora eius Scholia tranſcripta eſſe video) ad *mulierculam pauperem* refert, feſtinantem vt opus faciat, vnde mercedem et victum ſibi paret. Eſt hoc aliunde aſſumtum; M, 435 ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἔληται. — ἀνώγει. Sch. br. παρεκελεύετο. ἐθέλει. qui prius adſcripſit, ἀνώγει acceperat pro ἠνάγει, ex ἀνωγέω. is qui alterum, ab ἀνώγω.

9. εἱανοῦ ἁπτομένη. ⊱ „quod ἑανὸς etiam eſt πέπλος, τὸ ἔνδυμα. Schol. A. Satis dicta ſunt de hac voce ad Γ, 385. εἱανοῦ, εὐδιαχύτου apud Heſych. ad h. l. referri non debebat. Porro notandum, quod h. l. ἑανὸς de εὐτελοῦς πέπλου, *pauperculae mulieris veſte*, dictum eſt. Et ἅπτεσθαι non modo eſt *attingere*, verum et *inhaerere*: ἐπισπωμένη.

καί τ' ἐσσυμένην κατερύκει. ἐσσυμένη, quod in Moſc. 2. a pr. m. eſt, legerat in ſuo Euſtathius; recte tamen addit γράφεται κάλλιον, ἐσσυμένην. Contra Apollon. Lex. voc. ἥψατο. πολλάκις Ὅμηρος χρῆται τῷ ἅψασθαι ἀντὶ τοῦ ἐπιλαβέσθαι. εἱανοῦ ἁπτομένην. quod emend. ἁπτομένη. Vulgata eſt quoque, vt ſolet, apud Plutarch. an ſeni ger. ſit resp. p. 792 F. vbi ſuauiter ad patriam refertur, officia debita a nobis poſtulantem praeſtanda: ſed ibi ſcribendum ἐσσύμενον.

10. προτιδέρκεται. Variat et h. l. ποτι et προτι. προςδέρκεται Zenodotus.

ὄφρα pro ἕως Schol. A. ἂν ἕληται Vrat. b. et vn. Vindob. etſi corrupte.

11. τέρεν κατὰ δάκρυον εἴβεις. Apud Heſych. κατὰ δάκρυα λείβεις. καταστενάζεις μετὰ δακρύων. κλαίεις. ita iſta ſunt interpungenda.

12. ἠέ τι etiam Ven. At Schol. A. vnus e grammaticis ἢ ἔτι. πιφαύσκεαι. προορᾷς. προσημαίνεις. Sch. A.

quid ni *ἐμφανίζεις*. *λέγεις*. vt alibi iam vidimus K, 502. 478. Sicque Schol. br. — *πιφάσκεαι* Mosc. 2. et Apollon. de Syntaxi p. 141, 20. quod et alibi occurrit. Ceterum *εἰρωνείαν* in his quaerunt Schol. A. quam copiose exponit Eustathius.

13. *ἠέ τιν' ἀγγελίην Φθίης ἐξ ἔκλυες οἶος*. Monet Sch. A. non esse iungenda *ἐξέκλυες*. quod e Romana illatum recte eiecit Wolf. secundum Ernesti, qui Ms. Lips. et edd. Flor. Ald. 1. laudabat. At omnes Aldd. *ἐξ ἔκλυες* habent; cum codd. Cant. Ven. Towul. al.

14. *Menoetius*, Patrocli pater, exul apud Peleum Phthiae agebat: vt supra Λ, 764 vidimus: vbi cf. Notam. Add. inf. Ψ, 85 sq. — *Peleus* autem (v. 15) Achille superstes fuisse passim traditur; vnde etiam a Tragicis v. c. in Andromache Euripidis, in scenam senex produci potuit.

16. *τῶν κε μάλ' ἀμφοτέρων ἀκαχοίμεθα τεθνειώτων*. *ἀκαχήμεθα* Vrat. A. cum vno Vindob. quod etiam est in Sch. br. additur tamen: *ὑπὲρ ὧν ἀμφοτέρων λυπηθείημεν ἄν*.

τεθνηώτων, *αἱ Ἀριστάρχου* Schol. A. sicque Cant. Mori. Vrat. A. vn. Vindob. v. ad Z, 71. 464.

17. *ἠὲ σύ γ' Ἀργείων ὀλοφύρεαι*. ⊱ „quod omissum *περὶ* ante *Ἀργείων*" Sch. A.

18. *ὑπερβασίης*. *τῆς παραβάσεως τοῦ δικαίου* Sch. A. Vox Homerica, quam iam vidimus Γ, 107. vbi proprie de periurio.

νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῇσιν. *ἔπι* intulerat Barnes. Verum grammatici in his ad epitheton referre iubent *ἐπὶ γλαφυρῇσιν*.

19. *ἵνα εἴδομεν*. non *εἰδῶμεν*. de quo v. ad A, 363. vbi idem versus iam lectus est, vt rescissam et ego. cf. Exc. II. ad lib. VII p. 404.

20. *τὸν δὲ — προσέφης*. ⊱ „vt notetur orationis conversio in compellatione *Πατρόκλεις ἱππεῦ*. Sch. A.

προσέφη ed. Rom. Barocc. Lips. Vrat. A. Ita vero et debebat esse *Πατροκλῆς ἱππεύς*. Vtrumque habet Vrat. d. *ἱππεὺς* vn. Vindob. At eadem forma alibi quoque occurrit; inf. 744.

21. Πηλέος υἱὲ, μ. Praefixum Πηλέως Sch. B. ficque Vrat. d. cum edd. Plutarchi de aud. poet. p. 35 D. Ferri posse et hoc et Πηλῆος, quod habet Harlei. profitetur Clarke. Praestat, puto, Πηλέος, vt fit duabus syllabis pronuntiandum. Argutias veterum dabit Eustath. ad Il. Z, p. 641, 35.

υἱὲ, μέγα φέρτατ' Ἀχαιῶν. Pro hoc υἱὲ δαὶ μέγα φ. Vrat. b. scilicet e glossa. Supplet mox Sch. B. μὴ νεμέσα δεδακρυμένῳ, κλαίοντί μοι. τοῖον γὰρ pro μέγα βιᾶται.

22. τοῖον γὰρ ἄχος βεβίηκεν Ἀχαιούς. Bentleius emendabat Ἀχαιῶν, quia fic ἄχος cum secundo casu frequentatur. Hoc idem tentabat K, 145 vbi idem versus occurrebat; ad quem locum vide. In nostro loco ne ferri quidem potest Ἀχαιῶν, quia iam alter versus in eam vocem exibat.

23. ὅσοι πάρος ἦσαν ἄριστοι. Bentl. reponit εἰσὶν, docte. Hoc enim Homericum. Sic O, 256 ὅς σε πάρος περ ῥύομαι. A, 553 καὶ λίην σε πάρος γ' οὔτ' εἴρομαι οὔτε μεταλλῶ. et saepe alibi, vt M, 346. 7. Ξ, 131. 2. P, 720. 1. Υ, 123. et οἳ πάρος εἰσὶν ἄριστοι Od. Θ, 36. fere vt Latinorum dudum: v. c. dudum adsum. Alterum defendas tamen per vf. 557. inf. h. l. οἷοί περ ἦτε μετ' ἀνδράσι, et hoc ipsum ὅσοι πάρος ἦσαν ἄριστοι Λ, 824. etsi potest et in his corruptum esse. Variat quoque lectio sup. Δ, 264. M, 347. Quid? quod N, 101. 2 occurrit: οἳ τὸ πάρος περ φυζακινῇς ἐλάφοισιν ἐοίκεσαν. Alioqui interpungi potest, sensu tamen paullulum mutato: πάντες, ὅσοι πάρος ἦσαν, ἄριστοι.

24. ἐν νηυσὶ κέαται βεβλημένοι, οὐτάμενοί τε. Σ. „propter syllepsin; nam alii βεβλημένοι eminus, alii οὐτάμενοι cominus." Centies hoc obseruatum.

25. Βέβληται μὲν ὁ Τυδείδης. Ita legebatur. Importunus erat articulus ὁ, ab vsu Homerico abhorrens. Monet Schol. A. Aristophanem edidisse βέβληται μὲν Τυδείδης. minus itaque subtilis in hoc fuit Aristarchi doctrina.

Quo exemplo non modo ad hunc locum, verum et ad alia emendanda inuitamur.

Mirantur grammatici, quod inter vulneratos *Machaon* non memoratur ap. Sch. A. Multo plura Sch. B. aut quem is exſcripſit, argutatur de ordine, quo vulnerati memorantur; et ex eodem fonte Euſtathius, aliqua etiam ex parte Sch. br. Mirari interdum licet conſenſum veterum in argutam aliquam obſeruatiunculam.

βέβλητο μὲν Vrat. A.

26. *Ὀδυσεὺς δουρικλυτός.* Codd. et h. l. *δουρὶ κλυτός.* v. ad B, 645.

28. *τοὺς μέν τ' ἰητροὶ* — ⊱ „quod hinc patet, praeter Podalirium et Machaonem alios quoque medicos in exercitu fuiſſe.“ Sch. A. ſaltem artis vulnera ſanandi peritos homines.

τοὺς μὲν ἰητροὶ ſine *τ'* Lipſ. Harl. Tum dubitari poteſt, an antiquius fuerit *ἀμφὶ πένονται.*

29. *ἕλκε' ἀκειόμενοι. σὺ δ' ἀμήχανος ἔπλευ, Ἀχιλλεῦ.* ⊱ „quod *ἀμήχανος* eſt, *πρὸς ὃν οὐκ ἔστι μηχανήσασθαι,* (etiam Sch. br.) non autem, *αὐτὸς μὴ δυνάμενος μηχανήσασθαι*“ Sch. A. Scilicet eſt *ἀπροσμάχητος,* adeoque *qui expugnari, flecti, nequit.* Dictum de his iam erat K, 167. cf. ad O, 14. N, 726.

ἀκειόμενοι. ἀκειάμενοι ed. Rom. et Turnebus. Etiam Vrat. A. et ipſe Venetus, ſi recte eſt expreſſus: quod tamen grammatice non expedio: niſi verbum fuit *ἀκέημι, ἀκέχμαι,* quod nusquam occurrit. At *ἀκειόμενος* etiam Od. Ξ, 383 occurrit et agnoſcunt illud Etymol. et Heſych. tum ipſe Apollon. Lex. *ἀκειόμενον, ἰώμενον καὶ ἐπισκευάζοντα* — *ἐπὶ μὲν τοῦ ἰώμενον· ἕλκε' ἀκειόμενον* corr. — *μενοι.*

30. *μὴ ἐμέ γοῦν οὗτός γε λάβοι χόλος, ὃν σὺ φυλάσσεις.* ⊱ „quod *χόλος* nunc pro *μῆνις*“ Sch. A. aut pro *κότος*· Euſtath. — vnde *φυλάσσεις,* retines.

μὴ — λάβοι. Lipſ. *λάβῃ,* quod et ipſum ferri poſſet, vt ſit prohibentis. Alterum eſt optantis: *μὴ τοῦτο θεὸς τελέσειεν* Od. Υ, 344. v. Excurſ. II. ad VIII. p.

405. — μή ἐμέ γ' οὖν Vrat. b. d. Mosc. b. vt sane proprie scribendum erat.

Ceterum forma loquendi μὴ ἐμὲ γοῦν λάβοι posthaec poetis in deliciis habita, etiam Romanis: *Ne mihi sit*: h. e. procul absit. Aliquoties sic Aratus et Virgilius, vt Ge. III, 436 *Ne mihi tum molles sub dio carpere somnos* etc. Ge. II, 252 *ah nimium ne sit mihi fertilis illa*. v. ad Georg. I, 456.

Potest duplici modo interpungi, vtroque bene: ἐν σὺ Φυλάσσεις, Αἰναρέτη. et post Φυλάσσεις. Αἰναρέτη, τί σευ. hoc Bentleius facit et Koeppen.

31. αἰναρέτη, τί σευ ἄλλος ὀνήσεται ὀψίγονός περ. „quod in voce αἰναρέτη laborant veteres. Sunt, qui αἶν' ἀρετῆς scribant, h. e. αἰνὲ, ἀρετῆς τίς — ὀνήσεται. (memorat quoque Eustath. αἶν' ἀρετῆς) probabilius tamen esse, si sit composita vox: αἰναρέτη, ἐπὶ κακῷ τὴν ἀρετὴν ἔχων.“ Haec Schol. A. et Victor. eadem fere Apollon. Lex. h. v. Et in hoc acquieuere alii. Etiam sic recitat Ammon. ad Categ. Aristot. Suidas in h. v. Schol. B. tamen, postquam memorauerat alios legere χόλος — αἰναρέτης, ὁ πολέμιος καὶ ἐχθρὸς τῇ ἀρετῇ, (meminit quoque hoc Eustath.) mox tamen praefert hoc, vt sit: εἰς αἰνὸν χρώμενε τῇ ἀρετῇ. εἰς ὄλεθρον, οὐκ εἰς σωτηρίαν. Haud disparia sunt in Lipf. Schol. Sequitur quoque hoc Apollon. in Lex. h. v. αἰναρέτης, ὁ ἐπὶ κακῷ τὴν ἀρετὴν κεκτημένος, adscripto ipso versu: αἰνὸν γὰρ τὸ δεινόν. Eum exscripsit Hesych. Add. Sch. br. et Etymol. qui ad Schol. Iliados prouocat. Verum est ea lacinia interpolatoris; nam fuere, qui argutarentur in h. v. fuisse casu recto dictum, ὁ αἰναρέτη. vt ὑψαγόρη Od. B, 85. cum tamen vtroque loco sit vocatiuus ab ὁ αἰναρέτης. ὑψαγόρης. Apud Hesych. occurrit quoque ἰνάρετος pro εἰνάρετος. ἱκανὸς, ἐνάρετος.

Ceterum αἰναρέτη est lectio Aristarchea, quod e Sch. B. et Sch. Lipf. discimus; idem ex Herodoro et Apione traditum ap. Eustath. Porro αἰναρέτα Barocc. Mori. Sed αἰναρέτη, vt ὦ ὑψαγόρη. μισογύνη.

τίς σευ ἄλλος vulgo lectum. Ita pronuntiandum erat τίς σευ 'λλος. synizesin vocant, vt iam Barnes et Clarke monuere. Atqui id durissimum. In Mori libro erat *τί σευ ἄλλος*, in quod vel sine libro incurras. Repudiat tamen Clarke; esse enim et ad sententiam et ad περ minus apte dictum. Quae equidem sensu haud percipio. Quid-ni bene dictum sit: *quodnam commodum capiet alius ex te post te futurus?* h. e. si eos, qui nunc viuunt, perire sinis, cui tandem proderit virtus tua? Nunc *τί σευ* repertum quoque in Veneto et Schol. A. Erat et in Ald. 1. (cum in Flor. fuisset *τίσσευ*) probatum quoque Bentleio.

Tandem mutaui interpunctionem, quod iam Bentleius et Koeppen fecerant; cum editum esset: *ὃν σὺ φυλάσσεις αἰναρέτη. τίς σευ —*

32. *αἴ κε μὴ Ἀργείοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς.* Barocc. *ἀμύνεις.* vn. Vindob. *ἀμύναις. ἀμύνῃ* auctor de poesi Homer. cf. Excurs. III ad lib. I.

33. 4. 5. *νηλεὲς, οὐκ ἄρα σοί γε.* Versus notissimi, et imitatione multorum et vsurpatione repetiti, vti ap. Plutarch. de adulat. et amic. discr. p. 67 A. et versus 34. in lib. de sollert. animal. p. 970 B. Et quis non meminerit Virgilianum: *Nec tibi Diua parens* — ad quod cf. Gellium XII, 1.

34. *γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα.* — „quod semel h. l. in Homero occurrit vox *θάλασσα* cum epitheto *γλαυκή*. Apud Hesiodum autem absolute *καί τοί σοι γλαυκὴν δυςπέμφελον.*" Sch. A. Attigit quoque hoc Eustathius *κατὰ τοὺς παλαιούς.*

δέ σ' ἔτικτε Cant. Mori. Lips. Mosc. b. Vrat. b. ed. Rom. Schol. Pindari Arg. Isthm. Tam parum illi curarunt Ionicam formam, quam poeta tuitus esse videri debet.

35. *πέτραι δ' ἠλίβατοι.* In Lips. *πέτρα δ' ἠλίβατος.* modo sit *πέτρη δ' ἠλίβατος*, non displicebat lectio Ernestio.

ὅτι τοι νέος ἐστὶν ἀπηνής. In codd. Plutarchi l. l. de adulat. eſt ἀτειρής. ſcilicet ex Γ, 60.

36. θεοπροπίην· ſcil. Achilli eſſe occumbendum ad Troiam; id quod a matre audierat Achilles; v. ad I, 410. add. P, 408. Σ, 8. quodque ille nunc ne euentum habeat, euitare velle videri poteſt.

Pro his aliena e Lycophrone appoſuere Schol. A. et. Sch. br. de Thetide infanti Achilli immortalitatem parante.

ἀλεείνῃς Harlei. vt ſaepe εἰ δὲ cum coniunctiuo.

Ceterum hos verſus decem 36—45 iam ſupra Λ, 793—802 ab interpolatore alieno loco illatos vidimus: conferenda tamen ſunt ad e. l. dicta. Miror h. l. non adſcriptum eſſe Veneto aſteriſcum ※.

38. ἀλλ' ἐμέ περ. „γρ. ἀλλά μέ περ" Barnes. ἀλλὰ ἐμὲ πρόες libri ap. Tho. Bentl. indocte.

39. ἤν πού τι φόως Δαναοῖσι γένωμαι. In Schol. ad Υ, 95 laudatur γενοίμην et Vrat. d. αἴ κέν τι φάος, cum vno Vindob. vt alibi occurrit, Θ, 282 αἴ κεν τι φάος Δαναοῖσι γένηαι.

40. δὸς δέ μοι ὤμοιιν. Suauiter hoc verſu vtitur Sophiſta, qui Polemonis ſuadelam ſibi optabat, ap. Philoſtr. Vit. Soph. I, 21, 8.

41. αἴκ' ἐμέ σοι ἴσκοντες ἀπόσχωνται πολέμοιο. „— quod ἴσκοντες idem eſt atque ἐΐσκοντες. ὁμοιοῦντες. ἔϊκτο δὲ θέσκελον αὐτῷ (Il. Ψ, 107. voluit adeo eſſe idem atque εἴκειν.) Notantur haec reſpectu ad iſta: Ἴσκεν ψεύδεα πολλὰ (Od. Τ, 203) quod volunt eſſe idem atque ἔλεγεν, non bene. Ptolemaeus Aſcalonita ἴσκοντες cenſebat eſſe factum ex εἴσκοντες per aphaereſin τοῦ ε, eaque melior opinio. At Ariſtarchus εἴσκοντες legebat." Haec Sch. A. Similia allata iam ſupra erant ad Λ, 798 vbi hi tres verſus legebantur cum ceteris inde a 793. vt paullo ante monui. Quanto melius erat dicere: eſſe plures formas: εἴκω, εἴσκω, ἴσκω, ἐΐσκω.

αἴ κέ μέ σοι Mori. Lipf. Mofc. b. Vrat. b. ed. Rom. qua de re modo dictum ad v. 38. · *ἀπόσχονται* Barocc. vitiofe. vt vn. Vindob. in vf. fequ. *ἀναπνεύσουσι*.

43. *ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο.* Varia ad h. l. vt iam Λ, 800 tentat Sch. B. vt fenfum eliquet et exprimat: l. vt fit: auxiliandum effe confeftim; parum temporis cunctationi fupereffe. l. *δι' ὀλίγου* differri poteft auxilium." Omnia contorte. Debebat fenfus effe: *vt faltem exigua fiat a pugna ceffatio:* (quod inf. 302 eft: *τυτθὸν ἀνέπνευσαν.*) ergo fubintelligendum *γένηται.* vt fere acceptum in Sch. br. nifi quod *ἐστὶ* fupplent, immo *εἴη* vel *ᾖ*. Clarke minus *ταυτολόγον* fore putat, fi vertas: *vel exiguum fane refpirandi fpatium in bello non erit inutile.* Vbi tamen haec in graecis habentur? Euftath. recitat *ἀνάπαυσις*, quod eft interpretamentum. Verfum effe ineptum commentum rhapfodi, iam fupra monitum eft ad Λ, 800 in loco hinc translato.

44. ⁜ (adde 45 ⁜) quod non recte haec a Neftore pronuntiantur." Sch. A. Scilicet fupra Λ, 801. 2. vbi iidem verfus a Neftore pronuntiantur. At noftro loco verfus agnofcit Apollon. Lex. in *ἀκμῆτες. ἀκοπίαστοι.*

45. *προτὶ ἄστυ.* Variat et h. l. *ποτὶ* et *προτί.*

46. *ὥς φάτο λισσόμενος, μέγα νήπιος. ἦ γὰρ ἔμελλε.* ⊱ „quod *ἔμελλεν* etiam h. l. non de tempore dictum, fed pro *ἐῴκει*." Sch. A.

In eodem notatur: poffe *μέγα νήπιος* feiungi ab antecedentibus, vt fit exclamatio. Bene Koeppen meminerat oraculi Croefo dati de filio ap. Herodot. I, 85.

47. *οἷ αὐτῷ θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα λιτέσθαι.* Erat in Mori. Vrat. b. d. A. *οἷ τ' αὐτῷ.* recte: *λιτέσθαι.* Pugnant grammatici, fitne acuendum *λίτεσθαι* an *λιτέσθαι.* Alterum hoc vfu receptum: (*ἡ πλείων παράδοσις*) vt in Aoriftis: *λιπέσθαι. πιθέσθαι. ἰδέσθαι. ἱκέσθαι.* At (Ptolemaeus) Afcalonita probante Schol. A. cenfebat effe *λίτεσθαι*, a *λίτομαι*, vt *λίσομαι* (Od. K, 526) et pro eo *λίσσομαι.* Repetunt fimilia Schol. B. Etymol. Euftath. Fundus fuit Herodianus. Eft quoque in Homero Od. Ξ,

406 Δία Κρονίωνα λιτοίμην. Apud Hefych. huc fpectat λιτέσθαι, παρακαλεῖν. In vno Vindob. per lapfum λίτεσθαι.

49. οἷον ἔειπες. Barocc. Mori. ἔειπας perpetua varietate. v, ad A, 106. 552.

50. ἥντινα οἶδα. Ariftarchea lectio erat εἴ τινα ap. Schol. A. et Lipf. quod hi accipiunt, quafi effet εἰ καὶ οἶδα (κἂν) quod fimplicius effet, fi forte noui tale vaticinium effe. norat enim Achilles hanc fortem, vt ex Jl. I, 410 conftare diximus.

51. οὔτε τί μοι πὰρ Ζηνὸς ἐπέφραδε πότνια μήτηρ. vulgari modo erat dicendum: οὔτε ἐμπάζομαι ἐκείνου, ὅ τι μοι. nec curo illud quod mater mihi edixit. Verum poeta fententiam inflexit: nihil mihi mater dixit, quod magnopere curem: οὔτε τί μοι ἐπέφραδε μήτηρ fcil. οὗ ἐμπαζοίμην ἄν. Clarke accipit: οὔτε τί μοι. „nempe nihil novi matrem dixiffe, nihil quod ipfum terrefaciat; nihil quod non iam pridem noffet Patroclus."

ὑπέφραδε vn. Vindob.

53. ὁππότε δὴ τὸν ὁμοῖον ἀνὴρ ἐθέλῃσιν ἀμέρσαι. „ἀμέρσαι. μέρους στερῆσαι" Sch. A. vt X, 58 μηδὲ — φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς. Eft mox ἀφελέσθαι. Supra N, 340 vidimus ἀμέρδειν de definito priuationis genere, fi quis privatur vifu ex fplendore: ὄσσε δ' ἄμερδεν αὐγὴ χαλκείη. vbi v. Obff. hoc loco generalior eft notio nec adiecto cafu, qui effet retrahendus ex vf. fequ. τοῦ γέραος, privare munere. nifi contendas ἀμέρδειν tandem generali notione adhibitum effe pro βλάπτειν, vt eft ap. Hefych. ἄμερδεν. ἠμαύρου. ἔβλαπτεν. fed haec ex contexto N, 340. — τὸν ὁμοῖον. pro τὸν ἴσον. ἐν ἴσῃ τιμῇ ὄντα.

54. ὅ τε. Sch. A. effe vel ὅτε pro ἐπεί. quod Euftath. amplectitur, male: vel pro ὅς τε. vt fit ὁππότ' ἀνὴρ, ὅς τε κρ. πρ. — προβεβήκει. Nihil h. l. mouet Clarke, faftidiofe fuam obferuationem fexcenties inculcans, cui hic verfus repugnat manifefte. Nam fi eft praeteritum a βάω, debet effe προβέβηκε. Jl. Z, 125 πολὺ προβέβηκας ἁπάντων h. e. ἀριστεύεις. et Ψ, 890 ἴδμεν γὰρ,

ὅσον προβέβηκας ἁπάντων. ſicque praefixum Schol. A. — προβέβηκε δὲ, προὔχει τῶν ἄλλων. κράτεϊ δὲ, τῇ ἀρχῇ, τῇ βασιλείᾳ. Sch. br. ἀξίᾳ τινὶ μείζονι. Eſt tamen etiam in Schol. iisdem et Sch. br. et Euſtath. προβεβήκει. At praeſtat quod Venetus in carmine ipſo habet προβεβήκῃ, vna cum Townl. *qui antecellat* vel antecelluerit.

55. αἰνὸν ἄχος τό μοι ἐστὶν, ἐπεὶ πάθον ἄλγεα θυμῷ. Ita vulgo interpungitur: „τό μοι. διό μοι. ἢ τοῦτό μοι.“ Sch. br. Alterum hoc verum. Sed in ſequ. ἐπεὶ πάθον ἄλγεα θυμῷ ſentio aliquid eſſe quod non bene cohaereat. *hic mihi dolor eſt, quod perpeſſus ſum dolores.* Diſtinguemus melius ſic: αἰνὸν ἄχος τό μοι ἐστίν. (h. e. τοῦτο. hoc mihi graui dolori eſt.) ἐπεὶ πάθον ἄλγεα θυμῷ, κούρην, ἣν — *Poſtquam multas aerumnas toleraueram,* (expeditione aduerſus Lyrneſſum et Theben ſuſcepta) *puellam quam e praeda abstuleram*, etc.

56. κούρην, ἣν ἄρα μοι γέρας ἔξελον. Recte Sch. B. „τὸ ἠθικὸν bene ſeruat, quod ad iram redit Achilles“ et in cumulandis iis, quae iniuriae factae magnitudinem declarant 57. 8. 9. cf. ſup. A, 161. 2. — ἄρα *vt noſti.* Clarke.

57. δουρὶ δ' ἐμῷ κτεάτισσα, πόλιν εὐτείχεα πέρσας. ⊱ „quod κτεάτισσα pro ἐκτησάμην. vt (Od. B, 102) πολλὰ κτεατίσσας.“ Sch. A. Notarunt quoque Sch. br. et al. Idem multis notat εὐτείχεα ſcribi, cum deberet eſſe εὐτειχέα. — Porro aliis in locis eſt ὁ καὶ ἡ εὐτείχεος. vnde et h. l. Tho. Bentl. in codd. reperit εὐτείχεον πέρσας. quod Townl. habet. Erat quoque in Lipſ. et Erneſti id praeferebat. Sic — χεον vna eſt ſyllaba.

58. Verſus non erat in Vrat. d. ſed lapſu librarii.

59. ⊱ „quod ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην eſt pro ἀτιμήτου μετανάστου.“ Sch. A. At Sch. B. et Lipſ. obſervant, Ariſtarchum ſcribere μεταναστὴν (quae ſcriptura erat in Lipſ.) et referre ad Briſeidem. Rectius tamen Herodianum dicere, eſſe caſum quartum.“ Adeone obliti erant hemiſtichium hoc occurriſſe iam I, 644 ὅς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμη-

τον μετανάστην. Porro non viderunt supplendum esse εἵλετο αὐτήν με, ὡσεί τινα, cum sit ἀφελέσθαι τινά τι. Inquilini autem μέτοικοι, φυγάδες, contemtui erant, quia vt plurimum improbitatis suae caussa patria carebant. — Iam secundum haec omnia versus interpolatricem manum sapit. Incluserat quoque vncis Bentl.

60. ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν. ⊱ „quod ἐάσομεν pro ἐάσωμεν.“ Sch. A. ad T, 65. Schol. B. ita explicat: *cogitemus haec olim euenisse, non nunc:* προγενέσθαι αὐτὰ λογισώμεθα, καὶ μὴ νῦν εἶναι. At est ἐάσομεν, mittamus, non cogitemus. Tum προτετύχθαι puto dictum pro προτετυγμένα. προγεγενημένα, *praeterita ne repetam.* Versus iteratur inf. Σ, 112. T, 65. Recitat quoque eum Schol. Aeschyli Prometh. 261. ad verba: ἀλλὰ ταῦτα μὲν μεθῶμεν. et Cicero ad Att. VII, 1. et X, 12.

οὐδ' ἄρα πως ἦν dignum erat quod a Barnesio receptum retineretur: cum sit et per se accommodatius, ὥπως, nullo modo, et auctoritatem habeat vetustiorum Cant. Mori. Ven. Townl. Lips. Harl. Vrat. A. Ita quoque Eustath. legerat. Pro eo inde a Flor. Aldd. editum οὐδ' ἄρα περ ἦν. Hoc ἦν est pro ἐστίν, ἔξεστι, χρή, καλόν ἐστι. Minus bene Schol. br. δυνατὸν ἦν. potius εἰκός ἐστι.

61. ἤτοι ἔφην γε. ⊱ „quod ἔφην γε pro διενοήθην“ Sch. br. διελογισάμην. ἀσπερχὲς κεχολῶσθαι ἐνὶ φρεσίν. ἀδιαλείπτως. ἄγαν ἐπιτεταμένως. ἀμεταβλητί. Sch. B. v. ad Δ, 32.

62. οὐ πρὶν μηνιθμὸν καταπαυσέμεν, ἀλλ' ὁπόταν δὴ —. ⊱ Excidit Scholion; quod suspicor monuisse, ἀλλ' ὁπόταν δὴ esse πρὶν ἢ ὅταν. — ὁπόταν δὴ *quando demum.* Clarke. καταπαυσέμεν' Lips.

66. εἰ δὴ κυάνεον Τρώων νέφος ἀμφιβέβηκε. „εἰ δὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, ὡς φῄς. γρ. καὶ ᾗ δή. vt sit ἐν ᾧ τόπῳ. Sch. B. Lips. et Sch. br. nec male hoc, puto. Τρώων νέφος. vt iam Δ, 274. nihil amplius. νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε sed alio sensu Od. M, 74. 75.

68. *οἱ δὲ ῥηγμῖνι θαλάσσης κεκλίαται. προςανακεῖνται* (hoc recte. Et Schol. br. *παρακέκλινται*) *καὶ περικλείονται τῆς θαλάσσης τῷ αἰγιαλῷ*" Schol. A. Subiicitur Scholion antiqui grammatici (quod ad Jl. X, 1 apponunt Schol. Leid. Schol. Vat. et Schol. Ven. B.) quo multis locis annumeratis probatum ille it, *κλίνεσθαι* eſſe *περιέχεσθαι* et *κλίσιν* Homero eſſe omnem *περιοχήν*. Sane is ſenſus vt modo ad O, 740 vidimus, pluribus locis acmodatus eſt, verum ex re, non grammatice ex verbi vi; et confunduntur temere *κλίνεσθαι* et *κλείεσθαι*, tanquam h. l. quoque *κεκλίαται*, ſeu *κέκλινται*, eſſe putarunt pro *κέκλεινται*. Dictum iam de his ſup. ad E, 356 et 709.

69. *Τρώων δὲ πόλις ἐπὶ πᾶσα βέβηκε*. h. e. *πολῖται. πλῆθος*. Sch. A. B. Sch. br. Etymol. in *πόλις*. *βεβήκει* Harlei. male cum Vrat. d. A. v. modo ad vſ. 54.

70. *θάρσυνος. οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον*. ⟜ „quod *θάρσυνος* pro *τεθαρσηκυῖα*." Sch. A. atqui vox iam lecta eſt N, 823. — *λεύσουσι* vno ſibilo et h. l. Townl. al. et inf. 127. Eſt praeſens pro futuro.

κόρυθος μέτωπον hoc vno loco de anteriore parte galeae occurrit. *μετώπῳ* duali verſum laudant Sch. br. ad Jl. Z, 10. At vulgatum retinet Plutarch. qui vſſ. laudat *de ſui laude*. p. 541 D. vbi ex hoc verſu tuetur iuſtam ſui commendationem et laudem ſi cum obtrectatoribus res ſit, exemplo Achillis, qui moderate loquebatur A, 128 *αἴκε πόθι Ζεὺς δῶσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι*, tum *παῤῥησιάζει* I, 328 *δώδεκα γὰρ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων*. nunc autem *μεγαληγορεῖ* virtutis conſcientia.

71. *ἐναύλους*. Sch. A. tacet. At Sch. B. *ἔναυλοι, τὰ ἐν ὄρεσι κοιλώματα. οἱ δὲ ἐπαύλους*, (non quaſi ita legerint; verum ita interpretantur) *τοὺς περὶ τάφρον τόπους, ἔνθα ἐστρατοπεδεύοντο οἱ Τρῶες* (ergo *ἔπαυλος* quaſi *ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς*, ſ. *κοιλώμασι*. Aliter ap. Heſych. *ἐπαύλους. ἐπαύλεις, μάνδρας*. ſc. ab *αὐλή*. Idem tamen etiam *ἔπαυλος. ἐπίσκιος. ἔνοικος. χάραδρα*.) *οἱ δὲ τοὺς ἀγρούς*. (adeoque *ἐπαύλεις*) *οἱ δὲ στενὰς διώρυχας*. (quod et Sch. br.

habent) ἔναυλος γὰρ πᾶν τὸ στενὸν καὶ βαθὺ, καὶ ἐπίμηκες. Haec Sch. B. Delibauit ex iis nonnulla Euſtath. Verius ex his eſt id quod primo loco poſitum erat: ἔναυλοι ſunt partes ſoli excauatae, ſeu foſſae ſeu fauces montium. Sic iam Apollon. Lex. ἔναυλοι. οἱ ἀπὸ τῶν χειμάῤῥων ποταμοὶ καταῤῥάσσοντες. Quae ſubiiciuntur, vix omnia ab eadem manu ſunt: ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς αὐλῶσι (*conuallibus, locorum anguſtiis;* atqui αὐλῶν ab αὐλὸς ductus eſt, qui omne *cauum oblongum* deſignat, non hic ab αὐλὼν) γίνεσθαι τὰς καταφοράς. αὐλῶνες δὲ οἱ ἐπιμήκεις καὶ κοῖλοι τόποι. τοῦτ᾽ ἔστιν, οἱ εἰς μακρὸν καὶ στενὸν διήκοντες ποταμοί. Ex Apollonio ſua habet Heſych. in ἔναυλοι. et conſtituendus hinc Etymologus, in quo aliena admixta: recte haec: σημαίνει δὲ καὶ ῥοῦν καὶ χαράδραν καὶ χειμάῤῥουν. — καὶ ἐναύλους τοὺς χειμερινοὺς τόπους (f. ποταμοὺς, vt Horatio *flumen hibernum*, et ſic eſt ap. Suidam, ap. Heſych. τοὺς χειμάῤῥους ποταμούς, vel τοὺς περὶ χειμάῤῥους τόπους) παρὰ τὸ ἐπιμήκεις εἶναι ὡς αὐλούς — Mirum eſt, de hac voce quaeri in Homero, cum aliquoties occurrat ſenſu ac vi ſatis definita: Φ, 283 Achilles in Scamandro deprehenſus videt ſe periturum eſſe ὥς παῖδα συφορβὸν, ὅν ῥα τ᾽ ἔναυλος ἀποέρσει χειμῶνι περῶντα. eſſe *torrentem*, in locis conuallofis ſeu terris aſperis auctum imbribus hibernis. Sic iterum ibid. 312 ſunt *torrentes:* πάντας δ᾽ ὀρόθυνον ἐναύλους. Hinc omnino pro *conualle per quam tales torrentes* decurrunt, in Hymnis Homericis, vt in Ven. 74 ferae coeunt κατὰ σκιόεντας ἐναύλους. item 124. et iunguntur οὔρεα τ᾽ ἠχήεντα καὶ ὑλήεντες ἔναυλοι XII, 5. add. XXIV, 8. Sicque Apollon. Rh. I, 1226 αἱ μὲν, Nymphae, ὅσαι σκοπιὰς ὀρέων λάχον ἢ καὶ ἐναύλους vbi male Schol. τὰ σπήλαια νῦν. immo ſunt *conualles.* Tales *torrentes et conualles* confragoſas ipſe poeta deſcripſerat ſup. Δ, 452. et Λ, 492. E, 87 ſq. Hic tamen vix alius ſignificatus locum habet, quam vt ſint foſſae camporum. Ne ſint ipſi amnes, Simois et Scamander, quo ſenſu Koeppen accipiebat, cum ipſa re repugnat vis et vſus vocis. Ceterum Schol. br. et

alii praeludi volunt h. l. iis: quae infra Φ, 15 ſq. de Achille memorantur; nimis argute.

73. εἴ μοι — ἤπια εἰδείη. Bene Sch. B. καλῶς εἶπε τὸ εὐνοεῖν. Nam Agamemnon animo *infeſto* iniuriam fecerat: ἀπηνής. v. Not. Schol. br. reddunt ἤπιος per προςηνής, mitis. At haec notio ab h. l. eſt aliena. Niſi μοι appoſitum eſſet, poſſet quoque eſſe *prudentem eſſe, ſapere.* Sed de voluntate et beneuolentia etiam ſup. Δ, 360. 1.

νῦν δὲ στρατὸν ἀμφιμάχονται. malim ἀμφὶ ſeiunctim, ἀμφὶ μάχονται. στρατὸν, h. l. pro τὸ στρατόπεδον, vt K, 76.

74. οὐ γὰρ Τυδείδεω Διομήδεος — ⊱ „quod videtur audiiſſe Diomedis dicta poſt legationem" (ſup. I, 692 ſq.) Eadem Sch. B. et e Porphyrio ad v. 76. it. Sch. br. Ineptae argutiae! audierat Achilles ex ipſo Patroclo v. 25.

75. Δαναῶν ἄπο λοιγὸν ἀμῦναι. Sch. A. iubet ἀπὸ ſcribere non ἄπο. Iungenda enim eſſe ἀπαμῦναι. Sic et v. 80. Sane vtrumque recte.

76. οὐδέ πω Ἀτρείδεω ὀπὸς ἔκλυον αὐδήσαντος. ἔπος ἔκλυον nonnulli ap. Sch. A. Mirum in modum argutantur Schol. cum Porphyrio: cur Agamemnonis vox non audiatur. Atqui voce vtebatur tanquam dux; iam autem vulneratus erat; idque Achilles e Patroclo audierat ſup. v. 26. Prodierat quidem ille in pugnam, ſed non imperaturus, verum, vt animos Achiuorum confirmaret hortatu ſuo, v. Ξ, 128 ſq. 379 ſq.

77. Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο. Inde Horat. Epod. XVII *Hectorem homicidam* dixit. At „vim graecae dictionis vix aſſequitur ſermo Romanus" ait Clarke. Mirum acumen! doceri velim, quid interſit.

78. (Ἕκτορος ὄψ) Τρωσὶ κελεύοντος περιάγνυται Apollon. Lex. περικατακλᾶται, καὶ οἷον περιέρχεται. et ex eo Heſych. περιῤῥήγνυται, ἐξ οὗ, περιηχεῖ. Scilicet proprie vox repercuſſa dicitur frangi. Villoiſon ad Apollon. l. l. laudat verſum ex Sc. Herc. 279 περὶ δέ σφισιν ἄγνυτο ἠχώ. et iterum ibid. 348.

79. *οἱ δ' ἀλαλητῷ πᾶν πεδίον κατέχουσι.* proprie Troianorum clamor totum campum peruadit, per campum obtinet; tum et Troiani clamore. Eurip. Alceſt. 344 *Μοῦσάν τ' ἢ κατεῖχ' ἐμοὺς δόμους.*

81. *μὴ δὴ πυρὸς αἰθομένοιο.* ⊱ „quod *αἰθομένοιο* pro *αἴθοντος.* et quod deeſt *ὑπὸ* ad *πυρός.*“ Schol. A.

In *ἔμπεσ' ἐπικρατέως* tanquam inſolentior notatur vſus imperatiui *ἔμπεσε.*

82. *νῆας ἐνιπρήσωσι, φίλον δ' ἀπὸ νόστον ἕλωνται.* Barnes: „*γρ. νόστον ὄλωνται*“ neſcio vnde; ſuſpicor ex ſtudio variandi. Pergit idem: „Huc omnino videtur addendus eſſe ille verſus: *τοὺς ἄλλους ἐνάριζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας,* qui laudatur a Diogene Laert. VI, 63. a Diogene *παρῳδούμενος,* ad eum qui ſymbolam ab eo petebat, *τοὺς ἄλλους ἐράνιζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.* Clarke etiam *δέκτορος* a Diogene pronuntiatum eſſe putabat, forte vt mendicum declaret *ὁ δέκτωρ,* alias *δέκτης.* An Homericus verſus ſit, omnino dubito. Recte Clarke monuit, parum huic loco verſum conuenire.

83. *πείθεο δ', ὥς τοι ἐγὼ μύθου τέλος ἐν φρεσὶ θείω.* Multa inepte argutatur Schol. B. haud dubie cum Porphyrio, ſuper cauſſis, cur Achilles Patroclum a rerum ſumma exſequenda retineat. v. Notas ad 49. 80. 84.

84. 85. 86. poſſunt et cum antecedentibus iungi, et cum ſequentibus. Prius vulgo receptum; praeſtat alterum; *πείθεο — θείω. ὡς ἄν μοι — δῶρα πόρωσιν· ἐκ νηῶν ἐλάσας ἰέναι πάλιν* (*μέμνησο*) vt mihi gloria rei geſtae imputetur, tu Troianis a vallo depulſis, ſtatim redi.

84. *ὡς ἄν μοι — κῦδος ἄρηαι.* Erat hoc in edd. Flor. Aldd. mutatum e Romana et Euſtathio a Turnebo et Steph. in *ἄροιο,* quod et ipſum bene ſe haberet Homerico more; hoc tamen loco *ἄρηαι* tuentur codd. Barocc. Mori. Harl. Vrat. b. A. Moſc. b. vn. Vindob. Lipſ. Ven. et ſequitur *ἀπονάσσωσι* et *πόρωσι.*

85. *ἀτὰρ οἱ* recte ſic ſcribere iubet Schol. B. at Schol. A. *ἀτάρ οἱ,* vt et editur; cum vitio metri, nam ſic eſſet *ἀταρ ϝοι, ἀτὰρ αὐτῷ.* Eſt *ἀτὰρ* ſimpl. copula, pro *καί.*

86. κούρην ἂψ ἀπονάσσωσι. „εἰς τοὐπίσω ἀποκαταστασήσουσι, ἀποδώσουσι" per futura. Schol. A. br. et Etymol. eo, vnde abduxerant, reducant. Sane ἀπονάω, et ἀπονάσσω (nam eſt νάω, ναίω, νάσσω) facio aliquem alio loco habitare, vnde B, 629 Δουλίχιόν δ' ἀπενάσσατο. conceſſit, vt μετανάω. inde μετανάστης ſup. 59. In Lipſ. eſt ἀπονάσωσι. Mori corrupte ἀπανύσωσι.

87. ἐκ νηῶν ἐλάσας, ἰέναι πάλιν ſc. μέμνησο. Etſi poſſit iungi cum vſ. 83. πείθεο — ἰέναι πάλιν. Vrat. d interponit δὲ, ἐκ νηῶν δ' ἐλάσας, l. Ita altera iunctura verborum erit adoptanda.

εἰ δέ κεν αὖ τοι. εἰ δέ κεν αὖτε Barocc. Mori. Vrat. b. d. Moſc. 2. vn. Vindob.

89. & 90. quia Zenodotus ſublatis his duobus verſibus ediderat μή σύ γ' ἀγαλλόμενος, eſſe tamen verſus neceſſarios; nolle enim Achillem ἀτιμᾶσθαι Patroclo rem feliciter gerente, ſcil. ita, vt hoc ipſo eleuetur Achillis dignitas. Sch. A. (Si tamen verſus abſint, nemo eos deſideret) In Schol. Exc. Barneſii adſcriptus erat locus Pindari de Patroclo perpetuo παραστάτῃ Achillis Ol. IX, 115.

In Apoll. Lex. λιλαίεσθαι. προθυμεῖσθαι ad h. v. pertinet.

μή σύ γ' ἄνευθεν ἐμεῖο — Erat ἐμοῖο in Schol. Pindari Ol. IX, 115 ſolenni vitio, quod Apollon. de Syntaxi redarguit.

90. ἀτιμότερον δέ με θήσεις. Eſſe debuit olim δ' ἐμὲ, nam Sch. A. memorat Ptolemaeum Aſcalonitam δε με ſcripſiſſe et quidem enclitice δέ με, cum nulla ſit oppoſitio alterius. καὶ οὕτως ἔχει ἡ ἀμείνων ἀνάγνωσις; eſſe porro δὲ pro γάρ." niſi iungas cum μή, vt ſit μηδὲ — θήσεις με ἀτιμότερον pro μηδὲ ποιήσῃς ἐμὲ ἄτιμον. Videtur tamen potior iſta ratio, vt interpoſita ſit propoſitio — Laudat verſus 89. 90 Schol. Pindari Ol. IX, 115 vbi eſt ἀτιμότερον δέ με θήσῃς. — θείῃς eſt in Townl.

91. μήτ' ἐπαγαλλόμενος πολέμῳ — Vtitur verſu Erotian. Lex. Hippocrat. vt doceat: ἀγάλλεσθαι eſſe γαυριᾷν.

92. προτὶ Ἴλιον ἡγεμονεύειν. „Zenodotus: προτὶ Ἴλιον αἰπὺ νέεσθαι. Sch. A.

93. ⸓ (94. 95. 96. ⸓) „quia Zenodotus quatuor versibus sublatis scripserat: μή σ' ἀπογυμνωθέντα λάβῃ κορυθαίολος Ἕκτωρ. versus exilis cum compositione tum sententia." Sch. A. — Recte ille in hoc; verum non acuto sensu opus est ad subodorandum, pannum assutum esse totum locum VIII versuum inde a 93—100. Nam nullo modo Achilles diuinare poterat id quod de Apolline mox poeta narraturus est in Patroclum infesto. Prorsus autem aliena et nexu carentia illa: Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ.

94. μή τις θεῶν — ἐμβήῃ „ἐμποδὼν στῇ. ἐναντίως σοι τῇ βάσει χρήσεται ἤτοι ἐναντιωθῇ σοι εἰς πάλην" Sch. B. κατέλθοι. ὅ ἐστιν, ἐμποδὼν στῇ. ἐμποδίσῃ, Schol. br. In Apollon. Lex. ἐμβήῃ. ἐμβῇ. hoc versu subiecto, nec alia adiecta interpretatione. Hesych. ἐμβείῃ (em. ἐμβήῃ vt στήῃ. φήῃ cf. Eustath. At Bentl. em. ἐμβαίῃ) ἐμβῇ. ἐμποδίσῃ. χωρήσῃ. (sc. ex aduerso.) Alia forma ibid. est ἐμβαίῃ, ἐμποδὼν γένηται· ἐναντιωθῇ. Alii scribebant ἐμβήῃ sicque ipse Apollon. Lex. h. v. de quo v. ad E, 598. Sufficit hoc, ἐμβῆναι, ab ἔμβημι, de *incursu* vehementiore dictum esse, vt inf. Ψ, 403 Antilochus equos increpat: ἔμβητον, καὶ σφῶϊ τιταίνετον ὅττι τάχιστα. Comparat Eustath. cum ἐμπεσεῖν. ἐνάλλεσθαι. et Sophocleum laudat: οὐ γάρ θανόντι καὶ προσεμβῆναί σε χρή. (Ai. 1348.) —

95. πάλιν τρωπᾶσθαι erat editum. τροπάασθαι Ven. c. Schol. Lips. Mori. Harl. Vrat. b. A. Vtrumque Eustath. apponit. v. ad O, 666. Respicit hunc versum glossa Hesych. παλιντρωπάασθαι εἰς τοὐπίσω τρέπεσθαι hinc emendanda, et ex Apollon. Lex h. v. Monet Sch. A. Niciam iunctim scripsisse παλιντροπάασθαι, Apollodorum seiunctim: cui se accedere; idque se iam docuisse ad A, 59. παλιμπλαγχθέντας, quod melius scriberetur πάλιν πλαγχθέντας. Iterum φάος pro σωτηρία. ἐπειδὰν σώσῃς τὰς νῆας. Schol. br.

96. ἐπὴν φάος ἐν νήεσσι θήῃς. Erat θείῃς. In antiquis codd. fuisse θήῃς testatur Eustath. p. 1047, 30. Sic-

que Cant. Ven. Lipf. Townl. feu θῄῃς vt modo 94 ἐμβῄῃ. ficque Vrat. d. etiam θῄῃς vt Mofc. 2 et vn. Vindob. Dictum iam eft de his fup. ad E, 598. θείῃς a θείην poft ἐπεὰν locum non habet. A θῶ eft θῇς. θήῃς. Scilicet fuit a θέω, θέῃς, θείῃς, θήῃς. At θήῃς nihili eft. Igitur repofui θήῃς.

τούςδε δ' ἐᾶν πεδίον καταδηριάασθαι. τούςδε τ' ἐᾶν Barocc. Mori. Harl. κάτα δηριάασθαι Mofc. 2. Barnes e Sch. br. in quibus eft praefixum tantum δηριάασθαι. quod fane et ipfe antiquius effe puto. Sic eft πεδίον κάτα μέρμερα ῥέζειν Φ, 217. Porro τούςδε δ' ἔα Flor. Aldd. vsque ad Turnebum, qui correxit ex ed. Rom.

97. 98. 99. 100. — Ἀθετοῦνται στίχοι τέσσαρες, tanquam fcripti ab aliquo, qui de amore Achillis in Patroclum cogitabat; quia is amantium fenfus eft, vt foli fuperftites effe velint: πάντες ἀπόλοιντο, πλὴν ἡμῶν. Sch. A. Paria repetit Euftath. fecundum παλαιούς τινας. ipfe tamen iudicium grammaticorum in damnandis verfibus haud probat, cumque eo Clarke. Confunduntur in his iudiciis duo inter fe diuerfa genera reprehenfionis; alterum eft, fi poetam non recte fenfiffe ac dixiffe pronuntiamus, etfi vere ab eo illa dicta effe haud inficiamur; aliud eft criticum iudicium, cum profitemur, hanc vel illam fententiam aut verfum a poeta proficifci nequiiffe, quia ineft aliquid, quod eius vfui aut opinioni de eius virtute et more conceptae adverfatur. Grammaticorum ἀθέτησις plerumque ad genus prius fpectat, vt et h. l. Nec aliter verfus ἀθετεῖ Plutarchus de aud. poet. p. 25 E. Vt tamen verfus reiicias tanquam parum Homericos, rationes grammaticae funt afferendae. Ex hoc cauffarum genere erit haec: quod fententiae male cohaerent, vt vel hinc fufpicio nafcatur, verfus ab alio effe affutos. Videtur fuiffe aliquis male feriatus, qui Achillis iram vsque ad rabiem infanam efferre vellet, fimulque eum affimulare Diomedi Il. I, 48. 49 ne ei inferior effet vlla in re Achilles. Nec tamen haec vltra fufpicionem affurgere fatendum eft.

98. *μήτε τις οὖν Τρώων θάνατον φύγοι, ὅσσοι ἔασι.* expectabam *φύγῃ*, quia eſt vetantis: v. Exc. II ad VII p. 404. nec tamen hoc reperitur praeterquam in Lipſ.

μηδέ τις οὖν „eas ob cauſſas, quas tibi memoraui" Clarke.

ἔασσι Vrat. A. et al. male. cf. inf. 160 *ἴασι.*

99. *νῶϊν δ' ἐκδύμεν' ὄλεθρον.* Erat editum *ἐκδῦμεν.* hoc erat exponendum cum Euſtathio dictum pro *ἐκδύοιμεν.* At viri docti non viderunt, ita in grammaticam rationem peccari: deberet enim eſſe *νῶϊ.* At *νῶϊν* eſt caſus ſecundus et tertius. Obtemperaui itaque Veneto, grammaticis A. B. quibus accedunt Lipſ. Townl. et ſcripſi *ἐκδύμεν'* pro *ἐκδύμεναι. εἴη ἄν, γένοιτο ἡμῖν, ἐκδῦναι τὸν ὄλεθρον.* Erat quoque *ἐκδύμεν* in Flor. Aldd. donec mutatum eſt *ἐκδῦμεν* a Turnebo. Steph. e Romana. Ita vero exoritur alia difficultas, eaque metrica: Vidimus I, 353 *ὀρνύμεν' Ἕκτωρ.* Γ, 260 *ἵππους ζευγνύμεναι.* eſt ergo media ſyllaba breuis. Supra O, 120 *ζευγνύμεν', αὐτὸς δ' ἔντε' ἐδύσετο.* Opponi tamen poteſt, quod eſt inf. 145 *θοῶς ζευγνύμεν' ἄνωγε.* vbi Clarke offenſus ſyllaba producta eo devenit, vt ſuſpicetur eſſe dictum pro *ζευγνυέμεναι* ex *ζευγνύω.* Enimuero primo diuerſam forte proſodiam habent verba in *νω* et *νμι*, tum vero prior producta eſt in *δῦμι*, ergo *δύμεναι* et ipſum productam habet primam. Poſt haec omnia tamen eſt fatendum, duram eſſe lectionem a grammaticis inductam, et leniorem ſimplicioremque alteram, ſi legatur *νῶϊ δ' ἐκδῦμεν ὄλεθρον* pro *ἐκδύοιμεν.* Eſt *νῶϊ δ' ἐκδίμεν* in vno Vindob.

100. *ὄφρ' οἶοι Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα λύωμεν.* Schol. A. *τὰ τείχη*, cum Schol. br. Etymol. Heſych. proprie eſſe *τῶν τειχῶν τὰ ἐπάνω* obſeruat Apollon. Lex. in *κρηδέμνῳ*, verſu adſcripto, a capitis faſcia ducta voce. Altero loco occurrit ſic Od. N, 388. Comparant *πολίων κατέλυσε κάρηνα*, quod tamen proprie ad *τὴν ἄκραν πόλεως* ſpectat.

λύωμεν. λύοιμεν edd. habent; quod et ipſum vſus Homericus probat: v. Excurſ. III ad lib. IV. p. 666. 7. praeſtat tamen ad meum ſenſum, quod Achillis certum

propofitum declarat, ὄφρα — λύωμεν, idque legitur in codd. Mori. Barocc. vn. Vindob. Vrat. b. d. Ven. et in edd. Plutarchi l. c. de aud. poet. p. 25 E.

102. Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε. Ionica ratio debuit effe οὐκέτι μίμνε. et ea feruata erat in Epigrammate Αἴαντος παρὰ τύμβον, in edd. ante Brunck. Anal. T. III. p. 248.

Verfus lectus iam eft O, 727. et cum toto loco comparatur Virgil. Aen. IV, 806. vbi cf. Not.

103 δάμναι μιν Ζηνός τε νόος. Flor. Ald. 1. δάμνα μὲν, correctum in Ald. 2. δάμνα δέ μιν vn. Vindob. indocte.

104. δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινὴ πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε. Mofc. 2. Townl. cum Schol. Arati Phaen. 141. etiam Venetus, legunt δεινή· ita tamen tres nominatiui coacervantur. Poftulat ergo ipfa res, vt retineatur δεινὴν, quod tuentur Lipf. et Ven. B. c. Schol. σὺν τῷ ν τὸ δεινὴν, ὡς Ἡρωδιανός. In trinis Vindob. funt lectiones δεινὴ, δεινὴν, δεινόν.

105. βάλλετο δ' αἰεί, ⟝ „quod nonnulli fcribunt: τύπτετο δ' αἰεί" Schol. A. forte, quod noluere repeti ter idem verbum. Alii tamen in eo ipfo vim loci quaefivere; ἐπίτασιν aliquam ineffe. quid ni cuique fenfum fuum relinquimus!

106. ⟝ καπφάλαρ' Ven. A. et B. et fic Schol. br. et Euftath. κὰπ φάλαρ' ex follenni grammaticorum more noua compofita ftruendi: ex κατ' φ. καφφ. καπφ. At Schol. A. ἡ διπλῆ, ὅτι ἔν τισι γρ. καὶ φάλαρα (fic enim legendum) ὑπέρβατον δέ ἐστι· δεινὴν δὲ καναχὴν ἡ πήληξ ἔσχε καὶ τὰ φάλαρα ἐβάλλετο συνεχῶς (potius hoc voluiffe videtur καναχὴν ἡ πήληξ ἔσχε καὶ τὰ φάλαρα. et in medio pofita: βάλλετο δ' αἰεί. pro γάρ) additur mox ex alio grammatico: Ariftarchi lectionem effe hanc καὶ φάλαρα. Schol. autem B. cum Sch. Harlei. et Lipf. ἄμεινον, καὶ φάλαρα γράφειν, ὡς τῶν παλαιῶν οἱ πλείους. ἵνα καὶ ἡ πήληξ ἐβάλλετο καὶ τὰ φάλαρα. Apollon. Lex. neutram lectionem annotauit; Etymol. Suid. et Hefychius tantum φάλαρα, etfi hic fuo loco κάπφαγε habet. Non viderunt grammatici indocte καπφάλαρ' illatum effe; nam cur et

quomodo tandem telis vndique iniectis galea *vno tantum loco*, in ornamento hoc galeae, pulſata eſſet? Itaque alteram lectionem reuocaui. Fuerunt autem φάλαρα ornamenta galeae, in fronte, ſeu vt orbiculi et claui eſſent, cuius generis ornamenta in caſſide Mineruae viſuntur, v. c. in gemma ap. Winckelm. No. 178 p. 61. et in gemmis a doctiſſ. Schlichtegroll illuſtratis. faſcic. III. tab. 34. ſeu prominentior pars quae frontem obumbraret. Nam diuerſimode res traditur: cf. Not. ad Γ, 371. Alio modo ſerius φάλαρα dicta ornamenta equorum; vnde Lat. phalerae.

ὁ δ᾽ ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνε. Pro hoc eſt ὦμον ἔκαμψεν in Barocc. (ſed additur γρ. ἔκαμνεν.) et in Mori.

107. ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον. Apollon. Lex. ἔμπεδον. ποτὲ μὲν τὸ ἰσχυρὸν, verſu hoc adſcripto. Quid ni tamen ſolito more dictum ſit ἔμπεδον αἰὲν, βεβαίως. ἀσφαλῶς. firmiter. immoto poſitu.

σάκος αἰόλον. mobile. volubile. quod verſabat aſſidue. cf. ſup. ad Δ, 186.

οὐ δὲ δύναντο. Cant. Mori. Vrat. b. d. A. οὐδ᾽ ἐδύναντο.

108. ἀμφ᾽ αὐτῷ πελεμίξαι ἐρείδοντες βελέεσσιν. Schol. B. ἐρείδοντες, πατάσσοντες. Schol. br. ὠθοῦντες. Euſtathius accipit ἐρείδοντες βελέεσσι dictum pro πέριξ αὐτοῦ ἐρείδοντες τὰ βέλη. Sane ἐρείδειν transitiue dicitur admouere aliquid alteri rei ita vt eam ſeu vrgeat ſeu fulciat; vt N, 131 ἀσπὶς ἄρ᾽ ἀσπίδ᾽ ἔρειδε. verum et abſolute ἐρείδειν et ἐρείδεσθαι, de nitente contra alterum, firmo gradu, omninoque de firmo ſtatu. Od. X, 450 δμωαὶ portantes caeſos ſunt ἀλλήλαις ἐρείδουσαι. quod et eſt ἀντερείδειν, vt ap. Eurip. Suppl. 702 κἀντέρειδε τοῖς Ἐρεχθείδαις δόρυ. igitur ἐρείδοντες ἀμφ᾽ αὐτῷ σὺν βελέεσσιν, circum vndique eum vrgentes, ei inſtantes, telis, οὐκ ἐδύναντο πελεμίξαι αὐτὸν, mouere de ſtatu. βελέεσσιν. Barocc. Mori. τελέεσσιν. felici variatione; ſcil. vt ſit: in ordinibus, turmis.

109. ἔχετ᾽ ἄσθματι. vidimus O, 10. καδδέ οἱ. κὰδ δέ οἱ ſcribitur, et primitus κὰτ δέ οἱ.

110. οὐδέ πη εἶχεν. Barocc. οὐδέ πω. πολὺς ῥέεν vn. Vindob. ſaltem deb πουλύς.

111. πάντῃ δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικτο. „γρ. κακῷ κακόν" Barnes. forte de ſuo; foret tamen mollius.

ἐστήρικται Schol. Sophocl. Aj. 866 ad illa: πόνος πόνῳ πόνον φέρει. Vtrumque habet Suidas in πόνος.

112. Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι. Bene grammaticus in Schol. B. qui et de ſuperioribus inde a vſ. 101 bene diſputat, monet inuocare poetam Muſas tanquam qui rem miram ſit narraturus, quod recedit Aiax et nauis incenditur. Verſum iam vidimus B, 484 vbi v.

114. Ἕκτωρ δ' Αἴαντος erat in edd. Recte δ' eiecit Barnes. neque illud agnoſcunt codd. Cant. Ven.

116. ἀντικρὺ δ' ἀπάραξε. „Argutantur grammatici in eo, quod decuſſerat Hector ferrum, et Aiax haſtile mutilum verſabat, et tum demum cuſpidem procidiſſe poeta memorat. Occurrebat Ariſtarchus: poetam rem generatim enuntiaſſe, mox per partes. Alii δὲ pro γὰρ dictum acceperunt: τῆλε γὰρ ἀπ' αὐτοῦ." Haec Schol. A. et ſimilia Schol. B. alii putaſſe videntur, haſtili aliquamdiu adhaeſiſſe ferrum infractum, mox, cum Aiax haſtam vibrare pergeret, ferrum tandem decidiſſe. Sic colligo e Schol. B. vbi διασώσαντος αὐτοῦ leg. διασείσαντος. Mira vero res: quaſi nouum hoc eſſet, poetam res vno momento factas vnam poſt alteram narrare: ferramento decuſſo vtrumque vno momento fiebat, vt et Aiax haſtile nudum moueret et ferramentum humi prouolueretur. Adiuui tamen verba interpunctione ἀντικρὺ δ' ἀπάραξε. τὸ μὲν δόρυ Αἴας ἔπηλε, ἡ δὲ αἰχμὴ ἔπεσε.

ἀντικρὺς et h. l. malebat Bentl.

117. πῆλ' αὔτως ἐν χειρὶ κόλον δόρυ. κολὸν inductum erat in edd. ex edit. Rom. antea erat κόλον. Et ſic ſcribendum cenſebat Ptolemaeus Aſcalonita, aſſentiente Schol. A. κόλον δόρυ, ſicque ſcribitur aliis in ſcriptoribus, in quibus vox occurrit, vt apud Theocritum et eius Schol. Idyll. VIII, 51. Etymol. Suidam, Heſych. qui et pluribus agunt de variis vocis ſignificationibus, quae re-

vocari possunt omnes ad primariam, cum proprie sit *mutilus*, *κολοβὸς*, ideoque, non integer, *μὴ τέλειος*, imperfectus, debilis. Ipsum *κόλον κῦμα* non est *μέγα*, sed fluctus ab insequenti fluctu fractus. Additur in Schol. A. *ἄλλως. ἕως νῦν παρ' Ἴωσιν οἱ κολοκέρατοι κριοὶ κόλοι λέγονται.* Scire sane velim, quo tempore hic homo vixerit, cuius hoc Scholion est, vt *Iones* eius adhuc aetate haberentur ac *dicerentur*. Repetit quoque Eusiath. sed tantum: *ὅθεν καὶ παρὰ τοῖς Ἴωσι κόλοι οἱ κολοβοκέρατοι κριοί.* Ionum nomen mature exoleuit, e quo Romanorum ditione habiti fuerant. Add. Etymol. in *χωλός*. Hesych. in *κόλον* et Not. *κόλον* tanquam frequentiorem scripturam recipere iubebat Ernesti.

„γρ. *πῆλ' αὔτως.*" Barnes. *ἐν χερσὶ* Barocc. Vulgata est quoque in Apollon. Lex. *δόρυ*.

119. 120. Non vno modo possunt interpungi. Reliqui vulgatam rationem.

120. *ὅ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κεῖρε.* Erat haec Aristarchea lectio: *κεῖρε* pro *ἔκειρε*, quam requirit quoque alterum quod sequitur *βούλετο*. Exhibent eam Venetus vterque. Lips. probante Ernestio, Mosc. 2. Vulgg. *κείρει*. quod agnoscunt Sch. br. Hesych. in *μάχης ἐπὶ μ. κείρει*. To. II p. 551. quodque non modo defendit, defendi enim potest, verum et miratur Clarke. Recte adscripsit Ernesti: Argutiae! *κείρῃ* ed. Rom. Est autem *ἐπικείρειν* h. l. idem quod *εἰς ἀπορίαν καθιστάναι*. Hesych. reddit: *τὰ περὶ τῆς μάχης βουλεύματα κολοβοῖ καὶ ἀποκείρει ἢ κωλύει.* — Idem *κολούειν* Od. Θ, 211 dixit *ἕο δ' αὐτοῦ πάντα κολούει*. cf. et inf. Υ, 370.

ὅ ῥα „quod scilicet" Clarke.

ἔργα θεῶν. Vrat. d. Mosc. 2. damnatum in Schol. Lips.

121. *βούλετ' ἀρήγειν* Vrat. b. A. *δ' ἐβούλετο* vn. Vindob.

122. *τοὶ δ' ἔμβαλον.* Vrat. b. *οἱ δ'* et Lips. *ἔβαλον*.

123. *τῆς δ' αἶψα κατ' ἀσβέστη κ.* ξ— „quod *κατὰ* seorsum est scribendum; non *κατασβέστη*. est enim *ἀσβέστη φλὸξ* per se idem quod *ἀκατασβέστη, δυσκόλως σβε-*

στῇ. (Etiam Apollon. Lex. ἀσβέστῃ. δυςκατάσβεστος. Sic et ἄσβεστος Jl. A, 599 et al.) Ariſtarchi eſt iſta obſeruatio contra aliorum commenta. Sch. A. B. Hic quoque monet ἐμφαντικῶς poetam voce κέχυτο vſum eſſe; ὡς ἐπὶ ὑγροῦ, — διὰ τὸ τάχος καὶ τὴν ὁρμὴν τῆς τοῦ πυρὸς διαδόσεως. αἶψ' ἀκατασβέστῃ laudat Barnes. ex Hervag. Argent. etc. In meis exemplaribus non reperio.

124 πρύμνην πῦρ ἄμφεπεν. vt inf. Σ, 348 flamma ollam τὴν γάστρην. Vrat. A. τῆς — πρύμνης. Non video quomodo Heſychiana gloſſa ἐνήργει huc faciat. Melius in altera ἀμφιέπων. περιθάλπων.

125. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς μηρὼ πληξάμενος. — Non vana eſt illa obſeruatio quam aliunde acceptam Euſtathius in ſua recepit: perſpectum habuiſſe poetam, adſpectu malorum multo magis moueri animos hominum, quam auditu: καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τοὺς ἐπιλογικοὺς πραγματικοὺς οἴκτους ἐποίησεν, ἐν οἷς οἱ ἀκροαταὶ θεωροῦντες τοὺς οἰκτιζομένους, πλεῖόν τι ἔπασχον τὴν ψυχὴν, ἤπερ ὅτε τῶν ῥητορικῶν δικαιολογιῶν ἤκουον. hinc et inducti in iudicium pueri, et alia. καιρίως γὰρ ἔχει παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ τό· τῶν δὲ πραχθέντων τὰ μὲν ἄλγιστ' ἄπεστιν, ἡ γὰρ ὄψις οὐ πάρα. (Sophocl. Oed. Tyr. 1237. 8.) — μηρὰ πληξ. Harl.

126. ἱπποκέλευθε. vox in ſolo hoc libro obuia, h. l. et 584. 839. et grammatici illam interpretantur ex etymo, ſiue a κέλευθος, via, ſiue ἀπὸ τοῦ κελεύειν τοῖς ἵπποις. Schol. B. et br. Heſych. parum grammatice alterum hoc. Inciderat Bentl. in ſuſpicionem fuiſſe ἱπποκελευστὰ, et eſt frequens hoc ἵπποις κελεύειν vt inf. 684. Ω, 326. Sunt tamen plura ex κέλευθος compoſita, et ex analogia eſſe debet ὁ ἐφ' ἵππων τὴν πορείαν ποιούμενος. Eſtque adeo ſimpl. epitheton pugnatoris, vt ἱππότης, ἱππόδαμος et ſimilia. Bentleius quoque recordabatur verſus O, 260. 1 ἵπποισι κέλευθον πᾶσαν λειανέω.

127. λεύσσω δὴ παρὰ νηυσὶ πυρὸς δηΐοιο ἰωήν. Legebatur vulgo δηΐοιο ἐρωήν. Ita turpis hiatus illatus erat. Bonum factum quod altera lectio ſuppetit, quae non

modo commendat ſe auctoritate Veneti cod. cui adde Harlei. verum et metri lege: nam ſuit ϝιωὴν. cf. ſup. ad K, 139. Neque aliter legerat verſu noſtro Porphyrius Qu. Hom. 29. Alteram lectionem ἐρωὴν in Maſſilienſi editione fuiſſe notat Sch. A. (tam matura fuit τοῦ digamma ignoratio!) et ea vulgata eſt in codd. Ven. B. Lipſ. Townl. et al. Sch. br. Euſtath. Quod λεύσω vno ſibilo ſcribitur in multis, vt h. l. Ven. B. Lipſ. Townl. et al. iam ſupra vidimus variatum. λεύσσω δὴ, *reuera, omnino. prorſus.* Clarke.

128. *καὶ οὐκέτι φυκτὰ πέλωνται.* ⊱ „quod φυκτὰ πέλωνται dictum non πέληται. quemadmodum vidimus σπάρτα λέλυνται, B, 135. ad q. l. vide.“ Sch. A. Obſeruatiuncula aliquoties iterata. Porro obſeruatur: μὴ δὴ νῆας ἕλωσι poſſe pendere ab ὄρσεο, (etiam a δύσεο.) melius tamen per ſe dictum accipi, ſubintellecto, εὐλαβοῦμαι, aut ſimili verbo; conuenire enim abruptam orationem temporibus. — φευκτὰ Barnes induxerat, eiectum iterum a Clarkio, vt ſup. Z, 488 πεφευγμένον. vbi vide. Mutuatus hinc eſt Plutarchus et in pedeſtrem orationem transtulit, vt vidit, ὡς ἦν ἄφυκτα, *effugere ſe non poſſe,* ſub f. Marii. πέλονται Vrat. b. d. male poſt μὴ δή. Etſi etiam Schol. br. οὐδὲ φυγεῖν δυνήσονται. μὴ τὰ φυκτὰ πέλωνται, dictum pro μὴ τὸ φυκτὸν πέληται. Occurrit iterum Od. Θ, 299 Ξ, 489.

129. *δύσεο τεύχεα θᾶσσον, ἐγὼ δέ κε λαὸν ἀγείρω.* ⊱ „quod ἐγὼ δέ κε λαὸν ἀγείρω dictum eſt pro ἀγείραιμι. At alii pro ἀγερῶ· vt in aliis: ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρισηΐδα ſup. A, 184 add. A, 254. O, 351. et ſic Ariſtarchus“ Schol. A. vtraque ratio ad idem redit. vn. Vindob. ἐγείρω, ſollenni permutatione, et ſubiecto verſu ſpurio: Μυρμιδόνων, ἤν που τι φόως Δαναοῖσι γένηαι.

δύσσεο male paſſim et h. l. lectum et editum: emendauit Barnes. cf. ad N, 241. Poſt hunc verſum in Vrat. A. additur verſus ex Λ, 796 Μυρμιδόνων, ἤν πού τι φάος Τρώεσσι γένηαι.

130. Verſus hic et ſequentes ſollenni fere vſu frequentantur in poeta, quoties armantur heroes; num poeta in omnibus locis iis vſus ſit ipſe, nemo dixerit. Occurrebant ii primo loco ſup. Γ, 330 ſq. de Paride, ad q. l. vide. De voc. νώροψ cf. ad B, 578.

133. θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε. Vrat. d. ἔθηκε.

134. θώρηκα ποικίλον, ἀστερόεντα. Cum aliquoties οὐρανὸς ἀστερόεις occurrat, videtur thorax eſſe ἄστροις πεποικιλμένος· qua ſpecie viſuntur thoraces quoque in vaſis pictis; vt reddit quoque Schol. B. et Schol. br. et conuenit cum ποικίλος, quod praecedit, ſiue coloribus ſiue figuris variegatum. Eſt tamen quoque ſimpliciter *fulgens* domus Vulcani οἶκος ἀστερόεις inf. Σ, 370. vt ap. Heſych. ἀστερόεν eſt λαμπρὸν, ποικίλον. et Sch. br. h. l. — ἢ λαμπρόν. Ita Lat. *ſidereus*. Tum inf. T, 381 expreſſa eſt comparatio de galea: ἡ δ' ἀστὴρ ὥς, ἀπέλαμπεν ἵππουρις τρυφάλεια. Minus commode Euſtath. ὡς ἄστρῳ ἐοικώς.

137. κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε. εὔτυκτον. Erneſti et h. l. praefert εὔτυκτον. quod ſane et ipſum ſcribitur et editur; ſed poeta dactylum praetulit. Vide ſup. ad H, 12. N, 612 et al. Sunt quoque variae in libb. vocis corruptelae vt in Vindob. εὔθηκτον, εὔτικτον. Townl. κρατὶ δ' ἐπ' ἀμφίφαλον κυνέην θέτο τετραφάληρον, vt E, 743 et Λ, 43 vbi vſſ. 41. 42. 43 iidem ſunt, qui h. l. 137. 8. 9.

138. λόφος καθύπερθεν ἔνευε· καθ' ὕπερθεν Vrat. b. et A. vn. Vindob. quaſi κατένευσε iungi vellent.

139 εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρε diſerte Ven. Lipſ. Harl. Cant. Mori. Vrat. b. d. Moſc. 2. vn. Vindob. cum vulgo lectum et editum ſit δοῦρα. Firmatur alterum vſu Homerico miſcendi dualem et pluralem, et exemplis aliorum locorum, quae iam vidimus Λ, 43 εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρε δύω, κεκορυθμένα χαλκῷ. vbi etiam variat lectio: add. Γ, 18. Od. X, 125. Sollenne ſcilicet heroibus duas haſtas manu geſtare. τά οἱ παλάμηφιν ἀρήρει. v. Γ, 338.

140. ἔγχος δ' οὐχ ἕλεν οἶον. ⊱ „Zenodotus hinc versum ἀθετήσας quatuor sequentes non adscripsit." Velim rationes iustas esse adscriptas: quae sane in promtu sunt; facile enim odoreris, esse eos versus huc illatos ex Il. Τ, 388 sq. vbi locum suum habebant; hoc vero in loco sunt inutiles in negatiua sententia. Secundum haec Zenodoti censura recte se habet: et exturbandi hoc loco versus sunt. Sch. B. ait Zenodotum quaesiisse, quanta tandem hasta esse debuerit, quam heroes ne manu quidem mouere ac tollere possent! Respondet Sch. B. esse laudem a comparatione. Melius diceres, seruandos versus esse necessario hic ἵνα γνῶμεν, διὰ τί μὴ ἔλαβε τὴν μελίαν Patroclus." Forte sic tuearis vss. 141. 142. At non pariter 143. 144. qui haud dubie rescindendi sunt. Mira attulere alii ap. Sch. A. ad tuendos versus: in quibus Megaclides ἐν δευτέρῳ (περὶ?) Ὁμήρου praeiuerat: muniisse poetam sibi ὁπλοποιΐαν Vulcani, ne illi, cum ceteris armis, etiam hasta esset facienda: fuisset enim illa e ligno fabricanda, iam autem aurum, argentum, aes in caelo adesse nemo facile miretur, cum ea notio semel recepta sit; at ligni copiam in caelo esse, et arbores ibi crescere, ridiculum foret dictu. Hoc tandem est sapere!

141. — 144 „ἀστερίσκους ἔχουσι. (fuere adeo notati ※) κακῶς" Sch. B. immo, recte. v. ad 140.

142. ⊱ quod ἐπίστατο pro ἐδύνατο. Sch. A. et br. disertius de hoc Sch. B. ad Τ, 389 et πῆλαι pro χρήσασθαι. idem. At Strabo X p. 689 A. proprie accepit et retulit ad illud genus δοράτων quae παλτὰ dicta, vt opp. ὀρεκτοῖς. Minus bene hoc: nam Achillis hasta erat ὀρεκτή, at gestando ille ἔπαλλεν αὐτὴν δεξιτερῇ, vt Χ, 320. et sic alibi δύο δοῦρε πάλλειν dicuntur heroes.

143. τὴν πατρὶ Φίλῳ πόρε Χείρων, „Schol. A. dupliciter legitur et τάμε et πόρε." Sic iterum Τ, 390. Est τάμε et in nostro loco in Cant. Vrat. b. d. „γρ. τὴν οὔρεσιν ἔκταμε Χείρων" Barnes, nec docuit, vbi.

144. Πηλίου ἐκ κορυφῆς. hasta e fraxino in monte Pelio excisa et dono allata Peleo in nuptiis cum Theti-

de, cum dii, qui aderant, dona ſua afferrent. Haſtam fuiſſe politam a Minerua, ferro inſertum haſtile a Vulcano, erat traditum in carmine Cyprio: vt h. l. diſcimus e Sch. A. et Sch. br. Nec tamen, niſi episodii loco narratio inſerta eſſe potuit, vt ex argumento τῶν Κυπρίων e Proclo intelligo. Spectat quoque ad h. l. Scholion Apollon. Lex. in Πηλιάδα. Ea haſta vſus Peleus et Achilles: et hinc tanta eius nobilitas in poetis, etiam in Pindaro. cf. Apollod. III, 13, 6. et Not. p. 799.

ἐκ κορυφῆς non temere additum cenſebat Koeppen, quia in cacuminibus trunci arborum validiores ſunt; fuiſſe adeo ἔγχος ἀνεμοτρεφές. vt Λ, 256.

145. ζευγνύμεν' ἄνωγε. ζευγνύμεν', quoniam h. l. media producitur, cum Γ, 260 et Ο, 120 ea corripiatur, ex ζευγνυέμεναι contractum duxiſſe vidimus Barneſium, probante quoque Clarke: ſup. ad 99. ita tamen multo magis malim ſcribere ζευγνῦμεν'. Etiam apud Apollon. III, 417 eſt ζεύγνυμι βόας media producta, etſi ad Homericum vſum probandum non bene vtimur auctoritate poetarum ſeriorum. Videtur autem verborum in υω et υμι non eadem omnium prosodia fuiſſe; vidimus ὀϊζύω mediam habere breuem Ξ, 89 (etſi Apollon. IV, 1374 producit) et ἀνύω Δ, 56. et ſic alia. Ipſe Barnes ſcribit ζευγνῦμεν. melius tamen cum apoſtropho, ζευγνύμεν' ſcribes. ζευγνύμεν Townl. Moſc. 2. alii.

146. τὸν μετ' Ἀχιλλῆα ⟶ „quod Patroclus Achillis erat auriga, Patrocli Automedon;" Sch. A. quo mox ipſe Achilles eſt vſurus.

148. ὕπαγε ζυγόν. Sch. B. ὑπὸ ζυγὸν ἦγεν. ὑπεζεύγνυε. Videtur quoque ὑπ' ἄγε ſcriptum fuiſſe. Vulgaris tamen ratio eſt ap. Ammon. p. 140 et Thom. Mag. p. 866.

τῷ δέ κεν Vrat. A.

149. Βαλίον eſſe ſcribendum (non Βάλιον) monet Sch. A. vt. diſcernatur ab appellatiuo: βάλιος, κατάστικτος· ποικίλος. ταχύς· v. vel Heſych. apud quem ſcribitur Βαλίας vt et ap. Etymol. cf. inf. ad Τ, 400.

τὼ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην. de celeritate: ſubeſt notio eodem tempore, ἅμα, vtrosque aliquo peruenire. Reddunt tamen vulgo ὁμοίως. vt h. l. Euſtath. v. de hoc ſup. ad M, 207.

150. τοὺς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ Ἅρπυια Ποδάργη. Ἐπὶ „quod Zenodotus ſcripſerat Ἅρπυια πόδαργος, vt pro epitheto eſſet *pedibus celeris*; vti et alii voc. ποδάργη accepere pro πόδώκης. Fuit in his Timogenes ἐν ταῖς παραφράσεσιν apud Apollonium Lex. in Ἅρπυιαι, qui id refellit. Ποδάργην matris nomen eſſe, apparet ex T, 400 vbi hi equi ſunt τηλεκλυτὰ τέκνα Ποδάργης." Sch. A. B. adde Sch. br. at Apollonius male τὴν ἅρπυιαν ἐπιθετικῶς εἰρῆσθαι οἷον τὴν ἁρπακτικὴν τοῦ δρόμου διὰ τάχους, cenſet; quid ni Harpyia Podarge iungi poſſint? Locus Ariſtotelis ad quem Sch. B. reſpicit, eſt notus ille H. An. VI, 18. Zenodoti opinionem ſuam fecerat Timagenes, quem eodem modo ſtatuiſſe, ποδάργην eſſe epitheton, docet Apollon. Lex. in Ἅρπυιαι; contra ipſe vult ἅρπυιαν eſſe epitheton οἷον τὴν ἁρπακτικὴν τοῦ δρόμου διὰ τάχους. Atqui nec hoc verum, ſed ex Harpyis vna eſt Podarge. De Harpyis v. Excurſ. I. ad h. l.

151. παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο. παραὶ et h. l. ed. Rom. et παράῤῥοον alia depravatio in Townl. — Euſtath. ait „multa exemplaria habere: παρὰ ῥόον Ἠριδανοῖο" quod interpolatoris eſt. Nam *ad Oceanum* in fabulis paſſim monſtra collocantur a poetis antiquis; non ad Eridanum.

152. Inſerta eſt Sch. B. quaeſtio: quorſum immortalibus equis mortalem equum adiunxerit poeta? Mireris acumen grammaticorum, qui plures rationes adſcripſerunt; in his etiam hanc, vt mortalis equus ceterorum celeritatem cohiberet. Aliarum argutiarum ex Euſtathio ap. Barnes et Clarke pudet. Atqui ſimpliciſſima cauſſa erat, variare voluiſſe poetam narrationem, et cum παρήορος adiungendus eſſet, adſciuiſſe equum alium Achillis, fama et carmine notum, Pedaſum: cuius celeritatem declarauit more poetarum ſollenni, vt praeſtantiſſimum quodque aut diuinum eſſe dicant aut cum diis compararent.

Idem inf. 467 vulneratus occumbit. Nunc *curſu aequaſſe* dicitur iſtos duo iugales equos ἕπεθ' ἵπποις ἀθανάτοισι. — equus παρήορος, iugalibus e more veterum additus, qui qualis ſit, iam dictum ad H, 156. add. Θ, 87.

In fine ἵη Barocc.

156. πάντας ἀνὰ κλισίας. Zenodotus πάντῃ.

157. τοῖσί τε περὶ φρεσὶν ἄσπετος ἀλκή. περὶ φρένας ed. Flor. et Aldd. receptum φρεσὶν ex Rom. idque tuentur cȯdd. Nil intereſt: malim tamen ſeruatum eſſe περὶ φρένας; alterum ex more eſt ἐνὶ, μετὰ, φρεσί.

τοῖσί τε — οἵ τε. *quibus ſcilicet* — *qui vtique.*

159. πᾶσι δὲ παρήϊον αἵματι φοινόν. Φοινόν. ἤτοι τὸ ἐρυθρὸν, ἢ τὸ φόνιον καὶ δεινόν." Apollon. Lex. — πυῤῥὸν ap. Heſych. Etymol. in Φοίνικες. Alibi eſt φοίνιον Od. Σ, 96. Vtuntur voce quoque Tragici. Townl. αἵματι δαφοινόν c. gl. αἷμα δαφοινόν. quod aliquoties occurrit, vt B, 308. iſta autem tantum ſemel. φοινίσσετο δ' αἵματι γαῖα eſt fragm. Homer. ap. Suid.

160. καί τ' ἀγεληδὸν ἴασιν, ἀπὸ κρ. ἴασιν. In Etymol. hoc verſu laudato ſcribitur altero loco ἴασσιν p. 301, | 24. altero p. 467, 14 ἴασιν. οὕτω Ζηνόδοτος, καὶ πάντες, οὓς ἀνέγνων. eſſe enim ex ἶμι. ἶσι et ἴασι. De metro ſane metuere non debebant, ſi meminerant, quod vſ. 98 legerant: ὅσσοι ἔασι, ſimili proſodia. Male ἰᾶσι expreſſum in edd. Aldd. et Vrat. b. ἰᾶσιν eſt ab ἵημι. ita et ἀμφιᾶσι.

ἀπὸ κρήνης μελανύδρου λάψοντες iungenda ſunt. Male ἴασιν ἀπὸ κρήνης iungi monuere iam Clarke et Erneſti. ἐπὶ κρήνης Vrat. A. quod etiam adſcriptum video eſſe a Bentleio; neſcio an ſatis bene.

ἀγεληδὸν, quod nobis ſatis perſpicuum eſt, interpretantur Schol. br. Etymol. Heſych.

161. λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσι μέλαν ὕδωρ. „quod pro λάψοντες Zenodotus ſcripſerat λάψαντες, quaſi, qui iam biberant; quod aduerſatur ceteris; ſcilicet iunxerat ille male ἴασιν ἀπὸ κρήνης." Schol. A. B. Lipſ. Legerat quoque λάψαντες Schol. Ariſtoph. Nub. 809. et

inde Suidas in *ἀπολάψεις*. At *λάψοντες* firmat Apollonii Lex. auctoritas h. v. Alia olim lectio fuit *λάπτοντες*, quae et in Sch. br. occurrit, et in Etymol. p. 556, 51. in Hesych. et Suida (ex illis emendando: quod et fecit Toup. To. I. p. 380.) Vis autem vocis *λάπτειν* est quae Romanis *lambere*, de cane et h. l. de lupo, dum bibunt. (In Sch. A. *ἤδη πεπτωκότες* leg. *πεπωκότες* et ad 156 *ἐπὶ ποτὸν ἐρχομένοις* pro *ἀρχομένοις*.) Disertum est Scholion Apollonii Lex. *λάψοντες. τῶν ἅπαξ εἰρημένων. ἔστι δὲ μίμημα τῶν κυνῶν καὶ τῶν λύκων τοῦ γινομένου ἤχου ἐν τῷ πίνειν.* ad Sch. br.

γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν. Mirum in modum trepidant in h. v. Sch. B. *δασείαις. ἀσθενέσιν. ἐπιμήκεσιν. ἢ λεπταῖς. ἢ βλαπτικαῖς.* Townl. *ἁραιῇσι* duplici spiritu, c. Schol. *δασέως, λεπτῆς καὶ ἐπιμήκεσιν. οἱ δὲ ψιλῶς, βλαπτικαῖς.* duxerunt adeo ab *ἀρὰ, βλάβη.* Quid manifestius esse potest, quam esse linguas *tenues*, *λεπτὰς*, v. Erotian. Lex. Hippocr. h. v. vbi laudat versum hunc cum Od. K, 90. Ceteri glossographi loci non meminerunt. De voc. *ἀραιὸς* cf. ad E, 425.

μέλαν ὕδωρ. et *κρήνη μελάνυδρος* versu superiore, (quae iam sup. 3. occurrebat) v. ad I, 15.

162. *ἄκρον, ἐρευγόμενοι φόνον αἵματος.* Monet Sch. B. esse interpungendum post *ἄκρον*, et iungenda *μέλαν ὕδωρ ἄκρον. τὸ γὰρ ἐπὶ πολλῆς ὕδωρ λάπτουσι* (leg. *τὸ ἐπιπολῆς*). Fuisse qui *ἄκρον φόνον* iungerent, patet e Schol. br.

φόνον αἵματος vult idem Schol. B. cum Schol. Sophocl. Trachin. 556 dictum esse pro *φόνου αἷμα.* vt illud: *χασσάμενος πελεμίχθη* pro *πελεμιχθεὶς ἐχάσατο.*" quod verum non esse arbitror: sed *φόνος* est *caedes, sanguis* et tunc *rubor:* vnde *φόνιος. φοίνιος. φοινὸς* paullo ante 159 *rubens. δαφοινὸς*, B, 328.

ἐν δέ τε θυμὸς, quod iam Ernesti reponi malebat, pro vulgato *ἐν δέ γε.* quia in prius illud consentiunt codd. ipse Ven. Townl. Vrat. d. et edd. Flor. Aldd. at *γε* illatum ex ed. Rom.

163. *περιστένεται δέ τε γαστήρ.* Fatetur Sch. A. posse pro *στενοχωρεῖται* accipi; vt Φ, 220 *στεινόμενος νεκύεσσι βαρύνεται.* esse tamen melius si pro *περιτείνεται* accipiatur, inserto *σ*." hoc vero acumen grammaticum! Priora illa Aristarchi fuisse, ex Eustathio patet, et vero iam ex Apollonio Lex. in *στείνοντο ἐστενοχωροῦντο. ἐπὶ δὲ τοῦ· περιστένεται δέ τε γαστήρ· ὁ Ἀρίσταρχος τὸ αὐτὸ ἀκούει, περιστενοχωρεῖται.* Hoc etiam Schol. br. et Suidas habent; at in Etymol. mira deprauatio grassatur: *στένεται. καὶ περιστένεται θυμούμενος. περιττῶς καὶ πέρα τοῦ δέοντος θυμοῦται καὶ ὀργίζεται.* aut confusum est aliud Scholion, aut *περιστένεται* aliquis cum *θυμὸς* vs. antec. iunxit: ita saltem *γαστρὶ* ille legere debuit. *στένεσθαι* de copia dici, qua expletur aliquid, ita vt angustietur spatium, obuia res est. Latinis est *distendi.*

166. *ῥώοντο. ὥρμων.* pro vulgari *συνῆλθον.* v. ad Λ, 50.

ἐν τ' ἄρα τοῖσι „vt *aequum erat, vt solitum erat.*" Clarke. Immo est pro *δή.*

169. *ἐν δ' ἄρ' ἑκάστῃ* Barocc. Vrat. b. d. A. ipse Ven. et pro var. lect. Eustathius. male. Fuit *εν δε Ϝεκαστηι.*

170. Fuit *ζήτησις* veterum, cur poeta, Achillem vbique extollens, tam exiguum ei virorum numerum tribuat? quinque millium quinquaginta? Respondent: quod virtus non in numero consistat. Aristarchus, quod tantum remiges memorauerit poeta." quod quidem parum docte dictum; nam Troianis temporibus iidem erant remiges et milites; et naues *πεντηκόντοροι* vsu habiti. Sufficit, Achillem a poeta virtute, non copiis insignem exhibitum esse.

ἐπὶ κληῗσιν ἑταῖροι. ἐπὶ κλισίῃσιν peccabat Barocc. *κληῗδες* quae fuerint, disputatum ad B, 74. habentur pro transtris; nisi sunt proprie foramina quibus remi sunt inserti: *ἐπὶ κληῗσιν apud.* vt saepe *ἐπὶ κληῗσι κάθιζον.* vnde Od. Θ, 37 *δησάμενοι δ' εὖ πάντες ἐπὶ κληῗσιν ἐρετμὰ ἐκβῆτε.*

172. *μέγα κρατέων ἤνασσε.* Quod mireris, eſt hic locus, in quo Clarke et Erneſti primo de digammate agunt et iudicia ſua aperiunt: de quibus v. disputationem in Excurſu de Digammo. Haud dubie fuit Homerico aeuo pronuntiatum *εϝανασσε.*

173. *τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε Μενέσθιος αἰολοθώρηξ.* Obſeruat Sch. A. eſſe *ἰῆς*, cum circumflexo in vltima, in caſu obliquo, quum ſit *ἴα στὶξ*, vt Δ, 437. et N, 354 *οὐδ' ἴα γῆρυς.* Egit quoque de hoc Etymol. in *εἷς.* add. Apollon. Lex. in *ἴα.* Laborant omnino in hoc, quod anomalum eſt; atqui debebant videre ex *ἑνς* eſſe factum *ἑνός*, vt in tot aliis; et fuiſſe aliam vocem *ἴα* aliunde natam, vnde factum *μία* — *στιχὸς, ἀντὶ τοῦ, τάξεως* Apollon. Lex.

Meneſthius autem hic e Theſſalia, Achillis nepos ex ſorore. Mater enim erat *Polydora* Pelei filia, quae Boro, *Perieris* filio, nuptiis iuncta, filium, qui eius eſſe credebatur, e *Spercheo* pepererat. Antiquo ſcilicet more heros fluuii indigenae filius dictus eſt. cf. Apollod. III, 13, 4 et ibi Not. p. 792.

αἰολοθώρηξ iam vidimus Δ, 489 pro *αἰόλος* omnino.

174. *υἱὸς Σπερχειοῖο, διϊπετέος ποταμοῖο.* Schol. A. ad Φ, 2 laudat: *υἱὸς Σπερχειοῖο, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.* memoriae haud dubie lapſu. nec monendum *διϊπετέος ποταμοῖο*, epitheto communi fluuiorum ex imbribus auctorum, quod aliquoties in Homero occurrit; notumque eſt inprimis de Nilo Od. Δ, 477. Apollon. Lex. reddit *ἀπὸ Διὸς πεπληρωμένου.* Egit de hac voce Porphyr. Quaeſt. 28. quae inſerta eſt Schol. P, 263. add. Heſych. Schol. br. et B. h. l. qui emendandus ex Etymol. in quibus plura afferuntur minus probanda. Eſt enim *ὁ ὑπὸ τοῦ Διὸς πεπτωκώς*, h. e. *ὀμβρίων ὑδάτων.* Proprie ad *χείμαῤῥον* torrentem referre voluere alii, vt ap. Euſtath. qui etiam e Matrone parodiam attulit.

175. *τὸν τέκε Πηλῆος θυγάτηρ, καλὴ Πολυδώρη.* „quod Pherecydes ait, *Polydoram* eſſe Achillis ſororem: attamen hoc ex Homero non ſatis liquere.“ Sch. A. Vix

haec aſſequaris, cum in Homero res ſatis liqueat et conſtet, niſi e ceteris Sch. A. B. br. didiceris dubitaſſe grammaticos ea de re propterea, quod alibi ſororis Achillis nulla memoria fit, ne quidem in Necyia, cum vmbra Achillis Vlyſſem nihil de ea roget. Intempeſtiua ſedulitas. Attigit quoque illud Euſtathius. Tamen etſi ſoror fuit Achillis, non potuit ex eadem matre, Thetide, ſuſcepta eſſe. Quaeſitum igitur fuit de *matre Polydorae.* Staphylus *ἐν τῇ* Γ. *Θεσσαλικῶν* Eurydicen, Actoris filiam, Pherecydes Antigonen Eurytionis f. alii Laodamiam Alcmaeonis f. ediderant; vt ſolet in genealogicis magna interdum eſſe diuerſitas. Attigit haec Sturz in Pherecydis fragm. p. 85. Pro Spercheo alii gigantem Pelorem memorauerant: v. Schol. B. et Victor.

ὃν τέκε Ariſtarchus et Ariſtophanes cumque hoc Venetus. quid interſit non video. Mox vſ. 176. *ἀκάμαντα* fluuium dixit, h. e. *ἀέννaον*.

177. *αὐτὰρ ἐπίκλησιν* Βώρῳ, Περιήρεος *υἷι*: *υἷι*. vt B, 20 Νηληΐῳ *υἷι ἐοικώς*. Poſſe tamen etiam *υἱεῖ* eſſe ex *υἱεύς*, obſeruat Sch. A. vt in *υἱεῖ ἔμ' ὠκυμόρῳ.*" hoc male: nam Σ, 458 eſt *υἷ' ἐμῷ ὠκυμόρῳ*. vbi v. Obſſ.

ἐπίκλησιν. κατ' ἐπίκλησιν δὲ καὶ Φήμην, Βώρῳ Sch. br. Bene Euſtath. *ἐπεκαλεῖτο* Βώρου *υἱός*. v. de voce H, 138. Βόῤῥῳ Vrat. A.

178. *πορὼν ἀπερείσια ἕδνα.* Barnes: „*γρ. ἀπερείσι' ἔεδνα.* neſcio an de ſuo.duxerat forte ex Od. T, 529. *ἀπερείσια ἄποινα* Vrat. b. *πορῶν* Lipſ. Moſc. 2.

179. *τῆς δ' ἑτέρης* Εὔδωρος Ἀρήϊος *ἡγεμόνευε. τῆς δ' ἑτέρης* „pro *δευτέρας.*" Sch. A. B. et Euſtath. ſc. *στιχὸς*, h. e. *τάξεως*.

Eudorus Mercurii f. ex Polymela, Phylantis filia. Phylas, rex Ephyrae Theſprotorum, cuius alteram filiam, Aſtyochen, amauit Hercules: Apollod. II, 5, 6. vbi v. Not. p. 465. et ad II, 7, 8. p. 493. Polymelam, cuius choreas agentis adſpectu fuerat incenſus. Mercurius oppreſſit in thalamo. Duxit tamen eam poſt haec Echecles,

Actoris filius. Fuere autem Actores plures: nec dixeris, de quo hic agatur.

180. παρθένιος, τὸν ἔτικτε χορῷ καλὴ Πολυμήλη. „quod παρθένιος est natus ex ea, quae adhuc pro virgine habebatur, nothus tamen, σκότιος" Sch. A. B. et iam Apollon. Lex. h. v. et ex eo Hesych.

Porro „quod non est ἔτικτεν ἐν χορῷ, sed χορῷ καλὴ pro ἐν χορῷ. καλλίχορος, διαπρέπουσα ἐν τῷ χορεύειν Sch. A. B. etsi fatendum est, hoc ipsum ἡ ἐν χορῷ καλὴ οὖσα, pulcra in chorea, insolenter dictum esse in Homero; nec aliud exemplum in eo occurrere. Negari tamen nequit, nec alterum admitti posse pulcram puellam peperisse in chorea ducenda. In vno Vindob. deest καλὴ, sed tantum librarii incuria. Ex h. l. emendandum est in Hesych. χοροκαλὴ, καλῶς χορεύουσα.

Πολυμήλη. Apud Dion. Or. VII, p. 273. vbi vs. 180 recitatur, est Πολυδώρη.

181. κρατὺς Ἀργειφόντης· de hoc iam dictum ad B, 103. Pro κρατὺς est θρασὺς in vno Vindob.

Nobilior est fabula de Orithyia, quam visam in choro ludentem rapuit Boreas. v. Notas ad Apollod. III, 15, 2. Barnes laudat Apollon. I, 213.

182. ἠράσατ᾽, ὀφθαλμοῖσιν ἰδών. Etiam h. l. Clarke notat ἠράσατ᾽, media breui, non esse ab ἐράω, sed ab ἐράζομαι vel ἔραμαι. Hoc verius: vt dictum ad Ξ, 317.

183. Ἀρτέμιδος χρυσηλακάτου. „vel pro καλλιτόξου, vel ab instrumento textorio, vt est ἠλακάτη τετάνυστο Od. Δ, 135. Est quoque pars summa mali nautici, cum dicit: (ὅταν λέγῃ. in Schol. br. adiicitur ὁ ποιητὴς) Κὰδ δ᾽ αὐτοῦ λίνα χεῦον ὑπηλάκατα τανύσαντες." Haec Sch. A. et Sch. br. in ed. pr. nam mutatum est in edit. Barnes: ὑπ᾽ ἠλακάτῃ. Etiam Etymol. paria habet. Versus vltimo loco laudatus, habetur pro Homerico, et refertur quoque inter fragmenta (Barnes p. 131); est tamen iam notatum, videri eum ex Apollon. Rh. I, 565 ductum esse: vbi vela adduxerunt extenta ad summam colum. Verum χρυσηλάκατος melius in Sch. B. et Sch. br. redditur

ἡ τὰ χρυσᾶ βέλη ἔχουσα. Conſentiunt alii: et Schol. ad Υ, 70 huc retrahendum. Conueniunt Dianae ſagittae, quae ipſae per vocem ἠλακάτην, de longo inſtrumento ſeu bacillo, vt fuſus et colus, bene declarari videntur. Attamen Apollon. Lex. χρυσηλακάτου. καλλιτόξου. vbi cf. Toll. vel χρυσοτόξου vt eſt ap. Euſtath. At vbi Pindarus Amphitriten, Latonam et Nereides χρυσηλακάτους dixit, ab *aurea colo* ſeu fuſo id petere malunt Toll. cum Villoiſ. Cum tamen ἠλακάτη ad *colum* et *fuſum* et *arundinem ſagittae* deſignandam adhibeatur (v. c. Heſych. in ἠλακάτη vnde ſupplendus eſt Apollon. in h. v.) ſuſpicari licet, etiam ad haſtile vocem fuiſſe translatam et dearum inſigne, haſtam ſeu ſceptrum aureum denotaſſe epitheton χρυσηλάκατος ap. Pindarum Ol. VI. f. Nem. V, 65. VI, 62. Ariolamur haec, quandoquidem grammatici ſenſum vocis obſoletae et ipſi ariolando aſſequi annisi ſunt.

κελαδεινῆς „vel propter clamores (κέλαδον I, 543.) venantium, vel propter choreas.“ Sch. B. Verius prius; amplectitur quoque hoc Sch. A. et Sch. br. Etymol. Apollon. Lex. reſpiciens alterum locum Jl. Υ, 70. ex eo ſupplendus Heſych. h. v.

184. αὐτίκα δ' εἰς ὑπερῷ' ἀναβὰς, παρελέξατο λάθρα. ⊱ „quod cubicula feminarum, (θάλαμοι) in alta aedium parte erant; (et quidem, quod negligendum non erat, in auerſa domus parte) ne obtutui virorum expoſitae eſſent. Accuratius de hoc videbimus ad Odyſſeae loca. Similem Martis, vt h. l. Mercurii, audaciam iam vidimus Jl. B, 514. 5. vbi et ὑπερώϊον iam lectum.

185. Ἑρμείας ἀκάκητα. (iterum Od. Ω, 10.) ⊱ quod quintus caſus pro recto (immo antiqua forma eſt ὁ ἀκάκητα pro ἀκακήτης.) et quod non eſt ita dictus ab antro, (ſiue a monte) Arcadiae, ſed διὰ τὸ μηδενὸς κακοῦ παραίτιος γενέσθαι. vel, qui a nemine malo affici poteſt“ Schol. A. adſtipulante Apollon. Lex. Heſych. h. v. (in quo ὁ μηδενὸς κακοῦ ἄξιος corrig. αἴτιος cum Bentleio) Schol. br. Habemus et hic exemplum epitheti vetuſti, cuius vis et ſignificatus mature exoleuerat. Vt au-

tem tam inepte a *κακὸς* repeterent, profectum esse puto ab infaulio fiudio rçuocandi mythos ad praecepta moralia per allegorias: cuius vestigia videbis etiam manifestiora in disputatione, e Porphyrio haud dubie, inserta Schol. B. ad E, 458. Probabilius est Mercurium *Ἀκακήτην* et *Ἀκακήσιον*, vt Cyllenium a Cyllene, monte, ita dictum esse ab Acaco monte Arcadiae: de quo v. Pausan. VIII, 36 extr. etsi is nomen ab heroe Acaco ducit VIII, 3. cf. Spanhem. ad Callim. in Di. 143.

Fuere, qui *ἀκακῆτα* scriberent, probante Schol. A. (vt *κυανοχαῖτα* et al.), etsi *παράδοσις* alterum praeferat, quod Aristarchus recepit.

τόρε δέ οἱ ἀγλαὸν υἱόν. notabilis elocutio: *τορεῖν παῖδά τινι.* pro *γεννᾶν.*

186. *περὶ μὲν θείειν ταχὺν* — *περὶ* scribitur quoque, et melius puto, *πέρι. περισσῶς ταχύς.*

187. *μογοςτόκος Εἰλείθυια.* Apollon. Lex. ad h. l. *ἡ μογοῦσα καὶ πονοῦσα περὶ τοὺς τόκους.* neque video quid melius afferri possit. Actum de his ad Λ, 270. De Jlithyis docte nuper egit Boettiger, V. C.

188. *ἐξήγαγε πρὸ φόωςδε.* Ἐξ· „quod Zenodotus *προφόως δὲ* scripserat, ignorans, de Eurystheo ante iustum tempus nato recte hoc dici; vnde ille quoque *ἠλιτόμηνος*; non autem de aliis" Schol. A. Respicit locum de Eurystheo inf. T, 118 *ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ φόωςδε καὶ ἠλιτόμηνον ἐόντα*, vbi Zenodotum quoque *προφόωςδε* edidisse apparet. Ad e. l. similia in Schol. A. monentur. Videtur Zenodotus accepisse *προφόωςδε* *ante diem iustum;* quod locum habebat altero versu T, 118. non autem h. l. Addam hoc quod nec grammatice satis *προφόωςδε* dictum videtur, ante lucem, *πρὸ φωτός.* etsi Zenodotea ratio legitur quoque ap. Suidam in *Φόως.* Melius Schol. br. *προφόωςδε. εἰς τὸ φῶς, καὶ εἰς τὸ φανερόν. περισσεύει δὲ ἡ πρὸ πρόθεσις.* fere vt scribitur et accipitur in Hymno in Apoll. 119 *ἐκ δ' ἔθορε προφόωςδε.* vbi video recentissimos editores in diuersas partes discedere.

Venetus exhibet: ἐξάγαγεν Φώωσδε. Ariſtarchea, vt probabile ſit, lectio; et Schol. A. οὕτως καὶ Ἀριστοφάνης. Crederem veram eſſe, ſi aliunde de hac forma Φώως, vel ex analogia, conſtaret.

πρὸ Φόωσδε, ſcriptio emendatior lectionis Zenodoteae, dummodo recte declaretur, non modo nihil habet, quod offendat, verum et Homerico vſui reſpondet: Retrahendum eſt πρὸ ad verbum, προεξάγαγε Φόωσδε, h. e. προεξῆγε εἰς Φῶς, non vt ſit προ ante tempus, ſed vulgari vſu, cum eſt proferre, producere. Ita quoque interpretatur Heſych. in ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ Φόωσδε. προεξήγαγε δὲ εἰς τὸ Φῶς, qui altero loco in πρὸ Φόωσδε, πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου, exponit. Nec aliter acceperat Schol. Apollonii ad Arg. I, 406 qui hemiſtichio vtitur, vt doceat τὸ πρὸ eſſe ἀντὶ τοῦ, ἔμπροσθεν. Codices in his auctoritatem habere nequeunt; eſt tamen ſic in Vrat. b. cum in aliis ſit προΦόωσδε vel δέ. Diuiſim πρὸ Φόωσδε legebatur in edd. Flor. Aldd. Turneb. vna voce προΦόωσδε editum inde a Stephano, praeeunte ed. Rom. et Euſtathio. Iterum ad πρὸ Φόωσδε rediit Wolfius, V. C. quod etiam retinui, et retinendum eſſe arbitror. Patet ex altero loco ipſo, T, vbi quod vſ. 118 eſt ἐξάγαγε πρὸ Φόωσδε, altero vſ. 103 eſt, σήμερον ἄνδρα Φόωσδε μογοστόκος Εἰλείθυια ἐκΦανεῖ.

190. μυρία ἕδνα edd. Aldd. et al. ἔδνα. varietate ſollenni. v. ad I, 146.

191. τὸν δ' ὁ γέρων Φύλας — ἀτίταλλεν de vltima voce v. ad N, 27. In principio non dubito ὁ eſſe et h. l. inſertum. Homericum fuit, τὸν δὲ γέρων. Φύλλας in vno Vindob.

193. *Piſander, Maemali* f. hoc vno loco memoratus; at *Alcimedon, Laercis* f. *Aemonis* n. infra P, 467 ſq. vbi, Patroclo caeſo, ab Automedonte currum eius conſcendere iubetur.

194. 5. ὃς πᾶσι μετέπρεπε — μετὰ Πηλείωνος ἑταῖρον. Clarke obſeruat in h. l. amplificationis genus, quod a Quinctiliano *incrementum* appellatur (VIII, 4, 3.) cum

antecellit ceteris Pisander, Pisandro Patroclus, omnibus Achilles.

μετέπρεπε ἡγεμόνεσσι pro Μυρμιδόνεσσι vn. Vindob.

196. τῆς δὲ τετάρτης ἦρχε γέρων ἱππηλάτα Φοῖνιξ. Fuit quoque scriptum γερήνιος ἱππότα Φοῖνιξ. Scilicet ii hoc esse putarunt idem, ac γέροντα, et Nestorem dici Gerenium a senectute. Sch. A. Lipſ. Nil autem de Phoenice adiecit, cum is iam notus esset ex Jl. I.

199. στῆσεν ἐῢ κρίνας, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε. εὖ κρίνας edd. Flor. Aldd. (h. e. διατάξας) et εὔκρίνας vna voce, male Eustath. ed. Rom. et hinc Turn. Steph. recte em. Barnes. κρατερὸν δ' ἐπὶ μ. Est et h. l. δὲ in apodosi positum. nulla cum vi: nisi sit eadem quae τοῦ δή. v. sup. ad A, 57. κρατερὸν, non ἀπειλητικὸν, vt alibi, sed γενναῖον καὶ δυςαπάντητον. vt Eustath. ait.

200. ἀπειλάων seu minarum ſ. καυχήσεων. Schol. B. hoc alterum ex re.

201. ἃς — ἀπειλεῖτε. „γρ. ἀπειλέετε." Barnes.

202. καί μ' ᾐτιάασθε ἕκαστος. ÷ „quod in Zenodoti editione scriptum erat iunctim καὶ μητιάασθε, pro ἐβουλεύεσθε. sed male." Sch. A. B. Lipſ.

πάνθ' ὑπὸ μηνιθμὸν vel, μετὰ πάσης μηνίδος καὶ χόλου, vel κατὰ πάντα τὸν τῆς μηνίδος χρόνον (ita leg. pro χόλον) Sch. A. hoc verius est, et habet id quoque Eustath. et Hesych. in πάνθ' ὑπὸ μ.

In Tabula Jliaca, quo loco haec Achillis exorati species exhibita est, adstant plures Achilli supplicantes. Hoc quidem cum poetae verbis conuenit; at nomina adscripta sunt Πατροκλος. Φοινιξ. Διομηδης. Αχιλλευς. Qui nomina adscripsit, recte quidem de Phoenice cogitare potuit, de Diomede nullo modo. An ille Diomedem Achillis concubinam nominare voluit, quae ei praesto erat I, 661?

203. σχέτλιε Πηλέος υἱέ. χόλῳ ἄρα σ' ἔτρεφε μήτηρ ⊢ „quod oratio narrantis (διηγηματικὴ) transit in μιμητικὴν, dramaticam: non addito, τάδε λέγων ἕκαστος. tum, quod χόλος pro χολή, *bilis.*" Sch. A. Notat idem Schol.

in Apollon. Rh. IV, 1404. et laudat χύλον (χόλῳ) ἄρα σ' ἔτρεφε. In Apollonio tamen χόλος eſt pro veneno. Ionicum σὲ τρέφε non legi video.

207. ταῦτά μ' ἀγειρόμενοι θάμ' ἐβάζετε. vulgo lectum θάμα βάζετε, Ariſtarchus Ἰακῶς. quod ſane per totam Jliadem teneri debebat; niſi nimis multa mutanda forent. Apud Apollon. Lex. in θαμέες. — καὶ τὸ θαμὰ, ἀντὶ τοῦ ταχέως· (leg. συνεχῶς) θάμ' ἐβάδιζε. Emendauit iam Villoiſ. θάμ' ἐβάζετε.

ταῦθ' ἅμ' ἀγειρόμενοι legi Stephanus teſtatur.

208. Φυλόπιδος μέγα ἔργον, ἕης, vt ὅου, pro οὗ. B. 325. ἕεις pro εἷς ex Heſiodo (Θ. 145) laudat Euſtath. et comparat ὧς. ἕως item ἕε pro ἓ, quod Barnes addit. Ex hoc eodem more videbis multa lucem lucrari in doctrina de digammo.

209. μαχέσθω. vn. Vindob. μαχείσθω. poſſet eſſe a μαχέομαι, niſi ſtupor librarii eſſet.

210. καὶ θυμὸν ἑκάστου. fuiſſe debet θυμον τε ϝεκαστου. vt ſaepe iam vidimus.

211. μᾶλλον δὲ στίχες ἄρθεν. Sch. A. improbat, quod Ariſtarchus ſcripſerat, ἅρθεν, vt A, 136 δώσουσι γέρας — ἅρσαντες κατὰ θυμὸν, ad quem loc. vide; aiebat enim eſſe ἅρω vt ἅρμα. ἁρμόζω. et h. l. ἅρθεν, ἡρμόσθησαν. vt et Sch. B. interpretatur cum Sch. br. in quibus additur ἐπυκνώθησαν, Heſych. συνηρμόσθησαν. Inf. P, 268 legebatur ab Zenodoto ἀρθέντες σάκεσι pro Φραχθέντες. Alii pro ἐπήρθησαν καὶ Φρονήματος ἐπληρώθησαν. Sic et Schol. Harlei. dictum acceperant." ſcil. ἀπὸ τοῦ αἴρω. at ſententia et adiuncta in ſeqq. prius poſtulant; nam condenſari ordines ait poeta, vt bene quoque Euſtath. atqui hoc eſt ab ἄρω, iungo, inſtruo. Dicendum olim cum ſpiritu, ἅρω, mox ſine eo pronuntiatum fuiſſe ἄρω, ἁρμόζω, vt εἵρω, εἴρω. et alia εἵλω, εἴλω. εἰλέω. Itaque excidit prorſus ſpiritus aſper in reduplicatione ἄραρα, ἀράρω.

212. ὡς δ' ὅτε τοῖχον ἀνὴρ ἀράρῃ laudat Apollon. Lex. in ἀραρὼν, ἁρμόσας, cum altero Od. E, 252. et

et ad domum tegulis tectam transtulit Apollon. II, 1075—78 ὡς δ', ὅτε τις κεράμῳ κατερέψεται ἑρκίον ἀνὴρ δώματος ἀγλαΐην τε καὶ ὑετοῦ ἔμμεναι ἄλκαρ, ἄλλῳ δ' ἔμπεδον ἄλλος ὁμῶς ἐπαμοιβὸς ἄρηρεν· ὣς οἵγ' ἀσπίσι νῆα συναρτύναντες ἔρεψαν.

213. βίας ἀνέμου ἀλεείνων. noua vi vox vltima posita pro *arcens*, non *euitans*. Occurrit iterum Ψ, 713.

214. ὡς ἄραρον κόρυθες — post ὡς δ' ὅτε τοῖχον ἀνὴρ ἀράρῃ satis haec docent duplicem vocis vsum, cuius iam plura exempla occurrerunt; alterius Δ, 110 καὶ τὰ μὲν ἀσκήσας κεραοξόος ἤραρε τέκτων, et M, 105 οἱ δ' ἐπεὶ ἀλλήλους ἄραρον τυκτῇσι βόεσσι. et al. huius actione immanente, *iungo me* adeoque *iunctus sum*, M, 55. 56 τάφρος — ὕπερθεν δὲ σκολόπεσσιν ὀξέσιν ἠρήρει. Etiam ἤρμοσε τεύχεα sic dictum inf. P, 210. In oculum incurrit posse hoc facile mutari: ὡς ἄραρον κόρυθάς τε καὶ ἀσπίδας ὀμφαλοέσσας sc. Myrmidones. nec meminissem huius, vt multarum similium coniecturarum, quae facile in animum veniunt, vt non magna inde laus enasci possit; sed video etiam Bentleium sic emendasse. Enimuero horridior illa ratio vetustatem redolet.

215. 6. 7. Versus iam vidimus N, 131. 2. 3. Et ad hos sunt videnda obseruata.

217. ὡς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισι. ὡς πυκνὸν Sch. Lips.

218. πάντων δὲ προπάροιθε δύ' ἀνέρε θωρήσσοντο. Ven. θωρήσσεσθον. et Sch. A. γρ. θωρήσσοντο. Lectio ambigua, quandoquidem vtrumque vsu Homerico frequentatur, v. ad A, 567 et vtriusque permutandi opportunitas esse potuit. θωρήσσοντο erat lectio ed. Flor. et Aldd. Tuentur hoc Cant. Mori. Barocc. Harl. Townl. Vrat. b. d. A. Mosc. 2. Mutatum et receptum θωρήσσεσθον ex Rom. a Turnebo, Steph. idque Ven. Lips. exhibent. Hoc et legebatur N, 301. Nolui mutare, quod iterum videbam, Ernestio auctore, inductum esse a Wolfio: cum nihil referret. Est autem θωρήσσεσθαι h. l. armatum incedere.

221. *χηλοῦ δ' ἄπο πῶμ' ἀνέωγε.* „eſt hoc ab *ἀνέωγον*, non ex *ἀνέωγα*“ Clarke. Apparet *οἴγειν* eſſe proprie remouere operculum, vt et obicem.

ἄπο ſcripſi, quia eſt *χηλοῦ ἄπο*, vſu grammaticorum. Et ſic Vrat. b.

222. *τήν οἱ Θέτις ἀργυρόπεζα θῆκ' ἐπὶ νηὸς ἄγεσθαι.* „quod ſecundum Homerum non reliquit Achillem die duodecimo e quo natus erat: *vt recentiores poetae narrant:* ſed cum Peleo vixit; mittit ſaltem ea *domo* h. l. Achillem in bellum; aitque ſe eum non excepturam eſſe *reducem domum* Σ, 59. 60. et Α, 396. et Ρ, 408.“ Sch. A. B. Recentiores poetae, *οἱ νεώτεροι*, quos Scholiaſtae narrant, cyclici, puto, fuere et haud dubie tragici. Ex Alexandrinis Apollonius eſt Argonaut. IV, 866 ſqq.

223. *ἐπὶ νηὸς ἰόντι* Zenodotus et Ariſtophanes legerant. Sch. A. Non ergo hi viderant, hiatum inferri. *ἐῢ πλήσασα* emendandum erat vel ſine libris: ſuccurrunt tamen illi; et ipſe Venetus. vt ſup. 199 *ἐῢ κρίνας*. In edd. Flor. et Aldd. (vt in Barocc.) erat *ἐμπλήσασα*, pro quo ex Rom. illatum *εὐπλήσασα*. Paſſim iam notatum fuit hoc grammaticorum ſtudium, hoc quoque loco in Euſtathio conſpicuum, mirum, compoſita noua fabricandi; obuium quoque in Apollonio et aliis.

224. *οὔλων τε ταπήτων.* vox antiquata: *οὖλος*. Conſentiunt veteres *οὖλον ἐπὶ τοῦ μαλακοῦ* dictum eſſe. verſu hoc laudato. Sic Apollon. Lex. h. v. Etymol. Heſych. Euſtath. *δασέων καὶ ἐχόντων οὐλότητα* Sch. br. orta puto notio ex altera, cum ſit *οὖλος criſpus*, v. c. de veſte. At Sch. B. reddit, *εὐειλήτων διὰ μαλακότητα. ἀφ' οὗ καὶ οὐλόθριξ criſpis* capillis. *τάπητα* veſtis ſtragulae lecto inſtratae genus iam vidimus Κ, 156 iterum Ω, 645. ſaepe in Odyſſ.

227. *ὅτε μὴ Διὶ πατρί.* „Ariſtarchus *ὅτι μὴ*“ Sch. A. Sch. Lipſ. et Sch. Exc. Barneſii quod et eſt in vno Vindob. et addunt Sch. B. et Lipſ. *οὐ γὰρ, ὅτε Διὶ, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔθυε.* Sane vtrumque recte dicitur, et fere in eundem ſenſum. Vt autem formulam recte expedias,

tenere necesse est, omitti in his particulam εἰ. εἰ μὴ, ὅτε. εἰ μὴ, ὅτι. Ita quod ex Thucydide laudatur: οὐ γὰρ ἦν κρήνη, ὅτι μὴ μία, ἐν ἀκροπόλει, est idem ac εἰ μὴ ὅτι μία ἦν. et sic saepe in Atticis. At ὅτε μὴ aliquoties in Homericis: vt sup. N, 319. Ξ, 248. Od. Π, 197. Ψ, 185. Ergo h. l. est idem ac οὐ σπένδεσκεν, εἰ μὴ, ὅτε σπένδεσκε Διΐ. Itaque pro eodem simpliciter alibi occurrit εἰ μὴ, vt Od. I, 178 εἰ μὴ θυμός με κελεύει.

228. τό ῥα τότ' ἐκ χηλοῖο. „τό ῥα vno ρ Aristarchus" Schol. A. Scilicet alii, vt Lips. ex pronuntiatione assumserant τόῤῥα, quod saepe occurrit: Barnes congessit exempla, item Clark. Ernesii. Intulerant quoque τόῤῥα Aldd. quod iterum eiecit Stephanus. Schol. Apollonii Arg. I, 769: ὀῤῥ'· οἱ δὲ 'Αριστάρχειοι δι' ἑτέρου ρ ἔχουσι τὰς τοιαύτας γραφάς. ὡς 'Ηρακλέων φησὶν ἐν τῇ Π τῆς 'Ιλιάδος· τό ῥα τότ' ἐκ χηλοῖο λαβών. Heracleo autem τόῤῥα praeferebat: vt idem Schol. testatur ad III, 37. Multa de his memorata passim in libb. Obss. a viris doctis.

229. 230. ἔπειτα δὲ νίψ' ὕδατος καλῇσι ῥοῇσι. νίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας. Obseruat Clarke rite obseruatum vsum in νίψαι et νίψασθαι.

καλαὶ ῥοαὶ, de aqua pura et limpida.

230. ἔπειτα δ' ἔνιψ' Mosc. 2.

ἀφύσσατο δ' αἴθοπα οἶνον Vrat. A. ἀφύσσετο.

231. εὔχετ' ἔπειτα στὰς μέσῳ ἕρκεϊ. quia in media aula est ara Iouis, dicti *Hercei*, v. Od. X, 334. 5. cf. ad Virgil. Aen. II, 512. Excurs. XI. Schol. B. ait: μεσέρκειον καλοῦσι τὸν Δία.

μέσῳ στὰς ἕρκεϊ Turnebus mutauit, vt versus esset γλαφυρώτερος et concinnior.

ἔπειτ' ἀνστὰς corrigebat Bentl.

In Mosc. 2. versus exciderat; librarii festinatione.

232. οὐρανὸν εἰσανιδὼν ex mente Bentleii iniuriam facit metro, cum esse deberet εισανϝιδων, quia simplex est ϝιδων, et emend. εἰσοροων. Enimuero in compositis digamma plerumque exulare, notaui passim. ad B, 316. Δ, 508 et in Excursu de Digammo.

233. 4. 5. Locus illustris de religione Iouis Dodonaei, cuius, cum Achilles eum inuocet, non minus in Thesfalia honos esse debuit. Nec mirum, cum illud sit numen Pelasgicum, ad Pelasgicam autem stirpem Myrmidones sunt referendi, cum plerisque aliis populis Thessaliae antiquioribus. Ceterum quae a grammaticis obseruata sunt, reieci in Excursum ad h. v.

Versum 233 Strabo adscripsit, vt probaret Pelasgos tenuisse Dodonam et oraculum condidisse lib. VII p. 504 C et vbi de Pelasgis agit lib. V p. 338 A.

τηλόθι ναίων scil. respectu Troiae longe a Dodona dissitae. Ap. Stephan. p. 322 laudatur versus: *Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁμέστιος βροτῶν.* At grammatici de Ioue in Olympo sedente cogitant, et respiciunt verba *οὐρανὸν εἰσανιδών.*

234. 5. *ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται, ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.* ⊱ *ἡ διπλῆ, πρὸς τὸ τῆς γραφῆς ἀμφίβολον. οἱ μὲν γὰρ Σελλούς, οἱ δὲ Ἑλλοὺς ἐξεδέξαντο.* Memorabilis lectionis varietas: *ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ*, et *ἀμφὶ δέ σ' Ἑλλοί.* Si hoc sequeris, ita sequentia sunt iungenda: *ναίουσιν ὑποφῆται σοί. tui* prophetae. Neque satis definiri potest, vtrum verius sit: ipso Strabone iudice p. 505 A. *ἡ γραφὴ ἀμφίβολος οὖσα, ἐᾷ* (em. *οὐκ ἐᾷ*) *διισχυρίζεσθαι.* Nec in eo haerendum esse arbitror; ex dialecto enim antiqua potuere iidem et *Ἑλλοὶ* et *Σελλοὶ* pronuntiari; notum enim, adspirationem variis modis esse pronuntiatione redditam. *Σελλοὶ* sunt Sophocli in Trachin. 1183 vbi vetus responsum Hercules sibi datum memorat, *μαντεῖα. — ἃ τῶν ὀρείων καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ Σελλῶν ἐσελθὼν ἄλσος εἰσεγραψάμην πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυός.* Pro scriptura *Ἑλλοὶ* laudatur auctoritas Pindari non modo in Schol. sed iam in Strabone lib. VII p. 505 A. v. in Fragm. Pindar. ex Paeanibus No. VII p. 58 (prior. ed. Schneid. p. 40) cf. Valken. in fragm. Eurip. p. 171. inprimis Schol. Sophocl. Trach. 1183. vbi ad Tragici voc. *Σελλῶν. — ἔνιοι δὲ χωρὶς τοῦ σ γράφουσιν,* (an vero in Tragico quoque?)

Ἕλλοὺς ἀποδεχόμενοι, καὶ Ἑλλοπίαν τὴν Δωδώνην νομίζουσιν εἶναι. τὴν γὰρ χώραν οὕτως Ἡσίοδος ὀνομάζει ἐν Ηοίαις λέγων οὕτως· adſcribitur inde fragmentum decem verſuum: ἔστι τις Ἑλλοπίη — ἔνθα τε Δωδώνη τις ἐπ' ἐσχατιῇ πεπόλισται, τὴν δὲ Ζεὺς ἐφίλησε καὶ ὃν χρηστήριον εἶναι τίμιον ἀνθρώποις, ναῖον δ' (ſitum) ἐν πυθμένι φηγοῦ et ſqq. Itaque Heſiodus oraculum Dodonae memorat *in Hellopia;* vt videantur Ἕλλοἰ et Ἑλλίοπες iidem eſſe. Legitur quoque in Schol. br. nomen Hellis inditum eſſe ab Hello lignatore, τοῦ δρυτόμου, cui narratum ſit primo columbam eſſe vaticinatam. Similem rationem pro Sellis habet Schol. B. ἀπὸ Σελλοῦ, Θετταλοῦ τὸ γένος, ὅθεν κατὰ διαδοχὴν οἱ τοῦ Διὸς ἱερεῖς ἐγένοντο; commentum grammaticum, petitum ab exemplo Iamidarum Olympiae, Delphorum Delphis. Plura ſunt ap. Euſtath. p. 1057, 55. Pro ſcriptura Σελλῶν a Schol. A. laudatur fluuius Σελλήεις ap. Apollon. Lex. h. v. Vtramque ſcripturam habet Heſych. vbi Ἑλλοὶ, οἱ Ἕλληνες· parum docte.

Σελλοὶ ſcribendum eſſe, non Σέλλοι, docent Schol. A.

235. ὑποφῆται· ὑπομάντεις ἱερεῖς, ὅ ἐστι, χρησμῳδοί. θεολόγοι. προφῆται. Sch. A. et Sch. br. cum Heſych. Verbo: ſunt, qui reſponſa a deo ſeu a vate accepta conſulentibus reddunt, iidem προφῆται dicti.

Super ἀνιπτόποδες et χαμαιεῦναι multa commenta afferunt Schol. A. B. tum Euſtathius, vt ait, ex antiquioribus: Ex iis eſt vnum, quod templo non prodiiſſe feruntur hi ſacerdotes, ſcilicet, vt caſtos et puros ſe ſeruarent, ideoque nec ablutione opus haberent. Ex his illuſtres Apollon. Lex. ἀνιπτόποδες. οἱ δι' ἁγνείαν μὴ προερχόμενοι. cf. Valken. Diatrib. in Eurip. p. 170. Iac. Gronov. ad fragm. Steph. in vno Stephani MS. repererat: ὑποφῆται ἂν ἱππόποδες quod ei Centauros in animum reuocabat: at eſt is merus luſus. Probabilitatem in iis, quae de Sellis memorantur, habet hoc: vitae auſteritatem affectaſſe iſtos homines. Poetam his epithetis nil aliud quam homines barbaros et omni vitae cultu huma-

niore carentes declarare voluiſſe, vix probabile ſit. Placet tamen hoc aliis, et ipſi Straboni l. l. VII p. 505 A. pedes *illotos* pro *nudis* dici, putabat Wakefield ad Ionem p. 225. Reddita vox χαμαιεῦναι per γηλεχέες a Callimacho in Del. 286. et χαμαικοῖται a Sophocle in Trachin. 1183. Euripides in Erechtheo (ap. Clement. Strom. VI p. 739) haec ita reddiderat: εὕδουσ' ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ, πηγαῖσι δ' οὐχ ὑγραίνουσι πόδας.

236. ἦ μὲν δή πότ' ἐμόν. — ⸖ „quod Achilles nec ante propter Achiuorum iniuriam preces faciens inductus eſt a poeta, nec ad ipſius, ſed ad matris preces Iupiter eam eſt vltus: ideoque verſus ſequens 237 quem Chryſes pronuntiauit A. 454 eſt abolendus; dicit enim Achilles haec vniuerſe" Schol. A. Idem iam obſeruauerant grammatici ſup. ad A, 454 vbi idem verſus recte ſuum locum habebat; conueniebant enim dirae preces Chryſae, homini barbaro et Graecis infeſto. Etſi repugnabat ibi Waſſenberg p. 115. At Sch. B. h. l. putat, matris preces exauditas Achillem ad ſe transferre. — εἰ ἦ μὲν ἐγὼ Vrat. d.

ἦ μὲν δή ποτ' *ſane aliquando* — *vtique et nunc.* ἠδ' ἔτι καὶ νῦν. ex antiqua loquendi ratione (de qua dictum v. c. ad E, 885) pro εἴ ποτε, ſequente apodoſi καὶ, οὕτω καί. *ſi alias, ita et nunc.* Supra A, 453 idem verſus erat ἤδη μέν ποτ' ἐμεῦ πάρος ἔκλυες εὐξαμένοιο — ἠδ' ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ' ἐπικρήηνον ἐέλδωρ. Profeſſus ſum et ibi et ad H, (VII) 301. p. 357. me haerere in altero ἠδ' ἔτι καὶ νῦν. Poſt ἦ μὲν δή ſequi debebat ἦ δὴ ἔτι καὶ νῦν. Ex prima antiquitate conſtitui haec nequeunt, cum η et ει et ε eodem charactere exhiberentur. Euſtath. legerat et εἰ μὲν δή ποτ' et ἦ μὲν δή ποτε. vn. Vindob. εἰ ἦ μέν ποτ'. Pro ἐμὸν erat ἐμοὶ (f. pro ἐμεῦ) in ed. Flor. ſed correctum in Ald. 1.

237. τίμησας μὲν ἐμὲ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν. ⁜ — Obelo notatur verſus, quia, vt paullo ante dictum, eiiciendus eſt. aſteriſco autem, quod verſus translatus eſt ex verbis Chryſae A, 454. vbi tres verſus

453. 4. 5. tribus his 236. 7. 8 ſimiles partim, partim iidem ſunt.

239. *αὐτὸς μὲν γὰρ ἐγὼ μενέω νηῶν ἐν ἀγῶνι.* ⸗ ſed Scholion excidit, quod forte ad *νηῶν ἐν ἀγῶνι* ſpectauit: ſimile ei, quod ad O, 428 appoſitum erat: ad q. v. vide. Et in Sch. br. *ἐν τῷ ναυστάθμῳ.*

γὰρ h. l. eſt pro *ἄρα. δή.* quaſi *αὐτὸς μέν γ' ἄρα.*

240. *πολέσι μετὰ* M. pro *σὺν τῷ πλήθει Μυρμιδόνων. σὺν τῷ τάγματι* M.

241. *τῷ κῦδος ἅμα πρόες.* pro *συμπρόες νίκην αὐτῷ.*

243. *ὄφρα καὶ Ἕκτωρ εἴσεται, ἤ ῥα καὶ οἶος ἐπίστηται πολεμίζειν.* ⸗ „quia Zenodotus *ἐπιστέαται*, quod eſſet *ἐπίστανται.* Id eum ignorare ait Schol. A. at ipſe, contendens *ἐπίστηται* eſſe pro *ἐπίσταται*, ignorat hoc aduerſari grammaticae rationi: ſequi tamen idem apparet Apollonium Lex. *ἐπίστηται. δύναται.* Ab *ἐπίσταμαι* credas, vt ab *ἵσταμαι. ἱστῶμαι*, coniunctiuum eſſe *ἐπιστῶμαι, — ῆται.* Sed nusquam video veteres in accentu haeſiſſe. In Heſych. *ἐπίστηται, γινώσκηται.* viderunt itaque, *ἴσημι. ἴσαμαι, ἐπίσταμαι*, aliam ſequi analogiam. Barn. „*γρ. ἐπίσταιτο πτολεμίζειν.* ed. Rom. cum mſ. Lipſ. et Vrat. A. *ἐπίσταται* male. — *ἤ ῥα* iterum pro *εἴ ῥα* vel *ἢ εἴ ῥα* — Townl. *ἢ ῥα* et 244 *ἢ εἴ οἱ.* Vrat. A. *ὅ ῥα.*

244. 245. *ἤ οἱ τότε χεῖρες ἄαπτοι μαίνοντ'.* Poſt ſubiunctiuum *ἐπίστηται* expectabas *μαίνωνται.* Potuere Alexandrini negligere hoc, cum debuiſſent ex antiqua ſcriptura mutare in *ω.* Verum ſaepe in Homericis ſubiunctiuum altero membro excipit indicatiuus.

246. *ἀπὸ ναῦφι δίηται. ἀποδίηται μάχην ταῖς ναυσί.* v. ad M, 225.

247. *ἐπὶ νῆας ἵκοιτο.* vn. Vindob. *ἱκέσθω.*

248. *ξὺν πᾶσι.* non eſſe h. l. iungenda *σύμπασι*, docet Sch. A. vt *σύμπασι Πυλίοισι·* Od. Γ, 59.

ἀγχεμάχοις ἑτάροισι· „*γρ. ἐγχεμάχοις.* Barnes. *ἀγχιμάχοις* Barocc. Mori. De hoc v. ad B, 823 et ad N, 5.

Vſ. 248. 249 non eſt in Vrat. A.

249. 250. τοῦ δ' ἔκλυε — τῷ δ' pro καὶ αὐτῷ ἕτερον μὲν δῶκε.

252. σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἐξ ἀπονέεσθαι. „γρ. καὶ σόον καὶ σάον. „Sch. A. ἀνένευε Mori. Eadem varietas in lr. v. ap. Lucian. Icaromen. 25. ἐξαπονέεσθαι iungunt fere grammatici, codd. et edd. etiam inf. Υ, 212. noto more. In ed. Flor. exciderat ἐξ.

254 ἂψ κλισίην εἰςῆλθε, δέπας δ' ἀπέθηκ' ἐνὶ χηλῷ. κλισίην δ' εἰςῆλθε Lipf. Sch. A. οὕτως· ἀπέθηκε διὰ τοῦ ᾱ. Fuit adeo in aliis ἐπέθηκε. faltem hoc deb. ἐνέθηκε.

258. ὄφρ' ἐν Τρωσὶ μέγα Φρονέοντες ὄρουσαν. ἔβησαν Vrat. b. A. Iungenda autem funt, ἐνόρουσαν.

259. αὐτίκα δὲ σΦήκεσσιν. Locum imitatus Quintus VIII, 41. ἀμΦὶ Νεοπτόλεμον ἄγερθεν — ἄμοτον μεμαῶτες, Λευγαλέοις σΦήκεσσιν ἐοικότες, οὕςτε κλονήσεις, Χηραμοῦ ἐκποτέονται, ἐελδόμενοι χρόα δῦναι Ἀνδρόμεον· πάντες δὲ περὶ στένος ὁρμαίνοντες Τεύχουσι μέγα πῆμα παρεσσυμένοισι βροτοῖσι· Ὣς οἵγ' ἐκ νηῶν καὶ τείχεος ἐξεχέοντο, vt locus videtur effe legendus. In v. 41 vulgo eft αἵτε κλονήσει. in Codd. ap. Tychfen V. C. eft οἵτε et οὕς τε. Expreffit Homerica Lycophron 180. 1. 2.

260. εἰνοδίοις, οὓς παῖδες. — „quod eadem fententia verfu fequente repetitur, at nunc melius enuntiatur. εἰνοδίοις· τοῖς παρὰ τὴν ὁδὸν ἔχουσι σΦηκιάν. Sch. B. et br.

ἐριδμαίνωσιν erat lectio vt codd. fic edd. omnium; mutata temere a Clarkio ex Harlei. et Euftath. ἐριδμαίνουσι. etfi hoc quoque in Hefychio occurrit, et per fe ferri poteft. Enimuero exquifitior ftructura ex more Homerico (feriores dicerent ἐριδμαίνοιεν ἂν) ἐριδμαίνωσι. quam et codd. habent, in his Ven. Lipf. Sch. br. Apollon. Lex. in Sch. B. ἐριδμαίνωσι δὲ, εἰς ἔριν ἐμβάλωσιν· οἱ δὲ, ἐρεθίζωσι. Etiam Apollon. Lex. in ἔθοντες laudat ἐριδμαίνωσιν.

ἔθοντες. ἐξ ἔθους ἔχοντες Sch. B. et fimilia Euftath. In Hefych. eft ἐθιζόμενοι. ἔθοντες Etymol. in ead. voce. Melius Apollon. Lex. ἔθοντες. εἰθισμένως ἐπιΦοιτῶντες. laudato verfu hoc et Jl. I, 536. ad quem iam vidimus

ἔθειν esse non modo more consueto aliquid facere, sed etiam frequentare locum. Sch. br. συνεχῶς, ἐξ ἔθους, παραγινόμενοι καὶ βλάπτοντες. Eadem Etymol. in ἔθοντες. quae ex contexto verborum sunt ducta. Bentl. pro ἔθοντες coni. ἑκόντες. non probo.

261. αἰεὶ κερτομέοντες — „ἀθετεῖται, quia κερτομεῖν verbis fit, non re; tum quod tautologiam infert, post superiorem versum" Sch. A. B. Lipf. Victor. at Sch. B. et Eustath. versum agnoscunt. Si tamen inutilis copia a poeta proficisci nequiit, manifestum est, versum esse insititium. Etiam Aristophanes eum damnauerat. Profitetur quoque Ernesti, tautologiam semper se offendisse.

ὁδῷ ἔπι οἰκί' ἔχοντας „Aristarchea est lectio: (eaque vera: sup. M, 167 οἱ δ', ὥστε σφῆκες, μέσον αἰόλοι, ἠδὲ μέλισσαι, Οἰκία ποιήσονται ὁδῷ ἔπι παιπαλοέσσῃ.) alii (vt et Barocc. et Lipf. a pr. m. Mosc. 2 a p. m.) ἔχοντες, vt sint pueri" A. B. vt est Z, 15 ὁδῷ ἔπι οἰκία ναίων. Schol. B. quoque supplet οἱ κερτομέοντες, οἱ κερτομικοί.

263. παρά τίς τε κιὼν. Harlei. τίς κε Sch. br. τὸ ἑξῆς· παριών τις. pro interpretatione. τοὺς δ' — οἱ δ' cum autem — tum vero. Clarke.

264. εἴπερ — κινήσῃ. Vulgo κινήσει in edd. at κινήσῃ Ven. Cant. Vrat. b. d. A. Mosc. 2. duo Vindob. Barnes coni. κινήσει' vt Od. K, 584 ὁσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων. et 590 ὁππότε ἰθύσει'. Etiam Bentl. pronus est in eam emendationem eamque firmat per cod. Harlei. Similis varietas est inf. 298. et habent per se omnes hi modi locum et rationem. Redit dubitatio ad ea, quae sup. Ξ, 16 exposita sunt: nonnullis in locis ex ambigua scriptura antiqua ambiguitatem oriri, e qua κινησει potest esse κινήσει, κινήσῃ, κινήσει'. sunt tamen loca, in quibus subiunctiui vsus manifestus fit, vt statim inf. Π, 386. ὅτε χαλεπήνῃ. inprimis post particulas εἰ et ὅτε cum deriuatis. In aliis locis additur ἂν vel κεν. De his v. ad E, 212. A, 81. et saepe.

265. ⸏ quod plurali ἔχοντες subiicitur singularis πᾶς πέτεται. Sch. A.

268. *ἑτάροισιν ἐκέκλετο* Townl. *κέκλετο*.

269. 270. Iterati aliquoties: Z, 111. 112.

271. *ὡς ἄν — τιμήσομεν*. More, et alibi notato, non tam Ionum, quam prifci fermonis; vt inf. Ψ, 339 *ὡς — δοάσσεται* pro *δοάσσηται*, etfi hoc idem inter Atticas formas notatum.

272. *Ἀργείων π. ν.* — Miror hunc verfum qui iterum P, 165 repetitur, non cuiuis fufpectum fuiffe; eft tamen qualis quantus eft pannus adfutus; frigent *ἀγχέμαχοι θεράποντες*, etfi fuppleas *εἰσὶν ἄριστοι*. Nunc video ap. Barnes ex Excerpt. Ms. adfcriptum: *Σέλευκος ἀθετεῖ τὸν στίχον*. Recte et *εὐστόχως* ad meum fenfum. Video in hoc etiam confentire Erneſti.

ὅςτις ἄριστος, abfolute fic pofitum et alibi occurrit: Sic H, 50 *αὐτὸς δὲ προκάλεσσαι Ἀχαιῶν ὅςτις ἄριστος*. Od. Γ, 108 *ἔνθα γ' ἔπειτα κατέκταθεν, ὅσσοι ἄριστοι*. Σ, 370 *βόες ἐλαυνέμεν, οἵπερ ἄριστοι*, et fic faepe — *ἀγχέμαχοι* et h. l. vt 248 fcribunt, vt Vrat. A.

273. 4. Vterque verfus repetitus ex A, 411. 412. Videtur totus locus olim fubftitiffe in vf. 271 *ὅςτις ἄριστος*.

274. *ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισεν*. ⊱ „quod *οὐδὲν* pro *οὐ* pofitum eft" Sch A. quafi res infolens narretur! — *ἔτισσεν* male et h. l. Barocc.

276. *ἐν δὲ πέσον*. Ionice, vt expreffe Mofc. 2. Vulgo *ἐν δ' ἔπεσον*. Sunt autem numeri admirabiles huius et fequentis verfus.

278. *ὡς εἴδοντο*. De hac voce v. ad Γ, 154.

281. *ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες, ἐλπόμενοι*. ⊱ „quod *φάλαγγες ἐλπόμενοι* dictum *πρὸς τὸ νοητὸν* pro *αἱ φ. ἐλπόμεναι*" Sch. A. *ἔλπεσθαι* etiam h. l. *προςδοκᾷν*.

282. *μηνιθμὸν ἀποῤῥίψαι* iam vidimus J, 513. *φιλότης* nunc, placatus animus: *φιλότητα δ' ἑλέσθαι*.

283. *ὅπῃ φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον*. *ὅποι* Vrat. A. *ὅποι φύγῃ* Euftath. et vn. Vindob. et „*ὅπως φύγῃ*" Clarke.

285. ὅθι πλεῖστοι κλονέοντο. Pro vltima voce καὶ ἄριστοι, Barocc. Mori. Bentleius etiam vt alibi ἀντικρὺς pro ἀντικρύ.

287. Παίονας ἱπποκορυστάς. In B, 848. 9. vbi hi duo verſus iam lecti ſunt ἀγκυλοτόξους eos dixit, vtroque loco a Pyraechme adductos. Videtur adeo alterutro loco vitium ineſſe. Vide ad e. l. praeferam vtrobique ἱπποκορυστὰς, qui conueniunt cum Φ, 155.

288. ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρὺ ῥέοντος. εὐρυρέοντος e more grammaticorum Moſc. 2.

290. ἀμφὶ Φόβηθεν. Vulgo edd. ἀμφεφόβηθεν ſicque ipſe Ven. cum Euſtath. Sch. br. et codd. ſollenni grammaticorum ſtudio compoſitorum. At Sch. A. „Ἀρίσταρχος Ἰακῶς· ἀμφὶ Φόβηθεν" Sicque legerat Ven. B. Lipſ. ἀμφ' ἐφόβηθεν vn. Vindob. Nec tamen ἄμφι ſcribi poteſt, quod eſt inter eas particulas, quae non admittunt anaſtrophen, v. Etymol. in ἀπό.

293. αἰθόμενον πῦρ. „in alio: ἀκάματον πῦρ." Sch. A. vtrumque occurrit alibi.

294. τοὶ δὲ Φόβηθεν. vulg. τοὶ δ' ἐφόβηθεν. Sed ſi paullo ante 290 Φέβηθεν Ionico more ſcribendum erat, ſcribendum erit hoc quoque loco. Tueturque hoc Townl. Vrat. b. „ἄρα *proinde*" Clarke.

296. ὅμαδος ἄλλαστος. omnino *ingens*. v. ad B, 797.

298. ὡς δ' ὅτ' — κινήσῃ πυκινὴν νεφέλην στεροπηγερέτα Ζεύς. „κινήσῃ ſuppeditant Ven. Cant. Harl. Vrat. d. Moſc. 2. duo Vindob. et hoc recte poſt ὡς δ' ὅτε. v. ad Ξ, 16. Excurſ. I. ad Lib. IX. p. 696. Vulgg. κινήσει. quod et Euſtath. habet. Receperat quoque κινήσῃ h. l. Barnes, qui ſupra 264 reliquerat κινήσει. Occurrebant autem duo verſus 299. 300 ſupra in ſimili comparatione Θ, 553. 4.

στεροπηγερέτα. Scribit Barnes, στεροπηγέρετα. neſcio vnde repente hoc? debebat ergo et νεφεληγέρετα Ζεὺς ſcribere. Etiam Heſych. στεροπηγερέτα Ζεὺς, ὁ τὰς στεροπὰς συναγείρων. quae etiam in Apollonii Lex. olim lecta.

299. *ἐκ δ' ἔφανεν* legendum et hic vt fup. Θ, 553. cum Veneto Cant. Harl. vn. Vindob. Euftath. Emendarat quoque Bentl. pro vulgari *ἐκ δ' ἔφανον* quod grammatica ne quidem admittit; peius etiam Lipf. et Ven. B. cum Vrat. b. Mofc. 2. *ἐκ δ' ἔφαναν*. Harlei. *ἤφανεν*.

πρώονες ἄκροι. Mofc. 2. *ἄκραι*.

300. *οὐρανόθεν δ' δ' ἄρ' ὑπεῤῥάγη ἄσπετος αἰθήρ*. verfus, vt dixi, iam lectus Θ, 554. At nunc Schol. A. addunt: „*τῶν νεφῶν διαῤῥαγέντων ὤφθη αἰθήρ. ὥς φαμεν, ῥηγῆναι τὸν ὑετόν.*“ hoc alterum quidem diuerfum eſt, ſi imber erumpere dicitur At nubibus vento vehemente dispulfis ferenum caelum apparet. *nubes in caelum fe purgat apertum*, ait Virgilius. Alii, duce Euftathio, acceperunt de fulmine: quod non conuenit; eadem habentur in Schol. br. in quibus tamen melius praemittitur: *αἴφνης* (*ἐξαίφνης*) *διέλαμψεν αἰθήρ.* et *ὑπεῤῥάγη, διαφανὴς ἐγένετο.* *ἀπεῤῥάγη* vn. Vindob.

δ' ἄρ puta dictum vt *γάρ*.

301. *ὡς Δαναοὶ νηῶν μὲν* — Hunc verfum cum B, 549 *παρῳδεῖν* videtur Ariftoph. Pac. 1090. *ὡς οἱ μὲν νέφος ἐχθρὸν ἀπωσάμενοι πολέμοιο Εἰρήνην εἵλοντο καὶ ἱδρύσανθ' ἱερείῳ.* praecedit enim: *χρησμὸν — ὅν περ κάλλιστον δήπου πεποίηκεν Ὅμηρος.* *νηὸς μὲν* vn. Vindob.

302. *πολέμου δ' οὐ γίνετ' ἐρωή.* Lipf. *πολέμῳ. ἐρωὴ* nunc *ἡσυχία* et *ἀνάπαυσις.* Schol. br. Scilicet eft nunc impetus et motus, qui fit ad comprimendum. Iterum hemiftichium adhibitum P, 761. vbi redditur: *ἐπίσχεσις. λῆξις. παυσωλή.*

304. *προτροπάδην φοβέοντο.* Schol. br. *προτροπάδην. ἐπειγμένως καὶ ὁλοσχερῶς ἐκστρέψαντες* leg. *ἐκτρέψαντες τὰ νῶτα.* eft ductum a *προτρέπεσθαι*, praecipitem in fugam ruere. Latinis eft fuga effufa. Supra E, 700 *οὔτε ποτὲ προτρέποντο — οὔτε πότ' ἀντεφέροντο μάχῃ.* Vocem *προτροπάδην* poft haec receptam effe inter delicias et elegantias fcriptorum, notauit iam Ernefti ad Xenoph. Mem. I, 3, 13.

προτροπάδην ἐφέβοντο Vrat. d. vn. Vindob.

305. *ἀλλ' ἔτ' ἄρ' ἀνθίσταντο· νεῶν δ' ὑπόειξον ἀνάγκῃ.* *ἀνθίσταντο* „vna voce, non *ἄνθ' ἵσταντο*" ait Schol. B. vt *ἄνθ'* ſit pro *ἄντα.* nonnulli ergo ita ſcripſerunt, nec prorſus male.

In *ὑπόειξον* idem Schol. B. dubitat de tono; putauitne poſſe legi *ὑποεῖκον*? an *ὕπο εἶκον*?

307. *ἡγεμόνων· πρῶτος δέ.* Ita ſi interpungitur, vt vulgo fit, iungenda ſunt: *ἔνθα δὲ τῶν* (pro *ἐκ τῶν*) *ἡγεμόνων ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα.* vt inf. 351 *οὗτοι ἄρ' ἡγεμόνες Δαναῶν ἕλον ἄνδρα ἕκαστος.* Hanc interpunctionem probat quoque Schol. A. Iunxerunt alii: *κεδασθείσης ὑσμίνης ἡγεμόνων.* Alii *ἡγεμόνων πρῶτος δὲ.* hoc quidem non tam abſurde, puto, ac cenſet Clarke, qui Euſtathium ſequendum eſſe ait: *ἀνὴρ ἐκ τῶν ἡγεμόνων ἕλεν ἄνδρα ἡγεμόνων.* durum hoc eſſe facile ſentias. Schol. A. opinatur poſſe quoque diſtingui vſ. 307. poſt M. *ἄλκιμος υἱός.*

309. *ἔγχει ὀξυόεντι.* Scripſi *ἔγχεϊ*, pro *ἔγχει'*, ne hiatus inferatur. *ὀξυόεις* ex *ὀξύη* vidimus iam ad E, 50.

διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε. Etiam hic *διαπρὸ* alii.

310. *ὁ δὲ πρηνὴς ἐπὶ γαίης κάππεσ'.* Ita vulgo legebatur. Infra tamen vſ. 413 vbique legitur: *πρηνὴς ἐπὶ γαίῃ κάππεσεν.* Legebatur et noſtro loco *ἐπὶ γαίῃ* in edd. donec ex edit. Rom. intulit *ἐπὶ γαίης* Stephanus. Codd. Cant. Vrat. b. d. et Codd. Vindob. tuentur *ἐπὶ γαίῃ.* Et hoc probat, puto, vſus in aliis: inf. 579 *ὁ δ' ἄρα πρηνὴς ἐπὶ νεκρῷ κάππεσεν.* Etiam P, 300. Alibi eſt *ἐν*, vt *ἐν κονίῃσι.* Eſt quoque *ἐπὶ χθονὶ τεύχεα κεῖται*, vt Γ, 195. nusquam *ἐπὶ χθονός.*

311. *οὖτα Θόαντα.* ⸖ quod hic Thoas eſt Troianus" Schol. A. non Aetolus ille. De *οὖτα* vltima brevi v. ad Δ, 319 et alibi.

312. *στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα.* Idem verſus inf. 400. Apud Heſiod. Scut. Herc. 460 eſt *ὑπὸ σάκεος* apud Aeſchylum autem *παρ' ἀσπίδος* in verſu vexato Sept. ad Theb. 630 (626) *χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται παρ' ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δορί.*

313. *ἐφορμηθέντα δονεύσας.* „Aristophanes: *ὑφορμηθέντα. ὑποχωρήσαντα*" Schol. B. et Lipſ. addunt vterque: *καὶ οὐκ ἄχαρις ἡ γραφή.* Ita vulnus acceptum ſura auerſa, quandoquidem neruus cum tendine, ſeu muſculus, abſcinditur. *ὑφορμᾶσθαι* tamen hoc ſenſu alibi non occurrit, et ex analogia eſſe potius debet: clam adoriri, *ὑπελθεῖν.* Si itaque in vulgata lectione ſubſiſtimus, vulnus puta haſta illatum eſſe a latere petito crure, ictu obliquo. Notabile autem hoc, quod vulnus hoc mortem confeſtim intulit; idque iam veteres in dubitationem vocaſſe, e Schol. B. et Euſtath. apparet. Docent tamen medici, arteria poplitea ſuccifa haemorrhagiam ortam extemplo mortem inferre. Similis quaeſtio paullo poſt vſ. 323. ſuboritur. Vel ſic tamen v. ad vſ. 316.

314. *ἔφθη ὀρεξάμενος πρυμνὸν σκέλος.* Schol. B. „*ὀρεξάμενος δὲ, πρὸς τὸ τύψαι. ὁ γὰρ τύπτων ἐκτείνει τὴν χεῖρα.*" Propius ad verborum vim Schol. br. *προέλαβεν ἐφικόμενος καὶ πλήξας ἐκ χειρός.* Scilicet ipſo vſu forma loquendi e pluribus coaluit. *ὀρεξάμενος* eſt extendens ſe, prominens ad ictum inferendum ſcil. *σὺν τῷ ἔγχει, κατ' αὐτοῦ, τοῦ Ἀμφίκλου, ἔτυψεν αὐτὸν, κατὰ τὸ σκέλος πρυμνόν.*

De *ὀρέξασθαι* v. ad Δ, 307.

πρυμνὸν σκέλος. τὸ ἔσχατον πρὸς τὸν μηρόν. λέγει δὲ τὴν γαστροκνημίαν. idem Schol. B. Spectat huc cum aliis Apollon. Lex. *πρυμνὸν, τὸ ἔσχατον.* iam autem hoc extremum eſſe poteſt et ſummum et infimum. Porro *σκέλος* modo latius patet, vt inde a femore comprehendat et *μηρὸν*, et *γόνυ*, et *κνήμην* et *πόδα*, modo anguſtius crus cum parte eius auerſa carnoſa, *γαστροκνημία.* Neceſſe eſt h. l. ex ipſa re notionem conſtituere: vulnus letale infertur ictu haſtae, reſciſſo muſculo, qua parte eſt craſſiſſimus; itaque ſuperior pars verſus femur haſta perrupta eſſe videtur.

315. *ἔνθα πάχιστος μυιὼν ἀνθρώπου πέλεται.* Edebatur vulgo *μυὼν* inde a Stephano ex ed. Rom. antea erat expreſſum *μυῶν*, quod ſe non poſtponere alteri ait Er-

nesti. In vtroque laborat metrum, in priore syllaba. Scribendum erat *μυιών*, quod grammatici suppeditant, nunc quoque codd. Cant. Mosc. 2. vn. Vindob. Venetus vterque; ducit quoque Schol. B. a *μυῖς*, *μυῖες*, in praeclaro ad h. v. Scholio. Firmat doctum Scholion Etymol. in *μυῖα*. Et Hesych. *μυιών, ὁ μῦς τῆς χειρὸς, τοῦ βραχίονος. μυιῶνες, αἱ φλέβες, καὶ αἱ συνεστραμμέναι σάρκες καὶ πεπυκνωμέναι*. In Apollonio miror exaratum esse *μυών*. In Cant. erat *μυιῶν*.

περὶ δ' ἔγχεος αἰχμῇ νεῦρα διεσχίσθη. posset quidem *πέρι*, circumcirca, accipi, aut *περιδιεσχίσθη* iungi: verum ipsa res docet praestare *περὶ αἰχμῇ*. Ita solet in vulneribus: N, 441 *ἐρεικόμενος περὶ δουρί*. ita 570. ibid. Θ, 86 *κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ*. In Pindaro *φασγάνῳ ἀμφικυλίσσαις* Aiax Nem. VIII, 40.

Pro *αἰχμῇ* est *ἀκμῇ* in Harlei. cum Schol. *ὀξύτητι*. Varietas obuia. In Lips. est glossa: *γρ. ὁρμῇ* quod et Mori habet. Sup. E, 118 *δὸς δέ τε μ' ἐς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν*. Etiam Scut. Herc. 456 *ἀπὸ δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη ἔγχεος ὁρμὴν ἔτραπ'*.

316. *νεῦρα διεσχίσθη*. sunt tendines. Eos, quos nos neruos appellamus, non satis perspectos habuisse veteres, satis constat. At non latuere ne Homerum quidem musculi, nouit ille *ἶνας*, *fibras*, crassiores scilicet, nouit *ligamenta* et *tendines*, *νεῦρα*, quae si carne vestita sunt, *μυῶνες* sunt, *musculi*.

τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε. praetuli Ionicum e Cant. Townl. Vrat. b. d. binis Vindob. Ven. De morte praesenti ex tali vulnere dixi ad vs. 313. Interea tamen *σκότος ὄσσε κάλυψε* etiam de deliquio animi dictum occurrit; quod quoque Koeppen vidit, vt sup. Ξ, 438. et inf. 325. 344. Reponi potest, memorari hoc loco illud in media enumeratione aliarum caedium.

317. *Νεστορίδαι δ', ὁ μὲν οὔτασε*. ⊱ propter schema, pro *τῶν Νεστοριδῶν ὁ μὲν, Ἀντίλοχος τὸν Ἀτύμνιον, — ὁ δὲ Θρασυμήδης* (vs. 321.) *τὸν Μάριν οὔτασε*. Schol. A. B. Eustath.

319. *Μάρις δ' αὐτοσχεδὰ δουρὶ* — Barocc. Lipſ. Vrat. A. Moſc. 2. *Μάρης*.

αὐτοσχεδὰ, ἐκ τοῦ σύνεγγυς, laudato verſu Etymologus.

321. *στὰς πρόσθε νέκυος*. Harlei. *προπάροιθε νέκυος*. ſed vix *νέκυος* pro disſyllabo haberi potuit.

322. *πρὶν οὐτάσαι, οὐδ' ἀφάμαρτε*. nullibi eſt *πρίν γ'*, vt alibi. Vrat. b. *πρὶν οὐτάσαι ὀρεξαμένοιο*. merum vitium librarii.

324. *δρύψ' ἀπὸ μυιώνων*. emendaui pro *μυώνων* v. ſup. ad 315. patrocinatur Ven. Vrat. A. Moſc. 2. vn. Vindob.

ἀπὸ δ' ὀστέον ἄχρις ἄραξε. pro *ἄχρις τοῦ ὀστέου*. Schol. br. *ἀπέσχισε δὲ τὴν σάρκα ἄχρι τοῦ ὀστοῦ*. Heſych. *ἄχρι τοῦ ὀστοῦ τὴν σάρκα διέκοψεν*. At alii ita accepere, vt ipſum os vna cum tendinibus et muſculis abſciſſum ſit: *τοὺς μῦς εἰς ὀστοῦν ἄχρις — οἱ δὲ παλαιοὶ τὸ ἄχρις ἀντὶ τοῦ διόλου φασί*. Euſtath. Simili ſane modo ſup. Ξ, 497 *αὐχένα μέσσον ἔλασσεν, ἀπήραξε δὲ χαμᾶζε κάρη*. Poteſt quoque id videri neceſſarium factu habendum, quia Maris ſtatim ex vulnere exſpirat. Edocet tamen me coniunctiſſimus affinis, Blumenbach, arteria humerali ſuccisa mortem praeſentem ex haemorrhagia inferri. cf. ad 313. 316.

In Apollon. Lex. nihil amplius legitur, quam *ἄχρις, ἕως. καὶ ὀστέον ἄχρις ἄραξεν*. At Schol. A. excurrit in doctrinam de tono: *Ἀρίσταρχος ὡς μέχρις ἀνεγίνωσκε, παρὸ καὶ ἐγένετο*. ſcilicet, quia ſunt alio accentu *χωρίς, ἀμφίς*, et his ſimilia. Ex eo paria habet Euſtath.

325. *κατὰ δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν*. Ionicum et h. l. reductum ſuffragantibus codd. Cant. Lipſ. Vrat. b. d. binis Vindob. Townl. Ven. pro vulgato *ὄσσ' ἐκάλυψε*. vt v. 316.

326. *ὣς τὼ μὲν δοιοῖσι κασιγνήτοισι δαμέντε*. — „quod caſu variato dictum pro *ὑπὸ δοιῶν κασιγνήτων*" Schol. A.

328. *υἷες ἀκοντισταὶ Ἀμισωδάρου*. Harl. *Ἀμυσωδάρου*. Ap. Aelian. H. An. IX, 23 eſt *Ἀμισόδαρος*.

ὅς ῥα Χίμαιραν θρέψε. „eius videlicet qui" Clarke. Prouocat ad h. l. Apollod. II, 3, 1. p. 92. En particulam mythi de Chimaera, quem aliunde ignorabamus, nec ipse Homerus suo loco memorauit sup. Z. Apparet itaque et hoc exemplo, mythum iam ab aliis disertius pertractatum fuisse, vt ille inde quae opus essent peteret et obiter attingeret.

331. *ζωὸν ἕλε βλαφθέντα κατὰ κλόνον.* Schol. br. *ἐμποδισθέντα.* vi Z, 39 *ὄζῳ ἔνι βλαφθέντε.* ad quem locum vide et ad Ψ, 387.

332. *ξίφει — κωπήεντι.* manubrio instructus ensis. iam O, 713.

333. *πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι.* „*πᾶν* pro *ὅλον.*" Schol. A. Conuenit Virgilianum Aen. IX, 419 *tepefacta sanguine hasta* et 701 *fixo ferrum in pulmone tepescit.* Emphasin in hoc quaerit Dionys. Hal. de Hom. poesi s. 7. quia *δι' ὑπονοίας* plura intelliguntur, quae ea cum re coniuncta fuere.

τὸν δὲ κατ' ὄσσε. Schol. A. „*τὸν δὲ* pro *τοῦ δέ.* Scilicet est *κατέλαβεν αὐτὸν κατὰ τὼ ὄσσε.*

334. *ἔλλαβε πορφύρεος Θάνατος.* Schol. br. *μέλας. σκοτεινός.* quod illustrat h. l. Clarke. v. ad E, 83 vbi hic versus iam fuit perscriptus, et iterum Υ, 476. 477.

336. *μέλεον δ' ἠκόντισαν ἄμφω.* „quod *μέλεον* pro *μελέως, ματαίως.* et sic semper Homerus; at Tragici *ἐπὶ τοῦ οἰκτροῦ καὶ τάλανος μέλεον* dixerunt." Schol. A. B. v. ad K, 480. Adde Schol. Aristoph. Nub. 33. a Clarke laudatum.

δὲ pro *γάρ.*

338. *ἀμφὶ δὲ καυλὸν*, Mori. et Barocc. *καυλῷ.* Cant. et Ven. cum binis Vindob. *ἀμφὶ δὲ κᾶλον.* defendi posset, si esset Ionicum *κῆλον*, pro hastili. At vocem *καυλὸς* iam vidimus sup. 115 et N, 162. 608. Alibi est ea hastae parte, qua hastile ferro committitur, nunc, capulus ensis.

339. *φάσγανον ἐῤῥαίσθη. διεκλάσθη, καὶ διεφθάρη* vi ictus. Schol. B.

ὁ δ' ὑπ' οὔατος αὐχένα θεῖνε. Vrat. b. ἀπ' οὔατος.

340. ἔσχεθε δ' οἷον. Turpe vitium infederat editiones ante Barnes: ἔσχε δὲ οἷον. tam parum curabant hiatum. At ille verum intulit ex Schol. br. et Excerpt. mſſ. Mori. Harl. Nunc accedunt alii cum Lipſ. et Ven.

341. παρηέρθη δὲ κάρη. παρηνέχθη Apollon. Lex. et Heſych. παρεκρεμάσθη Euſtath. vtrumque Schol. br. Non intelligo, quid Etymologus ſibi velit p. 437, 24. qui ab ἀερθῶ ducit. Alii ab ἀερέθομαι. Atqui eſt ab ἀείρομαι, tollor, ſuſpenſus, et παραείρομαι pendeo deciduus.

342. κιχεὶς ποσὶ, Apollon. Lex. καταλαβών. a κίχημι. Schol. A. fuit ergo obſoletum iam grammaticorum aetate. κιεὶς et χικεὶς vitia edd. Aldd.

344. ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων. verſus aberat a mſ. Lipſ. κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς. de deliquio erit accipiendum e doctrina ad vſ. 316 propoſita.

346. τὸ δ' ἀντικρὺ δόρυ χάλκεον ἐξεπέρησε. „γρ. εἰςεπέρησε“ Barnes. neſcio vbi, male tamen. ἀντικρὺς Bentl. hoc quoque loco.

347. κέασσε δ' ἄρ' ὀστέα λευκά. „ὀστέα Apollonius interpretatur τοὺς σφονδύλους, vertebras ceruicis“ Sch. B. Leid. (ap. Valk. Diſſ. p. 131.) Aut alius hic Apollonius quam auctor Lexici, aut in eo hoc Scholion excidit; vtique non occurrit. κέασε Townl. κέδασσε Lipſ. ſed cum gl. γρ. κέασε.

348. ἐκ δὲ τίναχθεν. „γρ. ἐκ δ' ἐτινάχθην“ Barn. vn. Vindob.

350. πρῆσε χανὼν (ſc. τὸ αἷμα). „πρῆσε. ἐξεφύσησε. καὶ ἀλλαχοῦ· ἐν δ' ἄνεμος πρῆσεν“ (A, 481) Sch. B. v. Etymol. in πρήθω. δάκρυ' ἀναπρήσας vidimus I, 433. Miro modo reddit Euſtath. διεπέρησε καὶ ἐξήγαγε, quaſi pro πέρησε eſſe poſſet πρῆσε.

351. ἕλον ἄνδρα ἕκαστος. „ἐν ἄλλῳ· ἄνδρας ἀρίστους“ Schol. A. In Harl. οὗτοι ἅμ' ἡγεμόνεσσιν.

352. ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον. „ἐπέχραον, μετὰ βίας ἐπῆλθον, ἐφώρμησαν.“ Sch. br. — ἐπέθεντο. ὥρμησαν. ἀθρόοι ἐπέστησαν Heſych. Fuit quoque vox notata

ab Apollon. Lex. h. v. et ab Ammon. p. 24. De ea iam dictum ad E, 138. cf. h. l. Euſtath. qui hic et pluribus locis bene de ea agit. Comparatio haec de lupis gregem inuadentibus expreſſa hinc et ornata eſt, Scholiaſta quoque monente, ab Apollon. II, 123 ſqq. ita *οἱ δὲ ἰδόντες* eſt *πολλ' ἐπιπαμΦαλόωντες ὁμοῦ.* Monet quoque Schol. A. quoties de vno irruente agitur, comparationem duci a leone; vbi de pluribus, lupos memorari, qui gregatim praedantur.

353. *λύκοι σίνται. βλαπτικοί.* vidimus leonem *σίντην* Λ, 481. *παρὰ τὸ σίνεσθαι, βλάπτειν.* Apollon. Lex. in *σίντιες.* *lupi infeſti pecori* ſunt Horatio et al. *raptores. triſte lupus ſtabulis.* *μήλων. μῆλα* generale vocabulum h. l. de ouibus et capris vt Od. I, 184. Sch. A. B. Euſtath. qui recte iungit *ὑΦαιρούμενοι ἐκ μήλων, ὑποκλέπτοντες.* non vero *αἱρούμενοι* tanquam dilectu facto: cui obſtat *ὑπ'.* etſi res ipſa, leonem pinguius pecus rapere, vera eſt: vt iam ſup. et inf. P, 62. — *αἴτ'. οὕτως, αἱ ὄϊες*" Schol. A. quae in *μῆλα* latent. Erneſtius de *ἅτε* cogitabat: videbat tamen neceſſe non eſſe.

354. *αἴτ' ἐν ὄρεσσι — διέτμαγεν.* ⟵ „quod *διέτμαγεν* ſcribendum, *διετμάγησαν* non *διέτμαγον.* quod actiuum eſſet" Sch. A. v. de hoc ad A, 531.

357. *δυςκελάδου.* propter clamores fugientium. egregie compoſita vox hoc vno loco obuia; notata grammaticis.

358. *Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν* — ⟵ „quod Aiax *μέγας* h. l. comparatiue dictus cum altero minore, Oilei f." Sch. A. Scilicet pro *Αἴας ὁ μείζων.* At alii vim neſcio quam in hoc quaeſiuere: vt Demetr. Phaler. de eloc. ſ. 48. 105. habere enim aſperitatem compoſitionis *μέγεθός τι.* Eſſet ſaltem quod Lat. *Aiax, vaſto ille corpore.* Et hactenus eſt exemplum vſus articuli in Homero ap. Apollon. de Synt. p. 46. Pronuntiatum fuiſſe quaſi *ὀμμέγας* facile aſſentior Clarkio monenti; quis aliter ſtatuat! Dubito tamen, an illud *ὁ* omnino ab Homero ſit. Interpoſitum eſſe ſuſpicor ex vſu ſeriorum, cum eſſet *Αἴας*

δὲ μέγας αἰέν. Sch. B. obſeruat, omnium maxime conuenisse Aiaci inſtare Hectori, a quo de naui depulſus fuerat.

359. *ἐφ' Ἕκτορι — ἵετ' ἀκοντίσσαι*. Iunge *ἵετ' ἐπακοντίσσαι Ἕκτορι*. alias fuiſſet *ἐφ' Ἕκτορα*. In vno Vindob. *ὑφ' Ἕκτορι*.

360. *ἀσπίδι κεκαλυμμένος*. Si ſimilia loca deſideras, adi Schol. Eurip. Phoen. 1185. et Valk. ad e. v. Verſus 359. 360. 361. ad prudentiam vitae transfert Dio Or. LXXIV, p. 404.

361. *σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων*. ⸓ „quod *σκέπτετο, ἀπεσκόπευε καὶ παρετήρει εἰς τὸ μὴ πληγῆναι*“ Sch. A. *σκέπτετο. ἐφυλάττετο καὶ ἀπεκρούετο* Apollon. Lex. Similia Sch. br. Heſych. vbi *σκέπετο* et mſ. Lipſ. metro vitiato; nec vox ea eſt Homerica. *σκοπεύων ἐφύλαττεν ἑαυτὸν*, Schol. B. Inſignem vim et dilectum in voce *σκέπτετο* quaeſiuit Dionyſ. Hal. de Compoſit. ſ. 16. Totus ſane verſus affabre factus eſt.

362. *ἦ μὲν δὴ γίγνωσκε*. Alii *γίνωσκε* et h. l. ap. Barnes.

363. *ἀνέμιμνε, σάω δ'*. Iterum Φ, 238. *σάω* aiunt ſecundum Euſtathium eſſe pro *ἐσάωζε*. per apocopen. Immo vero a *σάωμι* fuit *ἐσάων*. Imperandi modo occurrit alibi Od. N, 238. P, 595. Fuit quoque *σαόω*. vnde *ἐσαώθην* Od. Γ, 185.

σάως Lipſ. praue. Memorat Etymol. eſſe *ἐσαόμην, ἐσάου* et *ἐσάω*. perſona ſecunda, quod alienum eſt ab h. l. ſaltem debuiſſet dicere a *σαόω* eſſe *ἐσάοον, ἐσάοε, ἐσάου* et pro hoc *ἐσάω*.

364. *ὡς δ' ὅτ' ἀπ' Οὐλύμπου νέφος ἔρχεται οὐρανὸν εἴσω*. ⸓ „quod *ἀπ' Οὐλύμπου* non eſt de caelo, (vt accipitur hoc in altero Schol. A.) ſed de monte Olympo accipiendum, a quo nubes collectae recedunt, vt ſup. 297 *ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο Κινήσῃ πυκινὴν νεφέλην στεροπηγερέτα Ζεύς*.“ Sch. A.

οὐρανὸν εἴσω. οὐ τὴν ἄνω φορὰν ποιούμενος, ἀλλὰ τὴν εἰς πλάτος. οὕτω καὶ οἱ Τρῶες, προσεδρεύοντες πρώην τῷ

ναυστάθμῳ, ἐπεξετάθησαν εἰς τὸ πεδίον. Schol. A. verbo οὐρανὸν εἴσω eſt in, per aerem, per caelum.

365. αἰθέρος ἐκ δίης, ὅτε τε Ζεὺς λαίλαπα τείνῃ. pro ἀέρος, vt Λ, 54. O, 192. δίης, τῆς ὑπὸ Διὸς ἀρχομένης. Nos dicimus, almus aether, vt δῖα χθών. Euſtathius apponit duas alias interpretationes; vnam vt ſit αἰθὴρ, aer ſuperior, vt alibi, quod minus conuenire ceteris iam vidimus; alteram, vt αἰθὴρ ſit pro αἰθρία, quod et in Schol. br. occurrit. Sane αἰθὴρ pro αἰθρία etiam alibi reperitur dicta, vt P, 371 πολέμιζον ὑπ' αἰθέρι, in caelo ſereno. opponebatur ἠέρι in caligine.

In Vrat. b. erat: αἰθέρος τῶν ἰὼν ἐκ δίης. Media, τῶν ἐκ, orta ſunt e gloſſa verſus ſequentis τῶν ἐκ νηῶν ſc. ἰών. Recitat quoque hemiſtichium Suidas in αἰθέρος, vt inde doceat, quod in Homero et Pindaro occurrit, αἰθὴρ feminino genere.

ὅτε τε „quando vtique“ Clarke.

Schol. A. cum Schol. br. videri poſſunt legiſſe λαίλαπι· vt ſit ὅτε τε Ζεὺς τείνῃ τὸ νέφος λαίλαπι. Et nunc video e Schol. Lipſ. notatum: ἐν δὲ τοῖς ὑπομνήμασι κατὰ δοτικὴν ἦν, λαίλαπι. ἵν' ᾖ. ὅταν Ζεὺς ἐν λαίλαπι ἐπιτείνῃ τὰ νέφη. minus tamen placet.

τείνει vulgo legebatur. τείνοι Barocc. Mori. At τείνῃ Harlei. Vrat. b. d. A. Lipſ. Ven. cum binis Vindob. Iam autem vſus coniunctiui poſt ὅτε, in comparationibus inprimis poſt ὡς ὅτε, eſt frequens, v. c. Ξ, 16 ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ. vt vidimus in Excurſ. I, ad lib. IX, p. 696.

366. γένετο ἰαχή τε φόβος τε. γένετ' ἰαχή τε etiam h. l. Euſtath. cum Lipſ. contra proſodiam.

367. οὐδὲ κατὰ μοῖραν πέραον πάλιν. ἤγουν, ἀτάκτως, ἀκόσμως, ἀδκιμόνως (hoc male) Euſtath. Supra M, 225 οὐ κόσμῳ παρὰ ναῦφιν ἐλευσόμεθ' αὐτὰ κέλευθα. praedictio Polydamantis euentum nunc habuit.

368. Ἕκτορα δ' ἵπποι ἔκφερον ὠκύποδες σὺν τεύχεσι. plenius E, 234 ἵππω — οὐδ' ἐθέλησαν ἐκφερέμεν πολέμοιο.

370. ἐρυσάρματες ὠκέες ἵπποι. iam occurrerant O, 354. In mſ. Lipſ. ἐρυσάρματοι. altero ſuperſcripto.

371. ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων. ξ– „quod πρώτῳ pro ἄκρῳ. vt Θ, 411 πρώτῃσι πύλῃσι pro ἄκραις" Schol. A. et τῷ ἄκρῳ πρὸς τὸν ζυγόν. ἄλλοι πρὸς τὸν ἄξονα. Schol. B. Vtrumque legitur in Euſtath. et videramus iam eandem diſputationem ſupra Z, 40 vbi ſimilis calamitas narrabatur, curru Adraſti confracto. Apud Apollon. p. 141 eſt ἄξαντε δυϊκῶς. κατάξαντες. οἱ δύω ἵπποι. quae gloſſa ad illum locum ſpectat, non ad noſtrum. nec placet Slothoweri acumen in Tirocinio critico ad Apollon. p. 79. qui Scholion ad hunc verſum noſtrum. retorquet. Heſych. ἄξαντες. κατάξαντες. ex Apollonio male deſcriptum eſt.

ἵπποι — ἄξαντε. ſollenni more duales et plurales numeros eodem loco habet poeta.

ἅρματ' ἀνάκτων. Hic offendimus ad digamma: ἅρματ Ϝανακτων. Bentl. et Dawes emendarunt ἅρμα Ϝανακτων. quod non ſatisfacit; requiritur enim pluralis h. l. quandoquidem πολλοὶ ἵπποι λίπον ἅρματα. Mihi potius liquere videtur, verſum vtrumque 370. 371 rhapſodo deberi, pariter cum vſ. 507 infra. meminerat ille ex Z, 39. 40. vbi Adraſto ἵππω ἀτυζόμενοι ἀγκύλον ἅρμα ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ, αὐτὼ μὲν ἐβήτην etc. at ibi de vnius hominis curru agitur.

372. σφεδανὸν Δαναοῖσι κελεύων. σφεδανὸν, σφοδρῶς. vt Λ, 165. Schol. A. et Etymol. hoc verſu adſcripto.

373. οἱ δὲ ἰαχῇ. Etiam h. l. indocte Lipſ. c. al. οἱ δ' ἰαχῇ. vt modo 366.

374. ἐπεὶ ἂρ τμάγεν. Apollon. διεχωρίσθησαν. Supra vſ. 354 erat διέτμαγεν. δεσκεδάσθησαν.

ἂρ ait Clarke connectere cum antecedentibus. ἄρα eſt declarantis et aſſeuerantis, δὴ, vtique.

374. 375. ὕψι δ' ἄελλα σκίδναθ' ὑπὸ νεφέων. Schol. br. ἄελλα νῦν ἡ κόνις. Proprie eſt ἡ τοῦ ἀνέμου συστροφή. ἀπὸ τοῦ ἄειν, ὅ ἐστι πνέειν. Ita Apollon. Lex. h. v. Addunt alii: et ab εἰλεῖν, vt θύελλα, ἀπὸ τοῦ θύειν

et εἰλεῖν. v. Porphyr. Qu. Homer. 3. p. 85. Etymol. subiicit tamen et ipse Apollon. Lex. l. c. καὶ ὁ κονιορτὸς ἀελλώδης, ἀελλής, οἷον ἄν τις ἀπὸ τῶν ἀελλῶν γένοιτο. Eum exscripsit Hesych. h. v.

ἀέλλη, non ἄελλα, scribitur in edd. omnibus ante Barnes, qui correxit, probante Clarke. Prouocant ad Canonem grammaticum, nunquam α hoc breue Ionice in η verti. Hoc tamen non vbique verum esse, docet ἕερσα, quae Ionice ἐέρση est: Ψ, 598. aut, si ibi res ambigua est, quia casus tertius scribi potest: ἐέρσῃ scil. ἰαίνονται ἄρουραι, saltem Od. E, 467 στίβη τε κακὴ καὶ θῆλυς ἐέρση. neque quisquam ibi ἕερσα memorat. Canon grammaticus tantum accentum spectat in tertia collocatum, quia vltima breuis est: v. Etymol. in ἄελλα. At obseruationis res est ἄελλα, θύελλα, Μοῦσα, vbique in Homero et aliis poetis occurrere. Attamen hoc nostro versu non modo in edd. sed et in codd. et in ipso Veneto ἀέλλη legitur, nec quicquam in Scholiis notatum. Etiam Schol. br. in ed. pr. ἀέλλη. νῦν ἡ κόνις habent; quod temere mutatum ab Barnesio: ἄελλα. Cum itaque librorum auctoritas, grammaticis antiquis nihil monentibus, obseruatiuncula grammatica potior habenda sit, ἀέλλη restituendum esse putaui. Potuit quoque duplex esse forma, vt ἕερσα et ἐέρση, ita ἄελλα et ἀέλλη.

σκίδναθ' ὑπὸ νεφέων. iterum ὑπαὶ vulgg. et ipsi codd. quod recte sustulit Wolf. video quoque scribi in Vrat. d.

375. τανύοντο δὲ μώνυχες ἵπποι. protendebant se nitendo ad cursum. Ad oculorum sensum redditum. Alibi τιταίνεσθαι. vti X, 23. Pro ἐντεταμένως ἔτρεχον, vt Apollon. Lex. et Hesych. hinc emendandus; quod iam Bentl. monuit.

376. νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων. „in alio: ἑλιχθέντων ὑπ' Ἀχαιῶν" Schol. A.

377. ᾗ πλεῖστον ὀρινόμενον ἴδε λαόν. „γρ. ὀρινομένους ἴδε λαούς." Barnes.

379. δίφροι δ' ἀνακυμβαλίαζον. Ven. et Schol. A. „Ita Aristarchus. Ionice." quod adoptandum est, si se-

mel placitum est, Ionica praeferenda esse. At *ἀνεκυμβαλίαζον* erat in edd. sicque ceteri codd. etiam Ven. B. et Apollon. Lex. h. v. qui de vocis significatu ita statuit, vt eum ducat a sono, qualis cymbalorum est. „*ἀνεκυμβαλίαζον. τῶν πεποιημένων ἤχων ἐπὶ τῆς τῶν ἁρματείων ἀνατροπῆς γινομένης· δίφροι δ' ἀνεκυμβαλίαζον.*“ In Hesychio plura habentur: *ἀνεκυμβαλίαζον. ἀνετρέποντο ἐπὶ κεφαλήν. παρὰ τὸ κύμβαχος.* (fuit ergo *ἀνεκυμβαχίαζον.*) *ἢ* (f. *ὡς*) *ἦχον ἀποτελεῖσθαι. παρὰ τῶν κυμβάλων.* Schol. Excerpta ap. Barnes: *Ἀρίσταρχος διὰ τὸ α γράφει, ἀνακυμβαλίαζον.* Valken. ad Eurip. Phoen. 1157. 8. corrigit *ἀνεκυμβαχίαζον. Ἀρίσταρχος διὰ τὸ Λ γράφει, ἀνεκυμβαλίαζον.* Hoc Aristarcho perperam tribui, docet Scholion quod modo e Schol. A. laudaui; apparet enim, Aristarchum tantum Ionicam formam vindicasse. Adscribam graeca Schol. A. *οὕτως Ἀρίσταρχος ἀνακυμβαλίαζον διὰ τοῦ α. οὐ γὰρ ἑκάστοτε τὰ σύνθετα μεταβάλλει παρὰ τοῖς Ἴωσιν.* (non semper composita mutant (praepositionem) apud Iones.) *ἄλλοι δὲ, ἀνεκυμβαλίαζον.* Lectum tamen alterum quoque esse, *ἀνεκυμβαχίαζον*, aliunde et ex Hesychio patet, et ex Eustathio, qui antiquum Scholion adscripsit, etsi non videns, quo illud spectaret: *ἢ ἀνετρέποντο ἄνω κάτω γινόμενοι, καθ' ὁμοιότητα τῶν πιπτόντων κυμβάχων.* (de his v. sup. ad E, 586.) Schol. br. reddunt tantum sensum, *ἀνεκρότουν, ἀνετρέποντο.* quae et habet Eustath. Etymol. agnoscit *ἀνεκυμβαλίαζον*, hemistichio laudato, *ἀνεκρότουν, ἢ ἀνετρέποντο* p. 96, 55. videri tamen potest alterum, *ἀνεκρότουν*, ad *ἀνακυμβαλιάζειν*, alterum *ἀνετρέποντο*, ad *ἀνακυμβαχιάζειν* spectare. Etiam Suidas: *ἀνεκυμβαλίαζον, κτύπον ἐποίουν, ἐκρότουν.* et melius hoc conuenit curribus iactatis concitato equorum in fuga cursu: idque illustrant Schol. B. Schol. Lips. et Eustath. ex iisdem. *ἀνεπήδων. ἀνεκουφίζοντο. ἀπὸ τῶν κυμβάλων.* scilicet pro *ἀνακροτεῖν* est *ἀνακυμβαλιάζειν*, ad sonum rei factum. cf. Etymol. p. 546, 12. post alterum locum p. 545, 33.

Quod tam diuerſis modis de hac voce eiusque vi disputatur, cauſſa eſt, quod ea hoc vno loco occurrit, quod ex etymo incerto repetenda eſt, et quod ipſe locus diuerſas explicationes admittit. *ὑπὸ δ' ἄξοσι φῶτες ἔπιπτον πρηνέες ἐξ ὀχέων, δίφροι δ' ἀνακυμβαλίαζον* poteſt eſſe: currus, onere iam leuati, ſubſilierunt rapide ab equis tracti; aut currus fuere euerſi, vt in latus proruerent; aut *ὑπ' ἄξοσι* proprie accipitur, vt qui inſiſtebant curribus excuſſi iacerent, vtque currus ſequentes ad iacentes offenderent: quam rationem etſi parum probabilem veteres in mente habuiſſe videntur, et ſic diſerte Schol. Victor.

Secundum haec mihi viſum eſt nec cauſſam idoneam, nec auctoritatem ſatis grauem adeſſe, ad mutandam lectionem. At ſuboritur menti alia dubitatio: *ἀνακυμβαλιάζειν* non a cymbalo, aere tinniente et concuti ſolito, ductum eſſe; ſed a *κύμβη*, quod fuit idem ac *κύβη*, *caput*, vnde non minus quam *κύμβαχος*, factum erat *κύμβαλον*. Fieri itaque potuit, vt *κυμβαλιάζειν* id ipſum ſit, in *caput* praecipitem ferri.

In capite verſus *πρηνέες ἐξοπίσω* Vrat. d. cum vno Vindob. *δὲ* exponit per *γὰρ* Schol. B.

380. *ἀντικρὺ δ' ἀνὰ τάφρον ὑπέρθορον ὠκέες ἵπποι.* Ita vulgatum erat: *ἀνά.* At *ἄρα* ed. Rom. cum Moſc. 2. Vrat. d. A. quod praefero. adſtipulatur quoque Ven. Sup. Θ, 179 *ἵπποι δὲ ῥέα τάφρον ὑπερθορέονται ὀρυκτήν.* I, 468 *ὑπέρθορον ἑρκίον αὐλῆς.* In vno Vindob. Alt. *ἀνὰ τάφρου. ἀντικρὺς* et h. l. Bentl. — *ὑπέκθορον* Cant.

381. *ἄμβροτοι, οὓς Πηλῆϊ.* — Abeſt verſus a Veneto, Scholiis ſilentibus; ab ed. Flor. Vrat. d. vn. Vindob. et rhapſodi induſtriam redolere videri poteſt; poteſt tamen quoque ad copiam poeticam ſpectare. Quis definiat?

382. *ἐπὶ δ' Ἕκτορι κέκλετο θυμός. ἵετο γὰρ βαλέειν.* paullo impeditius dicta haec. Euſtath. ait *ἐπὶ Ἕκτορι* eſſe pro *καθ' Ἕκτορος.* Potius *θυμὸς γὰρ ἐπεκέκλετο Ἕκτορι*, pro *ἐπεκέκλετο αὐτοὺς, τοὺς ἵππους*, ſeu, quia ſequitur *ἵετο γὰρ βαλέειν, αὐτὸν· ἐπὶ τὸν Ἕκτορα, incitauit*

eum, vt aduerſus Hectorem inueheretur. Supra 358 erat Αἴας — ἐφ' Ἕκτορι ἵετ' ἀκοντίσσαι. Dictum puta vt κέλεται δέ ἑ θυμός. v. c. M, 300. Nil video alibi moneri; niſi quod Sch. br. παρεκελεύσατο γὰρ αὐτοὺς, κατὰ τοῦ Ἕκτορος ὁρμᾷν. ſenſu ſane accommodato; cui tamen verba non reſpondent, ſaltem ita θυμὸς abeſſe deberet.

383. Vereor ne hic ſit pannus ab rhapſodo aſſutus, adeo ταυτολογίαν ſapit, et confectus eſt ex 387. 8. voluit ille interpretari vltima ἐπὶ δ' Ἕκτορι κέκλετο θυμός. quae ad Patroclum retulit. Atqui de *equis* dicta erant, quibus is tanquam ſenſus, tanquam mens tribuitur: ἐπὶ δ' Ἕκτορι κέκλετο θυμός ſc. αὐτούς. vt alibi de equis vt τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην. Ita κέλεται θυμός τινα dictum, vt K, 534. et κραδίη θυμός τε κελεύει.

384. ὡς δ' ὑπὸ λαίλαπι πᾶσα κελαινὴ βέβριθε χθών. Accipi video ac ſi dictum eſſet βέβριθεν (βεβαρημένη ἐστὶν) ὑπὸ λαίλαπι. Atqui βρίθειν aut ſecundum aut tertium caſum poſtulat: vt K, 307 καρπῷ βριθομένη ἀλωή. Od. I, 219 ταρσοὶ μὲν τυρῶν βρῖθον. Nec apparet quid ſit βρίθεσθαι ὑπὸ λαίλαπι. Igitur putandum eſt ὑπὸ λαίλαπι per ſe eſſe dictum, *vi procellae*, pro ſollenni, ὑπὸ λαίλαπος. et βέβριθεν ex ſequ. vſ. ὕδατος. τῆς ἐπομβρίας. Alia lectio eſt βέβρυχε Barocc. Mori. Vrat. A. Ita βρύχει χθὼν vt inf. P, 264 βέβρυχε μέγα κῦμα. Ita comparatio contineretur ſtrepitus fugientium cum ſtrepitu aquarum; et vis omnis eſſet in στενάχοντο. Sic quoque Euſtath. videtur conſtituiſſe; et probaſſe hoc alicubi vidi Waſſe. At ſi recte poeticam dictionem aſſequor, ornat tantum vocabulum στενάχοντο, et ῥέειν eſt primaria vox: cuius amplificatio στενάχοντο ῥέουσαι, Homerico more, ducta eſt ex proximo 391 de ipſis torrentibus.

385. ἤματ' ὀπωρινῷ. κατὰ τὸ μετόπωρον recte Sch. B. (alias φθινόπωρον) quo crebri imbres ruunt: ne temere poſitum putes. Eſt autem Homero ὀπώρα pro ſeriore parte aeſtatis et pro auctumno. cf. ad E, 5. In vno Vindob. ἤματι χειμερίῳ et pro χέει eſt χέῃ.

ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεύς. λαυρότατον mſ. Lipſ. ed. Rom. noto ſcribendi more. Euſtathius tamen discernit a λαβρός.

386. ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ. ſubiunctiuus h. l. legitur ſine controuerſia. v. ſup. ad vſ. 365. 264.

Alios legere ὅτι δή τ' Clarke ait. Verum non ὅτι ſed ὅτε δή τ' Barnes e vita Hom. ſub Plutarchi nomine ſ. 14 laudarat; ſicque legebatur in edd. Flor. Aldd. Induxit ῥ' Turnebus ex ed. Rom. Vtrumque Homerico vſu frequentatur, nec quicquam refert: auctoritas tamen codd. Cant. Townl. et aliorum tuetur τ'. Excidit omnino particula a Moſc. 2. Lipſ. Ven. Verſus recitatur a Cicerone ad Q. Fr. Epp. III, 7. vbi editur ὅτε δή γ' ἄνδρεσσι et χαλεπαίνῃ. vbi de mira Tiberis proluuie narrat. Etiam Stobaeus laudat verſum in ſententiam mutatum 386. cum 387. in Ecl. I, 46. p. 130. ed. Heer. καὶ Ζεὺς τοῖς ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπαίνει.

ἀνδράσι ed. Flor.

387. οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας. Schol. A. reddit δίκας, hoc bene; quod iam aliquoties vidimus; ſtatim A, 249 οἵ τε θέμιστας πρὸς Διὸς εἴρυνται. Ita κρίνειν θέμιστας, κρίνειν τὰς δίκας, cauſſas iudicare, h. e. diſpicere et decidere, ſententia lata. At quaeri poteſt de voce σκολιὰς, quid ſint θέμιστες σκολιαί? Si ſunt cauſſae prauae, iniquae: non minus in his eſt ſententia ferenda. Si θέμιστες ſunt ſententiae: non minus inſolens eſt κρίνειν θέμιστας, pro ſententias ferre. Etiam Sch. B. haeret in σκολιάς. οἱ κακῶς κρίναντες σκολιὰς ποιήσωσι τὰς θέμιστας. Agi de *ſententiis, quas ferunt, iniuſtis*, manifeſtum fit; accipio ergo κρίνειν θέμιστας, δικάζειν δίκας, σκολιὰς, pro σκολιῶς; iniuſta ſententia lata. σκολιαὶ, dictae θέμιστες, ἄδικοι, vt Schol. br. reddunt, quia opp. ἰθεῖαι δίκαι. κρίνουσι et ἐλάσουσι Harl. ἐν ἀγορῇ Flor. Ald. 1. „quod non ſpreuerim, addit Ern. Quid interſit, non aſſequor. Ex h. l. conſictus verſus ſpurius me indice Heſiodi Ἔργ. 221 Δωροφάγοι. σκολιαῖς

δὲ δίκαις κρίνωσι θέμιστας. etsi ratio grammatica in his est expeditior.

388. ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι. Δίκην scribi melius putabat Koeppen; nec male. Retinet me, quod sic et Θέμιστες essent scribendae. Sane ἐξελᾷν. graue verbum.

389. τῶν δέ τε. ἀνδρῶν — ποταμοὶ, qui in eorum agris sunt.

390. πολλὰς δὲ κλιτῦς τότ' ἀποτμήγουσι χαράδραι. Multae sunt super hoc versu grammaticorum disputationes. Videamus an commode disponi et tradi possint. Conuenit esse κλιτῦς pro κλιτύας, a κλιτύς. In Sch. A. primo ponitur Scholion, quo pronuntiatur debuisse scribi κλιτῦς, legi tamen κλιτὺς, vt γραπτὺς Od. Ω, 228. Scriptum quoque κλιτὺς in Townl. Subiicitur aliud Scholion: ἐν μέντοι τῇ Ὀδυσσειακῇ προςῳδίᾳ φανερῶς τὸ γραπτῦς περισπᾷ. Liquet hinc priorem obseruationem esse ex Herodiani προςῳδίᾳ Ἰλιακῇ.

Altera controuersia est super priore syllaba in κλιτῦς. Mirabar grammaticos, rei metricae tam parum curiosos, eam obseruasse, in verbis: Sch. B. μεμάκρυνται δὲ τὸ κλι καὶ περισπᾶται· ἐπεὶ ἀπὸ τοῦ κλιτύας. ὡς ὀσφύας, ὀσφῦς. At postrema docent, non de priore, sed de vltima syllaba moneri, et κλι mutilatum esse pro κλιτῦς. At prior, cum vox ducta sit a κέκλιται, in quo media corripitur, et vnde ducta alia sunt breuia, vt κλίσις, κλισίη, videtur habere debere priorem breuem. Vidit Barnes et mutauit κλειτῦς· quod et legitur in codd. Respondet Clarke per inductionem similium vti eorum quae a λύω ducuntur: λυτὸς, λύμα, priore breui. Scilicet, vt Clarke censet, a diuersis temporibus ea ducta sunt, seu, vt mihi probabilius, a diuersis verbi formis, alia λύω priore producta, alia priore breui: cuius generis exempla sunt plura. Knight tamen p. 46 malebat κλιτύας scribere vt prior esset breuis, cumque obsiet Od. E, 570 εἰ δέ κεν ἐς κλιτὺν ἀναβάς. mutare voluit et hoc in κλιτυον ex κλιτυϝον. Producitur tamen κλιτὺς

etiam apud alios vt Eurip. Cycl. 27 *παῖδες μὲν οὖν μοι κλιτύων ἐν ἐσχάτοις.*

Alio modo veteres grammatici, Apion et Herodianus consuluerant prosodiae; deducendo vocem a *κλέτας* scribebant *κλειτύς.* nescio qua analogia: ap. Etymol. in *κλειτύς.* et Eustath. Est quoque *κλειτῦς* in Vrat. d. et in vno Vindob. In Apollon. Rh. I, 599 est sine varietate *κλίτεα Πελληναῖα.* Scilicet, vt *κλιντὴρ,* ita fuit *κλιντὺς* et contracte *κλιτὺς* priore producta.

Nunc de significatu vocis statuerunt ex etymo, esse loca decliuia, tum ipsam conuallem, seu voraginem, tandem torrentem eam inundantem. Sch. A. *κλιτῦς, αἱ ἀποκλίσεις τῶν ὀρῶν.* Effundit omnia simul Hesych. h. v. De ipso torrente acceperat Apio apud Apollon. Lex. in *κλιτύς* „*ὁ μὲν Ἀπίων τὸ κατωφερὲς τῶν ὑδάτων. κρεῖσσον δὲ νοεῖν τὰ ἀποκλίματα* (vt recte pro *ἀποκλείσματα* legitur) *τῶν ὀρῶν.*" Eadem habet Etymol. in *κλειτύς,* emendatius. Redditur *φάραγγας ἢ ὀρῶν ἀποκλίσεις* in Sch. br. Alterum hoc, vt sint montium *prominentiores petrae,* puto h. l. tenendum: cum *χαράδραι* sint nunc ipsi *χείμαῤῥοι, torrentes,* ideoque *αἱ χαράδραι ἀποτέμνουσι, χαρίζουσι, τὰς τῶν ὀρῶν ἐξοχάς.* impetu suo rupes reuellunt; *κατερείπουσι.*

χαράδραι in penult. acuitur e doctrina Aristarchi. Sch. A. sunt proprie *οἱ κοῖλοι τόποι* vt sup. Δ, 454. Sicque h. l. accipitur in Schol. br. et ab aliis; Et ipse Apollon. Lex. *χαράδραι, αἱ ἐγχαράξεις τοῦ ἐδάφους, ἀπὸ τῶν καταφερομένων ὀρεινῶν ὑδάτων.* Obstat tamen adiecta vox *τότε.* Melius itaque accipies esse torrentes per haec caua; sicque Schol. B. *νῦν δὲ αἱ ῥύσεις.* Et Etymol. *χαράδραι γὰρ αἱ διαιρέσεις καὶ τὰ σχίσματα. καὶ* (altero loco) *αἱ χείμαῤῥοι γῆς.* alterum hoc ad h. l. referendum est. Hesych. *χαράδρα, χείμαῤῥος ποταμός.* vid. eum in *ἔναυλοι. ἐναύλους.* — Distinguit quoque Schol. B. *χάραδρος* et *χαράδρα,* illud in montanis, hoc in campestribus locis haberi.

392. *χαράδραι ῥέουσαι ἐξ ὀρέων ἐπὶ κάρ.* — „quod *ἐπικὰρ* (nam vnam vocem quae et in codd. legitur vt Vrat. A. praefixam habet Sch. A.) eſt pro *ἐπικάρα*, et ſignificat *τὴν ἄνωθεν καταφορὰν τοῦ ὕδατος*. Eſſe autem *κάρα* apud Homerum *κάρη*, et hoc pro *κάρηνον*". Quidni ſtatuamus plures fuiſſe formas, *τὸ κὰρ, τὸ κάρα, κάρη, κάρηνον, κάρηαρ, κάρας, κρᾶς*. Ergo *χαράδραι ῥέουσαι ἐπὶ κὰρ*, *praecipites*. Apollon. Lex. ad h. v. excitatum: *ἐπικάρα. (ἐπὶ κὰρ) ἐπὶ κεφαλήν. διὰ τοῦτο σημαίνει τὸ καταφερὲς τοῦ ῥεύματος, ὥςτε δοκεῖν ἐπὶ κεφαλὴν φέρεσθαι.* Duxit hinc ſua Heſych. h. v. vbi in fine *ἐπὶ κάρα* lege. In Vrat. d. *ἐπὶ κὰρ καὶ κεφαλὴν μινύθει.* inducta in verſum gloſſa. In Gloſſis Hippocrat. ap. Galen. *ἀνάκαρ, εἰς τὸ ἄνω μέρος. ὥςπερ ἐπίκαρ, εἰς τὸ κάτω ἐξ ὀρέων.* Suidas: *ἐπὶ κὰρ, ἐπὶ τὰ κάτω ἐπὶ κεφαλήν. ἐξ ὀρέων ἐπὶ κάρ. οἷον ἐπὶ τὰ κατωφερῆ.* (niſi fuit *καταφερῆ.*)

μινύθει δέ τε ἔργ' ἀνθρώπων. Male *δέ τ' ἔργα* Lipſ. et Apollon. in *ἐπικάρα. μινύθει δέ τοι ἔργ' ἀνδρῶν.* Porro *μινύθει* h. l. immanenter, *deficiunt.* Sicque alii, vt Aeſchyl. VII ad Theb. 922 (926) *φθείρεται* vt Sch. br. Sic inf. P, 738 igni *μινύθουσι δὲ οἶκοι.* At ſup. O, 492 erat tranſitiue Iupiter *μινύθει μένος.* item inf. Υ, 242. Etiam vterque vſus eſt ap. Heſiod. in *Ἔργ.* 6 et 409.

393. *ὡς ἵπποι Τρωαὶ μεγάλα στενάχοντο θέουσαι.* Iugulat totam comparationem Euſtath. qui, quod et Sch. B. facit, vim omnem ponit in *τῷ στενάχοντο ἵπποι·* equos ingemuiſſe, vti amnes ſtrepunt. At v. Not. ad 384. *ἵπποι θοαὶ*, vitium mſ. Lipſ. *Τρωιαὶ* Vrat. d. ſic alibi alii. Ex antiqua ſcriptura ſeruatum paſſim *Τρῳαί.*

394. *Πάτροκλος δ' ἐπεὶ οὖν πρώτας.* Sch. B. obſeruat, narrari hic de Patroclo ſimilia iis quae de Achille Φ, 3 ſq. ſed ingenioſe variata — *ἐπεὶ οὖν.* quod *ἐπειδή.* Euſtath. Addit Clarke, *οὖν* non otioſum eſſe; ſed eſſe: *poſtquam, vt dixi. poſtquam eo modo, quo dixi.* Sane ſic quoque Lat. *igitur.* — *ἀπέκερσε* Cant. quod poſſis tueri cum Koeppen, ex ſimili *ἀποτμήγειν λαοῦ* K, 364. Λ, 468 et X, 456. *ἐπέκυρσε* Townl. Vrat. d.

395. ἂψ ἐπὶ νῆας ἔεργε παλιμπετὲς) οὐδὲ πόληος. „παλιμπετές. παλιμπετῶς. ἀπὸ τῶν εἰς τοὐπίσω πιπτόντων βελῶν“ Sch. B. Notata quoque vox (iterum lecta Od. E, 27.) Sch. br. Apollon. Lex. Hefych. Etymol. at h. l. fimpl. eft pro πάλιν vt ἂψ πάλιν faepe occurrit. Recte inter plura inepta, vti, quod pro παλιμπετεῖς dictum ait, Euftath. ἐπὶ τοῦ ὀπίσω. ἀνάπαλιν. De locorum fitu cf. notam ad h. l.

398. πολέων δ' ἀπετίνυτο ποινήν. ἀπετίνυτο. recte fic fcripferat Barnes rationem profodicam fequutus; quia τινύω habet priorem productam a τίω; fuffragantibus quoque h. l. libris Barocc. Ven. Townl. Vrat. b. d. A. Mofc. 2. vn. Vindob. Clarke iterum νν induxerat ἀπετίνυντο. Iam de his dictum fup. ad Γ, 279. Bene Sch. br. δίκην εἰςεπράττετο (fc. τοὺς Τρῶας ἀντὶ) πολλέων (fc. Ἀχαιῶν ἀνῃρημένων ὑπ' αὐτῶν.) et Euftath. πολλοὺς Ἑλλήνων ἐξεδίκει. τίω, τίομαι, ἀποτίομαι, et reliqua, vt notum nunc eft, pro *facio, curo, vt alter luat poenam.*

μεταΐσσων. „γρ. μεταΐδγην. Barnes. ludendo, fufpicor.

399. Πρόνοον πρῶτον βάλε δουρὶ φαεινῷ. „in alio, πρῶτον βάλε ποιμένα λαῶν.“ Schol. A. πρῶτον Πρόνοον vn. Vindob.

400. στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα. iam fup. 312 vidimus.

401. ὁ δὲ Θέστορα ⊱ „quod ὁ δὲ, tanquam de alio pofitum; cum fit idem Patroclus.“ Sch. A. Mox 402—404 ab ὁ μὲν εὐξέστῳ ad ἤϊχθησαν interiecta effe notant iam Schol. Euftath.

403. ἐκ γὰρ πλήγη φρένας. ⊱ „quod ἐκ γὰρ πλήγη pro ἐξεπλήγη, et hoc pro ἐξεπλάγη.“ Sch. A. Attigit quoque id Euftath.. At v. ad Γ, 31. et N, 394. ἀλεὶς, συστραφείς. Sch. A. B. Apollon. Lex. συσταλείς. ἧστο ϝαλείς. v. ad E, 823. ἀλεὶς fcribunt multi, Ven. Lipf. Townl. Vrat. A. vt et alibi quoties vox occurrit, cf. Φ, 571. X, 308.

404. ἡνία ἠΐχθησαν. manifesto hiatu, quem Bentleius tolerari posse negabat, excidisse dicens particulam, et reponens ἡνί' ἄρ' ἠΐχθησαν. Atqui ἄρα praecesserat: ἐκ δ' ἄρα χειρῶν. Deberet esse: ἐκ δέ τε χειρῶν ἡνί' ἄρ ἠΐχθησαν. Verum refero hiatum hunc inter eos, qui in prima sede locum habent. v. Excurs. de hiatu ad Lib. XV (O).

405. διὰ δ' αὐτοῦ πεῖρεν ὀδόντων. διέπειρε τῶν ὀδόντων αὐτοῦ. Ἀττικῶς. ait Sch. B. saltem dicere debebat: antique, forma ea, quam serius Attici frequentarunt: pro διέπειρεν αὐτὸν διὰ τῶν ὀδόντων. Vrat. A. ὀδόντας. Est enim aut πείρειν τινὰ ἔγχει, transfigere, aut πείρειν τὸ ἔγχος διά τινος hastam traiicere.

406. ἕλκε δὲ δουρὸς ἑλών. Est εἷλκε in vulgg. at ἕλκε h. l. et 409 Aristarchus: quae lectio, si semel Ionica sectamur, recipienda est. Habet eam Townl. Vrat. d. Mosc. 2. duo Vindob. δουρὸς ἑλών. Cum ἑλεῖν quartum casum desideret, intelligendum ἑλὼν δουρὸς (sc. μέρος τι) vt sup. Δ, 78 μέσσου δουρὸς ἑλών. vbi vide. Quae nisi essent, possit h. l. exponi: ἕλκεν αὐτὸν (διὰ) δουρὸς, ἑλὼν (τοῦτο.)

407. ἱερὸν ἰχθύν. ⸎ „quod ἱερὸν ἰχθὺν non certum piscium genus designat, vt nonnulli statuunt, nec ille est aut πόμπιλος, aut κάλλιχθυς; sed appellatiue ὁ ἄνετος. εὐτραφής. vt βοῦς ἱερός. ὁ ἀνειμένος. Tum: ἄλλως· esse ἱερὸν ἢ μέγαν ἢ Ποσειδῶνος, ἢ τὸν ἄνετον, quia heroes piscibus non vescuntur. Apollon. Lex. ἤτοι τὸν μέγαν, ἢ τὸν ἄνετον, καὶ διαφέροντα τῶν ἄλλων. Conueniunt ceteri, Hesych. Sch. br. et alii. τὸν ἄνετον praefertur ceteris in Suida in ἱερὸν ἰχθῦν. Commenta plura sunt ap. Etymol. Omnium tamen copiosissimus locus, post Aelian. VIII, 28 H. An. et Plutarch. de soll. anim. p. 981 cui et ipsi anthias piscis est, habetur ap. Athenaeum VII, 7 p. 282. 3. 4. vnde licet colligere haec: non magis veteribus, quam nobis, constitisse, sitne epitheton ornans, ἱερὸν ἰχθὺν, an certum piscis genus; porro plura piscium genera hoc nomine appellata esse, seu vsu

vulgari, ſeu a poetis ac ſcriptoribus: *anthiam*, (qui et *κάλλιχθυς*, etſi alii diſcernunt, et hunc ellopem eſſe aiunt,) de quo Ariſtotelis auctoritas affertur ἐν τῷ περὶ τῶν ζώων ἠθῶν. (Attigit quoque H. An. IX, 37.) alii *pompilum*, ibid. tandem, verſu Homerico allato, vulgaris quoque interpretatio memoratur, vt ſit ἰχθὺς ἄνετος. Ex Athenaeo ſua hauſit Euſtathius. Apud Eratoſthenem quem Plutarch. l. l. ait τὸν χρυσόφρυν interpretatum eſſe, verſu hoc: εὐδρομίην, (ab ὁ εὐδρομίας) χρύσειον ἐπ' ὀφρύσιν, ἱερὸν ἰχθὺν, Cataſt. 31 tamen de delphine pronuntiatur, cui Neptunus magnos honores habuit, ἱερὸν αὐτὸν ὀνομάσας εἶναι, καὶ εἰς τὰ ἄστρα αὐτοῦ σύστημα ἔθηκεν. Sane aut praeferam hunc; vt χαλκὸς dictum ſit de tridente iaculo; aut dicam communi vſu τὰ ἱερὰ eſſe quae θεῖα, praeclara, eximia, magna. quo ſenſu accepta ſunt alia: Ἴλιος ἱρή· ἱερὸν τέλος K, 56. ἱερὸς κύκλος Σ, 504. ἱερὸν ἦμαρ, ἱερὰ νύξ. et al.

408. ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ. ξ „λίνῳ. αἱ γὰρ ὁρμιαὶ λιναῖ" Schol. A. atque hoc tenebo e ceteris. Alias λίνον de reti dictum, vt E, 487 ἀψῖσι λίνου. vbi vide.

χαλκῷ. τῷ ἀγκίστρῳ. Schol. A. et br. Alii acceperunt de aere, quo munitur ὁρμειὰ, ne a piſcibus arrodatur, συρίγγιον, aes cauum in fiſtulae modum et lineam piſcatoriam ambiens.

ἤνοπι. Schol. B. ἦνοψ, τὸ ἔμφωνον interpretatur, quia ſonum reddit aes pulſum. add. Euſtath. Melius dixeris ſplendidum, διαυγῆ, cum Schol. br. quod oculos, ὦπας fulgore ſuo ferit; vt inde formatum νῶροψ. v. Etymol. h. v. ἦνοψ, ἐν ᾧ ἐστι καὶ ἐνοπτρίσασθαι, exponunt Schol. ad Σ, 349.

θύραζε, ero ἔξωθεν, ἔξω. vt ſaepe.

409. ὡς ἕλκ' ἐκ δίφροιο. ἕλκ' pro vulg. εἷλκ'. vt modo vſ. 406.

410. κὰδ δ' ἄρ' ἐπὶ στόμ' ἔωσε. Euitari a poeta hiatum vides: alioqui ſcripſiſſet: ἐπὶ στόμα ὦσε. Iunge κατῶσεν ſcil. κατὰ, ἐκ τοῦ δίφρου.

411. *αὐτὰρ ἔπειτ' Ἐρύλαον ἐπεσσύμενον βάλε πέτρῳ.* Eſt h. l. in Schol. B. *ζήτησις*, vnde Patroclus, curru vectus, lapidem acceperit. Scilicet *κατὰ τὸ σιωπώμενον* dices neceſſe eſſe, vt curru deſcenderit, et, ſaxo arrepto, iterum currum conſcenderit, quod facile fieri potuit, ſi curruum humilitatem memineris; itaque vſ. 427 iterum *ἔκθορε δίφρου*. Apud Euſtathium tamen aliter ſoluunt alii, vt dicant, Patroclum ſaxa in curru prouiſa habuiſſe.

Ἐρύαλον legebatur, in quo quomodo *α* produci poſſet, non apparebat; corruptius Cant. Mori. Lipſ. Ven. *Εὐρύαλος*. Enimuero fuit *Ἐρύλαος*, hocque recepi, adſtipulantibus Harlei. Moſc. 2. a m. ſec.

ἐπεσσύμενον. Schol. Exc. ap. Barnes. *ἐπεσσύμενος*.

414. *ἀμφὶ δέ μιν θάνατος χύτο θυμοραϊστής*. hunc vidimus iam N, 544. Glaucus ſcribere malebat quatuor ſyllabis *θυμοραίστης*. „Male, ait Schol. B. et Lipſ. *θυμοραϊστέα* enim occurrere." Hoc vbi lateat, ignoro. at *θυμορaϊστέων* legitur inf. Π, 591. et Σ, 220.

ἀμφὶ δέ οἱ recitat Schol. Ven. A. ad Δ, 460.

415. *καὶ Ἀμφοτερὸν* — *Ἀμφοτερὸν ὀξυτόνως* ſcribere, iuſſit Ariſtarchus, ſecundum canonem grammaticum, vt diſtinguatur ab appellatiuo *ἀμφότερος*. Schol. A.

416. *Πύριν*. ita ſcribunt Harl. Mori. Moſc. d. duo Vindob. Townl. Ven. vulgatae *Πύρην*. Lipſ. mſ. *Πύρον*.

417. *Ἀργεάδην Πολύμηλον*. Polymeli pater eſſe debuit ὁ *Ἀργείας* et *Ἀργέας*, vt *Αἰνείας*, *Αἰνέας*, *Αἰνεάδης*. Sic quoque Euſtath. Supra tamen ad Δ, 458 Schol. B. et Lipſ. *οὐ χρῆται δὲ πατρωνυμικοῖς ἀντὶ κυρίων, εἰ μὴ ἐπὶ τοῦ Ἀργεάδην πολύμηλον*. Neceſſe eſt eos accepiſſe Argeaden, gregibus diuitem.

419. *Σαρπηδὼν δ' ὡς οὖν ἴδ' ἀμιτροχίτωνας ἑταίρους*. Omittit δ' Barnes ex Mori et Barocc. Alii ſeruant, ipſe Ven. Ait Clarke eſſe *δὲ* neceſſarium. Sane locum ſuum tuetur, etſi abeſſe poſſit. Lipſ. *ὡς εἶδεν ἀμιτρ.*

Obſeruatur, fortiſſimo Troianorum ſeruato ad pugnam Achillis, Patroclo poetam obiicere fortiſſimum ſociorum, Sarpedonem. Schol. B.

ἀμιτροχίτωνας. Obſcurus vocis ſenſus fuit iam antiquioribus. Neceſſe tamen eſt, aliquid peculiare fuiſſe in Lyciorum armatura. Ad verbum eſt: qui *χιτῶνας* habent ſine *μίτρῃ*. Iam cum *χιτὼν* ſit thorax, *μίτρα* autem non occurrat in Homero niſi de cinctura ſub extremo thorace (v. ad Δ, 187. 133 p. 579 extr.) quae aluum et ilia tuebatur; vix alius eſſe poteſt ſenſus, quam Lycios hoc habuiſſe ſingulare, vt thoraces geſtarent nulla mitra ſubtextos: quod omnino rudiores homines ante *μίτρης* vſum inuentum feciſſe probabile ſit. Forte hinc intelligas, quomodo Sarpedonis *θεράπων* percutitur haſta *νείαιραν κατὰ γαστέρα* inf. 465.

Iam videamus grammaticos: Schol. A. reddit: *τοὺς χιτῶνας μὲν ἔχοντας, τὰς δὲ μίτρας μὴ ἐζωσμένας* (leg. *ἐζωσμένους*) Etiam Schol. B. et Lipſ. principio hoc ponit: *οὐχ ὑποζωννυμένους τὰς μίτρας τοῖς θώραξιν ἢ ἀζώστους.* Addit: nunquam in Homero *μίτραν* eſſe pro *ζώνῃ*· (Scilicet diuerſa ſunt *ζώνη* et *ζωστὴρ* a *μίτρα*. v. ad Δ, 135. 137. 216. E, 857) et abſurdum eſſe, quod Lycii noluere *μίτρᾳ* vti, qua ipſe Mars vſus eſſe fertur; de ſuo tamen ipſe nil affert. Addit *οἱ δὲ, τοὺς ἅμα θώρακι συνηρτημένην ἔχοντας μίτραν.* Ita eſſet α pro ἅμα, quod contortum eſt; ſequitur tamen Euſtathius. Tandem fuiſſe narrat, qui ad Lycios iam caeſos et ſpoliatos armis, ideo quoque *μίτρῃ*, dictum eſſe vellent. Apollon. Lex. cum Athenaeo XII p. 523 D. verſu laudato interpretatur *ἀζώστους*· hoc recte, modo *ζῶμα* et *μίτρην* diſtinxit nec pro eodem habuit. Nec plura diſcas ex Schol. br. Heſych. et Etymol. *παῖδες ἄμιτροι* apud Callimach. in Dian. 14 ad Homerum referri non debebant; ſunt puellae impuberes.

420. *χέρσ' ὑπὸ Πατρόκλοιο — δαμέντας.* vn. Vindob. e gl. *θανόντας.*

421. *κέκλετ' ἄρ' ἀντιθέοισι καθαπτόμενος Λυκίοισι.* *καθαπτόμενος* scil. *ἐπέεσσι.* quod alias adiicitur vt O, 127. Ex contexto autem et ibi et h. l. intelligitur esse, verbis grauibus, exprobrantibus; quod alias *ἐνένιψεν ὀνειδείοις ἐπέεσσι.* Redditur in Schol. br. *ἐπιπλήσσων. ὀνειδίζων.* Item ap. Hesych. et al.

422. *νῦν θοοὶ ἐστέ. ἀγαθοὶ καὶ ταχεῖς εἰς τὸ πολεμεῖν γένεσθε.* Schol. B. Lips. nec aliter acceperat Plutarch. de aud. poet. p. 32 C. Apud Eustath. interrogatiue accipitur: nunc, in fuga, celeres estis? probante Ernestio. Non assentiar: quia aliis locis etiam meliore sensu dictum videmus; inf. 494 nunc tibi pugna cordi sit, *εἰ θοὸς ἐσσί.* Sicque B, 542 *Ἄβαντες θοοί.* E, 536. 571. In Schol. Hesiodi a Tzetza collectis p. 54. D. Heins. laudatur *νῦν θοοὶ ἐστὸν*, inter exempla pluralis cum duali iuncti, vbi in Hesiodo est *μέμψονται — βάζοντ' ἐπέεσσι.* quae tamen verba corrupta sunt ex *βάζοντες ἔπεσσιν*, et totus locus 186 — 190 ab aliena manu insertus, sententiam antecedentem iterat.

423. *ἀντήσω γὰρ ἐγὼ τοῦδ' ἀνέρος.* Vrat. A. *ἀντήσω δ' ἄρ' ἐγώ.*

425. *πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν.* Abest *τε* in Barocc. Versus 424. 425 iam lecti erant E, 175. 176.

428. *οἱ δ', ὥστ' αἰγυπιοὶ, γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι*, Barocc. *ὡς δ' ὅτε* male ante *αἰγ.* *ἀγκυλοχεῖλαι*, qui *χείλη*, rostra, *ῥάμφη*, habent curua. Apollon. Lex. h. v. *ἀγκύλα χείλη ἔχοντες· Φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ, γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι*, versu hinc et ex Od. Π, 217 consicto. Hesych. *ἐπικαμπῆ τὰ ῥάμφη ἔχοντες. ἤγουν τὰς τομάς.* emendant viri docti *τὰς προτομάς.* Bentlei. *τὰ στόματα.* Fuere tamen qui a *χηλὴ, ὄνυξ*, ducerent, reprehensi ab Etymologo h. v. In Schol. Lips. adscriptum: *βοιωτικόν.* Mox

429. *πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντε μάχωνται.* quod hic est *κλάζοντε*, dualis, declarat, de duobus vulturibus dictum esse *αἰγυπιοί.* Vterque versus 428. 9. ex interpolatione legitur ap. Hesiod. Sc. Herc. 405. 406. et

430 ibid. 412. Verſus 428. etiam in Od. X, 302 repetitur.

μάχωνται e Townl. et Veneto receptum pro vulgato μάχονται· ὡς, ὥςτε, ὡς ὅτε cum ſubiunctiuo iungi, ſaepe iam declaratum eſt. cf. Excurſ. I ad lib. IX. (J.)

430. ὡς οἱ κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν. „κεκλήγοντες. in altera Ariſtarchi editione fuit κεκληγῶτες. At poeta amat σχηματίζειν voces“ Schol. A. h. e. in nouas formas mutare vocabula; ita a praeterito, κέκληγα, κεκλήγω.

ἐπ' ἀλλήλους ἐπέρουσαν Flor. disceſſit ſtatim Ald. 1.

431. τοὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε. edd. Aldd. τὸν δὲ — Reduxit τοὺς δὲ Stephanus. Ceterum monet Sch. A. conſulto et commode poetam ſequentia interponere, vt et narrationem variet, et convertat animos ad nouam pugnam futuram et ad ipſum heroem Sarpedonem.

ἐλέησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Townl. pro Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω.

432. Ἥρην δὲ προςέειπε. ⊱ „quia Zenodotus totam confabulationem Iouis cum Iunone ſuſtulerat, (περιγράφει quantum e ſeqq. colligo, propterea, quod Iuno ad Olympum (O, 79 ſq.) disceſſerat, Iupiter autem (O, 151) in Ida remanſerat) non animaduertens, multa a poeta praetermitti breuitatis ſtudio; nec quaerere licet, vnde Iuno, quae paullo ante in Olympum redierat, nunc in Ida ſit.“ Hactenus Sch. A. Ad quae monenda ſunt haec: primo non tam leue fore peccatum poetae, ſi, permutatis, quibus agerent dii, locis ita turbauit narrationem: quod an poeta commiſerit, vide in nota ad vſ. 431. Deinde, dubito an Zenodotus eiecerit ac ſuſtulerit verſus et quidem dicta de cauſſa. Habeo potius etiam hunc locum pro ememplo diſcrepantiae codicum ante Alexandrinos poetas, et panni alicuius rhapſodi opera, forte ab eo ipſo, qui epos Jliadis concinnavit, interpoſiti, in hac confabulatione, quae per ſe otioſa eſt, et confecta adumbrataque ad ſimilitudinem loci de dubitatione Iouis ante mortem Hectoris X, 166

ſqq. In antiquiſſimis itaque exemplaribus, aut eorum parte, carmen proceſſerat hunc in modum: τοὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω· αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευσεν ἔραζε etc. (inf. 459.) Eadem exemplaria totam narrationem de Sarpedonis morte ignorarunt: itaque vſſ. 566 — 683 a Zenodoto pro ſpuriis habiti erant: vt infra videbimus. Quid? quod verſus inf. P, 151. 153. 163 totum hoc episodium reſpuunt, et quod interpolationis manifeſtae argumenta praebent Σ, 356 — 368. Conſtituto enim ſemel hoc inter Iouem et Iunonem iurgio reliqua accommodata eſſe voluere.

Interpolatio tamen Platone antiquior eſt, nam is locum in ſuo codice habuit; quod patet ex III de Rep. p. 388 C. recitat enim vſſ. 333. 334.

A verſu 432. in nuptiis Ptolemaei cum ſorore recitationem feliciter exorſus erat rhapſodus ap. Plutarch. Quaeſt. Conv. IX pr. p. 736. F. mutato tamen verbo: Ζεὺς δ' Ἥρην ἐκάλεσσε κασιγνήτην τ' ἄλοχόν τε. Iteratur verſus inf. Σ, 356.

433. ὤ μοι ἐγὼν, ὅτε μοι. Reprehenſus locus, vtpote Ioue indignus, a Platone l. l. de Rep. III p. 388 C. vbi eſt Αἶ, αἶ, ἐγών. tum ab aliis, vt a Maximo Tyrio Diſſ. XI p. 199. XXIV p. 464. Athenagora 17, 3. vbi αἶ αἶ, λέγων, ὅτε μοι. a Iuſtino Cohort. alt. et Clement. Alex. Cohort. p. 49. Reſpicit quoque locum Cicero de Diu. II, 10. vbi Iouem *querentem* inducit, cum deberet *dubitantem* dicere; quod viri docti monuere.

ὅτε μοι. Bentl. adſcripſerat ὅτι. vix eſſe poteſt emendatio.

436. ἤ μιν ζωὸν ἐόντα μάχης ἀπὸ δακρυοέσσης. Schol. A. docet ἤ μιν eſſe acuendum, ſequens autem 438 ἦ ἤδη, eſſe ſcribendum ἢ ἤδη. Ita vero nulla eſſet dubitatio. Quin et hic ſubintelligendum eſt εἰ. Plena oratio erat: dubito, εἴ μιν, ἢ θείω, ἢ δαμάσσω. Compara ſimilem locum X, 174. 5. 6.

μάχης ἀπὸ recte erat ſcriptum in edd. Flor. Aldd. Turn. quia epitheton ſequitur; Alii μάχης ἄπο, quod

ex ed. Rom. H. Stephanus intulerat. Codd. vtrumque exhibent. prius Vrat. b. d. Mosc. 2.

437. ἐνὶ πίονι δήμῳ. „γρ. ἐν π.“ Barnes. sic Vrat. b. d. Mosc. 2.

439. βοῶπις Ἥρη v. A. 551. Versus 439 — 443 adumbrati partim, partim repetiti sunt X, 177 — 182. Color autem orationis similis erat sup. Δ, 25 — 29.

440. ποῖον τὸν μῦθον ἔειπας. ἔειπας ἢ ἔειπες Eustath. perpetua varietate. Vss. 440 — 3 recitantur a Cyrillo c. Iulian. X. p. 339 A.

441. πάλαι πεπρωμένον αἴσῃ. Barnes argutatur nescio quid, puto ex τῷ, πάλαι respectu loci E, 662 hoc dictum esse, vbi Sarpedon a Tlepolemo vulneratur, πατὴρ δ' ἔτι λοιγὸν ἄμυνε, et miratur hoc a nemine obseruatum esse; multo minus bene Apollodorum laudat, qui III, 1, 2. de alio Sarpedone agit: vt ibi docent Notae p. 528. Cum mortalis esset Sarpedon, communi omnium mortalium fato erat destinatus, non demum post pugnam cum Tlepolemo fuit decretum vt moreretur. Nec aliter, quam nostro modo, exponitur sensus in glossa Hesychii: πάλαι πεπρωμένος αἴσῃ.

„γρ. ἀνέρα θνητόν.“ Barnes. Scilicet sic quoque scribi possit.

442. ἂψ ἐθέλεις θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι. ἐθέλοις Vrat. b.

ἂψ non est iterum, quod vult Barnes, vt respiciat id, quod factum narratur E, 662. cum priore pugna seruatus esset Sarpedon; sed est retro. ἂψ λύειν est pro ἀναλύειν, vt ἂψ ἀναδῦναι ἐς ὅμιλον H, 218 recedere retro in turbam.

θανάτοιο δυσηχέος. Aliquoties occurrit πόλεμος δυσηχής. pugna horrisona: v. ad B, 686. vt est δυσκέλαδος. δύσθροος. δύσθρηνος. ergo mors vel, vt interpretantur, quae fit inter gemitus et lamenta, vel grauis, horrenda, etiam auditu. Certe mors abominanda. Apollon. Lex. δυσηχέος. ἤτοι, τοῦ κακὸν ἦχον ἐπιφέροντος θανάτου, διὰ τὰς γινομένας οἰμωγὰς δυσθρήνους. Male adiectum ἢ τοῦ

δυςαχέος, κακὰ ἄχη ποιοῦντος, contra prosodiam, cum ἄχος primam breuem habeat. Abſunt quoque ab Heſychio, qui priora adſcripſit, cum quibus conuenit Etymologus.

ἐξαναλῦσαι. referunt ad Parcarum fila. Ita quoque Euſtath. et inf. X, 180. Melius, puto, ductum eſt a laqueis et retibus, quibus quis tenetur. λῦσαι· ἐκλῦσαι ſimpliciter eſt liberare.

443. ἔρδ'. in hoc conſentiunt h. l. codd. et edd. Flor. Rom. At Aldd. induxerant ἕρδ' rediit ad priores illas Clarke. v. ad A, 315.

444. σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ, Euſtath. ἐν.

445. αἴκε ζῶν πέμψῃς. ζῶν reponendum erat, vt conſtaret ſibi lectio, quandoquidem ſup. E, 887 ἤ κε ζὼς ἀμενηνὸς ἔα probatum fuit. Eſt ζῶν Ariſtarchea lectio: quod iterum h. l. duo Scholia Ven. A. teſtantur: etſi adiectum: ἄλλοι δὲ ζωόν. Hoc vulgatum in codd. et edd. Cum Villoiſon accentus non expreſſerit, non apparet ζῶν an ζὼν ſcriptum fuerit. ζῶν eſſe poſſet ex ζοόν. Ita etiam ſcribi poſſet. At αἴκε ζωὸν vitioſum eſt, ſi prior pes pro dactylo habetur; ſaltem ζωὸν pronuntiandum vna ſyllaba eſſet, quo et ſpectant Cant. Mori. Harl. in quibus eſt αἴ κεν ζωόν. hoc quidem vna ſyllaba; etſi alienum eſt ν ante ζ. Volebat ζῶν inducere iam Stephanus, probante Clarke. Miror Bentleium tentaſſe αἴ κε σόον πέμψῃς et αἴ κεν ζωὸν ἄγοις.

Σαρπηδόνα ὅνδε δόμονδε. ὅνδε, adiectum alteri δόμονδε, merito mirationem facit, licuiſſe ſcribere, cum ſatis ſit ὃν δόμονδε· v. Sch. A. qui et monet, non ſcribendum eſſe ὃν δὲ, ſed ὅνδε.

447. πέμπειν — ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης· pro ἀποπέμπειν. Alias eſt ἐκπέμπειν. ἐξαρπάζειν. vt Φ, 597. 8.

449. υἱέες ἀθανάτων, τοῖσι κότον αἰνὸν ἐνήσεις. Filii deorum aderant Ialmenus Martis, Meneſthius Sperchei, Eudorus Mercurii, Achilles Thetidis, Aeneas Veneris. Sch. B. κότον αἰνὸν, ex ſenſu iniuriae et indignatione,

concedi alteri quod ſibi non licet facere. Bene Schol. br. *κότον. νῦν φιλονεικίαν ἐμβαλεῖς.*

450. *ἀλλ' εἴ τοι φίλος ἐστί. ἀλλ' ἤ τοι* Ven. — *φίλον ἐστί·* idem. Sed Schol. alteram lectionem Ariſtarcheam eſſe notat: *φίλος ἐστί,* haud dubie veriorem. *φίλος ἢ φίλον ἐστίν,* etiam Euſtath. memorat. *φίλον* erat in Mori. Cant. Vrat. A. vno Vindob.

453. *αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τόν γε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰών.* Lectum in codd. et editum *ἐπὴν δὴ* inde a Flor. Aldd. At eſt *ἐπειδὴ* in ed. Rom. mſ. Mori. Barocc. Lipſ. Ven. Vrat. d. Moſc. 2. et Apollon. Lex. in *αἰών. ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου.* Norat tamen Schol. B. alteram lectionem *ἐπὴν δὴ,* eamque retineo propter *λίπῃ.*

454. *καὶ νήδυμον Ὕπνον.* ⊱ „quod nunc diſerte *νήδυμον* per *ν* ſcribitur (Hoc quoque Euſtath. repetit. De quo v. ad B, 2 dicta) et quod *πέμπειν* pro *πέμπε* Sch. A. Bentleius tentabat *θανάτῳ τε φ. καὶ νηδύμῳ ὕπνῳ,* vt 671. vel *πομπούς μιν,* inf. 681. 691. Videtur offendiſſe ad hoc, quod iungebat *πέμπειν μιν*: cum ſint iungenda, *πέμπειν Θάνατον* (*ὥστε*) *φέρειν μιν. θάνατόν γε* vn. Vindob. ſed eſt *τε — καί.* De ceteris cf. inf. 671 ſq. vbi 454. 5. 6. 7. iterantur.

455. *εἰσόκε δὴ Λυκίης εὐρείης δῆμον ἵκωνται.* „*ἐν ἄλλῳ· ἵκοιτο*" Sch. A. ſcilicet Sarpedon. *Λυκίης δῆμον,* *terram:* v. ſup. ad Γ, 201.

456. *ἔνθα ἑ ταρχύσουσι. θάψουσι.* De voce v. ad H, 85.

Leguntur hi duo vſſ. 456. 457 iterum inf. Π, 674. 5.

Pro *ταρχύσουσι* eſt *ταρχύσωσι* in Barocc. Lipſ. Vrat. b. d. vn. Vindob. bene, ſi eſſet, quod Stobaeus Serm. CXXIII, p. 614 recitat: *ὄφρα ἑ ταρχύσωσι.*

κασίγνητοι. ἀνεψιοὶ ἢ συγγενεῖς. Euſtath. cf. inf. 674.

ἔται τε v. ad Z, 239. Laudat verſum Schol. Apollon. I, 305.

457. *τύμβῳ τε στήλῃ τε.* cippum intellige, vt iterum inf. 675. non ſtatuam: *ἄγαλμα* dixit Pindarus. *στήλην ἐπὶ τύμβῳ* videbamus iam Λ, 371. P, 434. Spectat ad

h. v. glossa Hesychii corrupta: *τεστηλῆςτε τύμβῳ. στήλη ἐν τῷ τάφῳ.*

τὸ γὰρ γέρας. Monet Schol. esse, quod ap. Eurip. Alc. 53 *τιμαὶ θανόντων.* res obuia.

459. *αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε.* Monuere de hoc prodigio veteres eiusque opportuno vsu in magnarum rerum vicissitudinibus: est de eo locus in Schol. B. quem exscriptum animaduerto ex Allegoriis Heracl. c. 42 p. 142. ed. Schow. alter ex altero emendandus. ita *αἱμοῤῥοφύτοις νάμασιν* lege *αἱμοφορύκτοις.* Hausit inde nonnulla Eustath. *τερατολογῶν* et ipse.

ψιάδας. Vox antiqua: serior *ψεκάδας*, quam et glossographi apponunt, primo loco Apollon. Lex. in *ψιάδας*, et in *νιφάδεσσι.* ex eo Hesych. in *νιφάς.* multis de ea agit Eustath. cf. Schol. Theocr. I, 1. Versus expressus est in Scut. Herc. 384. 385 *μέγα δ' ἔκτυπε μητιέτα Ζεὺς* in congressu Cycni et Herculis, *κὰδ δ' ἄρ' ἀπ' οὐρανόθεν ψιάδας βάλεν αἱματοέσσας, σῆμα τιθεὶς πολέμοιο ἑῷ μεγαθαρσέϊ παιδί.*

463. *Θρασύμηλον — βάλε.* „In aliis *Θρασύδημον*, et in alio *Θρασύβουλον*" Schol. A. vtrumque cum vsu magis consentaneum. In edd. erat *Θρασυμήδην*, quod est quoque in Cant. et vn. Vindob. mutauit in *Θρασύμηλον* Barnes secundum Eustathium, Barocc. Mori. vn. Vindob. Praestaret *Θρασύδημον*, quod et Lips. Vrat. b. d. vn. Vindob. habent; si tanti esset in re incerta.

ἔνθ' ἤτοι Πάτροκλος μὲν ἀγακλειτόν. interposito *μὲν* Ald. 1. 2. et hinc ceterae, Rom. Turneb. Steph. eiecit Barnes recte, auctoritate ed. Flor. Mori. adde Vrat. b. d. A. Harl. Lips. Ven. A. At Ven. B. agnoscit *μέν.*

465. *νείαιραν κατὰ γαστέρα. τὴν νεάτην, ἐσχάτην. κατὰ τὸ ἔσχατον μέρος.* consentit Apollon. h. v. versu apposito. *ὁ μὲν Ἀπίων ἀποδίδωσι, κατωτάτη. προςεχέστερον δὲ τὸ, ἐσχάτη, κατὰ τὸ ἔσχατον μέρος. ὅτε φησί· νειαίρῃ δ' ἐν γαστρί. καὶ τὸ, νεάτη, ἐσχάτη.* (Λ, 711 *νεάτη Πύλου ἠμαθόεντος.*) At Schol. A. *ἀπὸ τοῦ τὰ σιτία νεῖσθαι δι' αὐτῆς* vult dictum; hoc quidem etiam Etymol. At

Schol. B. addit: οὐδαμοῦ γὰρ χρῆται ἐπὶ τοῦ ἐσχάτου τῷ ἐπιθέτῳ τούτῳ. quod non asſequor: cum et alibi hoc occurrere viderimus: E, 539. vbi v. Obſſ. an putauit νείαιραν eſſe voc. per ſe ſubſiſtiens: vt eſt ap. Pollucem: καὶ κάτω κοιλία, ἣν Ὅμηρος νειαίρην καλεῖ. lib. II, 209. Promiſcua, vt ſolet, apponit Euſtathius. Erneſti ad νείαιραν monet, ſcribendum eſſe νειαίρην, quae ſit forma Ionica. Ita ſane modo in Polluce ſcriptum laudaui. Enimuero ea forma locum non habet in ſimilibus, quorum vltimam praecedit diphthongus: αἰπεῖα. δασεῖα, aut πίειρα. μάχαιρα. Similis dubitatio ſup. 374 de ἀέλλῃ.

467. ὁ δὲ Πήδασον οὔτασεν ἵππον. ⸖ „quod ὁ δὲ iterum de eodem ſubiecto, non de alio. (ſcil. ponitur pro καὶ) καὶ, ὅτι δοκεῖ συγκεχύσθαι (altero loco eſt συγκεῖσθαι, corrige συγχεῖσθαι) τὸ οὔτασε. βεβλήκει γὰρ τὸ δόρυ. Debebat ergo ex grammatici iudicio eſſe, Πήδασον ἔβαλε, quia e longinquo percuſſit iactu haſtae. Nec tamen, pergit Schol. A. videtur varietas vlla lectionis fuiſſe: nihil enim Ariſtarchus annotauit. (ſcilicet cum is vbique diſcrimen inter βαλεῖν et οὐτάσαι inculcet.) In Philemonis tamen editione lectum fuit ἤλασεν· vt inf. P, 519. vbi etiam ἔβαλεν anteceſſerat. (Nil tamen additur: num ex codice, an ex emendatione lectio profecta ſit.)

In principio verſus porro δεύτερος ὁρμηθεὶς, ipſe Ven. At in Schol. A. praefixum δεύτερον, et ſic legendum eſſe contenditur in ipſo Scholio: nil tamen intereſt.

468. ὁ δ' ἔβραχε θυμὸν ἀΐσθων. „ἀΐσθων, vt βιβάσθων." de quo vid. ad N, 809. O, 676. Eſt pro (ἀΐων, ἄων) ἀποπνέων, vt recte Euſtath. et Etymol. ἀΐσσον erat in mſ. Lipſ. Apollon. Lex. ἀΐσθων. αἰσθόμενος. ſic et Heſych. ἀϊσθῶν. ἐν αἰσθήσει ἔχων. Meminit quoque Euſtath. Nec aſſequi licet, quomodo id loco aptum ſit.

ἔβραχε. quod aliquoties de armorum ſtrepitu vidimus, βράχειν nunc eſt de gemitu morientis equi vt de mugitu tauri Od. Φ, 49 — ὁ δ' ἀνέβραχε excitat Apollon. l. l.

469. κὰδ δ' ἔπεσ' ἐν κονίῃσι μακών. ὁ μὲν Ἀπίων· βοήσας. ἔστι δὲ ἰδίωμα βοῆς. Apollon. Lex. et ex eo Hesych. βοήσας. De voce v. ad K, 362. Eſt proprium de morientibus et de animantibus quidem h. l. et Od. K, 163. T, 454.

ἔπεσεν κονίῃσι Vrat. d.

470. κρίκε δὲ ζυγόν. Egit de κρίκε Erneſti ad h. l. Induxerat κρίγε Clarke probante Bentleio ad analogiam aliorum, vt τρίζω. ἔτριγον, quae attulerat ad B, 214. Euſtath. ad h. l. τὸ δὲ κρίκε ζυγὸν, ἀντὶ τοῦ ἔτριξε, κατὰ ὀνοματοποιΐαν. διὸ καὶ τρίγε τινὲς αὐτὸ ἔγραψαν, ὡς δεύτερον ἀόριστον. At item ad P, 1119, 60 οὐδὲ μὴν τὸ κρίζω (ἐστὶν εὑρεῖν) τοῦ κρίγε ζυγὸν ἢ κρίγεν. Erneſti monet, poſſe hoc eſſe vitium ſcripturae pro τρίγεν. nam Schol. Lipſ. dicere: „γρ. καὶ, τρίχε, voluiſſe ſcribe τρίγε.“ At Euſtath. de κρίγε cogitauit, nam iterum ad Odyſſ. p. 506 κρίζω, ἀφ' οὗ τὸ κρίγε, ἐν τῇ Ἰλιάδι. Nec ſolus eſt Euſtathius, qui hanc lectionem τρίγε memorat, nam et Schol. A. agnoſcit: „γράφεται καὶ τρίγε.“ et eſt in binis codd. Ceterum κρίκε vbique legitur in edd. et codd. etiam in Ven. Conſentiunt grammatici. Sch. br. κρίκεν. ἐψόφηκεν. (immo — ησεν) ἤχησε, ποιὸν ἦχον ἀπετέλεσεν. Heſych. κρίκε. ἐψόφησεν. ἔτρισεν. Bonum Scholion eſt in Etymol. in κρίκε, a quo primo loco, cum aliis, docetur eſſe vocem ad ſonum factam; quibus praeiuiſſe video Zenodotum. Tum aduerſus Herodianum disputatur, qui non aſſequebatur, quomodo ex κρίζω aoriſtus fieri poſſet κρίκον, non ἔκριγον vel ἔκριδον. Verbo reſpondendum erat, eſſe nouam formam κρίκω, priore breui, diuerſam a κρίζω. Veriorem tamen lectionem et ipſe arbitror κρίγε a κρίζω de iis quae gemunt ſub pondere aut crepant et franguntur.

Poſt omnia haec, alia eaque grauis exoritur quaeſtio in verbis κρίκε ζυγόν. Contenditur, τὸ ζυγὸν in ſingulari nusquam apud Homerum occurrere. (v. inf. ad Ω, 268). Hoc ſi verum eſt: aut κρίκε eſt tranſitiue accipiendum, vt Pedaſus ſit ſubiectum, aut legendum eſt ζυγός. Et ſane ita legit Vrat. A.

472. *εὕρετο τέκμαρ. τέλος θεραπευτικόν.* Eustath. *remedium.* *εὕρατο* mſ. Lipſ. *δουρὶ κλυτὸς* Vrat. b. d. antiquo ac vero more, vt ſaepe dixi.

473. *σπασσάμενος.* recte Barnes pro *σπασάμενος*, vt hic et alibi quoque contra metrum.

τανύηκες ἄορ. τανάηκες ξίφος ſane iam vidimus H, 77. Eſt tamen idem *τανύηκες.* Apollon. h. v. *ὁτὲ μὲν τὸ ξίφος· τανύηκες ἄορ παχέος ἀπὸ μηροῦ. συνθέτως λέγει, τὸ τεταμένην ἔχων τὴν ἀκὴν, τουτέστι τὴν ἀκμήν.* — Duxit hinc ſua Heſych. h. v. Etymol. cf. inf. ad 768. Gemellus locus ſup. Θ, 86. 7. 8 de Neſtore.

474. *οὐδ' ἐμάτησε, non ceſſauit.* Non, vt Sch. br. et Euſtath. *οὐκ ἐματαιοπράγησε.* De vocis vſu hoc v. ad E, 233. *οὐδ' ἐμάτησε* vbique legitur; et ap. Apollon. Lex, eſt *ἐμάτησεν. ἐματαιοποίησεν.* requirebat tamen Ionica ratio, quae vbique debebat regnare, *οὐδὲ μάτησε.* Quid quod inf. Ψ, 510 *οὐδὲ μάτησεν* vbique legitur: excepto Vrat. b. Quid hic ſequendum erit editori! lubrica eſt vtraque via. *παρήορον οὔτασεν ἵππον* memorat Apollon. in *παρήορος* (de qua voce v. ad H, 156) confuſis verſibus 467 et 474 vt Villoiſ. iam notauit.

475. *τὼ δ' ἰθυνθήτην. ἐπ' εὐθείας ἐγένοντο.* Heſych. *ἐπ' εὐθείας ἔστησαν τεταγμένοι* Sch. br. *ἐπ' ὀρθὸν κατέστησαν* Sch. A. —

ἐν δὲ ῥυτῆρσι τάνυσθεν. Equos intentis loris et ipſos contendentes verba exhibent. *τανύεσθαι* aliquoties de equis ad curſum *nitentibus.* *ῥυτῆρες* ſc. *ἱμάντες, lora iugalia ἀπὸ τοῦ ῥύειν, ἐρύειν. ἕλκειν.* Sch. A. per *ἑλκυστῆρσι* interpretatur. Apollon. Lex. *οἱ τῶν ἡνίων ῥυστῆρες.* Similiter Heſych. Etymol. in quo Ἰλιάδος π pro η legendum. In Sc. Herc. 308 ſunt *ῥυτά. ῥυτὰ χαλαίνοντες.* Townl. pro var. lect. *ῥυτῆρι.*

476. *τὼ δ' αὖτις συνίτην ἔριδος περὶ θυμοβόροιο. ξυνίτην* Cant. *περὶ* Rom. Moſc. 2. et al. quod tenendum, quia in aliis locis ante epitheton ſeruatur accentus. Vulgg. *πέρι.*

481. ἀλλ' ἔβαλ', ἔνθ' ἄρα τε Φρένες ἔρχαται ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ. ℥ „quod ἔβαλε pro ἔτυχεν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ὅπου αἱ Φρένες ἐγκαθειργμέναι εἰσὶ περὶ τὴν ψυχήν. Sch. A. poſtrema, non bene; etſi Euſtathius quoque ſequitur. Primo Φρένες ſunt τὸ ὑπὸ πνεύμονα διάζωμα τοῦ θώρακος. ſcil. id quod nos διάφραγμα dicimus. Schol. A. Iam, A, 103 et paſſim hoc vidimus. Tum ἔρχαται οἷον εἱργμέναι εἰσιν. Heſych. ἔρχαται, πέφρακται. συνέχονται. Et Euſtath. καθείργνυνται ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ. quo ſenſu non adiiciunt; paſſiue dictum adiiciunt; ita Φρένες praecordia ſunt incluſa circa cor; atqui cor incluſum eſt diaphragmate. Praeſtat actiue dictum accipere Φρένες ἀμφιειργμέναι εἰσὶν, pro περιείργουσι, τὸ κῆρ, ſepiunt, circumdant, muniunt: etſi vſus verbi in aliis locis paſſiue ſe habet: ἕταροι δέ τοι οἵδ' ἐνὶ Κίρκης ἔρχαται. Od. K, 283 et ἔρχατο inf. P, 354. Od. I, 221. K, 241. Ξ, 73.

Suboritur alia difficultas: cum ἔργω, εἴργω, ἐέργω, vbique digamma habeat, (v. Excurſ. de digammo) debebat eſſe ϝερχαται. atqui Φρενες ϝερχαται hoc non admittunt. Si itaque verſus eſt antiquus, exceptionem facit; aut dicendum plures fuiſſe formas verbi. Certe duplex ſcriptura olim fuit et in libris etiamnum occurrit εἴργω, εἵργω, et ſic reliqua. De quibus v. dicta ad Γ, 77. Videtur ita h. l. ſcriptum fuiſſe Φρένες ἔρχαται.

Notabile, quod Sarpedoni, haſta praecordia penetrante, pulmo tamen intactus permanſit, vt et ſpiritum adhuc ducere et adhuc loqui poſſet. In Schol A. res ita illuſtratur: altera ala pulmonum transfixa, alter lobus integumentis ſuis aliquamdiu ſeruatur: τὸ μέρος ἀπαθές. Barnes ad v. 492 non male meminit Epaminondae vulnerati ap. Nepot. in Epaminonda 9.

ἀδινὸν κῆρ. „καρδία πυκνὴ καὶ νευρώδης οὖσα" (de quaeſtione, an cor neruos habeat, hic non eſt cogitandum) apud Schol. B. Lipſ. Euſtath. Similiter Apollon. Lex. h. v. Melius quam Sch. br. συνετόν. aut Heſych.: πυκνὴν ψυχὴν, ἢ τὴν συνεχῶς λυπουμένην. quod tantum

in certo contexto locum habet vt inf. Σ, 316. De ἀδινὸς iam dictum ad B, 87. ἀμφαδινὸν vna voce Vrat. b.

482. ἀχερωὶς, vulgo λεύκη. Addit Sch. A. et Sch. br. nonnullos pro quercus (φηγοῦ) genere habere. Ab hoc vſſ. 482 — 486 iam lecti ſup. N, 389 — 393. et neſcio an huc retracti. ſaltem hoc ſuſpicari licet de 483. 4. ἠὲ πίτυς — ἐξέταμον.

483. πίτυς βλωθρὴ, vocem iam vidimus N, 390. Sch. A. memorat Niciam εὐρεσιτέκτονες vna voce comprehendiſſe; at Ariſtarchum ſeiunxiſſe. Sunt haud dubie iungenda ἐξέταμον ἐν οὔρεσι. τήν τ' „*quam ſcilicet*" Clarke. Abeſt τ' a Vindob.

484. ἐξέτεμον Vrat. A. pro ἐξέταμον.

485. ὣς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθείς. κεῖτο erat iam in Flor. Excidit in Aldd. et quod mireris etiam in ed. Rom. reſtitutum paſſim in Lovan. Hervag. ſec. et al. denique a Turnebo.

ὣς ὁ πάροιθ' malebat Bentl.

486. βεβρυχώς. v. ad N, 393 *frendens dentibus*. non βρυχώμενος. vt Sch. br.

487. ἠΰτε ταῦρον ἔπεφνε λέων — Sch. A. obſeruat, primo comparationem eſſe inſtitutam ad procumbens et in longum extentum Sarpedonis corpus; aſſumi tamen mox gemitum. Iunxit ergo totum locum a 485—491. Si tamen attendas, comparatio non procedit niſi a 487 ἠΰτε ταῦρον, (h. e. ὡςεὶ ταῦρον) et poſita eſt in hoc: Sarpedon a Patroclo caeſus ingemuit moribundus ſic, vt taurus qui a leone dilaniatur.

488. ἐν εἰλιπόδεσσι βόεσσιν. Sch. A. διὰ τοῦ ν· ἐν εἰλιπόδεσσιν, αἱ Ἀριστάρχου. Scilicet fuere, qui ἐπ' εἰλιπόδεσσι legerent, vt Vrat. b. d. Mori. Barocc. Etiam Euſtathius: ἐπ' ἢ ἐν ειλιπόδεσσιν.

εἰλιπόδεσσι etiam h. l. paſſim ſcribitur, vt in ed. Flor. v. de hac voce ad Z, 424.

ταῦρον — αἴθωνα. fuluum. vt de leone K, 23. Λ, 547.

491. *κτεινόμενος μενέαινε.* ⸎ „quod *μενέαινε* est *ἐλιποθύμει.* Alias *προεθυμεῖτο ἢ ἐθυμοῦτο*" Sch. A. Similia sed disertiora sunt ap. Etymol. et ap. Hesych. in *μενεαίνει.* Apollon. Lex. *μενεαίνειν — ἐπὶ δὲ τοῦ λειποψυχεῖν· κτεινόμενος μενέαινε.* Etiam in Schol. Vict. est: *τὸ μενεαίνω σημαίνει τρία· τὸ λειποψυχῶ, ὡς ἐνταῦθα. καὶ τὸ ὀργίζομαι,* vt Θ, 104. *καὶ τὸ προθυμοῦμαι. ὡς τὸ, μενέαινε κῦδος ἀρέσθαι.* Φ, 543. Requirit tamen loci sententia notionem *ingemiscit: ἠΰτε (ταῦρος) ὤλετο στενάχων — ὣς* (Sarpedon) *κτεινόμενος μενέαινε.* Bene Eustath. *τὸ αὐτὸ εἶναι δοκεῖ τῷ στενάχειν.* Videtur ideo recte verti: *indignante anima gemebat.* Videtur Virgilius hinc petiisse: *vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.*

492. *πολεμιστὰ μετ' ἀνδράσι* melius iungi cum *πολεμιστὰ* quam cum seqq. docet Sch. A. vt sit *ἐν ἀνδρείοις* Eustath. qui addit, hinc Sophocleum ductum: *ὁ σὺν γυναιξὶ τὰς μάχας ποιούμενος.*

Γλαῦκε πέπων Mori.

494. *νῦν τοι ἐελδέσθω, πόλεμος κακὸς, εἰ θοὸς ἐσσί.* „*ἐελδέσθω, ἐν ἐπιθυμίᾳ ἔστω*" Sch. B. Eadem glossa in Hesych. et *ἐπιθυμείσθω* Sch. br. Immo *curae, cordi esto. μελέτω.* Eustath. *ἀγαπάσθω* quod ferri potest. Inf. 556 *νῦν φίλον ἔστω. θοὸς* vidimus sic sup. 422 pro *fortis.* *πόλεμος κακὸς* Sch. B. contendit esse *ἀντὶ τοῦ θρασύς.* Eustath. *κακωτικός.* Immo vero est *aerumnosa pugna.*

495. *πρῶτα μὲν ὄτρυνον. ὤτρυνον* Vrat. d. vt alibi.

496. *πάντῃ ἐποιχόμενος, Σαρπηδόνος ἀμφὶ μάχεσθαι.* ⸎ quod *Σαρπηδόνος* vel pro *ἐμοῦ,* vel omissum *τάδε λέγων αὐτοῖς.* Sch. A.

πάντῃ ἐποιχόμενος. Harl. *πάντας.* at inf. 533 in eod. versu *πάντῃ* retinet.

ἀμφιμάχεσθαι vna voce, vt solent, edd. et codd. ipse Ven.

498. *κατηφείη καὶ ὄνειδος* iterum P, 556. E binis locis versus concinnatus ap. Apollon. Alex. p. 133. *σοὶ μὲν δὴ, Μενέλαε, κατηφείη καὶ ὄνειδος ἔσσεται ἤματα πάντα.* Sup. Γ, 51 *κατηφείην δέ σοι αὐτῷ opprobrium.*

499. εἴ κε μ' Ἀχαιοὶ „ἐν ἄλλῳ· εἴκεν Ἀ." Sch. A. ſicque vn. Vindob.

500. νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα. ⊱ „quod νεῶν ἀγῶνα dixit τὸ ἄθροισμα, τὸ ναύσταθμον. at alibi deorum conſeſſus (H, 298.)" Sch. A. Addit Sch. B. cum Lipſ. Schol. „alios exponere ἐν τῇ μάχῃ. (verum in Homero ἀγὼν non eſt pro μάχη aut certamen) et νέων legere (ab οἱ νέοι) non νεῶν, vt νέων δ' ἀλάπαζε φάλαγγας. Λ, 503." Vidimus iam de his ad O, 428. Eſt omnino pugna huius diei apud naues orta: etſi nunc a nauibus depulſa: ponitur autem locus, vel qui in loco ſunt, pro pugna in loco vel apud locum facta. Eſt ideo idem ac ἐπὶ νυσὶ πεσόντα, pro ἐν μάχῃ ἐπὶ, παρὰ, ναυσί. etſi ex ipſa re, non ex verbo, quod pugnam, certamen, haud declarat. νέων etiam Lipſ. (cum Schol.) habebat, et amplectebatur illud Erneſii. Poteſt quoque hic et alibi locum habere, vt T, 42 πάρος γε νεῶν ἐν ἀγῶνι μένεσκον, et Υ, 33 Ἥρη μὲν μετ' ἀγῶνα νεῶν — vtrobique νέων *iuuenum*, pugnantium, ſignificatus conueniret, ab οἱ νέοι. At enim obſtat alter locus ſup. 239 μενέω νηῶν ἐν ἀγῶνι. vbi νέων locum non habet; tum vero non eſſe poſſet iuuenum *pugna;* aduerſatur vſus loquendi Homericus, quod ἀγὼν nusquam ipſi eſt *pugna*. Retinendum adeo νεῶν. Bentlei. coni. νεῶν ἐς ἀγῶνα φέροντες ex v. 664 τὰ μὲν κοίλας ἐπὶ νῆας δῶκε φέρειν.

502. μὶν τέλος θανάτοιο κάλυψε iam occurrebat E, 553 durius hoc, quam ſollenne illud, τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.

503. ὀφθαλμοὺς ῥῖνας τε. Sch. A. et br. c. Euſtath. refert eo, quod mortui nec vident nec ſpirant. Videtur potius declarari, quod in morientibus notatum eſt, nares acuminari, pallere et rigere: ῥὶς ὀξεῖα eſt inter ſigna faciem Hippocraticam, quam appellant, conſtituentia, ſaltem ex defectu ſanguinis et virium.

504. ἐκ χροὸς ἕλκε δόρυ. εἷλκε, quod vulgatum erat, habet h. l. ipſe Venetus. Monet tamen Schol. A. Ari-

ſtarchum ἔλκε ſcribere: quod ſupra adoptauimus 406. 409.

προτὶ δὲ φρένες αὐτῷ ἕποντο. φρένες, οἱ ὑμένες τοῦ διαφράγματος. vidimus paullo ante vſ. 481. Pro ἕποντο Ariſtarchus ἔχοντο. nec hoc male. videtur quoque legiſſe ſic auctor Schol. br. nam ait: προςείχοντο δὲ αὐτῷ αἱ φρένες. ποτὶ et προτὶ variat et h. l. ſed δόρυ προτὶ h. l. praeſtat, idque omnino praeferimus.

505. καὶ ἔγχεος ἐξέρυσ' αἰχμήν. non neceſſe eſt ſubſtituere ἐκϝέρυσ'. Vide de digammo in compoſitis.

507. ἐπεὶ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων. ⁑ „quod Zenodotus λίπον ediderat; Ariſtarchus λίπεν, ἐλίπησαν, ἐλείφθησαν, ἠρημώθησαν.“ Schol. A. Sic legerat quoque Ven. A. Lipſ. cum Schol. Moſc. 2. At λίπον agnoſcunt Schol. br. ἔλιπον τὰ ἅρματα τῶν δεσποτῶν. Videamus vtriusque lectionis rationes.

Myrmidones retinuere *equos* currui Sarpedonis iunctos, volentes fugere, ἱεμένους φοβέεσθαι, *poſtquam reliquerant currum eorum qui inſidebant et regebant.* In curru fuerat ſolus Sarpedon, nam eius θεράπων et auriga haſta ictus ceciderat vſ. 464. 5. vnde igitur ἄνακτες? ſi reliquerant currum equi, disiunctos eos fuiſſe neceſſe eſt aut loris reſciſſis aut iugo fracto et temone: cuius rei non erat cauſſa; nam leuatus currus erat, nemine inſidente. Aliter res ſe habebat ſup. Z, 39—41. vbi impeditus fuerat currus virgultis.

Si λίπεν ἅρματ' ἀνάκτων legitur, manet eadem adiunctorum repugnantia. ἅρματα ἐλίπησαν ὑπὸ τῶν ἵππων. nam vix iungere placebit ἅρματα ἐλίπησαν ὑπὸ τῶν ἀνάκτων. ἐλίπησαν eſt, quod ex vulgari vſu foret ἐλίπη ἅρματα. Alteri moleſtiae in ἀνάκτων poteſt occurri, ſi ἄνακτος legeris. At reſtat altera, quod laborat verſus vitio prosodico in ἅρματ' ϝανακτων. Statim cuiuis in animum veniet: ἅρμα ϝανακτος. Ita quoque h. l. emendatum eſt a Bentl. et Dawes. Nec tamen vel ſic expedita res eſt: cum ἐπεὶ λίπον ἅρμα ἄνακτος ſcil. οἱ ἵπποι, nihil habeat adiectum, cur aut quomodo equi currum relin-

quere, non cum curru fugere maluerint, vt res ferebat, et saepe alibi factum legimus. Alia ad manum esset emendatio: ἐπεὶ λίπον ἅρμα ἄνακτες, in quam vidi quoque incidisse Iortinum (*Tracts* To. II. p. 69). Sane descenderat curru Sarpedon, eiusque θεράπων caesus procubuerat. Recedit tamen emendatio paullo longius a vulgari scriptura.

Quid multa? Versum haud dubito ab interpolatore rhapsodo intextum esse, eodem modo, quo sup. vs. 371. opportunitate arrepta ex Z, 39. 40. 41. voluit ille explere sententiam versus antecedentis.

508. φθογγῆς ἀΐοντι. „ὡς λέγοντι. οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος." Schol. A. quid igitur alii? Scilicet non variauit lectio; sed notatum est ἀΐοντι praesens esse pro perfecto: dum audiit. cum audiisset. Atqui is vsus τοῦ ἀΐω haud raro est obuius.

510. χειρὶ δ' ἑλὼν ἐπίεζε βραχίονα. Vrat. d. cum vno Vindob. χειρὶ λαβὼν δ' ἐπίεζε.

τεῖρε γὰρ αἰνῶς. ed. Rom. αὐτόν. sicque Cant. Harlei. Mosc. 2. Vrat. b. d. vn. Vindob. et ipse Venetus. Verum hoc facile ex interpretamento inseri potuit. Vrat. A. quoque τεῖρε δὲ αὐτόν.

511. ἕλκος, ὃ δή μιν Τεῦκρος. Vrat. d. ὃ δ' ἥμιν.

ὃ δή μιν Τεῦκρος ἐπεσσύμενον βάλεν ἰῷ. recte ἐπεσσύμενόν μιν. non Τεῦκρος ἐπεσσύμενος. v. M, 387. 388.

512. τείχεος ὑψηλοῖο ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύνων. Non video interpretes haesisse in hoc versu: ἀμύνειν ἀρὴν τείχεος, quae quaeso haec loquendi forma? At potest occurri: interpunctio, vt feci, est mutanda: ἐπεσσύμενον βάλεν ἰῷ τείχεος ὑψηλοῖο. vt sit vel βάλεν ἰῷ ἀπὸ τείχεος, vel ἐπεσσύμενον τείχεος h. ἐσσύμενον ἐπὶ τεῖχος. vt res se habet M, 388. ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύνων. Occurrit alibi quoque. At offendit hiatus, post ὑψηλοῖο, quo offensum esse Bentleium intelligo ex lineola appicta. Dicas cum Knight, fuisse ὑψηλοῖο ϝαρην. At tot aliis locis occurrit vox sine digammo, vt recipi nequeat: v. ad M. 334. et Ξ, 485. Praestat sic inter versus referre, in quibus pro-

nuntiatione subsistente hiatus admittendus esse videri pot-est. v. Excurs. ad XVII, (P.) Equidem suspicor etiam hunc versum deberi sedulitati rhapsodi, explentis sententiam antecedentis versus.

513. εὐχόμενος δ' ἄρα εἶπεν ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι. Harl. ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα. Apollinem *Lycium* vss. sqq. memorari, nemo miretur, in precibus viri e Lycia oriundi. Attamen notabile est, in Homero Apollinis *Delii* et *Delphici* nondum occurrere epitheton. Quae obseruatio obuersata iam est doctiss. Matthiae ad Hymn. Homer. p. 20. εὐξάμενος vn. Vindob.

515. δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκούειν. ⸓ (potius ⸓) „lectio πάντοσ' (pro πάντοσε) est Aristarchea: εἰς πάντα τόπον ἀκούειν. Simile illud: πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος (Λ, 21) h. e. εἰς Κύπρον ἠκούετο (vbi v. Obss.). Sic ἄλλοθεν. ἄλλοσε. ὁμόθεν, ὁμόσε. Ergo et πάντοθεν (N, 28) et πάντοσε (Σ, 479) At Zenodotus: πάντες ἀκούειν, διὰ τοῦ ε." Hoc corruptum vt plura in hoc Scholio; etiam in Cod. Lips.; putes Zenodotum scripsisse παντός. vt scribitur quoque in vno Vindob. At mox in alio Scholio: Ζηνόδοτος δὲ, ἀντὶ τοῦ παντί. Videtur adeo ille habuisse scriptum: πάντεσ' pro πᾶσι, vt πάντεσσι occurrit. Iungitur autem ἀκούειν τινὶ, *in alicuius gratiam*, eoque *exaudire*. Herodianus praetulit πάντοσε· quod et interpretantur Sch. br. πανταχόθεν et defendit Eustath. dictum pro πάντῃ. et recte, nam tertius casus sequitur alius: ἀκούειν ἀνέρι κηδομένῳ. πέντος ἀκούειν vitium Ald. 2. quod sequaces retinuere: indocte! At Bentl. non in πάντοσ' ἀκούειν acquiescit; sed coni. πάντοσ' ἀρήγειν. ἀμύνειν. et delet vs. 516 Ἀνέρι κηδομένῳ tanquam spurium. dici enim παντὸς ἀκούειν vel πάντ' ἐπακούειν, vt de Sole: ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις Γ, 277." Est sane insolentior tertii casus vsus; attamen et inf. 531 est iterum: ὅττι οἱ ὦκ' ἤκουσε μέγας θεὸς εὐξαμένοιο. Est porro analogia in κλῦθί μοι. — Superest δύνασαι δέ τε edd. et Sch. br. At Barnes δὲ σὺ ex Barocc. Harlei. pro var. lect. Accedit ipse Venetus. Vtrumque abest a ms. Lips.

Eſt autem mox κηδομένῳ (οὕτως eo modo quo) ὡς νῦν ἐμὲ ſq.

517. ἀμφὶ δέ μοι χεὶρ. Eſt δέ μιν in Euſtath. p. 1073, 30. forte vitio.

518. ὀδύνῃσιν ἐλήλαται. Sch. br. διαπέπαρται. huc ſpectat Heſych. gl. ἐλήλαται. συνέχεται. πεπερόνηται. Scilicet, primo ἔγχει διαπέπαρται τις vel διελήλαται, tum et *dolore:* vt Lat. *dolore percuti.* ita et h. l. χείρ μοι ἀμφιελήλαται ὀξείῃς ὀδύνῃσι.

519. οὐδέ μοι αἷμα τερσῆναι δύναται, „τερσῆναι. Sch. B. ξηρανθῆναι" et videtur τερσαίνειν ita dictum eſſe Od. Z, 98. De 529. vide mox.

βαρύθει δέ μοι ὦμος ὑπ' αὐτοῦ. βαρύθει cum verſu habet Etymol. Puta eſſe dictum pro βαρύνεται. vt apud Apollon. βαρύθεσκε Arg. I, 43 τότ' αὖ βαρύθεσκέ οἱ ἤδη γυῖα. βαρύθῃ Lipſ. ὦμος ὕπερθεν Vrat. d.

Ceterum in his vſſ. vſus particulae eſt tam ſaepe, et tamen varie repetitus, vt ſermonem nondum ſatis politum aperte arguat; ἀμφὶ δέ μοι. βαρύθει δέ μοι, ἔγχος δ'. ἀνὴρ δ'. ὁ δ' οὐδ'.

521. ὥριστος. De hoc v. ad Λ, 288. ἀνὴρ ὃς ἄριστος Harl.

522. ὁ δ' οὐδ' ᾧ παιδὶ ἀμύνει. Ita vulgo legitur; nec aliter recitat Athenagoras c. 17, 3. metro miſere corrupto: Nam primo οὐδ' ϝῷ fuiſſet, tum παιδὶ ἀμ. eſt hiatus. Alteri vitio facile occurras, ſcribendo ου ϝῷ. alterum tollit Sch. A. qui antiquam lectionem ſeruauit, etſi in Veneto non expreſſam: Eſt enim in Schol. A. ἡ διπλῆ, ὅτι ἐλλείπει ἡ περί. ἔστι γὰρ, οὐδὲ περὶ τοῦ οὗ παιδὸς ἀμύνει. οἱ δὲ ἀγνοήσαντες γράφουσιν. ὁ δ' οὐδ' ᾧ παιδὶ ἀμύνει. Repetit quoque eadem Schol. A. ad Σ, 171. vbi Ariſtarcheam lectionem Πατρόκλου ἐπάμυνον hoc ipſo exemplo defendit. Conuenit cum aliis locis in quibus ἀμύνειν cum altero caſu iungitur: Plena forma loquendi eſt ἀμύνειν τι (ἀπὸ, ὑπὲρ,) περὶ, τινος, (at ſi iungitur τινὶ, eſt datiuus cui) itaque λοιγὸν, κακὸν et alia, propellere ab aliquo. *depulſare malum ab aliquo,* vel *pro aliquo;*

ſaepe tamen alteruter caſus omittitur. Sic Δ, 11 καὶ αὐτοῦ κῆρας ἀμύνει. M, 402 ἀλλὰ Ζεὺς κῆρα ἄμυνε παιδὸς ἑοῦ. add. O, 731. Π, 75. et abſolute: N, 109 ἀμυνέμεν οὐκ ἐθέλουσι Νηῶν ὠκυπόρων. add. I, 527. M, 155. et inf. Π, 561. adiectum ἀπὸ ſup. Π, 80 νεῶν ἄπο λοιγὸν ἀμύνων ἔμπεσε. Alibi περὶ, vt inf. P, 182 ἀμυνέμεναι περὶ Πατρόκλοιο πεσόντος, et Σ, 173. Aliquoties ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, vt M, 243. et ſic plura. Bentl. em. παῖδ' ἐπαμύνει ex v. 540.

523. ἀλλὰ σύ πέρ μοι, ἄναξ. Iterum offendit; cum perpetuus vſus ſit ϝαναξ, quod docuit Dawes, fruſtra eius acumen eleuante Erneſtio. Medelam attulere Bentl. et Dawes συ περ με ϝαναξ. Sane ἀκεῖσθαί τινα vt ſup. E, 447. 8. etiam ἀκέσασθαι. ἕλκος ſup. 29. τοὺς μέν τ' ἰητροὶ — ἀμφιπένονται ἕλκε' ἀκειόμενοι. Iam duplex accuſatiuus, etſi in hac ipſa voce non occurrit, eſt tamen res frequentata ab Homero. Vel ſic tamen poſſit aliquis vereri, ne totus locus de Glauco a rhapſodo attextus ſit, quem ipſa res et narratio ferre vix videtur; Caeſus iacet Sarpedon; irruit Patroclus ad eum ſpoliandum: ſuccurrendum erat celeriter, et ſuccurritur. At vides Sarpedonem nouiſſima mandata dantem Glauco: qui e vulnere dolens preces ad Apollinem facit, et a deo ſanatur, tum ſocios corpus tueri iubet, ipſe arceſſit Troianorum principes, et nunc pugna ſit circa Sarpedonis corpus. Forte antiquitus nulli verſus legebantur, quam 508. Γλαύκῳ δ' αἰνὸν ἄχος γένετο φθογγῆς ἀΐοντι, (532) πρῶτα μὲν ὤτρυνε Λ. Reminiſcebatur commode grammaticus Glauci vulnerati ex M, 387. et ſanatione vulneris proſpiciendum eſſe omiſſioni putauit. vide tamen notam ad 492—501. — In f. verſus pro ἕλκος, ἄλγος Harlei.

524. κοίμησον. Sch. A. Αἰολικὸν, κοίμησον. ἀπὸ τοῦ κοίμισον." deb. ἀντὶ τοῦ. Scilicet κοιμᾷν pro ſopire veteres dixere. v. ad M, 281. Seruauit veram lectionem Venetus. At κοίμισον ceteri codd. in his Lipſ. ſicque editum erat ante Barnes, qui metri vitio obſeruato κοίμησον repoſuit ex Euſtathio. κοίμισσον Harlei. Townl. ſaltem me-

trice recte. *δὸς δέ μοι κράτος* Flor. Alld. Eiectum *μοι* ed. Rom. duce.

526. *αὐτός τ' ἀμφὶ νέκυι κατατεθνειῶτι μάχωμαι.* „*κατατεθνειῶτι.* Ariſtarchus per *η*, vt ſemper, *κατατεθνηῶτι.* hoc habet Mori. Vrat. d. A. Vindob. *νέκυι* duabus ſyllabis pronuntiandum — *αὐτὸς δ'* Vrat. d. bene. — *αὐτὸς ἀμφὶ νέκυν κατατεθνειῶτα* Lipſ.

529. *μένος δέ οἱ ἔμβαλε θυμῷ.* Pro his *σθένος ἔμβαλε θυμῷ* recitat Ariſtot. de Morib. III, 11. quo loco docet, *τὸν θυμὸν* eſſe *τὸ ἰτητικώτατον.* Sed memoriter recitat alia ibid. quae non occurrunt in noſtro Homero: *μένος καὶ θυμὸν ἔγειρεν*, et *ἔζεσεν αἷμα.* Ceterum mirari licet *τέρσηνε* quod ſup. 519 vim immanentem habebat, nunc repente actiuum factum, *ἐξήρανε.*

530. *ἦσιν ἐνὶ φρεσὶ* ad ſolum *ἔγνω* vel etiam ad *γήθησε* trahi poſſe, monet Sch. A.

531. *ὅττι οἱ ὦκ' ἤκουσε μέγας θεὸς εὐξαμένοιο.* *οἱ εὐξαμένοιο* ſc. *αὐτοῦ.* caſus tertius, vt ſup. Ξ, 139—141 *Ἀχιλλῆος — δερκομένῳ.* Adde K, 187. 8. Od. Ψ, 205. 6. I, 256, 7. quae loca Euſtath. excitat.

533. *ἀμφιμάχεσθαι* vna voce et h. l. ſcriptum et editum. Mox *μακρὰ βιβάσθων* vidimus paullo ante O, 676. N, 809. vn. Vindob. *βιβάσκων.*

538. *λελασμένος εἶς ἐπικούρων.* v. inf. ad 776. et E, 834.

540. *σὺ δ' οὐκ ἐθέλεις ἐπαμύνειν.* *ἐπαμῦναι* Cant. Harl. *ἐπαμύναι* Lipſ.

542. *ὃς Λυκίην εἴρυτο.* *εἴρυτο* Ariſtarchus ſcripſit; et addit Schol. A. (cum quo ſimilia tradit Etymol. in *εἴρυτο.*) *ὑγιῶς πάνυ.*“ Vellem adieciſſet, vnde vocem duceret, et vnde media ſit producta. At Tyrannio, pergit grammaticus, *εἰρῦτο* ſcribebat, vt ſit pro *εἰρύετο.* *δύναται δὲ* (debent eſſe verba Schol. A.) *τὸ εἴρυτο, κλιθὲν ἀπὸ τῶν εἰς μι, ὁμοίως τῷ ἐζεύγνυτο*, (leg. *ἐζεύγυτο*) *θοῶς δέ οἱ ἤνυτο ἔργον*, (Od. E, 243 hoc vero eſt alienum a re.) *ἐκτετάσθαι. οὕτως ἀξιοῦμεν καὶ ἐπὶ τοῦ εἴλυτο* (Π, 640) *καὶ εἴρυτο.*“ Satisfacerent haec, ſi docuiſſet, quale ver-

bum illud esset: scil. ῥῦμι. ἔρυμι. vel vt Etymol. εἴρυμι. Etsi nec minus ῥύω, ἐρύω, tueor, vel κρατῶ in vsu fuere: Θ, 143 Διὸς νόον εἰρύσαιτο. v. disputata de h. v. in Excursu IV. ad A.

δίκῃσι pro δίκῃ. εὐδικίᾳ. Sch. B. est quoque in Schol. Leid. recitantur in iis versus Aeschyli: ὅπου γὰρ ἰσχὺς συζυγοῦσι καὶ δίκαι, ποία ξυνωρὶς τῶνδε καρτερωτέρα.

544. νεμεσσήθητε δὲ θυμῷ Sch. br. μεμπτὸν ἡγήσασθε. vult Glaucus eos indignari, ira incendi.

545. ἀεικίσσωσι δὲ νεκρόν. Sch. br. ὑβρίσωσιν. αἰκίσωνται. τιμωρήσωνται. add. Hesych. Etymol. Apollon. Lex. ἀεικίᾳ περιβάλωσι, adscriptis vll. et paullo ante, ἀείκιζεν, ᾐκίζετο. et ἀεικίην, τὴν αἰκίαν. Recte haec altera vox ab illa ducitur; ex ἀεικία natum est αἰκία, non inuerse. Est scilicet ἀεικής, *indignus*, inuisus, seu *adspectu*, seu *alio modo*; hinc *foedus*, *ignominiosus*: vnde vulgare αἰκίζεσθαι. αἰκία, quae proprie de corpore caesorum mutilato et foedato dici coepit. Inde omnino est ἀπρεπής. (ἀπὸ τοῦ εἴκειν, ἐοικέναι. male multa alia commenti sunt grammatici.)

546. Δαναῶν κεχολωμένοι. ⟝ „quod ante Δαναῶν deficit περί.“ Schol. A.

548. Τρῶας δὲ κατάκρηθεν λάβε πένθος. Mature media vox obsoleuerat; itaque grammatici varie de ea statuunt. Primo κατὰ κρῆθεν diuisim scripserat Aristarchus, nec tamen ei est obtemperatum. κατὰ ad λάβε nemo reuocauit; alter locus, in quo vox occurrit, est Od. Λ, 587 de Tantalo: δένδρεα δ' ὑψοπέτηλα κατάκρηθεν χέε καρπόν. Ex h. l. constituitur significatio, *desuper*, *a capite:* quae cum loco nostro non conuenit, nisi memineris simile dictum, κατ' ἄκρης, pro *penitus. funditus.* hoc verum arbitror. At κατ' ἄκρηθεν pro κατ' ἄκρης non occurrit. Nec tamen, si κρῆθεν esset per se dictum, κατὰ adiunctum foret sine exemplis similium: in Sc. Herc. 7 est: τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν, βλεφάρων τ' ἀπὸ κυανεάων — nisi et hoc fuit ἀπόκρηθεν, eiecto τ'. Non improbabile sit κατάκρηθεν iunctim pronuntiatum esse. Accentus au-

tem eſt retractus communi in his grammatica lege. Tandem deducitur ab ἡ κάρη, κάρηθεν, κρῆθεν ſeu vt Sch. A. vult καρὰ, καρῆθεν, κρῆθεν, et Etymol. καρὴ, in κάτα κρῆθεν. κατὰ κρατός. (nam diuiſim ille ſcribere voluit) idem tamen alibi κάρη, κάρα ſcribit. Homerus tamen ἡ κάρη ignorat, τὸ κάρα frequentat. Plures autem formas vocis fuiſſe, iam ſupra vidimus: τὸ κὰρ, τὸ κάρα, τὸ κάρη, ἡ κάρη, et ἡ καρὴ, τὸ κάρηνον, quid ni et κρὰς, κρὴς, vnde κρῆθεν. Seruant et tuentur κατακρῆθεν Sch. B. Sch. br. edd. omnes quas noui. κατὰ κρῆθεν. κατὰ κεφαλῆς. Heſych. Euſtathiana, quae et ap. Barnes habentur, ſunt ex Apione et Herodoro (ἐν τοῖς εἰς τὸ Π σχολίοις.) deſcripta, cf. Euſtath. ad X p. 1257, 52. iisque ſimillima ſunt, quae habentur in Schol. A. et particula in Etymol.

πένθος ἄσχετον, οὐκ ἐπιεικτὸν, ἐπεί σφισιν ἕρμα πόληος. ἄσχετον idem quod ἀάσχετον ſup. E, 892. pro ἀνατάσχετον, ἀνυπομόνητον. Apollon. Lex. h. v.

549. οὐκ ἐπιεικτὸν, *luctus ingens*, proprie *indomitus.* Vidimus iam E, 892. Et ἕρμα πόληος. *tutela, praeſidium*, nam ἕρμα, ὑποστήριγμα v. ad A, 486. vbi et 283 Achilles μέγα πᾶσιν ἕρκος Ἀχαιοῖσιν eodem ſenſu. Latere ἕρμα πόληος ap. Heſych. in ἔμπα πόλιος. στήριγμα πόλεως notatum iam ab Bentl. video. Apud Pindarum Theron ἔρεισμα Ἀκράγαντος. Ol. II, 12. — ἐπί σφιν legitur ap. Apollon. Lex. in σφίσιν vitioſe. Docet grammaticus diſcrimen inter σφίσιν, *ſibi* et σφισιν, encliticum, ſi eſt αὐτοῖς.

552. βὰν δ' ἰθὺς Δαναῶν λελιημένοι. Iam ſaepe vidimus vocem. Sch. br. συστραφέντες. προθυμηθέντες. hoc bene, at prius vnde duxerit, me latet. putauitne eſſe ἐλελισμένοι? at Homero eſt ἐλελιχθέντες. — ἰθὺς (κατὰ) Δαναῶν. ἦρχε δ' ἄρα *praeibatque vt ſolitus eſt.* Clarke.

553. Ἕκτωρ, χωόμενος Σαρπηδόνος. (⟅) „quod deeſt περὶ Σαρπηδόνος. et χωόμενος pro συγχεόμενος.“ Immo vero non *perturbatus*, ſed *exaſperatus.*

554. λάσιον κῆρ iam vidimus B, 851. add. A, 189. Μενοιτιάδεω Lipſ.

556. Αἴαντε, νῦν σφῶϊν ἀμύνεσθαι φίλον ἔστω. „ἐν ἄλλῳ· μένος ἔστω Sch. A. „γρ. Αἴαντες“ Barnes.

557. μετ' ἀνδράσιν, ἢ καὶ ἀρείους „ſcil. ἐστὲ, ἢ γίνεσθε. Aut a datiuo poeta ad accuſatiuum transit; vt A, 541 αἰεί τοι φίλον ἐστὶν, ἐμεῦ ἀπονόσφιν ἐόντα κρυπτάδια φρονέοντα — (putauitne, σφῶϊν ἔστω φίλον, (ὑμᾶς) ἀμύνεσθαι. — ἢ καὶ ἀρείους (ὄντας?) Reſpicit autem verſus ad 492. Γλαῦκε πέπον, πολεμιστὰ μετ' ἀνδράσιν.

μετ' ἀνδρῶν vn. Vindob.

558. ὅς πρῶτος ἐςήλατο τεῖχος Ἀχαιῶν. εςήλατο ſcripſerat Ariſtarchus cum ſua ſecta (οἱ ἀπ' αὐτοῦ) (de quo ſatis dictum eſt ad Λ, 192. H, 260. Θ, 86.) At Lyſanias ſine adſpiratione ἐςήλατο, et quidem ſic, vt ε ipſi eſſet augmentum, verbo ducto a σάλω, σάλασθαι, pro ἀποσπᾷν, σαλεύειν. Sunt eadem ap. Euſtath. e Porphyrio, qui ex Apione et Herodoro, quos auctores laudat Euſtath. ſua petiiſſe videtur; hi aſſenſerant Ariſtarcho exploſo recte Lyſania. Similia legi videntur in Schol. Vict. Putauit igitur is, aut acceperat, fuiſſe a σάλος. σάλη (Etymol. in ἀσαλὴς) vel σάλα ap. Heſych. *maris* agitatio, et hinc quoque *mentis*, vocem σάλω, *moueo*, pro quo poſtea fuerit in vſu σαλεύειν, a quo eſſet ἔσηλα, ἐσηλάμην. In hunc ſenſum Sch. br. ἀντὶ τοῦ διεσάλευσεν. ἐπλήρωσεν εἰςελθών. (*impleuit copiis?*) Quaſi vero hoc vno loco ἥλατο, occurreret; cum ἆλτο, ἐπᾶλτο, ἐςᾶλτο et ſimilia occurrant, et ipſum ἐςήλατο hac ipſa in re M, 438 ὅς πρῶτος ἐςήλατο τεῖχος Ἀχαιῶν. etſi et ibi ſimilia tentata fuerunt: quae ad eum locum vide. Quod autem h. l. vexauit grammaticos, et vt nouum vocabulum circumſpicerent permouit, (fuit quoque ζήτησις hac de re, πῶς ὁ ποιητὴς — v. Sch. A.) eſt hoc, quod non Sarpedon, ſed *Hector*, prior in caſtra irruperat, loco eodem ſup. M, 438. et 459. vbi 462 ὁ δ' ἄρ ἔςθορε φαίδιμος Ἕκτωρ et 466 ὅτ' ἐςᾶλτο πύλας. Sarpedon autem primus vallum *labefactauerat* ibid. 397 ſqq. ἔπαλξιν ἑλὼν χερσὶ

σιβαρῇσιν ἕλχ', ἡ δ' ἕσπετο πᾶσα διαμπερές. Non viderant grammatici, idem *ἐςήλατο*, quod de Hectore dictum erat M, 438. nunc de Sarpedone dictum non haberi poſſe pro diuerſis vocabulis.

Schol. A. ipſe aſſentitur Ariſtarcho adſpiranti *ἐςήλατο* (quod apud ſeriores fieri deſiit) vt ab *ἅλλεσθαι* ductum ſit: primum enim Sarpedonem *impetum* in vallum *feciſſe*, hocque a poeta declarari: *ὅς πρῶτος ἐφήλατο καὶ ἐπεπήδησε τῷ τείχει* (atqui eſt *ἐςήλατο*) *ὅρα γοῦν, ὡς οὐκ εἶπε· πρῶτος διῆλθεν. ὁ δὲ Σαρπηδὼν πρῶτος ὥρμησεν ἐπὶ τὸ τεῖχος·* (M, 308) *ὡς ῥα τότ' ἀντίθεον Σαρπηδόνα θυμὸς ἀνῆκε τεῖχος ἐπαΐξαι. ὥςτε τὸ ἥλατο ταὐτὸν εἶναι τῷ ὁρμῆσαι.* Similia ex Porphyrio Euſtathius.

Tota disputatio videtur tolli potuiſſe, ſi meminiſſent, vtrumque et Sarpedonem et Hectorem primos in caſtra irruiſſe, ſed diuerſis locis, illum vallo conuulſo, hunc porta effracta; in Hectore tamen ornando poetae operam maxime ſe ſupra M extr. continuiſſe. At Sarpedonis operam in ea re praecipuam fuiſſe, nec ſine eo rem effici potuiſſe, ipſe poeta dixerat M, 290 ſq. *Οὐδ' ἄν πω* —

559. *ἀλλ' εἴ μιν ἀεικισσαίμεθ' ἑλόντες.* ⸗ quod eſt aſſumendum *καλῶς ἂν ἔχοι, εἰ αὐτὸν ἀνελόντες ἀεικισαίμεθα.* Porro in Sch. A. adſcriptum: *ἐν τῇ Ῥιανοῦ· ἀλλ' εὖ μιν ἀεικισσώμεθ'.* quam lectionem ex Rhiani editione recte reſpuit Ariſtarchus et communis vſus. Supplet Euſtath. *ἀλλὰ σπευστέον, εἴ* pro *ὅπως.* vel *ἄγε, ποιήσωμεν οὕτως.* vel *εἴθε.* De *ἀεικίζεσθαι* vidimus paullo ante ad 545.

Sch. B. praeterea monet, praeparari a Patroclo, quod mox ipſe ab Hectore, et Hector ab Achille experturus erat. At mouet eum, quod Patroclus alioqui tam mitis repente tam ſaeuus factus ſit? Reſpondet, quia Sarpedon primus vallum erat aggreſſus. Reſpondere poterat, aeſtimationem faciendam eſſe ex ſenſibus et moribus hominum iſtius aetatis; qui ira efferati, in hoſtem humanitatis rationem nullam habebant.

560. τεύχεα τ' ὤμοιϊν ἀφελοίμεθα. ἀφελώμεθα. γρ. Vindob. et Vrat. d. et a pr. m. b.

561. καί τιν' ἑταίρων αὐτοῦ ἀμυνομένων. „quod ambiguum eſt, ſitne ſubintelligendum περὶ αὐτοῦ ἀμυνομένων an αὐτοῦ, eo loco." Sch. A. cum Sch. Exc. Barn. vix dubites de priore.

565. ἀμφὶ νέκυι κατατεθνειῶτι. Miror h. l. nec legi in Veneto κατατεθνηῶτι (quae Ariſtarchea fuit ſcriptura vt modo 526 v. ſup. Z, 71. H, 89) nec aliquid in Schol. moneri. Eſt tamen in Mori mſ. Vrat. A.

567. νύκτ' ὀλοὴν, σκότον Sch. B. Alibi eſt ἀὴρ, vt inf. P, de pugna circa Patrocli corpus 269. 644 ſq. caligo a puluere exorta. Nimis argutum foret, de caligine doloris et irae pugnantibus obducta haec interpretari. An vero non aliquis e rhapſodis duo hos verſus ex loco de Patroclo adumbrauerit, equidem nec affirmem nec negem. Ieiunus ſatis eſt quod ad ſententiam ſpectat v. 568. Ὄφρα etiam repetitione ὀλοὸς ingratus.

569. ἑλίκωπας Ἀχαιούς. Eos iam vidimus A, 389. πρότερον pr. πρότεροι Barocc. Mori.

571. δῖος Ἐπειγεύς. Harl. Vrat. d. Lipſ. Ven. Ἐπηγεύς. At in Ἐπειγεὺς ſaltem etymon apparet.

572. *Budeum*, vrbs Phthiotis ſeu terrae Phthiotidis a Budeo Argi f. nominata. Sch. A. Sch. B. addit: πῶς δὲ ἂν ἱκέτευε (574) τὸν βασιλέα τῆς ἑαυτοῦ πόλεως; ἢ τάχα ἑτέρα παρὰ ταύτην ἐστί. Scilicet putauit Peleum regnaſſe toti regioni ſerius Phthiotidi dictae. Atqui Peleus et Achilles regnabant Phthiae et Helladi; ex iis et ex aliis B, 681 ſq. nominatis vrbibus copias ducebat Achilles." Negligentiam in ceteris grammaticis accuſes. In Sch. br. eſt Βούδειον, πόλις Θεσσαλίας. in Etymol. autem Βούδιον, πόλις Θεσσαλίας. οἱ δὲ Ἠπείρου. in Heſych. Βούδιον πόλις. At Steph. Byz. (et ex eo Euſtath. et ex iis, vt ſolet, conflatus eſt Phavorinus) Βούδεια, πόλις ἐν Μαγνησίᾳ, ἀπὸ τοῦ οἰκίσαντος Βουδείου. Addit Mineruam in Theſſalia coli *Budeam*, laudato Lycophrone v. 359. Pergit: Ὅμηρος Βούδειον ἔφη· Ὃς ῥ' ἐν Βουδείῳ εὖ ναιο-

μένῳ. Euſtathius aliunde affert: Βούδειον δὲ πόλις, φασὶ, Βοιωτικὴ, ἀπὸ Βουδείας Βοιωτίας, μητρὸς Ἐργίνου τοῦ καὶ παρὰ Πινδάρῳ περιᾳδομένου (Ol. IV.) (Budea haec eſſe videtur eadem quae Buzyge, Lyci filia ap. Schol. Apollonii Arg. I, 185.) Scilicet longinqua aliqua ex vrbe aduenisse voluere ſupplicatum Epigeum, non ex propinquo: vt ſup. e Sch. B. vidimus. εὖ ναιομένῳ diſtinxi. Vulgg. εὐναιομένῳ e more grammaticorum. v. ſup. Excurſ. V. ad A. εὐναιομένων Lipſ.

573. τοπρὶν vna voce h. l. in edd. cum alias diuiſim edatur τὸ πρὶν, quod et codd. habent, vt Vrat. b. d. A. et ipſe Ven.

574. ἐς Πηλῆ' ἱκέτευσε καὶ ἐς Θέτιν. ⊱ „quod Thetis manſit cum Peleo, nec eius domum reliquit, vt fabulati ſunt ſeriores“ Sch. A. paria Sch. B. Monitum iam aliquoties. Porro Sch. A. notat dictum ἱκέτευσεν ἐς pro πρὸς. (ex ſollenni, nunc ſatis noto, vſu, eſt enim pro ἱκέτην ἐλθεῖν ἐς οἶκον τινός) illuſtratum ab Hemſterh. ad Plut. Ariſtoph. p. 456. excitatum ab Erneſti. Latere hoc hemiſtichium in Heſychio in verbis εςπηλη — p. 1465 iam Bentl. animaduerterat.

576. Ἴλιον εἰς εὔπωλον an ἐΰπωλον ſcribas, nil intereſt per ſe; vtrum antiquius ſit ignoramus; dactylum tamen praeſero.

577. τόν ῥα. „*hunc inquam*“ Clarke e more.

579. ὁ δ' ἄρα. „*vt ex tali vulnere neceſſe erat.*“ Clarke. Tu dic vno verbo, *vtique. ſane.* δή.

582. ἴρηκι ἐοικώς. De ἴρηξ v. ad N, 62.

583. ᾤκετ' ὄςτ' ſcribebatur. Ita vero hiatus exiſteret. Porro ψῆρας h. l. ſcriptum, at P, 755 ψαρῶν τε, quod dupliciter ſcriptum *ad propriam in quoque vocis ſitu iucunditatem* ſpectare affirmabat grammaticus ap. Gell. XIII, 19. *nam, ſi alterum,* inquit, *in alterius loco ponas, vtrumque feceris ſonitu inſuaue.* Remittam hoc aliarum aurium iudicio. Exemplum ſaltem eſt religioſe ſeruatae lectionis quam inuenerant grammatici. Aliud

exemplum v. ad Φ, 347. ὅς τε Φόβησε. Ionica ratio tuetur: cum Vrat. b.

584. ὡς ἰθὺς ἔσσυο ς— et 586 καί ῥ' ἔβαλε ς— „quod casus et personas mutauit poeta. Sch. A. et Eustath. obuia res. Dicas: Potuisse in ἔβαλε Σθενέλαον adhaerescere ς, vt fuerit ἔβαλες — ῥῆξες. Nil tamen de hoc monitum: nisi quod Lips. ἔβαλες. Sane sic ῥῆξε possit subintelligi τὸ χερμάδιον. In ἱπποκέλευθε iterum nugatur Eustath. Bentl. iterum emendat Πατροκλῆς ἱπποκορυστὰ, vide sup. ad 126.

585. κεχόλωτο Cant. edd. Flor. Aldd. ipse Turneb. posse sic κῆρ κεχόλωτο dictum esse, ait Ern. At Bentl. refingebat totum locum: ἔσσυτο — κεχόλωτο δὲ κῆρ ἑ. κεχόλωσο Rom. e qua reposuit Steph.

586. Ἰθαιμενέος Mosc. 2. sicque solus, quod video, Turnebus edidit; quasi esset Ἰθαιμενεύς. vbique Ἰθαιμένεος.

587. ῥῆξέ τ' ἄπο τοῖο τένοντας. Est τένοντε, quod alibi occurrit, v. c. Δ, 521 in vno Vindob. et in edd. Aldinis. Sed poeta vtrumque frequentat. Putes tamen hoc iactu saxi vnum tantum τένοντα rescindi potuisse. Scribendum autem ἄπο post verbum, si nobis constare volumus, non enim est ἀπὸ τοῖο iungendum; ita quoque mox 588 ὕπο.

588. χώρησαν δ' ὕπο τε πρόμαχοι. ἀπό τε Vrat. b.

589. ὅσση δ' αἰγανέης ῥιπὴ τανασῖο τέτυκται. ς— „quod τανασῖο pro τανᾶης h. e. τεταμένης." Sch. A. Ita vero nihil intelligas quae illa sit. Sch. br. εἰς μῆκος τεταμένης, μακρᾶς. disertius Hesych. τανασῖο. ἐπιμήκους. μακροῦ. πάνυ ἐκτεταμένου. Est adeo *iaculum longius* comparatione aliorum breuiorum. ῥιπὴ τανασῖο in Hesych. ῥιπὴ τάνοια latere, viderat quoque Bentl.

τέτυκτο vn. Vindob.

590. ἥν ῥα τ' ἀνὴρ ἀφέῃ πειρώμενος ἢ ἐν ἀέθλῳ ἠὲ καὶ ἐν πολέμῳ. πειρώμενος. Subtilis, nec inanis, est obseruatio Schol. A. πειρᾶσθαι tantum *in certamine*, ἐν ἀέθλῳ, non vero *in pugna* locum habere τίς γὰρ ἀπό-

πειρᾶ ἐν πολέμῳ γίνεται; (Oblitus eſt grammaticus *πειρᾶσθαι* eſſe quoque ſimpliciter, congredi pugna, pugnare, vt Λ, 386. N, 457. eſſet adeo *certans aliquis* ſiue in ludo ſiue in pugna.) Itaque diſtinguit *ἥν ῥά τ' ἀνὴρ ἀφέῃ, ἢ πειρώμενος ἐν ἀέθλῳ, ἠὲ καὶ ἐν πολέμῳ*, vt *ἀφῇ ἐν πολέμῳ* iungantur. Vanam tamen omnem ſubtilitatem eſſe arbitror. v. Notam. *ἀφῆκε* Lipſ. tam indoctus metri erat librarius. At *προέῃ* Vrat. A. elegantius, ait Erneſti, ſaltem non indocte; nam et hoc vſu habetur, v. c. E, 15. 280 *προΐει δολιχόσκιον ἔγχος*. At proprie dicitur alterum *ἀφιέναι βέλος* et ſimilia; vnde et Apollo *ἀφήτωρ*.

591. *δηΐων ὕπο θυμοραϊστέων*. vſus *τῆς ὑπὸ* notatur Sch. A. *ἡ δὲ ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετὰ, ἢ πλεονάζει. τινὲς δὲ, ὑπὸ δηΐων πειραζόμενοι* (l. — *νος*) Eſt ſane vſus inſolentior ſiue cum *πειρώμενος*, ſiue, quod praeſtat, cum *ἀφέῃ* iunxeris. Erit pro *ἀφιέναι ἐν δηΐοις*. Doctiſſimum Dammium video accipere pro *διὰ*, vt ſaepe *ὑπὸ* ponitur pro propter; et Koeppenium putare, ſuppleri poſſe *ὑπὸ δηΐων ἀναγκασθείς*.

594. *ἐτράπετ' conuertit ſe* notat Clarke.

595. *ὃς Ἑλλάδι οἰκία ναίων*. ⊱ „quod *Hellas* vrbs eſt Theſſaliae, cuius incolae primo dicti Hellenes" — Sch. A. et Sch. br. de his accuratius actum ad B, 683.

599. *πυκινὸν δ' ἄχος ἔλλαβ' Ἀχαιούς. πυκινὸν, γρ. δεινὸν* mſ. Lipſ. Addit Bentl. malim: *αἰνόν. ἔλαβ'* Townl. Vrat. d. recte: ſi forte ex antiquiore more ſcriptum eſt.

601. *σταν δ' ἀμφ' αὐτὸν ἰόντες. ἔστησαν περὶ τὸν Γλαῦκον ἐπιβοηθοῦντες τῷ προκαταρξαμένῳ τῆς ὑποστροφῆς*· Sch. B.

602. *μένος δ' ἰθὺς φέρον αὐτῶν. ἰθὺς* (*κατ'*) *αὐτῶν*. vt ſaepe. Alibi ſimpliciter *ἰθὺς ἰέναι τινός*, vel *βῆναι*. Sup. E, 506 *οἱ δὲ μένος χειρῶν ἰθὺς φέρον. ἐξελάθοντο*. „*γρ. ἐκλελάθοντο* Barn. memoriter forte, ex aliis locis. Mox *κορυστὴν* 603 ſimpliciter ornat; *πολεμιστὴν* vt Sch. br.

605. *θεὸς δ' ὣς τίετο δήμῳ* iam ſupra E, 78 de ſacerdote.

606. Celerrimam et ſine dolore mortem tali vulnere inferri notabat Schol. Ven. ad Jl. Δ, 460 et recitabat: *τόν ῥ' ἔβαλε κεφαλὴν ὑπ' οὔατος, ὦκα δὲ θ.*

607. *ᾤχετ' ἀπὸ μελέων.* „γρ. *ἀπαὶ μ.* Barnes, inepta ſedulitate. ita tamen vn. Vindob.

609. *ἔλπετο γὰρ τεύξεσθαι ὑπασπίδια προβιβῶντος.* *τεύξασθαι* duo Vindob. Vrat. b. Ald. 2. cum ſequacibus, etiam Turnebo; reuocauit *τεύξεσθαι* Stephanus. De *ὑπασπίδια* v. ad N, 158 pro quo *ὑπ' ἀ.* alii, vt Vrat. b. d. *ὑπ' ἀσπίδα* Vrat. A. et Moſc. 2.

610. 611. 612. 613. iterum leguntur inf. P, 526. 7. 8. 9. Et 612. 613. *ἐπὶ δ' οὐρίαχος πελεμίχθη ἔγχεος· ἐνθάδ' ἔπειτ' ἀφίει μένος ὄβριμος Ἄρης* iam lecta et illuſtrata ſunt N, 443. 444. Vnde huc poſteriorem verſum: *ἔγχεος ἐνθάδ'*. translatum eſſe facile credas; Et Sch. A. ad v. 613 *ἔγχεος —] ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶν Ἀριστάρχου οὐκ ἐφέρετο καθάπαξ. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἀλόγως αὐτῷ παρέκειτο.*

612. *οὖδει ἐνισκίμφθη. ἐνεπάγη.* vt Sch. br. et inf. P, 528 *ἐνερείσθη.* Vox iam Apollonio h. v. notata: *ἐνεπέλασε καταπαγὲν τὸ δόρυ. ἐνεσκίμφθη, κατεπάγη* apud Heſych. occurrit, et ap. Suidam. Alia notauit Villoiſ. ad Apollon. l. c. et Intpp. ad Heſych. *ἐνισκήφθη* laudat Schol. Ven. ad Δ, 457 cum Sch. Lipſ. ad e. v. ſicque Vrat. b. *ἐνὶ σκίφθη* Vrat. A. Vox *ἀποσκίμφθαι* apud Pindar. Ol. VI, 172. cf. inf. P, 528 et 437.

613. *ἀφίει μένος. ἀφίῃ* Mori. et Barocc.

614. 615. *Αἰχμὴ — Ὤιχετ'* — verſus abſunt a Veneto et Scholiis, a Lipſ. Harl. Townl. Vrat d. etiam ab Euſtath. binis Vindob. et ſunt inutiles; retracti ſcilicet huc ex N, 504. 505. vbi legebatur quoque 503 verſus ante lectus Π, 610 *ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδών.* hic tamen ſaepius repetitur et alibi. *ἐπεί ῥ' quippe vt dictum eſt.* Clarke.

617. *Μηριόνη τάχα κέν σε, καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα.* „*Ὀρχηστὴν, εὐκίνητον κατὰ τὸν πόλεμον ὄντα* Sch. A. B.

br. Euſtath. Schol. Lycophr. 249 vbi Mars *ὀρχηστής.* et Dio Or. II. p. 93. Lucian. ſaltat. 8 reddunt, et a pyrrhiche petunt, nec ſine probabilitate cum Meriones Cres ſit: cf. Athen. IV p. 181 B. parum memores antiquae *ὀρχήσεως*, etiam in choris, quae fiebat cum corporis motu et *μιμήσει* aliqua: cum qua comparatur h. l. motus declinantis vt a telo ſibi caueret. Conf. ad H, 240. *τάχα μέν σε* Barocc. Mori. Recitat vſſ. 617. 618. Lucian. de ſaltat. 8.

618. *διαμπερὲς* alii veterum ad *ἔβαλον* retulerunt; vt eſſet *εἴ σε ἔβαλον, διεπερόνησα ἄν, τὸ ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσέ κέ σε, ſtatim mea haſta te omnino e pugna remouiſſet.* At Sch. A. tuetur id quod nunc habemus: *κατέπαυσε διαμπερὲς, ἐπὶ τὸ ἀεί.* — *εἴ σε βάλον περ* Vrat. A. *ἔβαλον δὴ* et *περ* Harl. *γε* vn. Vindob. In Vrat. d. 618 — 620 abſunt: errore ſcribentis ex *ἐόντα* in fine duorum verſuum.

619. *δουρὶ κλυτὸς* et h. l. Vrat. b. d.

621. *σβέσσαι μένος.* Sup. I, 674 *σβέσσαι χόλον. παῦσαι.*

622. *θνητὸς δέ νυ καὶ σὺ τέτυξαι. τέτευξαι* Lipſ.

624. *αἶψα κε καὶ* — *αἶψα τε* ed. Flor. et Ald. 1. quod melius putabat Erneſii; non ego.

625. *εὖχος ἐμοὶ δώῃς.* Ven. *δοίης. ἐν ἄλλῳ· δώῃς.* Obvium vtrumque in Homero, ex antiqua ſcriptura ambigua. *δοίῃς* etiam in Euſtath. mſ. Mori. Moſc. 2. Vrat. d. binis Vindob. cf. inf. 725. *δώσεις* Lipſ. *Ἄϊδι κλυτοπώλῳ* vidimus iam E, 654. Λ, 445. vtrobique hic verſus erat lectus.

626. *τὸν δ' ἐνένιπτε.* Iterum *ἐνένιπε* peccatur in multis, etiam Lipſ. et edd. *ἐνένισπε* Townl. Vrat. b. d. vn. Vindob. cf. ad O, 545 et al.

628. *οὔτι Τρῶες.* Harl. Cant. Townl. Vrat. b. d. Moſc. 2. vn. Vindob. *οὔτοι. ὀνειδείοις ἐπέεσσαι.* Perperam hoc quoque loco *ὀνειδίοις* Euſtath. et edd. v. ad A, 519.

629. *νεκροὺς* gloſſa cod. Lipſ. — *γαῖα καθέξει* vt inf. Σ, 332. At h. l. ſimpl. pro *occumbere. καθίξει*

ſphalma Ald. 1. et καθείξει Ald. 2. et ſeqq. At Mori καλύψει.

630. ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ. Sententia ab aliis repetita. τέλος πολέμου et τέλος ἐπέων quid ſit, grammatici haud docent. Euſtath. τὴν νίκην interpretatur, et comparat ſup. O, 741 τῷ ἐν χερσὶ φόως, οὐ μειλιχίῃ πολέμοιο. Doctius Erneſti: „τέλος πολέμου non eſt *finis belli*, ſed, *ſumma belli*, i. e. quod maxime valet in bello (malim in pugna) in quo belli gerendi ratio maxime ineſt: (proprie eſt id, quo pugna *dirimitur*, *finitur*, adeoque quo tota pugnae ratio continetur. Ita τέλος μύθων ſup. Π, 83. I, 56. forte nec aliter dictum θανάτου τέλος, toties obuium.) In altero membro debebat eſſe: βουλῆς δὲ (ſcil. τέλος ἐστιν) ἐν ἔπεσι. Sed poeta conuertit orationem, vt ſolet facere; imitantibus certatim aliis, praeſertim hiſtoricis, in his Thucydide. Itaque non opus eſt intelligi χρείαν in ἐπέων, vt vult gloſſa mſ. Lipſ.“ Sch. br. ſententiam apponunt: ὁ πόλεμος μὲν γὰρ χειρῶν δεῖται πρὸς κατόρθωσιν· βουλὴ δὲ, ἐκκλησία, λόγων. Schol. Pindari Nem. I, 39 comparat cum hoc verſu Pindaricum: πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος, βουλαῖσι δὲ φρήν. Apud Suidam autem in Ἄρης ex hoc verſu adducto inepta etymologia τοῦ Ἄρης inſtituitur, quod in bello non licet fari, ab α, ῥεῖν, λέγειν. Subtilior eſt philoſophis vſus τοῦ τέλους, qui ad poetam haud ſpectat, vt ſit pro ſumma rei, et pro re ipſa. De Od. I, 5 ſuo loco agendum erit.

631. τῷ οὔ τι χρή. vn. Vindob. οὔ τοι.

633. τῶν δ' ὥςτε δρυτόμων ἀνδρῶν ὀρυμαγδὸς ὄρωρεν. „quod ambiguum eſt, ſitne ὀρώρει an ὄρωρε. Scilicet ὀρώρει, quod et Ven. habet, Ariſtarcheum fuit, in aliis ὄρωρε. Vtrumque habet locum pro interpunctione variata: τῶν δ', ὥςτε δρυτόμων ἀνδρῶν, ὀρυμαγδὸς ὀρώρει. Minus tamen bene ſic alter verſus iungitur; praeſtat itaque ὄρωρε vt τῶν δὲ — ὡς τῶν iteretur. Erat tamen ὀρώρει in Ven. et Sch. A. B. Towal. Vrat. b. A. duob. Vindob. — τόν δ' Cant.

634. γίνετ' ἀκουή. Ariſtophanes ediderat ἀϋτμή. quod alienum: niſi ἀϋτμὴν, πνοὴν, etiam ad ſonum et auditum translatam eſſe ſuſpiceris.

635. ὣς τῶν ὤρνυτο δοῦπος ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης. Ex Sch. A. videor intelligere, veteres dubitaſſe, ſintne duo, a quibus ſtrepitus oriatur: terra et arma; an ſtrepitus armorum ſit progreſſus a terra (ſcilicet vt ſurgat in caelum.) Hoc haud dubie verius: δοῦπος χαλκοῦ ὤρνυτο ἀπὸ χθονός. vt late propagatus in aere, longe audiatur. Epitheton terrae εὐρυοδείης occurrit quoque in Odyſſea. Legitur etiam in verſu ap. Plutarch. de frat. amore p. 485 C. D. εὐρυόδου γ' ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός. qui vnde petitus ſit, docebit nos cl. editor; equidem Pindaricum eſſe ſuſpicabar, qui et ipſe εὐρείας χθονὸς τέρας dixit.

636 ſq. „quod poſt ῥινοῦ ſequitur βοῶν· atqui βόες ſunt idem quod ῥινός. (ſcilicet ſollenni vſu, βοῦς pro *corio*, *ſcuto*) videri adeo τ' poſt βοῶν abundare." Sic Sch. A. Ita cenſuerat Ariſtarchus: ibid. (Nec aliter Euſtath. qui tamen alterum norat, et Ed. Rom. cum Barocc. Mori.) Apollon Lex. βοῶν — ἐπὶ δὲ τῶν ἀσπίδων· βοῶν τ' εὖ ποιητάων. Poteſt exemplis vſus defendi: ſup. N, 406 τὴν ἄρ' ὅγε ῥινοῖσι βοῶν — δινωτὴν φορέεσκε. Add. M, 263. Nec tamen vitium habet per epexegeſin iuncta ῥινοὶ et βόες. Nec inſolens repetitio terna τοῦ τε.

νυσσομένων non ad βοῶν ſed ad omnia. Sch. B. argutatur referendo χαλκὸν ad *ſcuta*, ῥινὸν ad λαισήια, *leuiores clipeos*. Melius χαλκὸν ad thoracem et galeam, reliqua ad ſcuta referas.

Tandem vulgo editum, ſcriptum quoque in codd. etiam in Ven. A. B. εὐποιητάων vna voce, et obſeruat Schol. A. ſcribi ſic. vtrumque memorat Euſtath. lectum. Diuiſim εὖ ποιητάων eſt in Vrat. b. d. idque, vel ἐΰ, eſſe ſequendum, cenſui. v. Exc. V. ad lib. A. p. 180.

638. οὐδ' ἂν ἔτι φράδμων περ ἀνὴρ Σαρπηδόνα δῖον ἔγνω. „In Ariſtarcheis erat Σαρπηδόνι δίῳ." Schol. A. Atque ita legit, qui in Schol. B. et Schol. br. expoſuit:

„Φράδμων, ὁ πάνυ γνώριμος καὶ συνήθης τῷ Σαρπηδόνι.“ Etymol. Φράδμων, ἐπιστήμων καὶ συνετός. Apollon. Lex. ὁ ἔμπειρος καὶ διαγνῶναι δυνάμενος.

640. ἐκ κεφαλῆς εἴλυτο. ἐνεκάλυπτο. „γρ. εἰλῦτο.“ Barnes. voluit puto dicere, posse quoque sic scribi pro εἰλύετο. Est tamen εἴλυτο ab εἰλύμην vt εἴρυτο, vs. 542. nam media per se productam vocalem υ habet. v. de his ad Λ, 156. M, 286. εἴλυτο intulerat Ald. 2. Errant aliae edd. inter vtramque scripturam.

642. ὡς ὅτε μυῖαι σταθμῷ ἔνι βρομέωσι περιγλαγέας κατὰ πέλλας. Lectio haec etiam ex Veneto est excusa. ἐνιβρομέωσι iunctim scribunt multi, vt Mori, etiam Schol. B. Athen. XI, 13. In Flor. et Aldd. erat σταθμῷ ἔπι. restituit ex edit. Rom. σταθμῷ ἔνι Turnebus. Porro βρομέουσι Harlei. Vrat. A. cum Lips. quod Ernesti melius esse aiebat. Non ego. Subiunctiuus est ex more Homerico post ὡς ὅτε. v. Exc. I. ad lib. IX. p. 696.

Enimuero sunt grauiora alia. Schol. B. praefixa quidem habent eadem verba, περιγλαγέας κατὰ πέλλας, et reddunt: περισσῶς γεγαλακτωμένας, ὅ ἐστι πληθούσας γάλακτος, ἢ βεβρεγμένας. Adiectum tamen statim, κατάπελλα δὲ ξύλινον ἄγγος, ἀπὸ τοῦ καταπεπελεκῆσθαι quae et e Schol. Victor. notata habeo. περιγλαγέας iunxerat quoque Apollon. Lex. nam memorauit πέλλας, ἀγγεῖα γάλακτος et in γλάγος, γάλα. ἀπὸ τούτου καὶ τὰ τοῦ γάλακτος ἀγγεῖα· πολυγλαγέας (de hoc mox videbimus) κατὰ πέλλας. in Hesych. est: περιγλαγέας, γεγαλακτωμένας (etsi idem quoque γλαγέας habet, vt statim dicam) et κατὰ πέλλας, κατὰ τοῦ γάλακτος ἀγγεῖα. Etiam Eustath. τὸ δὲ περιγλαγέας, ἀντὶ τοῦ περισσῶς πληθούσας γλάγους, ὅ ἐστι, γάλακτος. πέλλαι δὲ ἀγγεῖα ποιμενικά. Enimuero sunt alii, qui γλαγέας singulatim memorant. Schol. br. in ed. pr. γλαγέας γεγαλακτωμένας. Etymologus: πέλλας. Ἰλιάδος Π. γλαγέας κατὰ πέλλας. ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι. εἰσὶ δὲ ξύλινα ἀγγεῖα. Etiam Hesych. γλαγέας, γεγαλακτωμένας. Hos necesse

est iunxisse κατaπέλλας vna voce. Et sic vidimus supra adiectum esse Schol. B. κατάπελλα δὲ ξύλινον ἄγγος. ἀπὸ τοῦ καταπεπελεκῆσθαι. et Scholion a Bentleio adscriptum nescio vtrum ex Harlei. an ex cod. Lipſ. περὶ γλαγέας καταπέλλας. κατάπελλα δὲ ξύλινον ἄγγος. ἀπὸ τοῦ, καταπεπελεκῆσθαι. ὁ Θεσσαλονίκης κατὰ πέλλας. Legendum vel ὁ ἐκ Θ. vel ὁ Θεσσαλονικεὺς, qui alius esse non videtur quam Eustathius. vnde sequeretur Scholiasten Lipsiensem hoc seriorem esse: quod tamen cum ceteris parum conuenit. Igitur probabile sit laciniam hanc aliunde Scholiis esse illatam. Eustathius vtique exhibet κατὰ πέλλας. In Apollon. Lex. in voc. γλάγος paullo ante dixi, legi: πολυγλαγέας κατὰ πέλλας. Arridet haec lectio Tollio, nec iniuria. Et laudari potest Aratus Diosem. extr. ἐλπόμενος μετέπειτα πολυγλαγέος ἐνιαυτοῦ. Potest tamen περιγλαγέας eandem notionem exprimere videri, et quidem doctius. Apud Athen. XI, 13 laudatur εὐγλαγέας, nec hoc male: πέλλα, inquit, ἀγγεῖον σκυφοειδὲς, πυθμένα ἔχον πλατύτερον, εἰς ὃ ἤμελγον τὸ γάλα. Ὅμηρος· ὡς ὅτε μυῖαι σταθμῷ ἐνιβρομέωσιν εὐγλαγέας κατὰ πέλλας. Video quoque id probasse Ernestium, etiam Toupium Emendatt. in Suidam To. III, p. 75 (Edit. 2. p. 97) vbi alius locus e Nicandro Ther. 617 additur. Nec tamen video, quid inde lucremur; nam molestia, quae hunc versum premit, in hoc latet, quod, si περιγλαγέας legimus, tum muscae dicuntur βρομεῖν κατὰ πέλλας. Atqui putes dici v. c. apes βρομεῖν κατὰ τὸ σμῆνος, pro, διὰ, vt κατὰ τὰ δώματα, per aedes, at non κατὰ τὸ ἄγγος, *per plenum vas;* ita esset magis accommodatum, περὶ πέλλας. Si nunc probes lectionem περὶ γλαγέας, obstat alterum κατὰ πέλλας; probanda itaque erit altera lectio καταπέλλας; atqui non extat tale vocabulum alibi; etsi καταπέλτης et alia laudari possunt.

643. ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ. Versus iam B, 471 lectus: vbi quoque monitum, ἐν male illatum esse hic et iterum Od. Σ, 366. et X, 301. cum esset antiquitus, ὥρῃ εἰαρινῇ.

644. ὡς ἄρα. „vt diximus“ Clarke.

646. κατ' αὐτοὺς αἰὲν ὅρα. ἀντὶ τοῦ, ἐπ' αὐτούς. Schol. br. Scilicet eſt: καθόρα αὐτούς. Vti: Τροίην κατὰ πᾶσαν ὁρᾶται. Ω, 291.

αὐτὰς vn. Vindob. incuria.

647. Φράζετο θυμῷ πολλὰ μάλ'. Quaeſitum, vt in Schol. B. notatur, quid Ioui dubitationem iniecerit, illicone an ſerius Patroclus occumberet. Debebat, puto, reſponderi: honorem maiorem parare voluiſſe Iouem Achilli, cum Patroclus non niſi ſpoliato Sarpedone, vtque id fieri poſſet, fugatis Troianis, pugna caderet.

Interpungitur vulgo ante μερμηρίζων. Quin iungenda ſunt Φράζετο μερμηρίζων.

648. ἢ ἤδη καὶ κεῖνον. „καὶ κεῖνον Ariſtarchei codices" Sch. A. Sicque Ven. Lipſ. Vrat. d. Moſc. 2. Scilicet eſt haec antiquior ratio, quam librarii mutarunt ex vulgari vſu.

ἢ ἤδη et 652 ἢ ἔτι. Iterum omiſſum εἰ. vt ſaepe iam vidimus factum.

651. ὀφέλλειε πόνον αἰπύν. ὀφέλλειεν ex ed. Rom. Turnebus. Antea ὀφέλλει δὴ ed. Flor. Aldd. et codd. pars. Ex ὀφέλλω eſt ὤφελλ, vnde ὀφέλεια et geminata littera ὀφέλλεια. Iterum Od. B, 334 ὀφέλλειεν πόνον ἄμμι.

652. ὧδε δέ οἱ. Verſus aliquoties obuius. Iam N, 458.

656. ἀνάλκιδα φύζαν ἐνῶρσεν. Editum erat ἀνάλκιδα θυμὸν ἐνῆκεν in Flor. Aldd. Repoſitum θυμὸν ἐνῶρσεν e Rom. a Turnebo, quod retinuere editores. Euſtathius legerat: ἀνάλκιδα φύζαν ἐνῆκεν, ἢ κατά τινας· ἀνάλκιδα θυμὸν ἐνῶρσεν. Vulgatam hanc lectionem duo premunt vitia: quod θυμὸν modo praeceſſerat: — ἀπὸ θυμὸν ἕλοντο, et quod θυμὸν ἐνῶρσε, vix ſatis graecum eſt. At φύζαν ἐνῶρσε graecum eſt et Homericum; eſt quoque bonum φύζαν ἐνῆκεν et ἀνάλκιδα θυμὸν ἐνῆκεν. Alterutrum igitur erat eligendum. Iam θυμὸν ἐνῆκεν eſt in Veneto Harl. Vrat. b. Moſc. 2. Bonum per ſe: niſi θυμὸν praeceſſiſſet, et ex ſuperiore verſu repetitum eſſe vi-

deretur. θυμὸν ἐνῶρσεν eſt in Townl. et ſuperſcr. in Lipſ. φύζαν ἐνῆκεν Lipſ. Vrat. b. At φύζαν ἐνῶρσεν eſt Homericum, vt ſup. O, 62 ἀνάλκιδα φύζαν ἐνόρσας et exhibent illud Cant. Mori. Barocc. Vrat. A. In Vrat. d. in 656 erat in fine θυμὸν ἐνῆκε omiſſo v. 656. Ex his apparet erratum eſſe in antiquioribus codicibus; fuiſſe φύζαν ἐνῶρσεν, male eſſe repetitum θυμὸν, cumque animaduerſum eſſet θυμὸν ἐνῶρσεν parum commode dici, mutarunt illud, alii in θυμὸν ἐνῆκεν, vt μένος, θάρσος ἐνῆκεν et ſimilia occurrunt; etſi ipſum ἀνάλκιδα θυμὸν ἐνῆκεν non occurrit, nec φόβον. Ita ex criticis rationibus haec conſtituenda eſſe cenſui, atque repoſui ἀνάλκιδα φύζαν ἐνῶρσεν, tanquam quod maxime probabile eſſet.

657. κέκλετο δ' ἄλλους Τρῶας φευγέμεναι. Schol. A. „τῷ ἔργῳ, οὐ τῇ φωνῇ. vt illud: Ἀργείων προκαλίζετο πάντας ἀρίστους." ſup. Γ, 19. vbi vide. argutius puto, quam neceſſe erat; quidni prudens imperator copias ſe recipere iubeat, vbi hoſtem maioribus, quam quibus reſiſti poſſit, viribus inſtructum videt?

φύγαδ' ἔτραπε. a φὺξ, ſup. ad Θ, 157. ἔτρεπε Lipſ. Vrat. d. duo Vindob.

658. γνῶ γὰρ Διὸς ἱρὰ τάλαντα. ex ſententia ſubintellige ῥέποντα. quod et Euſtath. obſeruat. Pleniora erant Θ, 69 καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα.

ἱερὰ ſcriptum in edd. Flor. Ald. 1.

659. ἀλλὰ φόβηθεν. Ionice. vulg. ἀλλ' ἐφόβηθεν. habet Ionicam formam vn. Vindob.

660. ἐπεὶ βασιλῆα ἴδον βεβλημένον ἦτορ. βεβλαμμένον ἦτορ lectio erat edd. inde a Flor. et Rom. (in ſola Ald. 2. erat βεβλημμένον) Adſtipulatur editis ipſe Venetus, et Sch. A. βεβλαμμένον ἦτορ. τουτέστι νεκρόν. Eſt tamen haud dubie ea ſcriptura praua, quam grammatici male ſunt amplexi. Nam βεβλαμμένος ἦτορ eſſet, qui deliquium paſſus eſt aut alio modo *debilitatus:* quod vocis perpetuo apud poetam vſu conſtat; etiam quando Iupiter βλάπτει φρένας O, 724 quod Erneſti laudat. At Sarpedon erat *vulneratus haſta in praecordiis*, ſup.

481. adeoque βεβλημένος. quod recte reſtituerat Barnes ex Euſtathio, in quo legitur: δεδαϊγμένον ἢ βεβλημένον ἦτορ. praeiuerat Barneſio ed. Cantabr. 1664. Laudat idem Cant. Barocc. Mori. adde Lipſ. Schol. A. γρ. δεδαϊγμένον. idque eſt in Moſc. 2. hoc eſſe puto interpretamentum; quandoquidem et alibi illud occurrit; vt P, 535 Ἄρητον δὲ κατ' αὖθι λίπον δεδαϊγμένον ἦτορ.

Vrat. d. A. vn. Vindob. βεβολημένον, quod vidimus ſup. I, 3 et 9.

661. ἐν νεκύων ἀγύρει. hunc locum ſpectare puto Heſych. ἀγύρει. ἀθροίσματι. (quod et in Sch. br.) At ἄγυρις. σύνοδος. συναγωγὴ ad Od. Γ, 31. ἄγυρις ἀνδρῶν. Ad vtrumque et Jl. Ω, 141. ἐν νηῶν ἀγύρει Apollon. Lex. ἄγυρις συναγωγή. ἤ, ἄθροισις εἰς ταὐτό. add. Sch. Heſiod. Theog. 91. ἐν αἰνῇσι νεκάδεσσι dixerat E, 886.

πολέες γὰρ ἐπ' αὐτῷ. Mori. Vrat. d. A. ἅμ' αὐτῷ.

662. εὖτ' ἔριδα κρατερὴν ἐτάνυσσε Κρονίων. ἐτάνυσε Lipſ. Townl. Vrat. d. recte, ſi antiquam rationem ſequuti eſſe videri poſſunt. De modo loquendi petito a duobus, qui funis aut velleris extremas oras tenent et extendunt, v. ad Λ, 336.

666. ÷ quia Zenodotus etiam hic emendauerat καὶ τότ' ἄρ' ἐξ Ἴδης προςέφη Ζεὺς ὃν φίλον υἱόν. Eſſe ludicrum, ait Sch. A. vociferari Iouem ex Ida. Sed κατὰ σιωπώμενον intelligi Apollinem in Idam veniſſe: in quo acquieſcit quoque Sch. B. Confer ſup. ad vſ. 432.

668. κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον ἐλθὼν ἐκ βελέων Σαρπηδόνα. „Σαρπηδόνι legerat Ariſtarchus.“ Iunxerat ideo cum κάθηρον. (in Sch. A. οὕτως Ἀρίσταρχος, Σαρπηδόνι κατὰ δοτικὴν· Σαρπηδόνι καθ' Ὅμηρον τὸ αἷμα. Pro καθ' Ομηρον leg. Σ. κάθηρον τὸ αἷμα). Ita vero ſtructura non minus fit impedita: κάθηρον αἷμα ἐκ βελέων· vt ſubſtituere neceſſe ſit *purga et ſubduc*; quod inf. 678 plenius effertur ἀείρας ἐκ βελέων. cf. 781. Niſi praeſtat dictum eſſe ἐκ pro ἀπὸ, *purga a cruore ex vulneribus*: vt ſit *abstergere cruorem*, καθαίρειν αἷμα ἐκ φόνου, ἐκ τραύ-

ματος. Ex vulgari autem lectione erit *κάθηρον Σαρπηδόνα (κατὰ) τὸ αἷμα ἐκ βελέων*. ſollenni vſu Homeri duplicis accuſatiui vt *αὐτὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε*. Alia comparat Euſtath. Mirum tamen tam aſperam rationem maluiſſe poetam. Sollennia ſunt, quae hic deſiderantur, *ὑπάγειν, ἀνελεῖν, ἐρύειν, ὑφέλκειν, ἕλκειν*. vt primo ſtatim oculorum iniectu liceat ſuſpicari, fuiſſe et hic *ἕλκων ἐκ βελέων Σαρπηδόνα*. vt Δ, 465 *ἕλκε δ' ὑπ' ἐκ βελέων*. Verum de hoc vide paullo poſt. Manet tamen vel ſic altera difficultas, quod bis idem dicitur et quod ſequitur, *καί μιν ἔπειτα πολλὸν ἄπο προφέρων λοῦσον ποταμοῖο ῥοῇσιν*. igitur *longe hinc abductus demum in amne corpus lauatur* et tamen iam antea *καθαίρεται (κατὰ τὸ) αἷμα*. Nec bene defendas cum Koeppen, hoc eſſe *abstergi*, vt *αἷμα ἀπεμόργνυ* E, 798. alterum *lauare:* nam talis ſedulitas aliena eſt a poeta epico. Subiicitur in Sch. A. *μήποτε δὲ Ζηνόδοτος ὀρθῶς ἠθέτηκε τούτους; παράλογον γὰρ τὸν ἀπενθῆ τοιαῦτα διακονεῖσθαι*. h. e. *improbabile ſit, Apollinem, qui nullo funere ſe contaminari patitur, haec curaſſe.* Etſi ratio parum eſt probabilis, intelligitur tamen hoc: Zenodotum locum hunc 666 — 683 *ἠθετηκέναι*. h. e. vt equidem interpretor, locum non vbique lectum eieciſſe: tanquam interpolationem a rhapſodo aliquo factam.

Ineſſe aliquid duri in *αἷμα κάθηρον ἐλθὼν ἐκ βελέων Σαρπηδόνα* paullo ante dixi; et id ſenſere viri docti, et ſentiat facile vnusquisque, vitium ſubodorans eſſe in *ἐλθών*, pro quo in promtu eſt *ἕλκων*, quod et Tho. Bentleius ex v. 678. 781 et P, 126 (praeeunte Richardo Bentleio, qui coni. *ἕλκων* vel *κλέπτων*) add. P, 394 395. coniecerat apud Clarkium. In Barnes notatum: „*γρ. ἄρας* probabiliter; at tale quid et ſubaudiri poteſt." Vides iterum coniecturam a Barneſio pro var. lect. propoſitam. Erneſti monet *ἐλθὼν* non eſſe tentandum, „quod in tali oratione ſollenne eſt Homero cum altero *ἰών*. v. c. A, 138 (idem monuit vir doctus Miſc. Obſſ. Vol. I. p. 125.) Nec ea correctione tollitur altera

difficultas, e tautologia verborum κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον et λοῦσον ποταμοῖο ῥοῇσιν" praeclare monuit vir venerabilis. Reſtatque adeo id, quod de Zenodoto accepimus, locum ex interpolatione parum apta in poetam irrepſiſſe. Fuit forte primo loco inſertus vſ. Εἰ δ' ἄγε νῦν, φίλε Φοῖβε, κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον. ὣς ἔφατ'. οὐδ' ἄρα. Aut dicendum, priorem verſum ſubnexum fuiſſe, cum iam ſequentes eſſent effecti; aut ſequendum iudicium Bentleii, qui priore verſu deleto legit: — Ζεύς· ἔλξον ὑπ' ἐκ βελέων, vt Σ, 232 ἀσπασίως Πάτροκλον ὑπ' ἐκ βελέων ἐρύσαντες· Bene ſic omnia ſe habebunt; ſublata quoque ſic erit ingrata tautologia. — ἐκ μελέων Harl. ex forma μ et β. Dicas forte τὰ μέλη conuenire ceteris, cum membris cruor detergendus ſit; Ita ſup. 109. 110 καδδέ οἱ ἱδρὼς πάντοθεν ἐκ μελέων πολὺς ἔῤῥεεν. Niſi ſic tautologia tanto moleſtior fieret. Ex eodem Σαρπηδόνα et — όνος pro var. lect. laudatur a Bentleio; qui provocat ad Ξ, 170. 1 ἀπὸ χροὸς — λύματα πάντα κάθηρε.

669. πολλὸν ἄπο προφέρων. Sch. A. „nonnulli ἄπο, ἄποθεν. ſicque Aſcalonita; alii videntur ἀπὸ πρὸ φέρων ſcripſiſſe, vt eſſet ἀποφέρων, in quibus Philoxenus, vt Od. Θ, 475 Νώτου ἀποπροταμών. (debuit ſcribere ἀπὸ πρὸ ταμών) Jl. Υ, 276 ἡ δὲ διὰ πρὸ Πήλιας ἤϊξε μελίη. inf. 699 περὶ πρὸ γὰρ ἔγχεϊ θῦεν. et hoc probat Schol. A. vt ſcribatur ἀπὸ πρὸ φέρων." Difficile eſt antiquiorem rationem exputare; nec refert. Alii ἀποπρὸ vna voce, vt erat H, 334 τυτθὸν ἀποπρὸ νεῶν, pro ἄπο πρὸ ν. alii ἀποπροφέρων vna voce. πολλὸν ἄπο προφέρων ἢ ἀπόπρο φέρων Euſtath. prius ed. Rom. Itaque acquieſcere licet in vulgata. Diſertius eſt dictum paullo poſt 678 αὐτίκα δ' ἐκ βελέων Σαρπηδόνα δῖον ἀείρας πολλὸν ἄπο προφέρων, λοῦσε ποταμοῖο ῥοῇσι.

670. χρῖσον δ' ἀμβροσίῃ Townl. Cant. Lipſ. ἀμβροσίην Vrat. d. ἀμβροσίῃ ſc. ὀδμῇ, ſimpl. *diuino odore,* et ἄμβροτα εἵματα, *diuinae veſtes:* vt puto haec accipi poſſe. v. Exc. IX. ad lib. I.

671. *πομποῖσιν ἅμα φέρεσθαι.* Dictum vt alias *σὺν*, pro *διὰ πομποὺς φ. ὑπὸ πομπῶν φέρεσθαι.* De ceteris v. ſup. ad 454 — 457. vbi hi iidem verſus lecti.

672. *Ὕπνῳ καὶ Θανάτῳ διδυμάοσιν.* de *διδυμάονε* v. ſup. ad E, 548. Ψ, 641. cf. ad Ξ, 231. vn. Vindob. *διδυμάοσι, τοίδ'.*

673. *θῆσουσ' ἐν Λυκίης.* Recte hoc praelatum a Wolfio, cum et inf. ſit 683 *κάτθεσαν ἐν Λυκίης.* Nec aliter Lipſ. Ven. Harl. Vrat. d. Moſc. 2. vn. Vindob. Sicque iam editum in Romana. Scilicet in ed. Flor. erat editum: *θήσουσιν Λ. εὐρείης ἐν π. δ.* Omiſſo altero loco *ἐν* verſum concinnauerat Aldus, vt vulgo legebatur: *Θήσουσιν Λυκίης εὐρείης πίονι δήμῳ.* Etiam *θήσουσιν Λ.* Vrat. b. duo Vindob.

674. *ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε. ταρχύσωσι* Vrat. b. A. De hoc v. ſup. ad vſ. 456. vbi hi duo vſſ. 674. 675 iam lecti ſunt.

κασίγνητοι, ἁπλοϊκῶς νῦν πάντες οἱ συγγενεῖς Sch. A. B. non enim, inquiunt, fratres eius memorauit poeta. Atqui hoc iam ſupra monendum erat ad 456. (ad vtrumque locum Euſtath. *οἱ ἀνεψιοὶ ἢ ἁπλῶς συγγενεῖς*) et ad Z, 239. vbi tamen ſunt proprie fratres.

De vſ. 675 vſ. ſup. ad v. 457.

677. *βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων.* ÷ „quod Zenodotus hunc quoque verſum ſuſtulit, vt ſibi conſtaret.“ Sch. A. Scilicet, cum totum hoc episodium haud pro vero Homeri fetu haberet: de quo v. dicta ad 432. Verſus vtique *βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων* valde turbat narrationis ordinem: ſi enim ex Ida deſcendit Apollo Iouis mandatis acceptis, Iouem adhuc in Ida ſedere, neceſſe eſſet: quod cum ceteris haud conuenit. v. Not. ad vſ. 431.

678. *ἐκ βελέων ἀείρας* diſertius haec quam antea vſ. 668. Etiam inf. Υ, 325 *Αἰνείαν δ' ἐπέσευεν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας.*

680. *χρῖσεν δ' ἀμβροσίῃ. χρίσε τ'* Ald. 1. *χρίσεν τ'* Ald. 2. emendate *χρῖσεν τ'* H. Steph. *χρῖσεν δ'* Flor. et Cod. Cant. Townl. Vrat. d.

681. *πομποῖσι. τοῖς παραπέμπουσιν αὐτὸν καὶ παρακομίζουσι.* Sch. br.

682. *Ὕπνῳ καὶ Θανάτῳ·* Versus abest a Lipſ. non tamen iudicio, ſed incuria. *οἵ ῥά μιν ὦκα. „ῥα, vt iuſſi erant."* Clarke. *διδυμάοσι, τοί ῥά μιν* Vrat. d. et vn. Vindob. vt 672 et hoc recte.

684. *Πάτροκλος δ' ἵπποισι.* Sch. B. „(*οὐχ* ſupplendum) *ὑποστρέφει Πάτροκλος*, quia Troiani adhuc reſiſtunt *ἔτι ἀνθίστανται* (ſic leg.) — vt ipſe cenſet, quia Iupiter vlturus eſt filii Sarpedonis mortem." immo, vt res eo adducerentur, vt Achilles in pugnae ſocietatem pertraheretur ex condicto cum Thetide. — *μετεκίαθε, μετήρχετο* Sch. br. *perſequebatur.* Ad h. l. Heſych. *μετεκίαθε. μέτελθε.* Emenda *μετῆλθε.* — *καὶ μέγ' ἀάσθη,* iam vidimus pro *ἐβλάφθη.* v. ad I, 116. 533.

686. *νήπιος· εἰ δὲ ἔπος Πηληϊάδαο φύλαξεν.* Suſtinendam eſſe recitationem poſt *νήπιος* accurate monet Schol. A.

Πηληϊάδέω ἐφύλαξεν Harl. vn. Vindob. contra Ioniſmum.

688. *ἀλλ' αἰεί γε Διὸς κρείσσων νόος ἠέ περ ἀνδρῶν.* „quod nonnulli *κρείσσω* ſcribunt; at eſt *κρείσσων*, vt *τὸ κρεῖσσον, ἐπὶ τοῦ κατὰ δύναμιν.*" Sch. A. reſpiciens in vltimis Od. Z, 182 in prioribus autem abſurdam ſcripturam *κρείσσω* iam vidimus Γ, 71. 92 et primo loco Λ, 80.

ἀλλ' αἰεί γε repoſuit Barnes ex Barocc. Townl. Mori. recte; eſt enim perpetuum *ἀλλά γε.* non *ἀλλά τε.* hoc tamen legitur et in codd. Vrat. b. d. A. Moſc. 2. etiam in Ven. hoc et altero loco P, 176. vbi Stephanus quoque probabat.

ἠέ περ ἀνδρὸς, Lipſ. Harl. Townl. Vrat. b. d. A. vn. Vindob. et Ven. At Sch. *γρ. ἀνδρῶν.* quod vulgg. edd. Vtrumque habet Euſtath. altero loco P, 176 eſt *Διὸς κρείσσων νόος αἰγιόχοιο.*

689. 690. abſunt a Veneto. Monuerat iam Euſtath. eos verſus in nonnullis codd. non legi. Procliuis eſt ſuſpicio, ſententiam aliunde ſeu adſcriptam ſeu illatam

esse; et ecce est locus, vnde translati sunt, P, 177, 178. corrupte quoque. v. ad vs. 9. Apud Dion. Or. XXXII p. 664. 689. 690 laudantur, vbi legitur νίκης vix bene, et τοτὲ δ' αὐτὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει. In Vrat. d. non legitur v. 690.

690. ὅτε δ' αὐτὸς ἐποτρύνῃσι μάχεσθαι. Obuium fit, haec esse corrupta, quod iam viderunt viri docti. requirit enim sensus; *interdum vero, alias contra, virum ad pugnandum animat, inflammat.* Parata est medicina in loco, P, 178 vnde transcripti sunt versus: ὁτὲ δ' αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι. quod et Harlei. exhibet cum Bodlei. Neque est cur pluribus in hoc vindicando moremur: etsi Koeppen acute sic iungit ὅτε δ' αὐτὸς ἐποτρύνῃσι μ. quando eum ipse excitat ad pugnandum scil. vt sic victoria excidat. Viderat iam H. Stephanus et Bergler. praef. p. 5. late de loco disputat, non magno cum fructu. Eustath. obseruat veteres hoc quoque loco ὁτὲ acuere, at altero loco ὅτε scribere. — Pro αὐτὸς Bentl. coni. αὖτις.

691. ὅς οἱ καὶ τότε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἀνῆκεν. Harl. cum Vrat. A. Mosc. 2. vn. Vindob. Ald. 2. cum suo grege ἐνῆκεν. male. Sup. Ξ, 362 τὸν δ' ἔτι μᾶλλον ἀνῆκεν ἀμυνέμεναι Δαναοῖσι. v. ad Ξ, 131. Aliter θυμὸν ἐνῆκεν dictum occurrebat sup. 656.

692. Multa argutantur, inprimis Eustathius, quod appellandi casu vtitur poeta; atqui, nisi metrum poetam ad hanc variationem inuitauit, cum casus rectus aduersaretur, vt iam sup. 584. et iterum 787. vtique orationis variandae caussa id facere potuit. ἔνθα pro τότε. Eustath. Formulam iam vidimus E, 703 et al.

693. θάνατον τ' ἐκάλεσσαν. Barocc. Vrat. d. Mosc. 2. duo Vindob. ipse Ven. at Ionicum praestat: θάνατόνδε κάλεσσαν.

694. καὶ Ἔχεκλον. Pro hoc καὶ Ὀπίτην Townl. Lips. cum gl. γρ. καὶ Ἔχεκλον. Vtrumque Harlei. apponit — Idem Lips. Ἀντίνοον pro Αὐτόνοον.

695. *καὶ Πέριμον Μεγάδην, καὶ Ἐπίστορα καὶ Μελάνιππον.* Perimi pater fuit *Μέγας.* v. Euſtath. *Πέρινον* vn. Vindob. Vrat. d. *Πέριμνον* Lipſ.

In *Μεγάδην καὶ Ἐπίστορα* Bentl. meminerat vſ. 26. Od. Φ et hinc legebat: *Μεγάδην μεγάλων ἐπιίστορα ἔργων.* Saltem legi poſſet *Μεγάδην, Ἐπιίστορα καὶ* M. ita ſcriptum fuit *ἐπιϝιστορα.*

697. ÷ quod Zenodotus *τοὺς ἕλες* ignorans perſonam ſic ſaepe a poeta mutari. Sch. A. (Non tam ignoraſſe, quam ita ſcriptum reperiſſe dicendus erat.)

φύγαδε μνώοντο. Repetit Schol. A. ex Herodiano ea, quae iam alibi disputata erant, ad Λ, 446. de *φύγαδε,* vnde ductum ſit; Aſcalonita recte viderat fuiſſe *φὺξ, φυγὸς, φύγα,* cf. ad Θ, 157. Sed haeſiſſe videntur grammatici in vſu caſus quarti cum *μνᾶσθαι,* cum perpetuus vſus ſit caſus ſecundi. *μνᾶσθαι φόβου, φυγῆς.* Euſtath. in eo haerens *δρόμου* ſubſtituit vt ſit *ἐμνώοντο δρόμου εἰς φυγήν,* parum commode. Deſperauerat de loco et Bentl. et coni. *φύγαδε τρωπῶντο,* vt O, 666. Enimvero eſt praegnanter dictum binis notionibus vna voce comprehenſis, et ſubintelligendum *μνᾶσθαι τοῦ φύγαδε τρέπεσθαι.* vti ſup. Θ, 157 *φύγαδε (εἰς φυγὴν) τράπεν ἵππους.* Etſi enim loca ſunt, in quibus *μνᾶσθαι τι* occurrere videntur, ſunt tamen illa alio modo expedienda: v. ad Z, 222. — In edd. *φύγαδ' ἐμνώοντο* erat; at *φύγαδε μνώοντο* Ionice Ven. Lipſ. Vrat. d. vn. Vindob. Moſc. 2.

699. *Πατρόκλου ὑπὸ χερσί. ὑπὸ περὶ χερσὶ* ed. Rom. *περὶ πρὸ γὰρ ἔγχεϊ θῦεν.* — Bene Euſtath. *πάνυ γοργῶς· ὅ ἐστι, περισσῶς προώρμα τῶν ἄλλων ἐν (σὺν) ἔγχει, προμαχόμενος* — add. Sch. br.

701. *ὀλοὰ φρονέων* alibi *ὀλοόφρων.* ſimpl. *infeſtus* Patroclo.

702. *τρὶς μὲν ἐπ' ἀγκῶνος βῆ τείχεος.* ÷ „quod *ἀγκῶνος* dixit pro *γωνίας*" Heſych. *ἡ τοῦ τείχους καμπή,* cum verſu Homerico inemendate adſcripto. Sch. B. Lipſ. reddit *ἐξοχῆς.* Sch. br. *νῦν τοῦ τείχους ἐξοχῆς.*

Eadem muri pars turri fuit inſtructa inf. X, 97 Hector acclinat clipeum πύργῳ ἐπὶ προὔχοντι. Add. Euſtath. Norant adeo iam tum, muros in orbem ductos variare prominentibus angulis, quibus vtrinque in medio ſita tueri poſſent telis: quod noſtri homines *Rondel* appellant. Euſtath. ἐπ' ἀγκῶνος, ἢ ὑπ' ἀγκῶνος. Et eſt ὑπ' ἀ. in Mori.

703. τρὶς δ' αὐτὸν ἀπεστυφέλιξεν Ἀπόλλων. ἀπεστυφέλιξε. Heſych. ἀπέῤῥιψε. Melius Sch. br. ἀπεσείσατο. Ceterum locus huic ſimillimus erat E, 436 ſqq. de Diomede in Aeneam irruente, ab Apolline repulſo. et alius inf. Υ, 445.

704. χείρεσσ' ἀθανάτῃσι φαεινὴν ἀσπίδα νύσσων. vulgatum χείρεσιν, nec male, ex χείρεσσιν, quod vitioſe editum erat in Flor. Ald. 1. et Rom. At eſt χείρεσσ' in codd. Barocc. Harl. Euſtath. Vrat. b. d. A. Moſc. 2. binis Vindob. Townl. Ven.

νύσσων. ἄμφω ταῖς χερσὶν ἀπωθούμενος τὴν ἀσπίδα, Schol. B. bene.

706. δεινὰ δ' ὁμοκλήσας προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων. in apodoſi poſitum δέ. malim tamen δεινὸν ὁμοκλήσας quod et in vno Vindob. eſt. poſterius hemiſtichion in aliis eſt: ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, Cant. Vrat. d. vn. Vindob. et ipſo Veneto. vbi tamen Schol. de altero monuit, quod et ſententiae loci magis attemperatum eſt. Etiam Harlei. vtrumque exhibet.

707. οὔ νύ τοι αἶσα. Ariſtarchus οὐ νύ πω αἶσα. φράζεο pro χάζεο in capite verſus vn. Vindob. Vrat. d. ex E, 440 puto: φράζεο, Τυδείδη καὶ χάζεο.

708. πέρσαι Harl. pro πέρθαι.

709. οὐδ' ὑπ' Ἀχιλλῆος. οὐχ ὑπ' Vrat. d.

710. Πάτροκλος δ' ἀνεχάζετο πολλὸν ὀπίσσω. „quod Zenodotus τυτθὸν pro πολλόν. vt legebatur ſup. E, 443. 444 de Diomede," vbi duo hi verſus iam occurrebant. Diſcrepare loca ait Sch. A. ibi enim adeſſe Diomedi Athenen; at h. l. Patroclum fuiſſe praemonitum,

verum πολλὸν etiam Apollon. Lex. in ἀνεχάζετο, ἀνεχώρει, legerat, verſu hoc adſcripto. τυτθὸν ἀνεχάζετο etiam legebatur O, 728. ἀναχάζετο Ald. 2. cum inde traductis.

711. μῆνιν ἀλευάμενος. Supra, vbi de Diomede, in eodem verſu E, 444 in ἀλευάμενος conſentiebant edd. contra codices; at h. l. edd. ἀλευόμενος contra codd. Ven. Lipſ. Townl. Cant. Vrat. A. in quibus eſt ἀλευάμενος· exceptis Mori. Barocc. Vindob.

712. ἐν Σκαιῇσι πύλῃς. πύλῃσ' Harl. vt multi ſolent in ſimilibus; vt inf. 719 ῥοῇσ' ἔπι.

713. δῖζε γὰρ, ἠὲ μάχοιτο κατὰ κλόνον αὖτις ἐλάσσας. Iterum ſupplendum, δῖζε γὰρ, εἰ ἠὲ — ἤ. αὖτις ἐλάσσας· τοὺς ἵππους ſc. κατὰ παλίωξιν vt Euſtath. αὖθις et h. l. alii, vt Barocc. Cant. ed. Rom.

714. ἢ λαοὺς ἐς τεῖχος ὁμοκλήσειεν ἀλῆναι. Eſt in h. v. ὁμοκλήσειεν, κελεύσειεν, vt Sch. br. Porro ἀλῆναι. alii vt Townl. ἀλῆναι. Eſt pro συστραφῆναι vt Sch. br. ab ἄλημι, εἴλημι. Disputatum de hoc ad E, 823. cf. ſup. 403.

716. ἀνέρι εἰσάμενος αἰζηῷ τε κρατερῷ τε. Sch. A. „εἰσάμενος. οὕτως." (non, ἐεισάμενος, vt eſt quoque in Lipſ.) Alio modo mox τῷ μιν ἐεισάμενος. αἰζηῷ. „f. αἰδοίῳ." Bentl.

717. Ἀσίῳ, ὃς μήτρως ἦν Ἕκτορος. μήτρως Sch. A. ἀδελφός. (Supple μητρὸς ἀδελφός) οἱ δὲ νεώτεροι τὸν πρὸς μητρὸς πάππον μήτρωα καλοῦσι. Repetit Euſtath. quem vide ad B, 662. p. 316. μήτρωα, μητρὸς ἀδελφὸν, ex vſſ. 717. 718. illuſtrat Schol. Pindari Ol. IX, 96.

Verſus 717. 8. 9. a Strabone excitantur XIII. p. 883 C.

718. υἱὸς δὲ Δύμαντος. — „quod *Dymantis* filia Hecuba apud Euripidem (Euſtath. addit Athenionem et Teleclidem Comicos) *Ciſſei.*" Sch. A. Monitum iam alibi; v. ad Virgil. Aen. X, 705. et V, 536. 7. additur h. l. potuiſſe Aſium eadem matre, cum Hecuba, non vero

eodem patre natum esse, vt adeo Asius Dymantis, Hecuba Cissei filia fuerit.

αὐτοκασίγνητος Ἑκάβης. Barocc. interponit δ', recte hoc, more Homerico, αὐτοκασίγνητος δ' Ἑκάβης. quod amplectar. ϝεκαβης Bentl. coni.

719. ὃς Φρυγίην ναίεσκε ῥοῇς ἔπι Σαγγαρίοιο. „quod Phrygiam diuersam facit Homerus a Troade" Sch. A. scilicet, cum recentiores etiam Troiam Phrygiae accenseant: vt iam alibi monitum: v. ad B, 862.

Φρυγίῃ Cant. Townl. Vrat. A. Mosc. 2. Phryges ad Sangarium iam memorati Γ, 187.

720. προςέφη Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων lectio est Veneti. Cant. Barocc. Mori. Lips. Vrat. b. d. A. Mosc. 2. duor. Vindob. Vulgo erat προςεφώνεε Φοῖβος Ἀπόλλων. Sane per se nil interest.

723. τῷ κε τάχα στυγερῶς πολέμου ἀπερωήσειας. στυγερῶς *malo cum tuo cessares a pugnando* (ἀπερωῆσαι πολέμου cf. ad N, 776) ita ego te cessantem vltum irem. Od. Φ, 374 τῷ κε τάχα στυγερῶς τιν' ἐγὼ πέμψαιμι νέεσθαι. et Ψ, 23. Occurrunt similes minae et alibi. Subesse sensum τοῦ κολάσαι etiam Eustath. vidit. Iortin tamen (*Tracts* To. II, p. 69) ingeniose coni. ἀπερωήσειε sc. Patroclus.

724. Πατρόκλῳ ἔφεπε ἵππους. ἐφέπειν nunc quod ἐφιέναι, ἐπέχειν 732 κατεπείγειν. Sch. br. ἐφόρμα Πατρόκλῳ, διώκων αὐτόν. Barnes: „γρ. ἔπεχε vt 732."

725. αἴ κέν πώς μιν ἕλῃς seorsum a seqq. vt sit optantis alii acceperant ap. Schol. A. ἕλοις Vrat. d. idem et δῷοι Barocc. perpetua variatione in εἴπως. εἰ cum coniunctiuo et optatiuo: v. Exc. III. ad A.

726. ἔβη θεὸς ἀμπόνον ἀνδρῶν. ἀμπόνον vidimus N, 239. vbi idem versus erat. „γρ. ἀγκλόνον." Barnes. ἀντπόνον Lips. Cant. Vrat A. εἰς πόνον Flor. Ald. 1. Rom. correxit ἀμπόνον Ald. 2. ἂν πόνον Eustath. et sic forte recte scribitur.

727. δὲ κέλευσε Vrat. b. vulg. δ' ἐκέλευσε.

728. ἵππους ἐς πόλεμον. ἐπ πόλεμον Vrat. d.

731. Ἕκτωρ δ' ἄλλους μὲν Δαναοὺς ἔα, οὐδ' ἐνάριζε. Abesse δ' ab aliis, ait Barnes. ἐνάριξε Cant. Harl. Mosc. 2. Lipſ. non probante Erneſtio, quia ἔα adiungitur.

732. αὐτὰρ ὁ Πατρόκλῳ ἔφεπε κρατερώνυχας ἵππους. ἔφεπε, lectio eſt Veneti. Cant. Barocc. Mori. Harl. Vrat. b. c. Moſc. 2. duor. Vind. Sch. Exc. Barnes. Lipſ. ed. Rom. Euſtath. Schol. Ven. A. tamen: „ἐν ἄλλῳ, ἔπεχε." quod vulgo legebatur; et poteſt hoc defendi, variandae orationi fuiſſe adhibitum, repetitum autem alterum, ἔφεπε, ex v. 724. Potuit tamen nec minus ἔπεχε per interpretationem irrepere. Varietas notata a Doruill. ad Charit. p. 628 vbi etiam occurrit.

734. σκαιῇ ἔγχος ἔχων. At σκαιῇ ἔχων ἔγχος ed. Rom.

735. πέτρον μάρμαρον, ὀκριόεντα. λευκὸν καὶ τραχύν. iam vidimus M, 380. et ὀκριόεις Δ, 518. Male ὀκρυόεντα, etiam h. l. Harlei. Vrat. d. A.

In ſeqq. occurrit vitium ex neglecto digammate, ὀκριοεντα τον ϝοι. vt mihi quidem liqueat verſum eſſe ſerius inſertum. Bentleius, vitio animaduerſo, correxerat ὀκριόενθ' ὅν ϝοι.

736. οὐδὲ δὴν χάζετο φωτός. Ex vſu ſollenni eſſet ἀνεχώρησεν, ὑπεχώρησεν. nec multum ab eo receſſit Patroclus. Sententia tamen verborum eſſe debet: *nec multum ille a viro aberrauit* ſaxo iacto, h. e. feriit, tetigit, eius aurigam; ergo χάζεσθαι dictum eſt diuerſo paullum vſu. ſi quidem Patroclus ſubiectum eſt, et is οὐ χάζετο φωτός. Sin ſubiectum malis haberi τὸ βέλος· οὐδὲ βέλος ἐχάζετο τοῦ φωτός, eſt: *nec ſaxum multum receſſit ab Hectore, non abſuit.* Manet tamen vſus inſolitus τοῦ χάζεσθαι, de quo v. ad Λ, 462 et Θ, 353. Et ἀλίωσε mox erit vi neutra accipiendum, οὐχ ἅλιον ἐγένετο τὸ βέλος, quod inſolens eſt.

In Schol. br. Schol. Exc. ap. Barnes, Cant. Harl. Mori. Moſc. 2. Vrat. d. vno Vindob. Townl. Ven. et in edd. Flor. Ald. 1. eſt ἅζετο. Sch. A. ἅζετο. ηὐλαβήθη. ἀν-

τί του· οὐδὲ ὅλως ηὐλαβήθη αὐτόν. quod tamen non minus alienum eſt a ſenſu. Eodem modo, quo χάζετο, exponunt ἅζετο Sch. br. οὐδὲ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀπείχετο τοῦ ἀνδρός. Sch. Lipſ. ἅζετο. ἐσέβετο. ἀπείχετο. gl. Townl. καὶ ἀπέσχετο. Debebat quoque quartus caſus iungi: E, 434 ἀλλ' ὅγ' ὅ γ' οὐδὲ θεὸν μέγαν ἅζετο, et al. h. e. ἐσέβετο. Verbo, etiam hunc verſum cum antecedente ſerius ſuppoſitum eſſe *ſuſpicor*. Neque eius interpretationem habet Apollon. Lex. qui de ἅζετο accurate agit. Iis ſublatis tollitur quoque tautologia. nam ſequitur ipſum hoc: οὐδ' ἁλίωσε βέλος.

737. οὐδ' ἁλίωσε βέλος. *nec* Patroclus *fruſtra emiſit haſtam.* ἅλιον βέλος aliquoties, vt ſup. 480 τῷ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἔκφυγε χειρός. occurrit; ἁλιῶσαι, *irritum reddere*, transitiue occurrit Od. E, 104. Reddunt h. l. μάταιον ἐποίησε Sch. br. Etymol.

738. Verſus excitatur a Strabone XIII, p. 892 vbi de Cebrenia regione agit.

739. τὸ μετώπιον. τὸ μεσόφρυον, iam Λ, 95 vidimus. Sch. br. h. l. τὸ τῆς περικεφαλαίας τὸ κατὰ τοῦ μετώπου κείμενον ad galeam retulerunt.

740. ἀμφοτέρας ὀφρῦς σύνελε λίθος. Schol. B. σύνεχε (f. συνέχεε) εἰς ἓν συνῆγε. Schol. br. συνέτριψε.

οὐδέ οἱ ἔσχεν ὀστέον. Schol. br. ἀπέσχεν. ἐκώλυε. immo ἀντέσχε vel ἀντεῖχε, non obſtitit os, quo minus frangeretur. Os fractum eſt et eliſi oculi, vt recte Euſtath.

742. ὁ δ' ἄρ' ἀρνευτῆρι ἐοικώς. Iam M, 385 vidimus in valli oppugnatione: ὁ δ' ἄρ' ἀρνευτῆρι ἐοικὼς κάππεσ' ἀφ' ὑψηλοῦ πύργου, λίπε δ' ὀστέα θυμός. ad quem vſ. vide.

744. τὸν δ' ἐπικερτομέων προσέφης, Πατρόκλεις ἱππεῦ. Schol. br. legiſſe videntur: τὸν δ' ἔπι κερτομέων. Liuianum illud, *ſimul verbis increpitans*, hinc ductum videbatur Erneſtio.

προσέφη Πατροκλῆς ἱππεύς. Vrat. A.

745. ὢ πόποι, ἦ μάλ᾽ ἐλαφρὸς ἀνήρ. ὡς ῥεῖα κυβιστᾷ. scribo ὡς ῥεῖα quam facile vrinatur! Ita quoque Harlei. Mori. Vrat. b. Mosc. 2. Sicque edd. Flor. Aldd. excepta sec. tum Turneb. Steph. ὧς primo se offert in Cantabr. vnde Barnes. Clarke. Etiam Lipſ. ὧς, sed superscripto ὅς, (quod est quoque in Ald 2.) „non male, ait Ernesti, sed vulgatum elegantius: adeo facile vrinatur!" Praefero equidem alterum: leuis homo est! quam facile vrinatur! κυβιστᾷ. κυβιστᾷν, τὸ ἐπὶ κεφαλῆς πηδᾷν. Etymol. h. v. et Suidas. Notum ex Memorab. Socr. Xenoph. I, 3, 9. Rem vides quoque ap. Herodot. VI, 129 de Hippoclide. cf. inf. Σ, 604. Vocis origo varie traditur, ap. Eustath. et in Schol. Victor. a κύβος· in alea. Ductum dices melius a κύβη vel κύμβη *caput*. cf. ad E, 586. Excitat versum 745 et 747. Athen. VI, p. 13 D. adde p. 9 D.

747. ἀνὴρ ὅδε τήθεα διφῶν. — „quod τήθεα semel h. l. lecta genus est ostrearum. Sequitur, quod seiunctum esse debet ab antecedentibus: πρὸς τοὺς χωρίζοντας. Φασὶ γὰρ ὅτι ὁ τῆς Ἰλιάδος ποιητὴς οὐ παρεισάγει τοὺς ἥρωας χρωμένους ἰχθύσιν, ὁ δὲ τῆς Ὀδυσσείας (scil. παρεισάγει.) *Aduersus eos*, qui Jliados et Odysseae diuersos esse volunt auctores, disputat grammaticus; Ergo, aiebant illi, in Jliade heroes piscibus haud vesci, at vesci iis in Odyssea (scilicet socios Vlyssis Od. M, 330. 1. 2.) At, inquit Schol. etsi Homerus heroes non inducit piscibus vescentes, apparet tamen eos esum nouisse, nam memorare Patroclum ostreas. Argutatus hac super re iam olim est Plato de Rep. III. p. 404. B. C. Bene monetur in eodem Scholio, potuisse heroes vesci piscibus; rem tamen nimis tenuem esse, quam vt ab Homero memorata esset; ita nec oleribus nec auibus vescuntur heroes; quis tamen neget eos ex his victum tolerasse?" Sch. A. B. Verbo: tota haec argumentatio et disputatio vana et inanis est; passim tamen ea iactata est tanquam res memorabilis. v. ad Od. M, 331.

τήθεα διφῶν. τήθεα genus ostrearum esse, aiunt Schol. A. B. Hesych. τήθεα, τὰ ἄβρυγα, ἢ ὄστρεα ζητῶν.

In quo occurrit quoque τήθυα, et ἤθεα ex his emendandum. In Etymol. τήτεα, a τάω et τητάω. Meliora haec, quam quae Eustath. attulit. Alia sunt ap. Suidam in τήθεα et τηθή, ex Schol. Aristoph. in Lysistr. Veriora v. ap. Schol. Nicandri ad Alex. 376. Est vtique proprie certum genus ostrearum. Schol. br. τήθεα, εἶδος ὀστρέων. οἱ δὲ ἁπλῶς, ὄστρεα.

διφῶν, ζητῶν, ἐρευνῶν, eadem Schol. br. Proprie est ψηλαφῶν. v. Etymol. Apollon. Lex. Hesych.

748. εἰ καὶ δυςπέμφελος εἴη. &c. „quod Zenodotus legerat: εἰ καὶ δυςπέμφελοι εἶεν, quasi referatur ad ipsos homines comedentes, qui sint *morosi*, δυςάρεστοι. (Etiam Eustath. hoc Scholion seruauit εἰ καὶ δυςπέμφελοι εἶεν. οἱ πολλοὶ δηλαδὴ ἐκεῖνοι, οἷς τὰ τήθεα παρατίθενται ὅ ἐστι, δυςάρεστοι. Melius est, pergit Schol. A. referri ad mare, θάλασσα δυςχείμερος καὶ τραχεῖα. Laudat tandem Sch. A. locum ex Hesiodo: καί τοι σοι Γλαῦκον δυςπέμφελον ἐργάζονται. *qui mare, rem maritimam, tractant.* Versus in editis non obuius; sed alii duo Ἔργ. 618. 722. in quibus vox δυςπέμφελος obuia est, in priore ναυτιλίη δυςπέμφελος. Refertur adeo h. l. δυςπέμφελος ad πόντος. quod et Sch. B. recte facit; et Eustath. δι' οὗ δυςχερῶς ἡ ναῦς πέμπεται. v. 746. vt adeo coniectura res haud indigeat, forte legendum esse: εἰ καὶ δυςπέμφελον εἴη. Vocem interpretantur grammatici: Apollon. Lex. ὁ δυςάρεστος· retulit is adeo ad ἀνὴρ ὅδε, parum commode. Vtrumque iunxit Hesych. δυςπέμφελος· ἐπὶ μὲν τῆς θαλάσσης, ἡ δυςχείμερος καὶ τραχεῖα καὶ ταραχώδης· ἐπὶ δὲ τοῦ κολυμβητοῦ δυςάρεστος. Vtrumque affert Etymologus h. v. Etiam Sch. br. δυςάρεστος. δυςκίνητος. ἤ, ὡς Ἡσίοδός φησι, δυςχείμερος.

νηὸς ἀποθρώσκων. „γρ. νηὸς ἄπο θρ." Barnes.

749. ὡς νῦν ἐν πεδίῳ. Mori ὃς νῦν.

750. ἦ ῥα καὶ ἐν Τρώεσσι κυβιστητῆρες ἔασι. Veteres apud Eustath. p. 1083, 50. eo retulere, quod vetus Troia longius a mari sita fuit; alioqui mirum haud visum, vrinatores in ea vrbe esse: ἐν-

ἐνταῦθα δὲ σημειοῦνται οἱ παλαιοὶ, ἀπῳκισμένην τῆς θαλάττης εἶναι τὴν παλαιὰν Ἴλιον, ὡς καὶ ὁ γεωγράφος δείκνυσιν. non tamen ac ſi Strabo etiam hoc argumento vtatur, ſed disputat ille de ſitu veteris Jlii accurate XIII, p. 885 ſqq. Verum disputata haec ſunt a veteribus ſubtilius quam neceſſe erat. Quis haec per ludibrium dicta ad vnguem ſeuere exigat! et cur *κυβιστητῆρας vrinatores* accipiamus? ſunt omnino *ſaltatores*, quales inducuntur Jl. Σ, 604 — *κυβιστῆρες*. Townl. ed. Rom. quae vox et ipſa bona eſt, ſed h. l. vitioſa.

Ceterum locus non vno modo poteſt pronuntiari. Poteſt *ὡς νῦν — κυβιστᾷ* exclamatio eſſe! et *ἦ καὶ* interrogatio.

752. *οἶμα λέοντος ἔχων, ὅς τε σταθμοὺς κεραΐζων.* „*δαιμονίως τῇ εἰκόνι χρῆται*, ait Sch. B. *μέλλοντα γὰρ τελευτᾷν λέοντι εἰκάζει ὑπ' ἀλκῆς καὶ προθυμίας ἔν τινι ἐφόδῳ ἀνῃρημένῳ.* Nimis acute! Ego contra vereor, vt haec comparatio ſit ſatis conſentanea: Cum leone in pectore ſauciato et moriente quomodo commode comparari poterat Patroclus concitato greſſu et impetuoſe ad Cebrionis caeſi corpus ſpoliandum ruens? Erat ſaltem comparatio inſtituenda cum leone vulnerato, qui in eum, a quo percuſſus eſt, cum impetu irruit: quod facere leones vidimus ſup. E, 136 ſqq. inf. Υ, 164 ſq. cf. Virgil. Aen. XII, 4 ſq. vbi cf. Notam. Accedit, quod paullo poſt vſ. 756 alia duorum leonum de praeda concertantium comparatio ſubiicitur. Vnde iuſta ſuſpicio oritur, tres hos vſſ. 752. 3. 4. eſſe emblema rhapſodi.

οἶμα λέοντος. ὅρμημα. Apollon. Lex. h. v. expoſuit; ſic de Achille *αἰετοῦ οἴματ' ἔχων* inf. Φ, 252. Inde *οἰμᾷν* X, 140. 308. cf. Etymol. in *οἶμα.*

σταθμοὺς κεραΐζων. vt iam E, 557.

753. *ἔβλητο πρὸς στῆθος, ἑή τε μιν ὤλεσεν ἀλκή* Apollon. de Syntaxi p. 155, 26 disputat de *ἑή τε μιν*, et docet eſſe pro *ἑαυτοῦ*. Haerebat in *στῆθος ſεη* Bentleius, qui nec medelam reperiebat, haerebam et ipſe: in Excurſu VII, ad lib. A. antequam perſpexeram tripli-

cem modum pronuntiandi etiam in hoc pronomine fuisse: ϝος, εϝος et ϝεϝος. v. Exc. de Digammo. Ceterum confer duo versus similes M, 45. 46.

754. Πατρόκλεις ἆλσο μεμαώς. Barocc. ἆλτο. At sic erit quoque Πατροκλῆς.

755. Ἕκτωρ δ' αὖθ' ἑτέρωθεν. Lips. Vrat. A. αὖ minus bene.

756. τὼ περὶ Κεβριόναο, λέονθ' ὣς, δηρινθήτην. Eustathius multa cumulat de comparationibus Homericis, quae a feris pugnantibus petitae sunt, inprimis a leonibus; adscribam saltem loca, quae, qui volet, inspiciat et excutiat, sup. Π, 428. 487. 823. M, 41. 146. 299. Λ, 292. 414. 547. P, 281. 725. Σ, 161. E, 136. 554. N, 198. Θ, 338. Υ, 164.

Praestabat monere haec: primo in his comparationibus Homerum summam ἐνάργειαν esse assequutum; tum copiae poeticae genus hoc esse insigniter accommodatum, quia res sensibus facile possunt subiici.

Vnde autem Homerus leonum tam accuratam notitiam habuerit, si forte quaeras, cum in Graecia et Asia citeriore nulli sint leones; tenendum est Graeciam priscis aetatibus leonibus fuisse frequentatam, docere fabulas Herculis et Thesei; Thracia ad seriores aetates leones nutriuit. In Phrygia leones montes incoluisse, docent Cybeles sacra.

δηρινθήτην. Eustathius ait: „γρ. δηριθίτην. quod putes verius esse; est enim ἀδήριτος et alia. Probabat quoque Bentleius. Attamen ν constanter retinent codices. Quod multo magis me mouet, est, quod Apollon. Arg. II, 16 δηρινθῆναι habet, et Schol. ad e. v. μαχέσασθαι. ἀπὸ τοῦ δηρίνομαι· τὸ δὲ δηρίσασθαι, ἀπὸ τοῦ δηρίομαι. Similia sunt τίω, τίνω. πίω, πίνω. δύω, δύνω.

λέονθ' ὡς. ex sollenni ratione esse debebat ὥς, vt est in Vrat. d. cum postpositum sit.

757. 758. ὥτ' ὄρεως κορυφῇσι. similes sunt, aut hinc translati duo versus in Scuto Herc. 402. 3. 4 ὡς δὲ λέ-

ουτε δύω ἀμφὶ κταμένης ἐλάφοιο ἀλλήλοις κοτέοντες ἐπὶ σφεας ὁρμήσωσι, „ὥτε. qui vtique. qui fcilicet.“ Clarke.

759. *δύω μήστωρες αὐτῆς.* de voc. his v. ad Δ, 328. Mofc. 2. *δύο.*

762. *Ἕκτωρ μὲν κεφαλῆφιν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει. κεφαλῇ, ἐν κεφαλῇ ἔλαβε τὸν νεκρόν.*

οὔτι μ. Lipf. vn. Vindob.

μεθίει „media producta, vt alibi: O, 716. Φ, 72. Δ, 234.“ *Clarke.* v. de hoc ad N, 118. *μεθείη* vitiofe Barocc. Vrat. d. *μεθίει* eft a *μεθίεον.*

765. *ὥςτ' Εὖρός τε Νότος τε.* Ventorum pugna, vt fup. I, 5 fqq.

ἐριδαίνετον ἀλλήλοιϊν. Mofc. 2. *ἀλλήλοισιν.*

766. *οὔρεος ἐν βήσσῃς βαθέην πελεμιζέμεν ὕλην.* Cum dilectu dixit *βαθεῖαν ὕλην*, quia tanto faeuior ventus eft, quando nullum exitum reperit.“ Schol. B. Pro *βαθέην* eft *ζαθέην* in Barocc. Mori.

πολεμιζέμεν vitium ed. Stephani, etiam codd. vt Vrat. b.

767. *τανύφλοιόν τε κράνειαν.* Sch. br. et Etymol. *τὴν μακρὸν φλοιὸν ἔχουσαν. εὔϊνον.*

768. *αἵ τε πρὸς ἀλλήλας ἔβαλον τανυήκεας ὄζους.* „quod in *τανυήκεας ὄζους* non ineft *ἀκὴ*, notio *aciei*, vt in *τανύηκες ἄορ* fup. Ξ, 385. et hoc libro Π, 473. et H, 77. (idem Scholion eft in Suida) fed quod eft pro *τανοὺς* (*ταναοὺς*) *κατὰ παραγωγήν*, vt *κελαινεφὲς αἷμα.*“ Sch. A. (voluit dicere, epitheton compofitum effe pro fimplici, nec effe ex *τανύω* et *ἀκὴ* ductum, fed effe fyllabam productam *ηκης*, a *τανυὸς, τανυήκης.* Similia funt in Apollon. Lex. in *τανύηκες*, vbi corruptum eft *ἀντὶ τοῦ ναοὺς* pro *ταναούς.*) Porro Schol. alius notat de accentu *τανυήκης*, vt *εὐμήκης.* „*οὕτως ἀνεγνώσθη. εἴπομεν δὲ ἐν ἑτέροις καὶ τὴν ἀφορμήν·*“ (puto Herodiani verba effe e libro *περὶ προςῳδίας·* nam in Scholiis nihil occurrit ad H, 77. Ξ, 385. Π, 473 — *τανακήκεας* Cant. Mofc. 2. forma et ipfa bona vt H, 77. Ceterum miror neminem in *τανυμήκεας ὄζους* incidiffe, qui et ipfi apud poetas occurrunt.

770. Comparationem verſari in ἐπιθορόντες ἀλλήλοις monet Sch. B.

771. δῄουν. Alii δηΐουν, vt edd. Flor. Aldd. ed. Rom. et inde Turneb. δῄουν. Eodem redit vtrumque.

772. ἀμφὶ Κεβριόνην. οὐκ ἐν αὐτῷ. monet Sch. A.

δοῦρα πεπήγει. Sic quoque Ven. At δοῦρ' ἐπεπήγει praefixum Schol. A. et habet cod. Harl. Vrat. b. d. A. At Bentl. laudat δοῦρε πεπήγει.

773. ἀπὸ νευρῆφι θορόντες. Scribunt et h. l. νευρῆφι. Verius eſt prius: de quo dictum ad Θ, 300. Et in loco huic ſimillimo N, 313 ſq. ἀπὸ νευρῆφι δ' ὀϊστοὶ θρῶσκον.

ἀπονευρῆφι vna voce edd. ante Turneb. et ipſa Rom.

774. πολλὰ δὲ χερμάδια μεγάλ' ἀσπίδας ἐστυφέλιξε. Sch. A. „Ariſtarchus per α, ἀστυφέλιξε" non potuit hoc eſſe niſi ſphalma alicuius codicis Ariſtarchei. Ipſe Ariſtarchus tale verbum vix procudere potuit. Vides tamen auctoritatem in qua Ariſtarchus habitus eſt. Vox non vno hoc loco occurrit; vidimus iam E, 437. add. X, 496. Et Apollon. ἐστυφέλιξεν, ἐκίνησεν. ἔδεισεν. ἐδίνησεν. ἐστρόμβησεν. Paria ſunt in ceteris grammaticis.

ἐστυφέλιξαν Vrat. b. d.

775. ὁ δ' ἐν στροφάλιγγι κονίης κεῖτο. ὁ δ' ἐν eſt lectio Ariſtarchea: quam et hic deferendam eſſe arbitror et amplectendum id quod in Ven. B Harlei. Lipſ. Mori. Vrat. b. d. Moſc. 2. ὁ δὲ στροφάλιγγι. Manifeſta enim ſit cauſſa, cur indocto metri metu ἐν intruſum fuerit. στροφάλιγγι, συστροφῇ. Sch. br. recte. et hoc reponendum in Apollon. Lex. pro ὑποστροφῇ. Firmat hoc Etymologus. In Heſych. eſt συστροφὴ κονιορτοῦ. Vox etiam inf. occurrit Φ, 503. Apollon. III, 758. IV, 140.

776. κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ, λελασμένος ἱπποσυνάων. ※ „quod verſus hinc in alteram Necyiam (Odyſſ. Ω, 40.) translatus eſt; non bene." Sch. A. additur: καὶ ὅτι Ἰακῶς λελασμένος, ἀντὶ τοῦ, λελησμένος. πρὸς τὸ ἐν καρὸς αἴσῃ, ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐν κηρὸς αἴσῃ." Vltima haec indocte; v. ad I, 378. priora non ſatis intelligo, quomo-

do λελασμένος pro Ionico habitum sit. Supra E, 834 erat τῶν δὲ λέλασται, vbi pro dorico edebatur. Vidimus ibi vtrumque falso esse traditum a grammaticis; nam a λάθω fuit λέλασμαι, quod vulgo ἐλαθόμην.

Priora κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ repetita sunt Σ, 26 et vterque versus iterum Od. Ω, 39. 40. Facere ipsum metrum dactylicum ad τὸ σεμνὸν notat Eustath.

777. Ὄφρα μὲν — variauit verba quae erant in locis Θ, 66 sq. Λ, 84 sq. At Bentl. sagaciter odoratur tres versus eodem ex loco Θ, 66. 7. 8. esse huc illatos.

778. τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἥπτετο, πίπτε δὲ λαός. Versus repetitus iisdem locis et O, 319. τόφρα μὲν ed. Rom. ipse Eustathius et Ven. et ἥπτατο vitium cod. Lips.

779. ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσσετο βουλυτόνδε. μετενίσσετο quod habent Barocc. Lips. Cant. Vrat. b. d. A. et Eustathius. Mori. tuetur νίσσομαι vt λίσσομαι. conuenit ceteris locis, in quibus vbique fere variat lectio νίσετο. νείσετο. νείσσετο. Etiam h. l. μετενίσετο Ven. Townl. Variant tres codd. Vindob. μετενείσσετο edd. — νίσσ et νείσσ. Harl. saltem deb. μετενείσετο. v. de his ad I, 381.

βουλυτόνδε. Apollon. Lex. cum Sch. br. βούλυτος. ἡ δειλινή. (vel δείλη.) ἡ ὀψία. ὅτε αἱ βόες ἀπολύονται τῶν ἔργων. cf. ad e. l. Villois. Similia alii; et vox inde frequentata etiam aliis, vt Apollon. Arg. III, 1341.

780. ὑπὲρ αἶσαν. ὑπὲρ βίαν. τὸ πλέον. μέτρον. καθῆκον. Sch. B. Nihil conuenit satis. v. Notam et cf. ad Z, 487. 8. Δαναοὶ pro Ἀχαιοὶ Lips. male.

781. ἥρωα ἔρυσσαν. ἔρυσαν male intulerat Turnebus, iterum eiecit Barnes. prouocans ad Cant. Barocc. add. Ven. al. Atqui hoc erat in edd. Flor. Rom. Aldd.

782. Τρώων ἐξ ἐνοπῆς copulam desiderabam; Τρώων τ' ἐξ. sicque Vrat. b. A.

783. Πάτροκλος δὲ Τρωσὶ κακὰ φρονέων ἐνόρουσε. Π. δ' ἐν Τρωσὶ Vrat. d.

784. *τρὶς μὲν ἔπειτ' ἐπόρουσε.* Townl. Mosc. 2. vn. Vindob. *ἐνόρουσε.* quod equidem iudicio meo praeferam.

785. *σμερδαλέα ἰάχων.* vt iam E, 302.

τρὶς δ' ἐννέα φῶτας ἔπεφνε. Sch. B. *τρὶς ἐννέα* iunxit. Sane argutari licet; possunt omnino nouem esse occisi trinis incursibus; possunt et viginti septem esse.

788. 789. *ἤντετο γάρ τοι Φοῖβος — ὁ μὲν τὸν ἰόντα.* „quod ad tertiam personam iterum redit" scil. cum 787 ad secundam transiisset." Sch. A. et B. hic etiam ad miserationem hoc valere obseruat. Eadem habet Eustath. *τὸν ἐόντα* Vrat. d. vn. Vindob. pro *τὸν ἰόντα.*

Ceterum quis fundus huic prodigio subesse videatur, dixi in Nota ad vs. 787. Koeppen illud ex eo repetit, quod Patroclus, incautius in hostes irruens et temere prouectus, repente se vndique ab hoste circumdatum sentiens obstupescit et torpet.

791. *πλῆξέν τε* aut *πλῆξέ τε,* ex perpetuo vsu Homerico *τε* reposui, etsi fideiussorem non habeo praeterquam Mosc. 2. vulgg. vbique *στῆ δ' ὄπιθε, πλῆξεν δέ.*

792. *χειρὶ καταπρηνεῖ. χειρὶ πλατείᾳ καὶ διατεταμένῃ* Sch. B. *κατεστραμμένῃ* Sch. br. Proprie est *manu ad ictum demissa et impacta.* De voce v. ad B, 414. *χερσὶ καταπρηνέσσι* iam O, 114. 398. occurrebat.

στρεφεδίνηθεν δέ οἱ ὄσσε. Sch. br. *περιεστράφησαν αὐτοῦ οἱ ὀφθαλμοί. οἱονεὶ ἐσκοτώθησαν.* Sch. B. *περιενεχθέντα ἐστράφη.* et propius ad etymum Apollon. Lex. *δινηθέντα δὲ αὐτοῦ ἐστράφη τὰ ὄσσε.* vbi Villois. ex Quinto laudat XIII, 7 *ἀμφὶ δ' ἄρ' ὀφθαλμοὶ στρεφεδίνεον.* Cum quo conuenit lectio ms. Harlei. *στρεφεδίνησεν.* et Hesych. *διεστράφη. ἐσκοτοδινίασεν.* omnia ad vertiginem redeunt. Male duabus vocibus *στρέφε δίνηθεν* Flor. et Ald. 1. Correctum in Ald. 2. Rom.

795. *αὐλῶπις τρυφάλεια* v. ad Γ, 372.

μιάνθησαν δὲ ἔθειραι. In ms. Lips. *μ. δέ οἱ ἔθειραι.* Ernesti addit: nempe *δ' οἱ* pronuntiandum." Non vir optimus hoc subiecisset, si digamma notum habuisset.

797. *ἱπποκόμον πήληκα.* sic edd. et tuetur Sch. B. At Sch. A. monet *ἱπποκόμον* dici *τὸν κομοῦντα* (*curantem*) *τὸν ἵππον*, et scribendum esse *ἱππόκομον.* vt sit *τὴν ἵππου κόμην ἔχουσαν.* (vt *καλλίκομος. ὑψίκομος.*) Dicta vide ad M, 339 vbi vox primum lecta; inde saepius. v. 798.

798. *χαρίεν τε μέτωπον.* Schol. Lips. et Eustath. ad h. v. monent de discrimine inter *χαρίεν* et *χάριεν*, apud Atticos, vt hoc *χάριεν* sit pro *χαριέντως*, contra quod peccauit Stephanus, qui h. l. *χάριεν* edidit; Herodiani hoc acumen est: occurrit quoque apud Etymol. et Ammonium. In Homero est *καλὸν, ὡραῖον.* „*γρ. χαρίεν τε πρόσωπον.*" Barnes. puto quia hoc in Eustathio occurrit.

799. *τότε δὲ Ζεὺς Ἕκτορι δῶκεν ᾗ κεφαλῇ φορέειν.* Dubitari potest de subiecto, sitne Patroclus an Hector? De hoc vulgo accipitur; sic quoque Apollon. de Synt. p. 156. vbi docet *ᾗ* esse: Hectorem *φορεῖν τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ.* At si ad *Ζεὺς δῶκεν* aliquis referret, esset illud: *τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ, τοῦ Διός.* Etiam Eustath. *προαναφωνητικῶς· ὥστε οὐκ ἐπὶ πολὺ φορήσει αὐτήν.* *At breuis honos ille futurus erat Hectori!* De *ῥύετο* v. ad vs. 542.

801. *πᾶν δέ οἱ ἐν χείρεσσιν ἄγη.* — quod *πᾶν* pro *ὅλον.* — Debebat aliud, idque grauius, moneri, inesse vitium metricum: *ἄγη* habet primam longam et fuit *ϝάγη* ergo scriptum esse debuit: *πᾶν δέ οἱ ἐν χερσὶν ἄγη.* v. ad Γ, 367 p. 526 in vno Vindob. non minus praue *ἐν χείρεσσιν ἐάγη.* Huc spectat Hesych. in *ἄγη* — *ἐστὶ δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ κατεαγῆναι· ὡς τὸ πᾶν δέ οἱ ἐν χ. ἀ. ἔ.* Vrat. A. *χείρεσσ' ἐάγη.*

802. *ἔγχος — κεκορυθμένον.* deficit quod alibi adiicitur, *χαλκῷ*, vel *αἴθοπι χαλκῷ.*

803. *ἀσπὶς — τερμιόεσσα.* Occurrit h. l. et iterum Od. T, 242 *χιτῶνα τερμιόεντα·* qui et Hesiod. Ἔργ. 535 occurrit. Manifestum fit, fuisse olim *τέρμις*, vt *τέρμα.* Etiam Hesych. *τέρμις, ποῦς* et *τέρμιον ἔσχατον.* (etiam Etymol. Vox in Sophocle obuia et Τερμιεὺς Iupiter ap. Etymol.) *τερμιόεν. ἁρμοστὸν, τέλειον.* Idem: *τερμιόεσσα.*

ἐν σποδῷ (leg. ἕως ποδῶν vt et Bentl. emendat) ἀποτερματιζομένῃ. et τερμιόεντα, ποδήρη, καὶ εὔμετρον. τὸν μέχρι τῶν ποδῶν ἀποτερματιζόμενον. Apollon. Lex. τερμιόεντα. τὸν ποδήρη καὶ τερματίζοντα ὅλον τὸν χιτῶνα. (vltima temere assuta. Similis erat χλαῖνα ἐκταδίη K, 134) Schbr. τερμιόεσσα. ποδήρης· ἡ ὅλον τὸν ἄνθρωπον σκέπουσα· μεγάλη. Et huc spectat Etymol. τερμιόεσσα. ἀπὸ τοῦ τερματίζουσα (f. ἀντὶ τοῦ, τ.) οἷον, μεγάλη καὶ τελεία. optime ποδηνεκὴς reddit Eustath. h. e. quae vltima, *infima* corporis seu pedum attingit, vt iam O, 646 vidimus ἀσπίδα — ποδηνεκὲς ἕρκος ἀκόντων.

805. ἄτη. βλάβη. cf. ad T, 88. Dubito an scribam Ἄτη.

806. ὄπιθεν — βάλε. quomodo a tergo ictus fuerit, dubitari potest. Sch. B. Patroclum se ad Apollinem convertisse ait. Si tamen vndique hostibus circumdatus fuit facile a tergo potuit vulnerari.

στῆ δὲ ταφών, scil. quasi θελχθείς. quod Eustath. quoque mente habebat. De voce v. ad I, 193.

ὀξέϊ δουρί. Harlei. χαλκῷ. varietate sollenni.

807. ὤμων μεσσηγὺ σχεδόθεν βάλε Δάρδανος ἀνήρ. ÷ „quia Zenodotus ediderat σχεδὸν οὔτασε (scilicet ne βάλλειν contra vsum Homericum dictum esset.) At Sch. A. addit: ἀγνοεῖ δὲ, ὅτι ἐκ βολῆς τέτρωται· (vt ex 812 ἐφῆκε βέλος et ex 819 βεβλημένον ὀξέϊ χαλκῷ, colligas; atqui et βέλος pro ἔγχος dici potuit; et paullo post Euphorbus ἥρπαξε δόρυ ἐκ χροός, βεβλημένος autem est generalius vocabulum.) μεσσηγὺς σχ. Margo Steph. Eustath. adde Mori. Townl. Vindob.

Δάρδανος ἀνὴρ iam vidimus B, 701.

808. Πανθοΐδης Εὔφορβος, ὃς ἡλικίην ἐκέκαστο. „γρ. Πανθοίδης. Barnes. ἡλικίῃ Vrat. A. repugnante vsu Homerico: v. Ξ, 124. N, 431.

810. καὶ γὰρ δὴ τότε φῶτας ἐείκοσι βῆσεν ἀφ' ἵππων. ÷ „quod mos Achiuorum fuit de curru pugnare: ἁρματομαχεῖν, (verba etiam Eustath. habet) ἐσφαιρωμένοις δόρασι χρωμένοις, καὶ ἀνατρέπειν ἐκ τῶν ὀχημάτων.“ Hoc

σύνηθες fuisse Achiuis nouimus iam innumeris exemplis. Quorsum tandem, aut vnde grammaticus id nunc demum monere potuit? Tum quaenam sunt haec ἐσφαιρωμένα δόρατα? Non potuit *pila* declarare; nam iis Achiuos vsos esse nusquam alibi memoratum nouimus. An σφαιροῦν ipsi est, hastam contorquere, circumagendo? Grauius est alterum Scholion: „καὶ γὰρ δή ποτε διὰ τοῦ τ αἱ Ἀριστάρχου· καὶ γὰρ δή τότε ὡς τῶν τότε μελετώντων τὴν τοιαύτην ἄσκησιν, ὥστε τὸν ἀντελαύνοντα ἀναστρέψαι (leg. ἀνατρέψαι) ἀπὸ τοῦ ὀχήματος.“ Qui haec adscripsit, vim lectionis Aristarcheae, quae etiam in vno Vindob. occurrit, parum assequutus fuerat. Retrahenda sunt ad eandem lectionem sequentia: ὁ δὲ Διονύσιος, οὐκ ἐπὶ μελέτης, ἀλλ' ὅτι ἀνεῖλε πρῶτος εἰς πόλεμον παραγενόμενος.“ Est Dionysius Thrax, saepius absolute Dionysius laudatus. Scilicet ex vulgari lectione ποτε, καὶ γὰρ δή ποτε necesse est *iam ante bellum*, in certaminibus (ἐν ἀγῶσι) aliquando vicisse Euphorbum. Atqui certaminibus non conuenit βῆσεν ἀφ' ἵππων. quod est: ἀπεβίβασε. κατεβίβασεν ἀφ' ἅρματος, *deturbauit* hasta petendo, ἔγχει ὀρεξάμενος. Sic sup. E, 163. 164 ὡς τοὺς ἀμφοτέρους ἐξ ἵππων Τυδέος υἱὸς βῆσε. κακῶς — Nec vero in certaminibus *pugnae* factae, sed *cursus curules*. Tum nullus est nexus commodus sententiarum vs. 810. 811. „*Aliquando ille viginti viros de curru deiecerat, veniens primum cum curru et discens pugnam.*“ Mirari ideo licet, Aristarcheam lectionem fuisse vulgo vbique neglectam, τότε, e qua sensus verus prodit: *Euphorbus, insignis ille — nam etiam tum, in* hac pugna, *viginti viros ex Achiuis iam de curribus deturbauerat*, etsi *primum ille curru vectus in pugnam progressus et tiro*, prima rudimenta militiae edens. Nam est διδασκόμενος (περὶ τοῦ) πολέμοιο, non διδαχθείς. siue, vt in Schol. A. subiicitur, πεῖραν λαμβάνων. πόλεμον δὲ τὸν ἐν Ἰλίῳ φησί· νέος γὰρ ἦν, ὡς ὁ ποιητής φησι. Sch. br. ἐκμανθάνων τὰ τοῦ πολέμου ἔργα. Simile est εἰδὼς μάχης.

811. σὺν ὄχεσφι posse vtrinque, et antecedentibus et sequentibus (quod Sch. br. faciunt) iungi, ait Sch. A. haud dubie recte antecedentibus.

812. ὅς τοι πρῶτος ἐφῆκε βέλος. ⊱ sine Scholio: quod respexit τὸ βέλος· cf. ad 807.

813. οὐδὲ δάμασσ'. „γρ. οὐδ' ἐδάμασσ'" Barnes. Sicque ed. Rom. Cant. Vrat. A. Mosc. 2. et ipse Ven.

αὖθις et αὖτις et h. l. variat; in Mosc. 2. et Cant. erat αὖτις.

814. ἐκ χροὸς ἀρπάξας δόρυ μείλινον. Vrat. A. βέλος. e glossa. οὐδ' ὑπέμεινε. ὑπόμεινε vitium est Ald. 2. non lectio.

816. Πάτροκλος δὲ θεοῦ. Versus omissus in Vrat. d. sed scribentis vitio ex iterato Πάτροκλος.

819. ἂψ ἀναχαζόμενον, βεβλημένον ὀξέϊ χαλκῷ. ⊱ Scholion iterum spectauit ad βεβλημένον. cf. ad 807.

820. ἀγχίμολόν ῥά οἱ ἦλθε. In Vrat. d. et vno Vindob. ἀ. δέ οἱ. De οὖτα vltima breui in verbis: οὖτα δὲ δουρὶ, v. sup. ad Δ, 319. N, 192.

821. διαπρὸ vna voce et h. l. Rom. al. pro διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε. vt sup. 309 et passim.

822. ⊱ ἡ διπλῆ, ὅτι ἐκ τῶν τοιούτων ἀπεκδέξαντο (leg. ἀπεδέξαντο) οἱ γλωσσογράφοι τὸ δουπῆσαι, ἓν ἀνθ' ἑνὸς, (alieno loco hoc positum) ἀντὶ τοῦ ἀποθανεῖν. ἀγνοοῦσι δὲ, ὅτι οὐκ ἐπὶ παντὸς θανάτου τάσσει τὴν λέξιν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐν πολέμῳ πυκτευόντων (pro πιπτόντων?) διὰ τὸν παρακολουθοῦντα φόβον (leg. ψόφον) ἐκ τῶν ὅπλον Sch. A. Partem agnoscit Apollon. Lex. δουπῆσαι. ψοφῆσαι. ἐκ δὲ τοῦ παρακολουθοῦντος, ἀποθανεῖν πεσόντα ἐν πολέμῳ. ὅθεν καὶ τὸ, δεδουπότος Οἰδιπόδαο (Jl. Ψ, 679) ἀκούει ὁ Ἀρίσταρχος, ἐν πολέμῳ ἀνῃρημένου. Similia Etymol. in δοῦπος. Eustath. ad Od. M, 443. Vox iam saepe occurrerat; statim Δ, 504. Mirum itaque, nunc demum ad h. l. a grammatico hoc memorari. Scilicet fuere grammatici, qui singulos libros commentariis illustrarent non totum carmen.

ἤκαχεν. ἐλύπησε Sch. br. Apollon. Lex. Hesych. Ex ἄχω. ἀκάχω. Iam vidimus sup. Π, 16. Θ, 207. N, 344.

823. ὡς δ' ὅτε σῦν ἀκάμαντα. ἰσχυρὸν Sch. B. ἰσχυρὸν, μέγαν, Sch. br. scil. quatenus οὐ κάμνει, *viribus non deficit, adeoque, non vincitur*, ἀκαταπόνητος. ἀκοπίαστον reddit Apollon. Lex. vbi ἠέλιον ἀκάμαντα, Jl. Σ, 239 illustrat. Aprorum et leonum pugnam in Herculis clipeo memorat expressum Hesiod. 168 sqq. quod iam Koeppen notauit.

824. ὤτ' ὄρεος. iam editum erat in Rom. idemque exhibent Ven. Lips. Harl. Townl. Vrat. b. d. A. Mosc. 2. vn. Vindob. Vulgg. τώ τ' ὄρεος.

825. ἐθέλουσι δὲ πιέμεν ἄμφω. πιέμεν ex Rom. emendatum sicque libri. At πινέμεν edd. Flor. Aldd. cum binis Vindob. πίδακος ἀμφ' ὀλίγης. postrema vox non temere adiecta est; quia non sufficit siti amborum exstinguendae.

827. ὡς πολέας πέφνοντα Μενοιτίου ἄλκιμον υἱόν. „πέφνοντα. ita et Aristarchus ediderat, at Tyrannio πεφνόντα. vt sit Aoristus.“ Nimirum sententia postulat tempus praeteritum; Hector interimit Patroclum *qui* iam *interfecerat*. Sic et scripserat Tyrannio καταπεφνὼν, at Aristarchus καταπέφνων, Jl. P, 539 κῆρ ἄχεος μεθέηκα, χερείονά περ καταπέφνων. Longa est disputatio Schol. A. qui Tyrannioni accedit. At alii πέφνων exceperunt regula, et pro Aoristo quidem habuere, πέφνων tamen, non πεφνὼν, scripsere; etsi ἐλθὼν in contrarium laudari possit; v. Etymol. in βαλών et in ἔπεφνεν s. ἔπεφνον. (atqui ἐλθὼν est ex ἤλυθον, ἐλυθών. ita debuisset esse ἐπέφενον. πεφενὼν, πεφνών.) In tam grauibus rebus scilicet occupatum esse necesse est, si semel in grammaticam descendas! At mihi notabile visum hoc, quod iam Aristarchi, nec modo Tyrannionis, aetate de Aoristis, diuersa pronuntiatione discernendis, actum est.

828. Ἕκτωρ Πριαμίδης — Scholion excidit; puto cum respectu ad sup. 807: σχεδόθεν βάλε. vt h. l. σχεδὸν ἔγχει θυμὸν ἀπηύρα.

829. καί οἱ ἐπευχόμενος ἔπεα πτερόεντα προςηύδα e Ven, receptum, assentientibus Lipſ. Barocc. Cant. Mori. Vrat. b. Mosc. 2. vn. Vindob. Antea editum πτερόεντ' ἀγόρευε.

830. πόλιν κεραϊζέμεν ἀμήν. H. Stephanus intulerat ἁμὴν, quod alii habent, ipse Ven. At probabilior altera ratio; Aeoles enim, h. e. antiquiores, asperum recusasse aiunt. cf. ad Z, 414. ἀμῖν Cant. ἄμμιν Harl.

831. ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας iam Z, 455 lectum.

834. τάων δὲ πρόσθ' Ἕκτορος ὠκέες ἵπποι ποσσὶν ὀρωρέχαται πολεμίζειν. „ὀρωρέχαται ποσὶν ἵπποι. Sch. br. ἐκτείνονται τρέχοντες, ὁρμῶντες. Sch. B. ὁρμῶνται ἢ ἐκτέτανται. Vt: τανύοντο δὲ μώνυχες ἵπποι sup. Π, 375. De voce ὀρέγεσθαι, *extendere se* v. ad Δ, 307. cf. Λ, 26 vbi serpentes ὀρωρέχατο προτὶ δειρήν. Occurrit in Hesychio ὀρωρέχατο et ὀρωρέχαται et cum his ἐπωρορέχαται, ἐπικεκλιμέναι ἦσαν. vnde Bentleius: „an legerat πόσσ' ἐπορωρέχαται? vix puto.

De τάων δὲ πρόσθ' Koeppen monet, non esse *pro matronis;* sed proprio sensu esse accipiendum *stantes ante eas:* vt N, 440. *ne tu ad eas peruenias.* re scilicet ad oculorum sensum reuocata. quod nos dicimus, *ego eas tueor.*

836. ὅς σφιν ἀμύνω ἦμαρ ἀναγκαῖον. sermone antiquo ἦμαρ pro conditione vt 832 et al. et ἀνάγκη de seruitute. δοῦλοι ἀναγκαῖοι Od. Ω, 209. Hesych. ἦμαρ ἀναγκαῖον. τὴν εἰς ἀνάγκην δουλείας ἄγουσαν — Sch. B. τὸ εἰς ἀνάγκην ἀγῶνος (leg. ἄγον) ὃ καὶ δούλιον ἦμαρ. Amplexi sunt hoc Tragici. ἀνάγκη de herili imperio iam vidimus Z, 458 κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη.

ἔδονται pro futuro. ἔδωνται habet Eustath. Dictum autem barbaro more σὲ δ' ἐνθάδε γῦπες ἔδονται pro σὺ ἐνθάδε κείσῃ.

837. οὐδέ τοι χραίσμησεν. οὐκ ἐβοήθησε. De voce v. ad A, 242. οὔτοι Vrat. d.

838. ὅς πού τοι μάλα πολλὰ μένων ἐπετέλλετ' ἰόντι. ὅς που et 842 ὥς που. οὐ γὰρ εἰδὼς λέγει, ἀλλὰ στοχαζόμενος, ὡς ἐν ἠθοποιΐαις, recte Euftath.

πού σοι. Barocc. Harlei. Vrat. A. Vindobb. edd. Flor. Aldd. Mutatum in πού τοι ex Rom.

ἐπέτελλεν Cant. Harlei. Vrat. A. vn. Vindob. quod vfitatius eft. Occurrit tamen alterum quoque, vt Δ, 301.

839. Πατρόκλεις ἱπποκέλευθε. ἱπποκελευστὰ em. Bentl. et h. l. vide fup. ad Π, 126.

840. νῆας ἀνὰ γλαφυράς, πρίν γ' Ἕκτορος. Sic νῆας ἀνὰ γλ. vulgg. At ἐπὶ Cant. Mori. Harl. Vrat. b. d. A. Mofc. 2. Ipfe Ven. πρὶν Ἕκτορα fine γ' Barocc. Cant. Vrat. b. et d. Mofc. 2. vn. Vindob.

842. ὥς πού σε προςέφη. „οὕτως διὰ τοῦ ε προςέφη." Sch. A. quid igitur aliud fuit lectum? fcil. σοι, quod erat in Flor. emendatum in Ald. 1.

σοὶ δὲ φρένας ἄφρονι πεῖθε. σοὶ δ' οὐ φρ. Harl. Vrat. A. quod Ernefti putabat fenfum defiderare. Verum totum locum animo haud tum tenuiffe videtur, cum hoc pronuntiabat.

843. ὀλιγοδρανέων vidimus iam O, 246.

845. οἵ μ' ἐδάμασσαν. δαμασθῆναι ἐποίησαν Sch. B. οἵ με δάμασσαν e Townl. recepi.

847. Laudat verfum Plutarch. de laude fui p. 541 C. recte nunc Patroclum virum alias moderatum, nunc fortuna iniqua oppreffum μεγαληγορεῖν. Excitat quoque vff. 847. 848. Lucian. Paraf. 47. An vero thrafonica haec τοιοῦτοι δ' εἴπερ μοι, vere ab ipfo Homero profecta fint, cum fententia tam fplendide enuntiata effet fuperiori verfu, iudicet quilibet pro fe.

848. πάντες κ' αὐτόθ' ὄλοντο dedit Venetus, firmatum per Lipf. Townl. Mori. Barocc. Vrat. b. d. Mofc. 2. duo Vindob. Gregor. de dial. p. 189. ed. Flor. Aldd. mutatum in πάντες ἂν ex ed. Rom. Ita et ap. Lucian.

de Parasito c. 46. legebatur; etsi nunc mutatum. *πάντες κ' αὐτίκ'* Cant. Vrat. A.

At quod sequitur *ὄλοντο ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ δαμέντες*, etsi vbique legitur, etiam in Luciano, hiatum habet ab Homero alienum: etsi ille habet h. l. quo excuses, quod in fine Hemistichii, subsistente pronuntiatione, occurrit. Versus hi duo, vna cum binis sequentibus, mihi semper displicuerunt; male enim iuncti sunt et vincti cum antecedentibus: *τοιοῦτοι* sc. *qualis tu es*. Bentl. emendabat *μεῷ*. quod ipse in Homerum infert: non enim in eo occurrit. Possis melius emendare *ὄλωνται ἐμῷ*. vt sup. Θ, 34 *οἵ κεν — ὄλωνται. qui perituri sunt*; non tamen satis commode id fieret post *ἀντεβόλησαν*.

849. *ἀλλά με Μοῖρ' ὀλοὴ* — Versu hoc in omen verso vsus est Brutus ante pugnam ad Philippos: Appian. Civ. IV, 134. Plutarch. in Bruto p. 995. B. Valer. Max. I, 5, 7 versu apposito.

Vs. 849 850. mera sunt repetitio. Et vnde ille norat Euphorbum se vulnerasse. Et tota oratio est ieiuna.

850. *ἀνδρῶν δ' Εὔφορβος· σὺ δέ με τρίτος ἐξεναρίζεις.* „*ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ζητούμενον. τέσσαρας γὰρ προειπὼν*, (Μοῖραν, Apollinem, Euphorbum; potuisset quintum, *Iouem*, ex 845 addere.) *ἐπιφέρει· σὺ δέ με τρίτος*" Sch. A. Multum laborant grammatici et plura afferunt Sch. A. B. br. Eustath. inter quae vnum est, vt refingant: *ἀνδρῶν δ' Εὔφορβος τρίτατος. σὺ δέ μ' ἐξεναρίζεις.* Barnes plura ipse finxit, tanquam in codd. lecta. Simpliciter dicendum erat: Μοῖραν non memorari, quippe quae ipsam mortem fatalem, ipsum commune hominum fatum, quo moriendum est, designat. Etiam obseruari potest, *Fatum* nunc pro *Ioue* 845 memorato poni. „*γρ. σὺ δ' ἐμὲ* Barnes. Saltem hoc praeferam, quia *ἐμὲ* vim habet.

852. *οὔ θην οὐδ' αὐτὸς βέῃ. βέῃ* hic et Ω, 131 pro *βήσῃ* praesens pro futuro a *βέομαι, βάω, βέω, incedo*, vitae instituto vtor, *viuo. ζήσεις. βιώσῃ* Eustath. *βιώσῃ* Schol. Exc. cf. ad O, 194. dicta. *βήῃ* Vrat. A. In Hesych. est *βείῃ. ζήσεις. βιώσεις. βιώσῃ. πορεύσῃ* (vt pro πο-

ρευϑῇ cum viris doctis legere malim.) Fuit puto βέγ. et ſpectat gloſſa ad locum noſtrum.

σῦ ϑην v. ad Θ, (VIII) 448.

854. χερσὶ δαμέντ' Ἀχιλῆος. ζήτημα fuit et hic. v. Sch. A. B. e quibus nonnulla Euſtath. appoſuit, quomodo Patroclus nouerat id, quod futurum erat, vt Hector ab Achille occideretur." (Dicas, facile hoc ex ipſa re praeuideri poterat, vltum iturum eſſe Achillem amici caedem.) At iam veteres agnouerunt in hoc et altero loco de Hectore X, 358. 9. 360 vim vaticinandi animae corporis vinculis iamiam ſoluendae: ὅτι, ὅταν ἀϑροισϑῇ ἡ ψυχὴ ἐξ ὅλου τοῦ σώματος πρὸς τὸ ἐκκριϑῆναι μαντικωτάτη γίνεται, cauſſa ſane parum idonea. Arripuit hoc Plato in quo Socrates: (Apol. S. p. 39 C.) καὶ γάρ εἰμι (ἤδη) ἐνταῦϑα ἐν ᾧ μάλιστα ἄνϑρωποι χρησμῳδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποϑανεῖσϑαι. Interpretati id ſunt Platonici ex eo, quod liberata anima a corpore ϑειοτέρα γίνεται πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀναδραμοῦσα. Verba petita eſſe videntur ex Artemone Mileſio qui laudatur ἐν τῷ περὶ ὀνείρων. v. Artemid. II, 49. Etiam Ariſtoteles notionem diuinae originis animae ex his praeſenſionibus intellectam eſſe aſſeuerauerat: docente Sexto Emp. p. 553.

855 — 858. Verſus hi quatuor iterum leguntur infra de Hectore moriente X, 361 — 4.

856. ψυχὴ δ' ἐκ ῥεϑέων πταμένη Ἄϊδόσδε βεβήκει. ,,quod ῥέϑη Homero ſunt πάντα τὰ μέλη." Schol. A. Eadem obſeruatio, repetita inf. ad X, 68 vbi vide, et ap. Platon. de Rep. III pr. Apollon. Lex. h. v. Heſych. Suidas h. v. et diſertius ap. Etymol. Adde Schol. Lycophr. 173. Scilicet in Tragicis occurrit τὸ ῥέϑος, τὰ ῥέϑη, de ſingulis corporis partibus, vt ſit πρόσωπον, παρειά, τὸ σῶμα, v. Heſych. et Suidam. res illuſtrata a viris doctis ad vtrumque; cf. Toup. ap Suid. To. III p. 134.

Ἄϊδόσδε βεβήκει. εἰς Ἅδου δῶμα. Vrat. A. vn. Vindob. ἄϊδος δ' ἐβεβήκει. Homerus animam, aeris modo attenuatam, in loca infera deferri ait, non in aerem reſolui aut diſſolui, vt interpretati ſunt nonnulli, vt Olym-

piod. ad Phaedon. Plat. ap. Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 80.

857. ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην. Etsi satis compertum non sit, quaenam sit vera lectio, reposui tamen ἀνδροτῆτα, tanquam codicum et grammaticorum lectionem; quod sequendum esse statuo, quoties res ad liquidum perduci nequit: etsi, si vel maxime ea vox vere a poeta profecta sit, eam aut ἀνροτῆτα, aut ἀδροτῆτα pronuntiatam esse persuasum habeo; nam vt ανδρο duarum breuium syllabarum loco haberi posse credam, nemo me adducet. In ἀδροτῆτα maxime inclinat animus pro ἀνδροτῆτα. Sed videamus accuratius.

ἀνδροτῆτα scribunt codd. antiquiores Townl. Lips. Ven. cum aliis minoris auctoritatis, vt codd. Vindob. Vrat. A. et edd. Flor. Aldd. 1. Rom. Porro Schol. B. et Schol. Lips. alii, cum Eustathio, quos statim memorabo, quando de interpretatione quaeretur. Loca, in quibus occurrit vox, sunt tria, ex his duo iisdem verbis, hic Π, 857 et X, 363 tum Ω, 6 Πατρόκλου ποθέων ἀνδροτῆτά τε καὶ μένος ἠΰ. Variat vbique scriptura, nisi quod X, 363 codices omnes, quos noui, in ἀνδροτῆτα consentiunt, in reliquis duobus locis saltem vetustiores. Schol. Ven. A. nihil vsquam monet; At Schol. B. ad nostrum locum: ἀνδροτῆτα δὲ οὐ τὴν ἀνδρεῖαν, ἀλλὰ τὴν ἀνθρωπότητα, τὴν ἀνδρὸς φύσιν. ἀνδρείαν γὰρ οὐ καταλείπει, ἀρετὴν οὖσαν ἰδίαν. Hoc est acute nugari: ipsum adiunctum ἥβη docet, quod ipsa res iubet, esse ἀνδροτῆτα, vim quae animat et vires corpori dat. Partem ex his habet Eustathius. Apollon. Lex. ἀνδροτῆτα. ἀνδρειότητα. Et Schol. br. cum Etymol. ἀνδροτῆτα, ἀνδρείαν. hoc et Hesychius altero loco.

ἀδροτῆτα habent codd. Mori. Cant. et recepit Ald. in ed. sec. scriptum tamen ἀδροτῆτα cum leni; retinuit Turnebus, at Stephanus iterum in marginem reiecit, iterum reuocauit Wolfius. Ducitur ab ἀδρὸς, παχὺς, εὐτραφής, estque ita non male accommodatum Patroclo,

inprimis quia iunctum est cum ἥβη. Hesychius altero loco: ἀδρότης. δύναμις. μέγεθος.

Versus passim laudatur; nihil tamen inde licet colligere, quandoquidem et ibi codices variant. Ap. Aristid. Quint. lib. II. p. 84 ἐς ἀνδρότητα legitur, est tamen ἀδρότητα in cod. Oxon. Apud Platon. de Rep. III pr. ἀνδροτῆτα editur, etiam in edit. pr. Plutarchi de aud. poet. p. 15 C.

Variat quoque tonus in hac voce, quoties versus legitur, in codd. et edd. vt modo ἀνδροτὴς, modo ἀνδρότης sit, eodem modo vt δηϊοτὴς et δηϊότης; quod docent Etymol. et Eustath.

Pro ἀδρότης grauiora sunt argumenta ex re, vt ante dixi, robur et iuuenta, ἀδρότης καὶ ἥβη. etsi dici potest ἀνδροτῆτα poetam pro ἠνορέην dixisse, robur virile. Ab ἀνὴρ est ἀνδρεῖος, vnde ἀνδρειότης. At Homerus voc. ἀνδρεῖος ignorat. Defendit quoque ἀδρότης vir doctus, Payne Knight p. 31. Virgilius *indignationem* animae tribuit ex hoc ipso quod ἥβην relinquebat, an et respectu ad ἀδροτῆτα habito? *vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.*

858. τεθνειῶτα. Sch. A. Aristarchus. τεθνηῶτα. vt ille vbique. Est quoque hoc in ms. Mori. vno Vindob.

860. τίς δ' οἶδ' interpolatum est. Fuit τις ϝοιδ'.

861. Φθήῃ habet Venetus; et cur hoc reuocauerim, dictum ad E, 598. alii Φθήῃ, nec hoc male edd. habent: cf. sup. ad 94. 96 θήῃς. Φθαίῃ Cant. Harl. at Eustathius: Φθαίῃ ἤγουν Φθήῃ. ὁμοίως τῷ σταίῃ, στήῃ. βαίῃ, βήῃ. „γρ. Φθείῃ." Barnes. Φθαίῃ agnoscebat noster sup. K, 368 vt Z, 432 θείῃς, vbi alii θήῃς exhibent.

863. εἴρυσε, λὰξ προσβάς. λὰξ πρόβας Lips. corrupto metro f. προβιβὰς, vt est in Vrat. A. alterum, quod habemus, iam vidimus E, 620.

866. ἵετο γὰρ βαλέειν. versus supra lectus vs. 383.

867. ἵπποι ἄμβροτοι. ἄβροτοι Townl. vn. Vindob.



EXCVRSVS AD LIBRVM XVI (Π)

EXCVRSVS I

de Harpyiis

Π, 150. 151. *τοὺς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ Ἅρπυια Ποδάργη Βοσκομένη λειμῶνι παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο.*

De *Harpyiis* nolo repetere ea, quae ad Apollodorum et ad Virgil. Aen. III. Exc. VII. appoſui; non quaſi rem omnem me ita conſtituiſſe putem, vt nihil magis; verum, quod in liberali hac diſciplina noſtra facere licet cuiuis, vt ea, quae obſeruauerit quaeque ſecundum iſta ipſe ſtatuat, ingenue exponat, eaque cuiusuis alterius iudicio liberali et aequo expendenda relinquat.

Hoc mihi liquido conſtare videtur, primam notionem Harpyiae fuiſſe turbines et procellas vehementiores in perſonam mutatas; eodem modo, quo Typhonem priſcus ſermo progenuit. Attributa iis ſunt conuenienter ea, quae terrorem facere poſſint; ſerius multis modis aucta et variata. Hoc loco vna, *Podarge*, memoratur; ediderunt duas alii, quarum nomina ſunt Ἀελλὼ et Ὠκυπέτη, naturam turbinum reſpicientia, Heſiod. Theog. 267. Apollod. 1, 2, 6. Quod autem Harpyia in pratis paſci et equos partu edidiſſe narratur: ab antiquo vſu loquendi profectum eſſe poteſt, quo celeritas equorum declararetur, ſi a ventis ac procellis equos prognatos eſſe dicerent; ſi vero tales natales tribuebantur, neceſſe erat, etiam parentes, matrem ſaltem, equina ſpecie fuiſſe credere. An alata fuerit Podarge; ex Homero non apparet; verum ex Heſiodeo loco: *αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται ὠκείῃς πτερύγεσσι, μεταχθόνιαι γὰρ*

ἄλλον. de soleis vtique ei induendis non cogitarunt boni illi viri. Cum sint in eodem Hesiodo ἠΰκομοι, credere licet, feminarum speciem eas habuisse; in Homero non aeque hoc apparet; at κοῦραι sunt in Od. Υ, 77. sed ibi diuersa est species earum quam h. l.; non pascuntur, sed volant et Pandarei puellas rapiunt; eaedem paullo ante v. 66 appellatae puellae. Annon patet vel hoc exemplo, genus hoc mythorum, quod poetico ornatui inseruit, ex prisco more loquendi, quem symbolicum appellare licet, cum notiones per rerum formas efferunt, diuersum esse ab iis mythis qui antiqua fama accepti erant?

Cum tam foeda et ad ipsum sensum abominanda narratio sit, loco nostro, Podargen equam a Zephyro esse furto oppressam: Koeppen ingeniose suspicabatur cum Ventos equis vehi solitos legamus, Zephyrum vsum esse Harpyiis equis, vt Sol, Eos, Lucifer, equis feruntur; et ipse Zephyrus ap. Eurip. Phoen. 220. et Eurus ap. Horatium. Ita dicendum foret, vs. 150 Ζεφύρῳ ἔτεκε, *in Zephyri gratiam* equa peperit, tanquam domini. Sed hoc est nimis argutum, et refellitur vsu loquendi in τεκεῖν τινι. Habet potius locum hoc, Zephyrum in equum mutatum Podargen compressisse: vti alio loco, Il. Υ, 223. 4. Erichthonii equas.

Tandem ad Oceanum Podarge equa pascebatur: hoc est ad Occidentem: quod nullam aliam caussam habuisse videtur, quam quod a priscis hominibus in his terrae finibus, sub Noctis et Inferorum confinia monstra fere collocari solebant, vt passim notatum est ad Apollodorum et Virgilium. v. c. Hesiod. Theog. 274 sq. Hesperides. Seriores credidere, ad opinionem respici, qua putarunt equas e Zephyri flatu concipere, quia eum ore hiante excipiunt aestuantes; qua de re v. Virgil. Ge. III, 270. sq.

Quod ad Achillis equos attinet, eos a Neptuno Peleus acceperat, inf. Π, 381. Ψ, 277 sq. Apollod. III, 13, 5. Achille caeso lacrimati sunt et avolare voluere ad

patrium ſolum, ὑπὲρ Ὠκεανοῖο ῥοὰς καὶ Τηθύος ἄντρα, verum ſeruati ſunt Neoptolemo: Quintus III, 740 — 762 cum eo autem in Elyſium abierunt.

EXCVRSVS II

de Iouis Dodonaei religione ſecundum Homerum eiusque Interpretes veteres.

Π, 233. 4. 5. Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων, Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου· ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι.

Multa de oraculo Iouis Dodonaeo disputata ſunt, inprimis ſecundum fragmentum Stephani Byz. a Iac. Gronouio editum et illuſtratum, iuſtis quoque commentationibus, in his ab elegante et docto ſcriptore des Broſſes. (*Mémoires de l'Acad. des Inſcr.* To. XXXV.) Nos tantum Homerica curamus. Ex his diſcimus haec: Iouem Dodonaeum ad religiones Pelasgorum ſpectaſſe, ſacra curaſſe Sellos, homines auſtero vitae genere vſos.

Grammatici A. B. (e quibus partes excerptae extant in Schol. br. Schol. Lipſ. Victor. Leidenſ. ap. Valken. ad Ammon. p. 246 et Diſſ. de Scholiis p. 124 ſq. add. Euſtath. Primo tamen loco antiquiores hiſtorias collegit Strabo VII, p. 504.) obſeruant haec: in Hyperboreis ſitam eſſe Dodonam et duas fuiſſe eo nomine vrbes: „Δωδωναῖε· ἐν χώρῳ τῷ Ὑπερβορέῳ, τῇ Δωδώνῃ, τιμώμενε.“ Sane non niſi aetate antiquiſſima Epirus pro regione Hyperborea haberi potuit, quando omnes ad boream Graeciae ſitas vrbes eo nomine appellabant. „Δωδῶναι δὲ δύο· ἡ μὲν Θεσσαλίας, ἡ δὲ Μολοσσίας.“ Ex Stephano Byz. diſco, Philoxenum ita tradidiſſe: Φιλόξενος, ὁ τὴν Ὀδύσσειαν ὑπομνηματίζων. ſcilicet ad Odyſſ. Ξ, 327. 8. et Τ, 296. 7. Moloſſiae debuit haberi Dodona noſtra Epiri: quae igitur eſſe potuit altera Theſſaliae?

Sane priſcis temporibus nulla fuit Epiri et Theſſaliae disiunctio; inter populos e Theſſalia ductos vidimus in Recenſu lib. II, 750 etiam Dodonaeos; erat igitur Dodona tum Theſſalicis locis accenſa; v. Obſſ. ad e. l. Pelasgici populi habitabant diſperſi nec ſemper iisdem ſedibus, Moloſſi quidem in montibus ad occidentem: itaque eadem Dodona in Moloſſia ſita; eoque modo ex vna Dodona a ſerioribus fingi potuere Dodonae duae, alia Theſſaliae, alia Moloſſiae. Adoptarunt tamen hoc duplicis Dodonae commentum alii, vt Dodonam noſtram Theſſaliae vrbem haberent, (cf. Stephan. Byz. p. 320) cum alioqui mirum videretur, numen peregrinum Epiri a Theſſalo homine appellari. Ipſe Apollon. Lex. Δωδωναῖε· ἐπιθετικῶς ὁ Ζεὺς ἀπὸ Δωδώνης τῆς ἐν Θεσσαλίᾳ, ἐν ᾗ ἱερὸν αὐτοῦ. Theſſaliae quoque nomen latere ſuſpicor in corruptela apud Stephan. Byz. „eſſe et aliam Dodonam ἐν Ἰταλίᾳ. immo ἐν Θετταλίᾳ. Inter eos, qui huic errori obuiam iuerunt, fuerat *Epaphroditus*, ἐν τῷ Π τῆς Ἰλιάδος apud Stephan. Byz. in Δωδώνη, vbi ſequitur: ἐπικέκληκε δὲ Ἀχιλλεὺς τὸν ἐν Θεσσαλίᾳ γειτνιῶντα θεόν. Expunge ἐν. voluit dicere deum, cuius templum in vicinia Theſſaliae eſſet: ὡς καὶ ὁ Πάνδαρος (non Πίνδαρος) εὔχεται τῷ Λυκηγενεῖ, καὶ ὁ Χρύσης τῷ Σμινθεῖ. Pandarum reſpicit precantem ſup. Δ, 101. Fuit Epaphroditi ὑπόμνημα τῆς Ἰλιάδος. Apud Etymol. in Γάργαρος laudatur Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήματι Θ' Ἰλιάδος.

Sequitur in Schol. A. τινὲς δὲ, Δωδώνην τὴν γῆν, παρόσον πάντα δίδωσιν. ineptum acumen grammaticum, Dodonam dictam eſſe ἀπὸ τοῦ διδόναι. in quod iam Apollodorum incidiſſe diſco e Stephano Byz. ὅτι δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθά. Πελασγικὸν δὲ, ὅτι γῆς πέλας ἐστί. in Fragm. p. 1043. Alii iunxerant ἀναδωδωναῖε, παρὰ τὴν ἀνάδοσιν τῶν ἀγαθῶν. Nugae hae auctorem habuere Cleanthem, vt Plutarch. de aud. poet. p. 31 E. docere poteſt ἀλλὰ τὴν μὲν Κλεάνθους παιδιὰν παραιτεῖσθαι δεῖ· κατειρωνεύεται γὰρ ἔστιν ὅτε, προσποιούμενος ἐξηγεῖσθαι τό· Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων· καὶ τὸ Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε. κελεύων

ἀναγινώσκειν ὑφ' ἕν, ὡς τὸν ἐκ τῆς γῆς ἀναθυμιώμενον ἀέρα διὰ τὴν ἀνάδοσιν Ἀναδωδωναῖον ὄντα. Fuere qui Iovem Dodonaeum etiam νάϊον dictum afsererent: ὁ δὲ Δωδωναῖος καὶ νάϊος. ὑδρηλὰ γὰρ τὰ ἐκεῖ χωρία. de quo multa disputat Valken. de Scholiis p. 126 etsi non intelligo, vnde sic Δωδω natum credere potuerint; sed natus, puto, error ex scriptura lacunosa . . . ναιον, quam alii inutili doctrina exornarunt; certe ad Homerum ea nihil faciunt. Appellatus quoque est *Bodonaeus*, et ita scriptum h. l. οἱ δὲ γράφουσι Βωδωναῖε. ex antiqua, puta, pronuntiatione, Aeolum aiunt, vt Δελφοὺς dixere Βελφούς. at in Scholiis additur: πόλις γὰρ Θεσσαλίας ἡ Βώδων, οὗ τιμᾶται Ζεύς. Est haec vrbs Βωδώνη, quam ex Apollodoro memorat Stephan. Byz. Vocarunt eam tanquam in subsidium grammatici ex eorum numero, qui Achillem Thessalum malebant numen patrium inuocare, quam peregrinum; cum non viderent, etiam Dodonam, nunc Epiri, tum Thessaliae, populos autem Pelasgicos communi stirpe iunctos fuisse.

Excidit haud dubie e Scholiis commentum Zenodoti qui Ζεῦ ἄνα Φηγωναῖε legerat; seruatum illud a Stephano Byz. Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖε, ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον Φηγὸς ἐμαντεύετο· putes potius ductum nomen ἀπὸ τοῦ ναίειν ἐν Φηγῷ. Additur ibid. eo nomine Iouis templum in Thessalia a Suida, rerum Thessalicarum auctore tradi. et Cineas memorauerat, vrbem Thessaliae fuisse Phegum (Φηγὸν) et inde Iouis oraculum in Epirum translatum esse. Locus de oraculo in Strabon. lib. VII extr. interiit, at ex Suida idem τὰ μυθευόμενα apposuit: ex quibus ipsis fabulose narratis apparet, omnino ea, quae de oraculo Dodonaeo, tanquam ex prisca fama, narrata legimus, ad antiquissima tempora referenda esse; mature enim eius auctoritas intercidit.

Πελασγικέ. Pelasgicum Iouem Dodonaeum appellari, expeditum per se est, quod constat, Pelasgos Dodonam condidisse; v. Herodot. II, 52. Strab. VII, p. 504. 5. fuere enim ea ex gente Thesproti, Chaones et ceteri populi

qui haec loca inhabitarunt. Iisdem locis circa Dodonam et Acheloum fluuium antiqua fuit *Graecia*, in qua Pelasgica ſtirpe orta gens *Graeci*, Γραικοί, primum innotuit, auctore Ariſtotele Meteorol. I, 14. Ex iis fuere *Selli* de quibus paullo poſt memorabo. At qui Theſſalicam hanc Iouis religionem eſſe voluerant, quia Achilles ex Theſſalia oriundus fuit, ad Pelasgos Theſſaliae appellationem hanc Iouis in Homero referre maluere: Πελασγία γὰρ πρότερον ἡ Θεσσαλία ἐκαλεῖτο, ἐξ οὗ καὶ Πελασγικός, ὡς ὑπὸ Πελασγῶν τιμώμενος. (recte ſic Schol. br. nam ſunt corrupta in Schol. Ven. et Leid. et pro ἐξ ου καὶ Πελασγικὸς eſt ἐξ οὗ θαυμαστός) ἐπεὶ Πελασγοὶ κατῴκησαν τὴν Δωδώνην, ἐκβληθέντες [ἀπὸ Βοιωτίας] παρὰ Αἰολέων ἐξ Ἄρνης τῆς Φθιώτιδος. ἡ μέντοι πόλις, Πελασγία. Deſiderant haec interpretem. Aeoli ſtirps tenebat Theſſaliae partem, in qua Arne erat, a Boeoto condita, vnde Boeoti dicti qui vrbem inhabitarunt; recepti ab iis Cadmei Thebis profugi vna cum ipſis habitarunt. Annis poſt Troiam captam LX hi Boeoti cum Cadmeis eiecti ſedibus a Theſſalis in Boeotiam conceſſerunt, quae ab iis Boeotiae nomen accepit: Diodor. IV, 67. XIX, 53. Strabo IX p. 616 A. cf. ſup. ad B, 494. 507. p. 292 et 300. Itaque ab Aeolibus, tum, cum Arnen occuparent, Pelasgi ſedibus ſuis in Theſſalia eiecti, conceſſerant Dodonam. Iam verba ἀπὸ Βοιωτίας, male illatum gloſſema, eſſe delendum apparet; forte etiam vltima ἡ μέντοι πόλις, Πελασγία. Quod igitur ad epitheton Iouis Dodonaei attinet, quatenus Pelasgicus dictus eſt, potuit id recte et ab iis, qui Dodonam condiderunt, et ab antiquioribus eorum ſedibus ductum eſſe, cum Theſſalia a variis Pelasgica ſtirpe oriundis populis, permixtis Thracicis gentibus, teneretur, inter quos poſthaec Hellenica ſtirps inclaruit. Manſere Pelasgi et nomen Pelasgicum multis in locis Theſſaliae; fuit regio Pelasgiotis, et regio circa Scotuſſam Pelasgia dicta, in qua templum Iouis fuiſſe, e quo religio Iouis Dodonam translata fuerit, Suidas tradiderat ap. Strabon. VII p. 506 C.

Legerant alii in Homero Πελαργικὲ, esse enim intra septum templi Dodonaei collem candidum λόφον λευκὸν, (ἀργὸν,) appellatum *Pelargicum*.

Tandem fuere qui legerent Πελαστικὲ, οὗ πέλας ἐστὶν ὁ ἀήρ. Ζεὺς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ κόσμου ψυχή. ἀερώδης οὖσα. Ineptientes hi seu grammatici seu philosophi opposita esse voluere πελαστικὸς et τηλόθι ναίων. Enimuero hoc adiectum τηλόθι ναίων ab Achille dictum respectu Troiae longe a Dodona dissitae.

Antiqua, pergunt Scholia A et B. fuit fabula, Deucalionem consuluisse deum: πελειάδος δὲ χρησμὸν αὐτῷ δούσης, κατοικίζει τὸν τόπον collectis iis qui e diluuio seruati fuerant (quod alii ad Delphos reuocarunt) et terram appellauit *Dodonam* ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ Δωδώνης, μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων. Sane Oceanides cum Oceano ad antiquiores fabulas spectarunt. ἡ ἱστορία παρὰ Θρασυβούλῳ καὶ Ἀκεστοδώρῳ. *Thrasybulum* et *Acestodorum* auctores τῶν μυθικῶν fuisse apparet; alter quidem hic, idem fuisse videri posset, qui *Acestorides* auctor τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν λόγοι δ' diserte ap. Photium Cod. 189 memoratus est. Fuisse tamen quoque *Acestodorum*, dubitari nequit: cum et sic legatur in Etymol. in quo hoc Scholion est exscriptum, et in Schol. Sophol. Oed. Col. 1108 (Br. 1051. vbi Ακεσίδωρος corrig.) tum in Μεγαλήπολις apud Stephan. Byz. Ἀκεστόδωρος ὁ περὶ πόλεων συγγεγραφώς. Qui autem haec in Scholiis scripserat non ipse eos scriptores inspexerat, sed memorata sunt illa ex *Epaphrodito*, quod ex Steph. Byz. intelligitur: ὠνόμασται δὲ (Dodona) κατὰ Θρασύβουλον ὡς Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' αἴτιον — quod dudum Bentl. ad Callimachi fragm. p. 424 mutauit in τὸ β' Αἰτίων. nam in Αἴτια Callimachi commentatus erat Epaphroditus, docente Schol. Aeschyli Eumen. 2. De illo homine v. Kuster. ad Suidam in Ἐπαφρόδιτος. Ex Stephano l. c. patet quoque minus accurate in Scholiis et Etymol. ea, quae superius memorata sunt esse adscripta; habent enim illa se sic; ὠνόμασται δὲ κατὰ Θρασύβουλον — ἀπὸ Δω-

δώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων νυμφῶν. Ἀκεστόδωρος δὲ (λέγει ὠνομάσθαι) ἀπὸ Δωδώνου (f. Δώδωνος) τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης. ad quem locum v. Not. Ibidem p. 321 a *Dodone fluvio* nomen ductum erat apud Herodianum ἐν τῷ ᾱ τῆς καθόλου. Subiiciuntur alia, in Schol. B. quae ad Homerica tempora non ſpectant: de oraculis per lebetes datis, (nam hoc ſerioris aetatis eſt) ex *Demone* et Ariſtotele. Μενέδημος ap. Steph. Byz. memoratur. Sed ſcriptor nomine Δήμων laudatur et alibi Sch. br. Od. Υ, 301. de Sardis. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Δήμωνι. (In verbis Sch. B. ὡς διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεσθαι τῆς ψυχῆς τὴν περίοδον leg. τῆς ἠχῆς.) Mature etiam hunc per lebetes oraculi edendi morem exoleuiſſe, hinc colligas, quod fama tam incerta traduntur omnia ap. Stephan Byz. e Menedemo, Polemone, et, qui eum exſcripſerat, ab Ariſtide et (Lucillo) Tarrhaeo. De duabus mulieribus fatidicis, dictae erant Πελειάδες, Herodotus videndus eſt lib. II, 52. ab iis recepta erat Dione, Iouis σύνναος, ap. Strabon. p. 506 C. de qua cf. Iac. Gronov. ad Fragm. Steph. pr. Earum loco Homerus ὑποφήτας memorat: vt iam tum religionem priſcam mutatam fuiſſe intelligas, cum pro feminis memorentur ὑποφῆται· niſi hi iſtarum interpretes fuerunt. At quercum idem norat: Od. Ξ, 327. 328. Eſt hoc τὸ χρηστήριον τὸ ναῖον ἐν πυθμένι φηγοῦ in fragm. Heſiodi ap. Schol. Sophocl. Trach. 1082. Ducta forte haec a feritate hominum cauis quercuum truncis pro tectis vtentium; ſpectant haec omnia ad aetatem Pelasgorum antiquiſſimam.

Curam oraculi habuere Selli inter alios Pelasgicos populos ea loca incolentes. Ap. Euſtath. p. 1057, 46. ex antiquo ſcriptore recitantur verba: Παίοσιν ὅμοροι Σελλοὶ καὶ Δόλοπες περὶ Δωδώνην μέχρις Ἀχελώου. Ex Sellorum medio fuere antiſtites ſacrorum, ὑποφῆται, iidem ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι. Mature eorum memoriam intercidiſſe, ex eo patet, quod de iis et de oraculo, quamdiu praefuerunt, nil niſi coniectando tradendum habuerunt veteres, quos grammatici conſuluerant, in quibus erat *Andron* ἐν ἱστορίαις (incertum quis ille inter

plures ap. Voss. de hist. gr. fuerit) et Alexander Pleuronius apud Schol. A. ad vs. 235. et Schol. br. Selleentem fluuium ab iis dictum, alii a fluuio Sellos, ariolati erant ap. Apollon. Lex. Adiacebat mons *Tomarus* seu Tmarus, a quo qui norant antistites templi, τοὺς ὑποφήτας Διός, dictos Τομούρους, olim scripserant in Od. Π, 403 Διὸς μεγάλοιο τομοῦροι, vbi nunc θέμιστες legitur: v. Strabon. VII. p. 508. Iidem *Selli* ab aliis traditi sunt vero nomine dicti esse *Helli*: v. Obss. ad vs. 234. Reliqua, quae de iis tenemus, sunt pauca haec; hi Selli, Σελλοί, dicti quoque Ἑλλοί, esse debuere tribus seu gens, stirpis Pelasgicae; ei peculiaris fuit sacrorum cura; vitae genus et institutum affectarunt abhorrens a communi vsu, vitae monachorum mendicantium haud absimile, cum sine vitae cultu viuerent, nec corpus abluerent, et humi cubarent. Ita inter barbaros non modo, sed inter ipsas feras gentes intellectum est, eos, qui auctoritatem apud multitudinem consequi vellent, externa specie, vitae cultu austeriore, abstinentia et continentia, oculos hominum in se conuertere et mirationem facere debere. Haec sunt, quae ex ipso poeta assequimur. Omnia alia inter ariolationes scriptorum referenda sunt. Vnum est paullo notabilius; quod ex Alexandro Pleuronio narratur: Hellos fuisse populum Tyrrhenicum et patrio more deum ita coluisse. Fuere autem Tyrrheni e Pelasgicis, confusi a veteribus cum Tyrrhenis Etruscis: vt declaratum a me diligentius in Commentatione de Castoris epochis (*Nov. Commentar. Soc. Gotting. T. I.* p. 80 sq.).

Oraculo cum tota Epiro exitium attulere bellorum calamitates. Dodona vastata fuit Ol. CXL, 1. a. C. 220. ab Aetolis in bello Sociali; v. Polyb. IV, 67, 3. Diodor. Exc. p. 568. Insequuta est altera vastities a Romanis Perseo victo facta, Epiri vrbibus LXX, quas videbant sine praesidiis numerosis in potestate se tenere non posse, vna die euersis Liv. XLV, 34. Quercus excisa a latrone Illyrio: Seruius ad Aen. III, 466.

IN LIBRVM XVII. (Ρ) ILIADIS

VARIAE LECTIONES

ET OBSERVATIONES

1. Οὐδ' ἔλαθ' Ἀτρέος υἱόν. Laborant grammatici in caussa reperienda, cur Menelaus potissimum Patrocli curam habeat, in Sch. A. B. Atqui simplicissimum erat, Menelaum reputare, Patroclum sui demerendi caussa ad Troiam venisse et nunc occubuisse; vnde inf. 556 Σοὶ μὲν δὴ, Μενέλαε, κατηφείη καὶ ὄνειδος ἔσσεται etc.

οὐκ ἔλαθ' vn. Vindob. Harl. Ἀτρέως quod et ipsum ferri potest. Clarke laudat B, 811.

Ceterum in hac rhapsodia iterum vtor codicis Mosc. fragmento: cum Scholiis: quae prorsus conueniunt cum Scholiis Ven. B. nolui itaque memoratis ex hoc Scholiis iterum iterumque subiicere nomen Schol. Mosc.

2. ⊱ Τρωσὶ δαμείς, dubitatur sitne pro ὑπὸ Τρώων δαμασθείς, vt sit idem, ac ἐν Τρώων δηϊοτῆτι, μάχῃ. aut vt Τρῶες sint *Hector et Euphorbus;* an ἐν Τρωσί, *in Troianorum strage, inter Troianorum caedes.* Sane verum prius est; sicque Sch. br.

4. ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ βαῖν', ὥς τις περὶ πόρτακι μήτηρ. ⊱ „πόρταξ δὲ καὶ πόρτις, τὰ νέα τῶν βοῶν ἔκγονα, διὰ τὸ σκιρτητικὰ εἶναι (scil. a πορεῖν ductum esse voluere: παρὰ τὸ ἄρτι εἰς πορείαν καὶ νομὴν ἔρχεσθαι. v. Etymol. h. v.) τὸ δὲ αὐτὸ πόρτις καὶ πόρις Sch. A. Laudat ad vltima Sch. A. Od. K, 410. πόριας. Apollon. Lex. πόρτις. ἣν δάμαλιν καλοῦμεν· λέγει δὲ αὐτὴν καὶ πόρτακιν. adscripto versu hoc. λέγονται δὲ καὶ πόριες· vbi cf. Not. Admiscet alia Hesych. add. Eustath. qui bene censet πόρις primitiuum esse.

μήτηρ autem cum affectu positum pro ἡ βοῦς.

ἀμφὶ δ' ἄρ' — „ἄρ' vt par erat Clarke.“ Est pro δή.

5. πρωτοτόκος, κινυρὴ, οὐ πρὶν εἰδυῖα. τόκοιο. Dictum ὑφ ἓν volunt A. B. πρωτοτόκος κινυρή. Est κινυρὴ οἰκτρόφωνος. κινυρὴ, οἰκτρά. Apollon. Lex. h. v. Monent quoque grammatici de accentu in πρωτοτόκος, ἡ πρώτως γεννήσασα.“ Ceterum in h. v. exemplum habes iterum interpretamenti epitheto adiecti. v. ad Θ, 527.

7. πρόσθε δέ οἱ δόρυ ἔσχε. — „quod οἱ pro οὗ positum; quod Zenodotus quoque habuit: πρόσθε δὲ οὗ. male, addit Schol. A. non tam male, per se. Scilicet, ex vsu Homerico tertius casus est sollennis: ἔσχεν οἱ δόρυ πρόσθε. Occurrit tamen nec minus frequenter secundus casus, qui refertur ad πρόσθεν. — δόρα τ' Ald. 2. et hinc alii δόρατ' etiam codd. vitiose.

πάντοσ' ἐΐσην. Townl. Lips. πάντοσε ἴσην. perpetua variatione.

8. τὸν κτάμεναι μεμαὼς, ὅστις τοῦ γ' ἀντίος ἔλθοι. „τοῦγε. Menelai an Patrocli, dubitant Schol. A. et B. quod mireris; nam est haud dubie Patrocli. Etiam Bentl. scribit: ὅστις ἕο γ' (ϝεο γ') vt ad Menelaum referatur. Idem ἀντίον praeferebat, e Vat. Harl. adde Vrat. b. d. sicque inf. 67. 69. dictum occurrit. At nec minus ἀντίος vs. 31. 257. Eadem varietas aliis in locis.

ἔλθῃ Cant. Lips. Vrat. b. d.

9. Πάνθου υἱὸς ἐϋμμελίης. de hac voce v. ad Δ, 165. Ζ, 449. ἐϋμμελίας vn. Vindob.

10. ἄγχι δ' ἄρ' αὐτοῦ. „δ' ἄρ' proinde“ Clarke.

13. ἔα δ' ἔναρα. Bodlei. ἐᾶν.

14. οὐ γάρ τις πρότερος Τρώων κλειτῶν τ' ἐπικούρων. Schol. A. πρότερος scil. ἐμοῦ. πρῶτον. Pro κλειτῶν Harlei. κλητῶν. Aliis tamen locis sine variatione legitur, vt Λ, 220. Malim tamen κλητῶν, vt πολύκλητοι, Δ, 438 Κ, 420 ad quem locum vide. τηλέκλητοι ἐπίκουροι. v. ad Ε, 491.

15. Πάτροκλον βάλε δουρί. ⸖ (f. ⸖) quod Patroclus βέβληται ab Euphorbo; non οὔτασται; vt Zenodotus fcribebat: σχεδὸν οὔτασε Δάρδανος ἀνήρ. (pro σχεδόθεν βάλε Π, 807.)

16. τῷ με ἔα κλέος ἐσθλὸν. haud dubie vitiofum eft caput verfus: τῷ με ἔα. fuit τῷ μ' ἐάᾳ. fup. Θ, 414 οὐκ ἐάᾳ Κρονίδης. Bentl. adfcripferat: τῷ ἔμ' ἔα.

17. μή σε βάλω, ἀπὸ δὲ μελιηδέα θυμὸν ἕλωμαι. Lipf. βαλών. fubint. φυλασσόμενος, μή. Vel noua fententia: φυλάσσου, μή σε βάλω.

19. Ζεῦ πάτερ, οὐ μὲν καλὸν — Multis verbis docet Schol. B. πολυκίνητον effe λόγον, h. e. multorum affectuum. Sane quidem. Eft tamen oratio indignantis de fuperbia et confidentia Panthoidarum. Poteft Ζεῦ πάτερ quoque affeuerationis loco accipi, pro νὴ τὸν Δία, οὐ καλόν. indignum, intolerabile eft. Effe haec γνωμικῶς dicta, obferuat Euftathius, et accepit ὑπέρβιόν τινα ἄνδρα εὐχετάασθαι. Melius pro aduerbio dictum accipit Apollon. Lex. ὑπέρβιον. ὑπεράγοντα κατὰ τὴν βίαν. (ap. Hefych. τῇ βίᾳ) ἐνίοτε καὶ ἐπιῤῥηματικῶς, ἀντὶ τοῦ ὑπερβίως. Laudatur Od. Ξ, 95.

20. οὔτ' οὖν πορδάλιος. „πορδάλιος. Schol. A. διὰ τοῦ α αἱ 'Αριστάρχου. Et eft παρδάλιος in Schol. br. Vita Hom. in Townl. Vrat. A. vn. Vindob. et in edd. Flor. Aldd. mutauit Turnebus ex ed. Rom. πορδάλιος, quod Venetus firmat: et ratio probat fupra memorata ad Γ, 17. Diferte discernitur πόρδαλις mas et πάρδαλις femina in Hefychio.

21. οὔτε συὸς κάπρου. In vita Homer. κάπρου τ'.

22. οὗ τε μέγιστος θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι περὶ σθένει βλεμεαίνει. vn. Vindob. οὗ τε μάλιστα. Mira funt in Schol. br. περὶ τὸ ἑαυτοῦ στένος ἐνθουσιωδῶς βλέπει, καὶ μετὰ πολλῆς δυνάμεως. βλεμεαίνειν effe idem quod βρέμειν iam afferui ad Θ, (VIII) 337. σθένεϊ βλεμεαίνειν vidimus et ibi, et I, 237. M, 42. infra P, 135. Noftro loco θυμὸς βλεμεαίνει σθένει, de ira efferuefcente, qua increfcunt vires animi corporisque. Hactenus iratus aper

fremit virtute, σθένει, διὰ σθένεος. Non autem περὶ σθένει iungere licet, ſed aut πέρι eſt, περισσῶς, quod equidem haud improbem, aut περιβλεμεαίνει, περιβρέμει. Pro περὶ Aldus intulerat μέγα, quod et Euſtath. habet, nec ſpernendum illud per ſe, niſi ex aliis locis vt I, 237 petitum eſſet; habet quoque id Euſtath. Cant. Lipſ. iterum expulit H. Stephanus. „γρ. περισθενέσι“ Barnes. vt στήθεσσι περισθενέσι iungatur. acumen ipſius, puto, viri docti. στήθεσφι Vatic. Vereor inter haec, ne vſſ. 21. 22. in quibus gradationem agnoſcunt grammatici, aſſuti ſint a rhapſodis, qui meminerant aliis locis fere leonem cum apro memorari, vt Λ, 293. E, 782. 3. H, 256. 7.

23. ὅσσον Πάνθου υἷες ἐϋμμελίαι Φρονέουσιν. Euphorbus. Polydamas. Hyperenor. Schol. B. Euſtath.

Φρονέουσιν. ἢ Φορέουσιν, ἔχουσιν. Euſtath. Similis gloſſa in cod. Lipſ. Erat Φορέουσι in Vat. in fragm. Moſc. Townl. vn. Vindob. quod eſt ſane expeditius: ὅσον μένος Φορέουσι, pro ἔχουσι. Alterum tamen grauius et poeta epico dignius Φρονέουσι. Enimuero ita viri docti docere debebant, quae ratio ſit grammatica: iungenda ita erunt: οὔτ' οὖν πορδάλιος μένος τόσον, ὅσον Πάνθου υἷες Φρονοῦσι. an ὅσον μένος Φρονοῦσι? hoc in tragico vel lyrico haud offenderet. Homerica ſunt Φρονεῖν εὖ, μέγα, κακὰ, et ſimilia. Praeſtat ergo: πορδάλιος μένος οὐκ ἔστι τόσον, ὅσον Πάνθου υἷες Φρονοῦσι pro, ὅσον μένος ἐστὶ τῶν Πάνθου υἱῶν. Subſtituitur ergo Φρονεῖν, τῷ, μένος ἔχειν.

24. οὐδὲ μὲν οὐδὲ βίη Ὑπερήνορος. At Scholion excidit, quod, ſuſpicor, lectorem remiſit ad Ξ, 516.

25. ἧς ἥβης ἀπόνηθ', ὅτε μ' ὤνατο. Schol. B. „ἀπόνητο, ὄνησιν ἔλαβεν. ὤνατο δὲ, ὠνείδισεν. ὠνόσατο δὲ, ἐμέμψατο.“ Conuenit Herodianus in Philetaero p. 450 ad calc. Moeridis Pierſ. ὠνήμην, διὰ τοῦ η, ἀντὶ τοῦ ὠφελήθην. τὸ δὲ ὠνάμην, ἀντὶ τοῦ ἐμεμψάμην. καὶ ὁ ποιητής· ὅτε μ' ὤνατο, ἀντὶ τοῦ, ἐμέμψατο. Heſych. ὅτε μ' ὤνατο. ὅτε κατεμέμψατο καὶ κατεΦαύλισεν. Bene monet Euſtathius, τοὺς παλαιοὺς probaſſe ἐπ' ὠφελείας, ὤνητο

et ὀνήμενος, vt in Odyſſea; at ἐπὶ μέμψεως, ὤνατο. At, pergit, οἱ μέντοι μεθ' Ὅμηρον ὤνατο, διὰ τοῦ α γράφουσι, καὶ ἀπώνατο, ἀντὶ τοῦ ὠφελήθη. Ad ſeriores igitur puta ſpectare gloſſam Etymologi, ἀπόνασθαι, ἀπολαῦσαι. Exemplum habes ap. Nicandr. Ther. 348 ἄφρονες, οὐ μὲν τῆςδε κακοφραδίης ἀπόναντο. et Apollon. II, 196 ἐῆς ἀπόνασθαι ἐδωδῆς. Ita vero declaranda res erat: ὀνέω, ὄνημι, iuuo, et ὀνόω, pro μέμφομαι, vſu ſollenni frequentantur; ſtirps vtriusque eſt ὄνω, vnde ductum ὠνάμην, vtroque ſenſu vſurpatum occurrit.

ὅτ' ἐμ' ὤνατο Vrat. b.

26. ἐλέγχιστον πολεμιστήν. v. ad B, 285. perperam vn. Vindob. ἐλάχιστον.

27. οὐδέ ἑ φημὶ πόδεσσί γε οἷσι κιόντα. „Ariſtarchus οὐδέ τε φημί.“ Schol. A. Non igitur tenebat ἑ fuiſſe ϝε ſcriptum. Male quoque Vrat. A. γ' ἑοῖσι. nam fuit γε ϝοισι.

28. εὐφρῆναι ἄλοχόν τε. vim praeteriti perfecti h. l. habere cenſendum eſt: *exhilaraſſe.*

29—32. ※ „quod hi verſus melius leguntur hic a Menelao pronuntiati, quam ab Achille Υ, 196. 7. 8. Verba 31 μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο in medio poſita ſunt. Schol. B.

29. ὥς θὴν καὶ σὸν ἐγὼ λύσω μένος. Apollon. Lex. „θὴν. ποῦ. verſu hoc adſcripto.“ Scilicet voluit eſſe ὥς που. Eſſe θὴν nihil amplius quam δὴ, aſſerui iam ad Θ, 448 et B, 276. vbi et monitum, ab aliis pro encliticа haberi, ab aliis, forte rectius vt οὐ δὴ, οὐ θὴν ſcribi: quod etiam K, 104 amplexus eram, contra quam antea a me factum erat. ergo et h. l. deſerui ὥς θην.

30. εἴ κε μευ ἄντα στήῃς. Hanc ſcripturam, quam pro veriore habeo, exhibet h. l. Venetus cum ed. Flor. At Aldd. στήῃς. Rom. Steph. et ceterae στήῃς. De hac varietate ſaepe monitum. cf. ad Π, 861. Euſtathius ait eſſe pro ἀντισταίης μοι. „γρ. σταίης“ Barnes.

ἀλλά σ' ἔγωγ' ἀναχωρήσαντα κελεύω. repoſitum ἔγωγ' e codd. Cant. Mori. Harl. Vatic. Vrat. a. b. d. fragm.

Mosc. Ven. Eustath. Erat ἔγωγε in ed. Flor. inde Ald. 1. ἔγω. idque supine repetiit Ald. 2. et ipse Turneb. Steph. et quod mireris, ed. Rom. Primus Barnes edidit ἐγὼν, et adscripsit „γρ. ἐγὼ, debebat dicere ἔγω. Rideo ipse meam sedulitatem; habes tamen exemplum socordiae in exarandis graecis superioribus aetatibus.

31. ἐς πληθὺν ἰέναι. vn. Vindob. ἰέμεναι. si saltem esset ἴμεναι!

32. ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. Scholion ap. Suidam: ὅτι ὁ μωρὸς κατὰ τὸ γενέσθαι τὸ πρᾶγμα ἐπιγινώσκει. Barnes: „ῥεχθὲν δέ τι.“ de suo liberalis, puto. Vbique enim δέ τε legitur, quoties hemistichium recitatur, vt apud Galen. Protrept. 8. Schol. Pind. I. I, 56. Laudantur similia in Schol. A. Hesiod. Ἔργ. 216. παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. et Plato Sympos. extr.

34. ἦ μάλα τίσεις γνωτὸν ἐμόν. ⸏ quod est pro τίσεις δίκας περὶ (ὑπὲρ) γνωτοῦ ἐμοῦ. Schol. A. Schol. br. Eustath. Videramus iam A, 42 τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι. Plena oratio Jl. Ξ, 483 ἵνα μή τι κασιγνήτοιό γε ποινὴ δηρὸν ἔῃ ἄτιτος.

ἦ μάλα. vn. Vindob. ἦ τάχα.

36. χήρωσας δὲ γυναῖκα μυχῷ θαλάμοιο νέοιο. „Simile illi quod erat (Jl. Β, 701) καὶ δόμος ἡμιτέλεστος (ἡμιτελὴς, τὸν) Schol. A. cf. Hesych. in θαλάμοιο νέοιο ex antiquo more, nouas aedes exstruendi filio familias vxorem ducenti. χήρωσας scil. ἀνδρός. Eustath.

37. ἀρητὸν δὲ τοκεῦσι γόον καὶ πένθος ἔθηκας. ἀρητὸς, vox antiquata, quam multis modis torquent grammatici in Schol. A. Apollon. Lex. Hesych. in lacuna, Suidas. Male ab ἀρὰ, noxa, ducitur, quod prosodia vetat, sed patet ductum esse ab ἀρᾶσθαι, precari, imprecari, vt πολυάρητος Od. Τ, 404 et debuisse esse γόον ἀρητὸν luctum detestabilem, ἀπευκτὸν, κατάρατον. Attamen Apio ap. Apollon. l. l. reddiderat εὐκτὸν, ἢ βλαβερὸν, ἢ πολυχρόνιον (scil. quasi ἀεὶ ῥητόν.) melius esse prius, optabile enim et dulce esse parentibus, deflere liberos mortuos.

Similia in Etymol. p. 140, 40. Legitur versus iterum Ω, 741. vbi, vt h. l. antiqui libri scribunt αρητον.

At ἄῤῥητον, laudatum iam e Lipſ. Mori. Vrat. A. d. eſt in edd. Flor. et Aldd. Turneb. *luctum ineffabilem.* Subſtituit ἀρητὸν e Romana H. Stephanus. Ambiguum eſt iudicium, vtrum ſit praeferendum. Quod olim vna littera fuit exaratum, nihil aduerſatur. Arriſit ἄῤῥητον Erneſtio, etiam Bentleio. editur quoque ſic ap. Plutarch. de Conſolat. p. 117 C. vbi ſubtexitur duobus binis verſibus ex Jl. Ψ, 222. 223. Mihi ἀρητὸν antiquiorum verum eſſe videtur, quia in Homero quoque πολυάρητον habetur, vt dictum eſt, Od. T, 404. Bene ſe habet nota Euſtathii: ὅτι δὲ τὸ ἀρητὸν πένθος ἄῤῥητόν τινες γράφουσι, δῆλον, καὶ, ὡς οὐκ εὐαρεστοῦνται οἱ παλαιοὶ τῇ τοιαύτῃ γραφῇ. πάντως δὲ παῖς μὲν ἀρητὸς ὁ εὐκταῖος, γόος δὲ ἀρητὸς, ὁ ἀπευκταῖος, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐπάρατος. dicitur autem ἀρὰ quoque et ἀρᾶσθαι de duplici genere precum.

γονεῦσι eſt in cod. Plutarchi l. c. et ἔθηκεν ibid. et ap. Apollon. Lex. l. c.

38. ἦ κέ σφιν δειλοῖσι γόου κατάπαυμα γενοίμην. „quod δειλοῖσι dixit pro δειλαίοις“ (non δειλαίαις.) Sch. A. Ieiunam dicas obſeruationem! quae et in Euſtathio eſt. Scilicet ſerior aetas δειλὸς tantum pro *pauidus* dixit: vt intelligas ex Apollonii Lex. p. 416. et Etymol. in δειλός. at veteribus ſunt δειλοὶ miſeri. Monent quoque ἦ ſcribendum eſſe, non ἤ. (multo minus ἦ κέν σφιν) κατάπαυμα γενοίμην, pro vulgari: καταπαύσαιμι δ' ἂν τοῦ θρήνου τοὺς ἀθλίους γονέας. Sch. A. Sch. br.

40. Πάνθῳ ἐν χείρεσσι βάλω καὶ Φρόντιδι δίῃ. Φρόντιδι, ſcriptum, quia nomen proprium eſt, vt diſcernatur a φροντὶς, *cura:* monitum e Tyrannione Sch. A. vt ſaepe de aliis ſimilibus. Repetit Euſtath. cum Sch. br. Πάνθῳ ἐνὶ χ. Lipſ. quod ſuauius.

41. ἀλλ' οὐ μὰν ἔτι δηρὸν ἀπείρητος πόνος ἔσται. „ἔτι δηρόν. in nonnullis commentariis ἐπὶ δηρόν“ Sch. A. vt I, 416 ἐπὶ δηρὸν δέ μοι αἰών. Placet hoc Erneſtio e Sch. br. ἐπὶ πολὺν χρόνον, dum frigidum eſſe putabat τὸ ἔτι.

Mihi ἔτι placeret etiam altero verſu οὔτ' ἔτ' ἀδήριτος. *nec amplius, nec porro.* Sic et ap. Apollon. IV, 740 οὐκ ἐπιδὴν vel ἐπὶ δὴν malim οὐκ ἔτι δήν. ἀπείρητος a πειρᾶν, pro μάχεσθαι. ἄμαχος.

42. οὐδέ τ' ἀδήριτος ἠδ' ἀλκῆς ἠδὲ φόβοιο. Ariſtarchea eſt lectio: Sch. A. teſte; conuenit cum vſu Homerico, quem et alii, ipſi Latini, imitati ſunt, inprimis Horatius, *nec — aut — aut* pro *nec, nec.* v. c. Carm. II, 9. Extat haec lectio etiam in Barocc. Harlei. Townl. Vrat. b. et A. (in quo etiam οὐδ' ἔτ' ἀ.) fragm. Moſc. vn. Vindob. ἤτ' ἀλκῆς, ἤτε φόβοιο Venetus ſcriptum habet, laudato Nicanore, h. e. πειρασόμεθα ἤτοι ἀνδρείας ἢ φυγῆς. At edd. inde a Flor. Rom. οὔτ' — οὔτε. quod et Euſtath. legerat. Bentleium video maluiſſe μήτ' ἀ. μήτε φόβοιο. Ceterum ambigua eſt ſtructura; quaeras enim, vnde caſus ſecundi pendeant: num a πόνος an ab ἀδήριτος. Nicanor in Schol. A. ἤτ' ἀλκῆς ἤτε φόβοιο iunxerat cum ἀπείρητος. οἷον, πειρασόμεθα ἤδη ἤτοι ἀνδρείας ἢ φυγῆς. ſic fere Sch. br. In Sch. A. quomodo grammaticus iunxerit, obſcurum eſt; reddit enim: ἔργον οὐκέτι ἀπείρατον ἔσται, οὐδὲ ἄμαχον, ὥςτε ἢ ἀλκὴν ἐπιδεῖξασθαι ἢ φυγήν. Sic ſaltem ſupplendum, ἢ (περὶ) ἀλκῆς ἤτε (περὶ) φόβοιο. At Sch. B. iunxit: ὁ πόνος ἀλκῆς ἢ φυγῆς· nam exponit: οὐκ ἔσται ἡμῖν ἀπείρατος ὁ πόνος τοῦ ἀμύνασθαι ἢ φεύγειν. etc. et hoc recte. v. Notam ad h. v. φυγὴν poſuit, non caedem, quia Menelaus eum recedere (ἀναχωρήσαντα ἐς πληθὺν ἰέναι v. 30) iuſſerat.

ἀδήριτος. „γρ. ἀδήριντος“ Barnes; voluit declarare proſodiam; ita intelligas, cur ρι producatur: nam δῆρις eſt ex δῆρινς, vnde et productum in δηρίω, ἀδήριτος. Vocem v. ap. Etymol.

43. κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην. πάντοσε ἴσην et h. l. alii: v. ad Γ, 347. vbi iidem verſus lecti.

44 Vulgg. οὐδ' ἔρρηξεν χαλκὸν — et ſic in parte codd. At in aliis Ariſtarchi lectio χαλκός, vt locis aliis ſimilibus legerat: ſic Γ, 348. ad q. l. vide. quod ibi eſt ἔβαλε κατ' ἀσπίδα, eſt h. l. οὔτησε κατ' ἀσπίδα. cf. Λ,

434. Meminit quoque varietatis Euſtath. Idem ἔῤῥηξε χ. cum edd. Rom. Flor. Aldd. mireris cur hoc tantum loco ν extruſum ſit. — ἀνεγνάμφθη δέ οἱ αἰχμή. „γρ. ἀνεγνάφθη. vt alibi quoque. ap. Etymol. in γνάμπτω.

45. ἀσπίδι ἐν κρατερῇ. Sic quoque Ven. et fragm. Moſc. Ita vix Homeridae: ſed ἀσπίδ' ἐνὶ κρ. quod et Barocc. habere dicitur; niſi in eo fuit ἀσπίδι ἐνὶ κρ. quae vulgaris eſt lectio codd. etiam Townlei. Vrat. d. duob. Vindob. at tertius ἀσπίδ' ἐνί. et in edd. Flor. Aldd. Rom. Effinxit inde ἀσπίδι ἐν κρ. Turnebus, quod Steph. ſeruavit cum recentioribus. Prorſus eadem vitia ſup. Γ, 349 eodem in verſu occurrebant. vbi v. Obſſ. et Excurſ. ad O, de hiatu.

ὄρνυτο Barocc. e more pro ὤρνυτο.

47. κατὰ στομάχοιο θέμεθλα *fundus gutturis.* Apponam Scholion A. οὐ λέγει τὸ στόμα τῆς κοιλίας, καθάπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ τὸν βρόχον· οἷον τὰ ἔσχατα μέρη τοῦ λαιμοῦ. vnde ſubiiciuntur: ἀντικρὺ δ' ἀ. θέμεθλα δὲ ἡ θέσις. Ex his profecit Euſtath. add. Sch. br. Sch. B. τὰ τέλη τοῦ λαιμοῦ. Apollon. Lex. h. v. cum Heſych. τὴν φάρυγγα ἤτοι στόμα τῆς κοιλίας. add. Etymol. et cf. ſup. ad Γ, 292 et inf. Schol. ad X, 325.

ἂψ δ' ἀναχαζομένοιο. ἂψ δ' ἀναχαζόμενος vitium eſt edd. Steph.

48. νύξ', ἐπὶ δ' αὐτὸς ἔρειπε. ⊱ „πρὸς τὸ αὐτό" Schol. A. leg. πρὸς τὸ αὐτὸς, quod h. l. de *eodem ipſo*. vti ſaepe ὁ δέ. Sic Od. I, 374 ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων.

49. ἀντικρὺ δ' ἁπαλοῖο δι' αὐχένος ἤλυθ' ἀκωκή. ἀντικρὺς em. Bentl. etiam h. l. Agnoſcit tamen ἀντικρὺ quoque Apollon. Lex. qui verſum apponit ad ἀντικρὺ, διαμπὰξ, καὶ οἷον διόλου.

51. αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι, Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι. ⊱ „quod Zenodotus Χαρίτεσσι μέλαιναι ſine ſenſu." Sch. A. Latere videtur melior lectio; nam vulgata parum placet. Idem addit quod et Sch. B. habet: οὐκ εἰκῇ ἡ ἐπεξεργασία τῆς κόμης, ſcil. reſpectu comae Patrocli: Π, 795 μιάνθησαν δὲ ἔθειραι.

Χαρίτεσσιν, ταῖς τῶν Χαρίτων κόμαις ὁμοίαι. Addunt Sch. A. B. et Sch. br. *Χάριτας* Macedones et Cyprios dicere *τὰς συνεστραμμένας καὶ οὔλας μυρσίνας, ἅς Φαμεν στεΦανίτιδας. teneros criſpos racemulos, flagella.* De his profecto poeta non cogitauit.

Ceterum hos verſus Pythagoram maxime probaſſe et ad lyram modulate ceciniſſe tradunt Porphyr. et Iamblich. de Vita Pythag. c. 14.

52. *πλοχμοί θ', οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσΦήκωντο.* h. e. *πλόκαμοι — οἳ ὑπὸ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου συνεσΦιγμένοι ἦσαν.* Sch. A. Addit: *τινὲς δὲ θέλουσι λείπειν (ἐλλείπειν) τὸ ὡς.* Sequitur *ἀλλὰ θάνουσιν* — leg. *Φθάνουσιν οἱ βάρβαροι οὐκ ἐπὶ καλλωπισμὸν Φέροντες τὸν χρυσὸν, ἀλλὰ λάΦυρα τοῖς πολεμίοις.* Etſi obſcurum eſt, quid illi homines voluerint. Sch. B. nonnullos hos cincinnos appellare *κάλυκας* ait. Apollon. cum Suida *ἐδέδεντο.* et plenius Heſych. *ἐδέδεντο. ἐσΦιγμένοι ἦσαν.* Addit Etymol. cum Schol. br. *ἢ ὅτι πεπλεγμένοι ἦσαν.* Apud Polluc. II, 25. *κόμην οὐκ ἐσΦηκωμένην, οὐκ ἔνδετον*, ſimili modo expoſitum videmus. Ducta vox *ἀπὸ τῶν σΦηκῶν*, a veſpis medium corpus inſectum habentibus. Simili modo mollia, ſi reuincta ſunt, adſtricto vinculo, quaſi inſecantur. Locus de hac voce diſertus eſt apud Etymologum in *ἐσΦηκωμένον* p. 385 qui conuenit cum loco Photii MS. vbi et verſus ex Sophoclis *Αἰθίοψι* affertur quem nunc vide inter Sophoclis fragmenta apud Brunckium, (cf. Albert. ad Heſych. *ἐσΦηκωμένοι.* Heath. p. 111. b.) et verſus Arati (Phaen. 441) cum verſu Nicandri (Ther. 289.) Erneſti hanc vocem longiſſimae notae materiam praebere ait; neſcio vnde petendam. Eſſe enim ſimpliciſſima vox videtur, *σΦηκοῦν ligare, σΦήκωμα, ligamentum.* adeoque h. l. cincinni faſcia aurea et argentea religati, conſtricti: neque in Arato 441. 526 diuerſus ſenſus eſt: nam manu ea conſtringimus, quae *tenemus.* Laudat *coercere* eodem ſenſu e Virgilio; in animo, puto, habuit Horat. II, 19, 19 *nodo coerces Biſtonidum cri-*

nes. Etiam ap. Hippocratem occurrunt ἐσφηκωμένα, quae Galen. in glossis reddit συνδεδεμένα. συνεσφιγμένα.

Vitia sunt ἐσφήκοντο et vt in Apollonio Lex. ἐσφηκῶντο. Alludit ad h. l. Lucian. in Gallo 13 vbi Micyllus ad Pythagoram: καὶ σὺ αὐτὸς, ὁπότε Εὔφορβος ἦσθα, χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐξημμένος τῶν βοστρύχων ἐξῄεις πολεμήσων τοῖς Ἀχαιοῖς — mox: χρυσῷ διαδεμένους τοὺς πλοκάμους ἔχων. — κόμαι συναναπεπλεγμέναι τῷ χρυσίῳ. laudato hoc versu.

πλοχμαὶ vn. Vindob.

53. Οἷον δὲ τρέφει ἔρνος. Schol. A. apponit mythum de alea a Minerua inuenta; eadem apponit Schol. fragm. Mosc. et addit: ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ. Obseruat Sch. B. proprietatem comparationum in poeta; Lapithas comparat quercubus, M, 132. Hectorem (immo Asium) prostratum quercui fulmine tactae Jl. N, 389. nunc pulcrum iuuenem oleae virenti. (vnde sua duxit Eustath.) Idem ornamenta singula excutit; τρέφειν tanquam de animante; ἐν τόπῳ ἐρήμῳ φυτῶν, ἵνα μὴ ἐμποδίζηται τῇ ἐκφύσει τῶν πλησίον ῥιζῶν. tum vt crescat, aqua suppetit, et ventus, ἵνα εὔτονον γενόμενον τὸν καρπὸν φυλάττῃ. Clemens Alex. Strom. VI, p. 628. (p. 751. Pott.) narrat hos versus: Οἷον δὲ τρέφει — Homerum ad verbum traduxisse ex Orpheo ἐκ τοῦ Διονύσου ἀφανισμοῦ. Saltem debebat dicere, extare carmen Orphicum dictum, in quo iidem versus legebantur. Ceterum mirabar, nihil harum laudum oleae inter ea memorari, quae in scriptoribus Rei Rusticae ad sationem olearum requiruntur.

54. χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ iam N, 473 vidimus; ἐν ᾧ μόνος τις πολεῖται. Sch. A.

ὅθ' ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ. „ Zenodotus ἀναβέβροχεν (deficit ⸖) Sch. A. idque praefixum Scholiis br. est (subiicitur tamen mox vulgata) sicque legi, norat quoque Eustath. et legitur in Vrat. d. Agnoscunt ceteri ἀναβέβρυχεν, et accipiunt de aqua emicante, exiliente. Sic Sch. B. ἀναπηγάζει. ἀναβλυττάνει. ἀναδίδοται. Sch. br. ἀναβρύ-

ειν. ὅ ἐστιν ἀναπηδᾷν καὶ ἀναβάλλεσθαι μετὰ ψόφου. Ducitur a βρύκω vel βρύχω, quod proprie sonum raucum declarat; vt inf. P, 264 βέβρυχε μέγα κῦμα et Od. M, 242 ἁλμυρὸν ὕδωρ — ἀμφὶ δὲ πέτρῃ δεινὸν ἐβεβρύχει. At haec loca docent βρύχειν habere υ productum. Nisi dixeris, alterum esse praeteritum medii a futuro quod secundum appellant, βρυχῶ quod priorem breuem habet; etsi ad meum sensum dicere malim fuisse duas formas βρύχω, alteram priore breui, alteram producte; itaque βέβρυχα vtroque potuit adhiberi modo, vt tot alia, in quibus laborat Clarke. Est etiam υ breue in ὑποβρύχιος. vt Od. E, 319. Apollon. Lex. ἀναβέβρυχε τῶν πεποιημένων κατὰ μίμησιν. οἷον, ἀναβέβηκε μετά τινος ἤχου. adscripto versu nostro. Hesych. ἀναβέβρυχεν, ἀναβάλλει. et βέβρυχεν, ἤχησε. βράχειν de aqua videbimus Φ, 9 et in Apollon. Arg. I, 1235 περὶ δ' ἄσπετον ἔβραχεν ὕδωρ. Fuit quoque βρόχειν; est enim ἀναβρόχειν Od. M, 240 de Charybdi *aquas resorbente:* ἀλλ' ὅτ' ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ. vnde ducta esset altera supra memorata lectio Zenodoti: ἀναβέβροχεν ὕδωρ, sensu ab h. l. alieno. Est enim, vt habent Sch. br. ἀναπέπωκεν. vel πίνεται, vt Eustath. reddit. Nec magis commodus sensus est, si ab ἀναβρέχειν duxeris. Etymologus in his vocibus corruptus est: ἀναβέβρυκεν. ἀναπέπτωκεν. (leg. ἀναβέβροχεν. ἀναπέπωκεν) ἐὰν δὲ ἀναβέβρυχεν, ἀναβρύει. ὅ ἐστιν ἀναπηδᾷ καὶ ἀναβάλλεται μετὰ ψόφου. Sed video haec iam notata ad Hesych. voc. ἀναβέβρυχεν. ἀναβάλλει. — ἀναβέβρυκεν fragm. Mosc. Iam superest difficultas metrica: ὅθ' ἅλις. apud Homerum enim est ϝαλις. vt aut serioris commatis sit versus, aut refingendum sit cum Bentleio ὃ ϝαλις. Tum accommodatior erit lectio Zenodoti antiqua: ἀναβέβροχε, *quae planta* (ὃ ἔρνος) *imbibit affatim humoris.* Ceterum in hac oleae laude felicissime in loco humido enascentis diuersa est doctrina Romanorum. Columella in lib. de Arbor. 17. *Olea maxime collibus siccis et argillosis gaudet; at humidis campis et pinguibus laetas frondes sine fructu affert.*

56. *βρύει ἄνθεϊ λευκῷ.* Vox *βρύειν*, hoc vno loco occurrens, de propullulante germine, hinc multis modis tropice ornans dictio. Sch. B. *βρύει. νεωστὶ θάλλει. ἄνθει δὲ λευκῷ, τῷ κυπρισμῷ τῆς ἐλαίας.* cf. Euſtath. p. 1095. l. 24. Sch. br. *θάλλει. γέμει.* Luxatus Apollon. Lex. h. v. *βρύει. βρύειν τοὺς καρποὺς ποιῶν τοὺς νεωστὶ ἀναφυομένους.* add. Sch. Pind. N. XI, 1. Et *βρύα τὰ ἄνθη.* vt ap. Nicand. Ther. 71. Apparet autem ex Etymologo, Euſtathio et aliis *βρύειν* proprie de olea vſu habitum eſſe.

57. *ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ.* Ergo *λαῖλαψ* non eſt ipſe ventus, vt videri poteſt v. c. Jl. Δ, 278 *ἄγει δέ τε λαίλαπα πολλὴν* ſc. nubes, et vt vulgo redditur; ſed proprietas certa venti, *ἡ λαβρότης.* Poſt *ἐλθὼν* abeſt *δ'* a Cant. Vat.

58. *βόθρου τ' ἐξέστρεψε, ἐκστρέφει. βόθρον* dixit propria voce in plantandis arboribus foſſa facta et terra vndique radicibus aggeſta. Etiam Sch. B. *μετέωροι γὰρ αἱ τῆς ἐλαίας ῥίζαι· διὸ καὶ γυρόσε ἐπισκάπτουσιν αὐτάς.* Euſtath. qui eadem repetit, habet: *γυροὺς ἐπισκάπτουσιν αὐταῖς.* Eſt hoc ipſum *γυρῶσαι,* apud Etymol. Arat. Phaen. 9 *καὶ φυτὰ γυρῶσαι.*

καὶ ἐξετάνυσσ' ἐπὶ γαίῃ. Eſt *ἐπὶ γαίης* ap. Euſtath. et Porphyr. in Vit. Pythag. et in codd. Townl. Vrat. d. — *ἐξετάνυσ'* vno ſibilo plerique. recte geminauit Barnes, cum *υ* breue ſit. Π, 567.

59. 60. *τοῖον — τεύχε' ἐσύλα.* apodoſis eſſe debebat, talis procubuit Euphorbus. Pro *τοῖον ἐξέστρεψε καὶ ἐξετάνυσεν Εὔφορβον Μενέλαος,* aſſumtum eſt aliquid, quod ornatum et vim adderet. Noſtri poetae in comparante de arbore per procellam ramis et frondibus ſpoliata memoraſſent.

61. *ὡς δ' ὅτε τίς τε λέων.* abeſt *τε* a Lipſ. fragm. Moſc. et otioſum eſt per ſe. Notauimus tamen illud ſaepe ſic poſitum, vt in *ὅς τε* pro *ὅς.* Poteſt h. l. *ὅτε τε λέων τις* iungi: quod ſaepe obuium eſt.

λέων ὀρεσίτροφος iam lectus erat M, 299.

62. βοῦν ἁρπάσῃ. post ὡς ὅτε. Eustath. et Lips. ἁρπάσει. perpetua varietate. v. Exc. I, ad I. (IX) p. 696. Sic v. c. Ξ, 16 ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ.

63. 64. Versus lecti iam Λ, 175. 176.

65. δῃῶν cum I esse exarandum et circumflexo notandum monent diligenter grammatici in Schol. A. pro δηιόων. Scilicet quoties haec vox occurrit, saepe exulat τὸ ῑ in codd. et edd. vt h. l. in ed. pr. Schol. br. contra expressum est ι in aliis, vt Barocc. Vrat. b. δηιῶν. Erat δηίων in Lips. quod et in Hesych. Suida (add. Etymol.) legi obseruat Ernesti, eamque antiquam et notabilem lectionem pronuntiat. Potest hoc ita se habere; potest quoque ab imperitis librariis ea proficisci. Ex δήϊος vulgo δηϊόω ducitur. Potuit tamen esse quoque a δάω, δαίω, δέδηια seu δέδηα, δηΐω. Quod ad notionem vocis attinet, apud Homerum generalis ea est, ferire, caedere, necare. etsi h. l. vt et Π, 158 de fera proprio modo dictum videri potest, pro laniare, ἀπὸ τοῦ δαίειν, dividere; et reddunt Schol. br. διακόπτων. διαιρῶν. Apud Homerum tamen δαίω non nisi in notione incendendi occurrit, si recte memini. Apud Atticos proprio vsu est δῃῶσαι γῆν, δενδροτομῆσαι, vt quoque in Timaei Lexico notatum est.

κύνες τ' ἄνδρες τε. Excidit τε prius passim.

66. πολλὰ μάλ' ἰΰζουσιν. Schol. A. οἱ νομῆες. οἱ δὲ κύνες ὑλακτοῦσι. Addit B. παρὰ τὸ ἰοὺ ἐπίῤῥημα. Apollon. Lex. h. v. ποιῶς φωνοῦσι. Hesych. et Etymol. ἰΰζει, κραυγάζει. βοᾷ. φωνεῖ. Similiter Schol. br.

οὐδ' ἐθέλουσι. Lips. οὐδὲ θέλουσιν. contra Homericum morem.

67. μάλα γὰρ χλωρὸν δέος αἱρεῖ scil. τοὺς νομέας. Apud Eustath. altera lectio memoratur: μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ scil. leonem, eaque erat in cod. Vatic. Locum illustrat alter locus Σ, 579—586. cf. inf. P, 725 sq. de apro. Pro μάλα γὰρ vn. Vindob. ἐπεί. indocte.

70. ἔνθα κε ῥεῖα φέροι κλυτὰ τεύχεα. ⊱ „quod tempora sunt permutata. Debuerat enim esse τότε δ' ἂν

ῥαδίως ἔφερεν" Schol. A. Bentleius corrigebat ἔνθα κε ῥεῖ' ἔφερε. ſic praeſeram ῥεῖα φέρε. Eſt quoque in Vrat. A. φέρεν.

71. εἰ μή οἱ ἀγάσσατο. „nunc eſt ἐφθόνησεν, non ἐθαύμασε." Schol. A.

72. ἐπῶρσε θοῷ ἀτάλαντον Ἄρηϊ. Vrat. b. θεῷ.

73. Κικόνων ἡγήτορι Μέντῃ (Excidit ♀) quod Mentes hic non memoratur ἐν διακόσμῳ, in recenſu, ſed Euphemus: B, 846. et quod alius Mentes, Taphiorum rex, memoratur in Odyſſea.

75. Ἕκτορ, νῦν σὺ μὲν ὧδε θέεις, ἀκίχητα διώκων ἵππους Αἰακίδαο δαΐφρονος. Schol. A. narrat, Poſidonium, Ariſtarchi anagnoſten, ἀκίχητα ſequentibus adieciſſe, idque Ariſtarchum probaſſe. Fuere itaque qui iungerent θέεις ἀκίχητα, διώκων. Euſtathius eandem rem narrat, ſed inuerſe: Poſidonium θέεις ἀκίχητα legiſſe. Tam parum his magiſtris licet confidere! In Apollon. Lex. eſt: ἀκίχητα. ἀκατάληπτα. σὺ μὲν ὧδε νοεῖς, ἀκίχητα διώκων. ſi vera eſſet lectio, iunxiſſet ille νοεῖς ἀκίχητα. ſed corruptum eſt ex θέεις. Ex ceteris nihil de iunctura diſcas; Heſych. ἀκίχητα, ἀκατάληπτα. etiam Etymol. in quo, verſu appoſito, adiectum ἀντὶ τοῦ ἀνοχείρωτοι. fuit f. ἀνευχείρωτοι. Etiam Schol. br. ἀκιχήτως. ἀκαταλήπτως, ἀφθάστως.

Ceterum ex eo quod modo de anagnoſte audiuimus, diſcere licet, in re critica etiam recitantium eſſe partes aliquas.

76. οἱ δ' ἀλεγεινοὶ ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι. Verſus 76. 77. 78. lecti iam ſunt K, 402. 3. 4. Neque hic grammatici, quod iam ad e. l. verbo monui, perſpexere, eſſe haec dicta pro ἀλεγεινόν ἐστιν, αὐτοὺς δαμῆναι. Schol. B. et fragm. Moſc. πολυφροντίδες καὶ πολλοῦ λόγου δεόμενοι εἰς τὸ ἀνθρώπῳ ὑποταγῆναι. ἢ δυςχερεῖς. poſtremum hoc eſt quoque in Apollon. Lex. adſcriptis verſſ. in Schol. br. δυςχείρωτοι. diſertius Heſych. ἀλγεινοί. χαλεποί. δυςχείρωτοι. ἤ, μὴ δυνάμενοι χωρὶς ἀλγηδόνος ὑπὸ θνητοῦ δαμασθῆναι. Tandem Etymologus voc. ἀλεγεινοὶ

ἀντὶ τοῦ δυςχείρωτοι· οἱ δ' ἀλεγεινοὶ ἄνδρες (leg. ἀνδράσι) ἐπὶ τῶν Ἀχιλλέως ἵππων. Ἰλιάδος κ. ἀλγεῖν παρέξοντες. ἢ πρὸς τὸ κτήσασθαι ἀδύνατοι. respicit locum memoratum K, 402.

82. ὁ μὲν αὖτις ἔβη θεὸς ἀμπόνον ἀνδρῶν. Variat et hic αὖτις et αὖθις. prius exhibent inter alios Barocc. Lipſ. Ven. v. ad Π, 726 et N, 239 vbi idem verſus iam lectus eſt.

ἀμπόνον. induxit ſcripturam Ald. 2. Ceterae cum codd. Cant. Mori. al. ἂν πόνον. antiquius et melius. Vſus tamen probauit alterum. Etiam ἂμ πόνον, vt in fragm. Moſcou.

83. Ἕκτορα δ' αἰνὸν ἄχος πύκασε φρένας ἀμφὶ μελαίνας. Idem verſus iam alibi lectus: Θ, 124 et 316. vtrobique in fine eſt φρένας ἡνιόχοιο. Nunc φρένας ἀμφιμελαίνας, vt vulgo ſcriptum videas. Verum diſtincte ſcribi vidimus iam lib. A, 103 φρένας ἀμφὶ μελαίνας, ſicque h. l. legi memorat Euſtathius; et, quod miror, praeferunt idem h. l. codd. Veneti et edd. Flor. Aldd. cum ſequacibus, excepta ed. Rom. τὸ ἄχος ἀμφιεπύκασε τὸν Ἕκτορα (κατὰ) τὰς φρένας μελαίνας. Et Schol. br. μελαίνας. νῦν συνετάς. Scilicet, quod ad loc. laud. A, 103 ſtudio breuitatis o miſeram, vt addam, mirae ſunt interpretationes epitheti, quod ibi ad naturam praecordiorum pertinere dixi, a ſanguine atro quibus turgent in celeri animi motu, notatorum. At grammatici reddunt varie: αἱ βαθεῖαι. αἱ ἀγαθαὶ, καὶ πυκναὶ, ἢ αἱ δειναὶ καὶ ἰσχυραί. καὶ δειλαί. Ita cumulata ſunt ap. Heſych. in μέλαιναι φρένες. Similia ſunt in aliis locis Heſych. Etymol. al. In fragm. Moſc. ſunt εὐγνώμονες. prior illa notatio βαθεῖαι, petita eſt ex μέλαν ὕδωρ. reliquae ex contextis.

86 ἔῤῥει δ' αἷμα κατ' οὐταμένην ὠτειλήν. ⊱ „quod in κατ' οὐταμένην ὠτειλὴν, vocis vim per etymum declarauit" ſcilicet οὔτημι, οὐτάω, eſt, cominus ferio, percutio, transfigo. Vidimus iam ad Δ, 140. vbi damnabatur hoc ipſum vocabulum, quia de vulnere e ſagitta agebatur.

κατ' οὐταμένης ὠτειλῆς est in Cant. Sic quoque ap. Hesych. in αἷμα versus legitur; sicque recte legi ait Toup. Emendat. in Suidam T. I. P. II. p. 456. Ed II. laudans Epigramma Anthol. p. 527. καδδὲ παρειῆς δάκρυα μὲν σταλάεις. Recte sane sic legi nemo dubitet, et poterant centeni loci memorari: etiam N, 539 κατὰ δ' αἷμα νεουτάτου ἔῤῥεε χειρός. Nec tamen alterum deterius; sup. Ξ, 518 constanter legitur: ψυχὴ δὲ κατ' οὐταμένην ὠτειλὴν ἔσσυτ' ἐπειγομένη.

ἔῤῥει. ἔῤῥεε ap. Eustath. antique. ῥέε ap. Hesych.

88. Φλογὶ εἴκελος. — ἴκελος. Sollenne vitium edd. etiam Eustath. ed. Rom. correxit Barnes sicque meliores codd. Ven. Barocc.

89. ἀσβέστῳ· οὐδ' υἱὸν λάθεν Ἀτρέος ὀξὺ βοήσας. Haeret Barnes in metro versus; et refinxit: ἀσβέστῳ· οὐδ' υἷα λάθ' Ἀτρέος per se non incommode, sicque esset in propatulo origo fraudis factae scripto υἱὸν pro υἷα. Est quoque λάθ' in Lips. Bentleius coni. Φλογὶ — ἀπτέτῳ· οὐδ' υἱὸν λάθεν. Codices nil mutant. Si vulgatum retinemus, ἀσβέστῳ οὐδ' trinis syllabis est pronuntiandum; στῳ οὐδ vna syllaba, στῳ'υδ. Nam vt mediam in ἀσβέστῳ corripi posse cum Clarke et Ernesti credam, vix adducar.

90. ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. προς ϝον μ. θ. metro aduersatur. Dictum de versu hoc saepe repetito ad Λ, 403. Nisi rhapsodorum pannus est, esse debuit ὀχθήσας δ' ἄρ' ἔφη πρὸς ὃν — quod fuit προς ϝον. Bentl. laudat nescio vnde: ὀχθήσας μάλα.

91. λίπω κατὰ est pro καταλίπω. ita vero κάτα scribere iubent A. B. λίπω κλυτὰ Vrat. d. — ἐγὼ Lips. vt alibi. eieci itaque importunum ἐγών.

92. Πάτροκλόν θ' ὃς κεῖται ἐμῆς ἕνεκ' ἐνθάδε τιμῆς. „quod τιμῆς et h. l. pro τιμωρίας dictum. ἕνεκα ἐμοῦ κεῖται τιμωρούμενος τοὺς Τρῶας" Sch. A. Respicitur versus A, 159 σοὶ ἅμ' ἑσπόμεθα, — τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ σοί τε — vbi Scholion docet de vi vocis dubitatum esse. v. ad e. l. Meliora haec quam quae in Sch. br. leguntur.

93. *μή τις μοι Δαναῶν νεμεσήσεται. μή τίς με* Vrat. A. male. Od. T, 121 *μή τις μοι δμωῶν νεμεσήσεται, ἠὲ σύ γ' αὐτή.*

95. *μή με περιστείωσ' ἕνα πολλοί. περιστείωσ'.* Ita vbique: et ipse Ven. Additum tamen Scholion A. *Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ η, περιστήωσι.* Vidimus sup. ad E, 598 quanta sit dissensio et variatio in his vocibus: scribi enim *στέῃ, στείῃ, στήῃ, στῄῃ. στήῃ.* orta varietate ex antiqua scriptura. Si constare nobis volumus, scribendum est h. l. *περιστήωσι.* In alio Schol. A. occurrit *περιστήσωσι.* Et in Mori *περιστιχόωσ' ἕνα πολλοί.* ex interpretatione; ita in Sch. br. est *περιστοιχίσωσι· περιστῶσι.*

96. *κορυθαιόλος* vidimus B, 816. et ad Δ, 186. proprie *micans galea* ex celeri motu, coruscante galea.

97. *ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα.* versu hoc aliquoties vtitur poeta. v. Λ, 407.

98. *ὁππότ' ἀνὴρ ἐθέλει πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι.* Harl. Vrat. A. b. Lips. Ven. vterque, fragm. Mosc. *ἐθέλῃ,* ex ratione et vsu Homerico post *ὁπότε·* v. Excurs. III. ad lib. IX. eodem alludit Townl. *ἐθέλῃσι.* statim A, 164 *ὁππότ' Ἀχαιοὶ Τρώων ἐκπέρσωσι (πόλιν).*

πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι. Trepidant grammatici in interpretatione versus in Schol. A. et Schol. br. *φωτὶ* pro *διὰ φωτὸς* accipit Eustath. cum Schol. B. Est quoque in his *ζήτημα,* Porphyrii vt suspicor. Saniores *πρὸς δαίμονα* accipiunt *παρὰ δαίμονος, παρὰ θεοῦ γνώμην.* videtur tamen notio grauior adiuncta, contra dei voluntatem, *ἐναντιώμενος τῷ θεῷ.* fere vt dicitur *μάχεσθαι πρός τινα.* Etiam sic Ernesti: aduerso deo, inuito deo, *ἐναντιωθέντος θεοῦ.* Barnes laudat ex Anthol. (Steph. p. 115. Palladae ap. Brunck. To. II. p. 422. LXXI.) *ὅταν στυγῇ τις ἄνδρα, τὸν θεὸς φιλεῖ, οὗτος μεγίστην μωρίαν ὀφλισκάνει.* (Steph. *κατεισάγει*) *φανερῶς γὰρ αὐτῷ τῷ θεῷ μαχήσεται (κορύσσεται)* quae ex Homero sunt adumbrata.

99. *τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθη.* pro *ἐπῆλθε, ἐπέρχεται,* vt iterum inf. 688 *γιγνώσκειν, ὅτι πῆμα Δαναοῖσι*

κυλίνδει. et iam Λ, 347 νῶϊν δὴ τότε πῆμα κυλίνδεται. vbi vide.

Post hunc versum Barnes inserit alium ab Aristotele, etsi paullo aliter, recitatum Rhet. II, 7.

Ζεὺς γάρ οἱ νεμεσᾷ, ὅς ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο. Lusum dixi, forte ingeniosum, supra Obss. ad Λ, 542. vbi plura de eo apposui.

100. τῷ μ' οὔτις Δαναῶν νεμεσήσεται. Elisa οἱ. μοι. nam sup. 93 μή τις μοι Δαναῶν νεμεσήσεται.

101. Ἕκτορι χωρήσαντ'. „ἀντὶ, παραχωρήσαντα. ὑποχωρήσαντα." Schol. A. br. et Eustath. Est vulgare εἴκειν.

ἐπεὶ ἐκ θεόφι πολεμίζει. θεόθεν. Schol. B. Opponitur πρὸς θεὸν et ἐκ θεοῦ. hoc idem quod sollenne σὺν θεῷ. σὺν Διΐ. pro διὰ Διός.

103. ἄμφω κ' αὖτις ἰόντες ἐπιμνησαίμεθα χάρμης. Zenodotus ἰόντε. quod iugulat metrum. ἐπιμνησώμεθα Townl.

104. καὶ πρὸς δαίμονά περ — laudat versum ad illustrandam sententiam meliorem Menelai ap. Eurip. Or. 687 τὸ δ' αὖ δύνασθαι, πρὸς θεῶν χρῄζω τυχεῖν.

105. κακῶν δέ κε φέρτατον εἴη. Vulgatum in edd. φέρτερον sollenni varietate. φέρτατον tamen Barocc. Mori. vn. Vindob. et ipse Ven. A. cum Schol. A. nec aliter legerat auctor Schol. br. quae exscripta sunt in Etymologo p. 798, l. 46. nisi quod hic praue φόρτατον.

Inter plura interpretamenta praestat hoc: ὡς ἐν κακοῖς, τοῦτ' ἂν εἴη φέρτατον, ἄριστον, τὸ ῥύσασθαι νεκρὸν Ἀχιλλεῖ, addo, omnino hoc optimum factu, inter plurima mala hoc malum minimum, visum est, vt nunc discederet Menelaus et mox, assumto Aiace, rediret, vt corpus Patrocli absportaret. Eustathius: ἀντὶ τοῦ· ὡς ἐν κακοῖς, κάλλιον. Et laudat Sophocleum: (Oedip. 1396) κάλλος κακῶν ὕπουλον ἐξετράφην. (legitur ἐξεθρέψατε) ἀντὶ τοῦ· ἐν κακοῖς μέγα καὶ περιφανές. Simile esse et illud: καλόν γ' ὄνειδος σπαργάνων ἀνειλόμην (ibid. 1035.) vbi nunc, δεινόν γ' ὄνειδος legitur. Addit: alium dicturum esse: τοῦ κακοῦ τὸ μεῖον. Vulgatam lectionem tue-

tur Hesych. voc. κακὸν (leg. κακῶν) δὲ φέρτερον εἴη. ἤγουν τῶν κακῶν τὸ κρεῖττον. Melius expones, κατὰ τῶν κακῶν. ἐν κακοῖς τοῖς παροῦσι, τὸ φέρτατον εἴη ἄν.

106. ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε. pronuntiatum censeo ὡς ὅτταῦθ'. v. ad A, 193. At Bentl. em. ὡς ὅγε ταῦθ'.

ὅρμαινε Vrat. A. Ionice.

107. ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ. Iterum inculcat Clarke ἄρ' *vt solitus est*. et 110 ὃν ἄρ. *quem scilicet*.

109. ἐντροπαλιζόμενος. Sch. B. μὴ διδοὺς τὰ νῶτα. atqui 114 στῆ δὲ μεταστρεφθεὶς, verterat adeo tergum, sed *subinde retrospiciens*. De voce iam dicta sunt ad Z, 496. Λ, 546. λῖς (v. Obss. ibid.) non λὶς etiam in Apollonio, qui versum laudat in h. v. De ἠϋγένειος v. ad Σ, 318.

110. δίωνται Ven. et Sch. A. B. At in priore est aliud Scholion: δίενται, ὡς τίθενται. μέμνηται Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ μ'. Legit quoque δίενται in hoc versu adscripto inf. Σ, 168. Sch. A. vbi de δίημι agit. Etymol. διῶνται laudat versu apposito a δίω, ex διόω.

111. τοῦ δ' ἐν φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ. τοῦ δ' ἐνὶ φρεσὶν legitur in edd. ante Turnebum, qui emendauit. At Ernesti non de nihilo consensum esse censebat: videri eos legisse τὸ δ' ἐνὶ φρεσὶ — ferrem, nisi existeret oratio sic deterior; et nisi tales stupores iam plures vidissemus; et hoc ipso libro 45 ἀσπίδι ἐνὶ κρατερῇ — Porro ἔγχεϊ Cant. pro ἔγχεσι.

112. παχνοῦται, ἀέκων δέ τ' ἔβη ἀπὸ μεσσαύλοιο. Ἐπὶ „quod τὴν κατ' ἀγρὸν ἔπαυλιν (quae σταθμὸς vs. 110) μέσαυλον dixit, cum sit Atticis ianua in medio inter virorum et mulierum cubicula. Vide de hac voce Λ, 547. vbi eadem comparatio occurrebat. Iterum redit inf. 657. — παχνοῦται sollenne de terrore et pauore; vt in illo, *frigusque per ossa cucurrit*. Illustrat vsum exemplis Valkenar. ad Hippol. Eurip. 803 laudatus ab Ernestio. παχνοῦται. πήγνυται. φρίσσει. Sch. A. φρίσσει ἢ λυπεῖται Sch. B. ὑπὸ λύπης πήγνυται, δάκνεται, συστέλλεται optime Sch. br. At Apollon. Lex. πήσσεται, cum Hesych.

qui plura cumulat. Add. Etymol. Eustath. qui commode laudat Hesiodeum ἐπάχνωσε φίλον ἦτορ. Ἔργ. 360. forte sic legendus: Ὧι μὲν γάρ κεν ἀνὴρ, ἐθέλων κἂν οὐ μέγα, δοίη, χαίρει τῷ δώρῳ καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν. Ὧι δέ κεν ἄλλος ἕληται, ἀναιδείηφι πιθήσας, καί τε σμικρὸν ἐόν, τό τ' ἐπάχνωσε φίλον ἦτορ. *Cui quis dederit lubens, etsi exiguum quid, dederit, gaudet ille munusculo et delectatur. At si quis alii vi abstulerit aliquid impudenter, hoc etsi exiguum, eius animum moerore constringit.*

115. παπταίνων Αἴαντα μέγαν, Τελαμώνιον υἱόν. Scholion excidit; quod spectasse suspicor ad παπταίνων Αἴαντα. verbo hoc, quod alias absolute ponitur, nunc cum quarto casu iuncto: subintellecto forte ἐπί. Vide de voce ad Λ, 545.

120. 1. περὶ Πατρόκλοιο θανόντος σπεύσομεν. Est ergo h. l. σπεύδειν περί τινος. σὺν σπουδῇ μάχεσθαι. aut simpliciter *pro Patrocli corpore, ad P. corpus defendendum operam dabimus.* Prorsus vt postea σπουδάζειν περί τινος. Mox 121 προφέρειν cum notatione auferendi vidimus Ζ, 346.

125. Ἕκτωρ — ἐπεὶ κλυτὰ τεύχε' ἀπηύρα. „quod Aristarchus (iterum ad 205) reprehendere videtur Homerum, quod *Hectorem dicit spoliasse Patroclum:* nam Apollo Patroclum spoliauerat Π, 793 — 804. λῦσε δέ οἱ θώρηκα ἄναξ — nec nisi nudatum percussit Hector 817. Alia alii in Schol. B. sunt commenti. Occurrere voluit Dionysius (Thrax) in Schol. A. eo vt iungeret Ἕκτωρ μὲν, Πάτροκλον ἐπεὶ κλυτὰ τεύχε' ἀπηύρα, Ἕλκ'. ita esse pro Πατρόκλου τεύχεα.“ quod et durum esse, nec necessarium, videtur. Sufficit enim, Hectorem nunc arma Patrocli legisse. At Apollo tantum decusserat et exuerat; ne hoc quidem, proprie si dixeris.

126. ἕλκ', ἵν' ἀπ' ὤμοιϊν. „quod nunc vere Hector studet abstrahere corpus Patrocli.“ Longum et inutile Scholion A.

127. *ἐρυσσάμενος κυσὶ δοίη.* etiam hic multi *ἐρυσάμενος* et *δώῃ* ed. Rom. Ceterum in hac Hectoris voluntate a poeta declarata grammatici, *οἱ λυτικοὶ*, excuſationem Achillis, quaeſiverunt, quod ille aliquando Hectoris corpus currui alligatum raptauit. v. ap. Euſtath. p. 1098, 26 add. inf. 289.

131. *μέγα κλέος ἔμμεναι αὐτῷ. αὐτῇ* ex Ald. 1. laudat Ern. quod in noſtro exemplari non apparet. *ἔμμεναι ἀνδρῶν* Mori.

132. *ἀμφὶ Μενοιτιάδῃ σάκος εὐρὺ καλύψας· οἷον κάλυμμα προστησάμενος* Euſtath. De loquendi forma cf. ad Θ, 331.

133. *ἑστήκει, ὥς τίς τε λέων.* Apud Zenodotum et in Chia non erant hi tres verſus." (At quomodo ſenſus ſic et iunctura conſtare potuit? Scilicet notatio ſpectat ad 134. 5. 6. Ita vero nec minus 137 *ὡς Αἴας* abeſſe debuit. Eo modo his adiectis locus non infeliciter a rhapſodo exornatus eſt ampliore declaratione leonis.) Pergit Sch. A. Aiunt nonnulli verſus abfuiſſe, quoniam *ὁ λέων* non *λέαινα* memoratur; ducit enim fetum mater. Ad quod reſpondetur, ſolere marem deſignare quoque feminam, et promiſcue nomina adhiberi. Ita *ὁ ἱέραξ* de femina quoque dicitur; contra *ἡ πόρδαλις* de paido. Antimachus tamen hoc loco deceptus (eum ſequitur auctor Sch. br.) putauit *καὶ τὸν ἄρσενα σκυμναγωγεῖν.* (non commentatus in Homerum, sed adumbrato loco Homerico in ſua Thebaide) — Etiam *σκύμνους* quaerit *leo* inf. Σ, 318 ſq. *Λέοντα* pro *λέαιναν* iterum dixit de Diana inf. Φ, 483. Attigit nonnulla Euſtath. Adſcripſit vſſ. 133. 4 5. Gellius XIII, 7. propter verba *περὶ οἷσι τέκεσσι*, quibus fides Herodoti eleuatur, lib. III, 108 de vno leaenarum fetu: quippe iam Ariſtot. H. An. VI, 31 falſa Herodoto narrata eſſe docuit.

ἑστήκει. vulgo *εἱστήκει.* ſed Ionicum ſequi me malle profeſſus ſum ſup. ad Δ, 329. et *ἑστήκει* h. l. et mox 139 tuentur Cant. Mori. Harlei. Vrat. A. b. d. Lipſ. Ven. fragm. Moſc.

134. ᾧ ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσωνται ἐν ὕλῃ. Sic ſcribere iubet vſus Homericus ſubiunctiui pro vulg. συναντήσονται, et auctoritas Cant. Mori. Vrat. b. fragm. Moſc. vn. Vindob. Ven. ſic et Euſtath. Plutarch. l. l. Gell. l. l.

Obſeruat poetae ſagacitatem Schol. B. circa τὴν τῶν τέκνων φιλοστοργίαν in animantibus, cane, vacca, leaena in locis I, 324. ſup. 4. Od. Υ, 14. etiam Plutarch. de Amore prol. p. 494 C. hunc locum vſ. 134. 5. 6. repetit; in eo legitur ὅν ῥα τε νήπια τέκνα ἄγοντα συναντήσονται, male. In ᾧ ῥα τε iungenda ſunt ὧτε.

135. ἄνδρες ἐπακτῆρες. „κυνηγοί, ἀπὸ τοῦ ἐπάγειν τοὺς κύνας" Sch. A. Paria Apollon. Lex. h. v. Heſych. Etymol. Euſtath. Vox iterum legitur Od. Τ, 435.

ὁ δέ τε σθένεϊ βλεμεαίνει. Induxerat βλεμεαίνων Ald. 2. quod et in codd. habetur. Rediit ad βλεμεαίνει Stephanus, quod et in Plutarcho l. l. expreſſum eſt.

136 πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον. Copioſe illuſtratur vox in Schol. A. B. Sch. br. Euſtath. Apollon. Etymol. Heſych. ad quem v. Notam. modo vt palpebram eſſe velint, quae oculum tegit, modo vt cuticulam ſupra ſupercilium, quae corrugari ſolet; hoc vtique verius; ducta vox ἀπὸ τοῦ σκύζεσθαι, v. c. Δ, 23. τὸ ὀργίζεσθαι. Occurrit vox et alibi, et noto loco Theocr. XXIV, 116 et Ariſtoph. Ran. 842 vbi vid. Schol. in quo hic vſ. laudatur. Apud Suidam in αὐτοκόμου intempeſtiue vſ. 136. inſertus eſt.

κάτω ἕλκεται, ὄσσε καλύπτων. Schol. A. „ἕλκεται ἔφη, ἀντὶ τοῦ ἕλκει, (κατασπᾷ Sch. br.) καλύπτων δὲ ὁ λέων· διὸ καὶ διὰ τοῦ ν γράφεσθαι συνεφώνουν ἅπασαι." Scriptum eſſe debuit διὰ τοῦ ω. Cauere voluit, ne καλύπτω aliquis ſcribendum eſſe contenderet: cf. Euſtath.

137. ὡς Αἴας περὶ Πατρόκλῳ — ἐπὶ Πατρόκλῳ Harl.

139. ἑστήκει. vulg. εἱστήκει. At Ven. ἑστήκει, et Sch. A. ἑστήκει ἔξω τοῦ ι. ſicque iidem qui 133. ita legebant. v. ad Δ, 329.

142. Ἕκτορ εἶδος ἄριστε. Ἕκτωρ repoſuit Barnes: quod et Vrat. d. habet et edd. Plutarchi de aud. poet. p. 34 E additque: „γρ. Ἕκτορ male." Immo recte.

Fuit Εκτορ ϝειδος. Male ὦ interpoſuere edd. Aldd. vt eſſet Ἕκτορ ὦ εἶδος. Eiecit ὦ Stephanus.

εἶδος ἄριστε. Vidimus iam Γ, 39. vbi increpatio Paridis ab Hectore facta eſt iisdem fere verbis, atque hic Hectoris a Glauco: ſpecie et adſpectu fortis; nequaquam re et facto.

μάχης ἄρα πολλὸν ἐδεύεο. duplici modo declarari poteſt, vel, vt μάχης δεύεσθαι ſit pro τοῦ μάχεσθαι, *multum abſuit quin pugnares*, ſed aufugiſti; eodem modo atque ἀλκῆς δεύεσθαι ſup. N, 786. Od. Ψ, 128 vel elliptice dictum eſt μάχης, pro διὰ, κατὰ, μάχης, ἐν μάχῃ, ἐν τῷ μάχεσθαι. quod mihi verius videtur; etiam aliis in locis: inf. Ψ, 670 ἦ οὐχ ἅλις, ὅττι μάχης ἐπιδεύομαι: pro διὰ μάχης. Ω, 385 οὐ μὲν γάρ τι μάχης ἐπεδεύετ' Ἀχαιῶν. δεύεσθαι et ἐπιδεύεσθαι ita poni abſolute, pro, inferiorem eſſe, expoſui iam ad N, 310. alibi caſus perſonae adiicitur: ἄλλα δὲ πάντα, δεύεαι Ἀργείων Ψ, 483. 4. „γρ. ἐδεύευ" Barnes. ἐδεύου Vrat. A.

143. ἦ σ' αὔτως κλέος ἐσθλὸν ἔχει. ἦ ſcribendum eſſe monet Schol. A..

φύξηλιν ἐόντα. φύξιν ex K, 311 et al. nouimus pro φυγή. Φύξηλίς ἐστιν ὁ φεύγων τὰς ἴλας, δειλὸς δὲ ὁ δεδιὼς τὰς ἴλας, aſſerit Schol. A. ex Porphyrio, ut colligo ex Euſtath. p. 1099. extr. et ſane ſic Schol. Victor. et cod. Leid. Valken. ad Ammon. p. 246. etſi acumini parum tribuo; adſtipulantur tamen Etymol. Heſych. apud quem etiam φύζηλος, δειλὸς, φυγὰς, occurrit. Schol. A. τὸ φυγεῖν et ἀλέασθαι ineſſe putauit. Ineptius Euſtath. ὁ φεύγων ἅλις. Vocem frequentat Nicander Ther. 660. Alex. 472.

144. φράζεο νῦν, ὅππως κε πόλιν καὶ ἄστυ σαώσῃς. Euſtath. fragm. Moſc. et Venetus σαώσεις. quod forte ad Atticam elegantiam dictum arbitreris; ſic ſane conueniet cum Ξ, 3 φράζεο, ὅπως ἔσται τάδε ἔργα. Δ, 14 ἡμεῖς δὲ φραζώμεσθ' ὅπως ἔσται τάδε ἔργα. add. Υ, 115. 6. φράζευ ὅπως Δαναοῖσιν ἀλεξήσεις κακὸν ἦμαρ I, 251. Homericum tamen vſum ſubiunctiui non minus in his conſtare docui

Exc. III ad lib. J. Inf. P, 713. 4 *Φραζώμεθα — ἢ μὲν ὅπως τὸν νεκρὸν ἐρύσσομεν, ἦδὲ καὶ αὐτοὶ — Φύγωμεν.* *σαώσῃς* tuentur quoque codd. boni. Etiam ſic Ammon. p. 116.

πόλιν καὶ ἄστυ. Monet Euſtath. illa vrbs, haec arx, Pergamus.

145. *οἷος σὺν λαοῖσι, τοὶ Ἰλίῳ ἐγγεγάασι.* Manifeſta ignoratio digammi pro *λαοῖς τοὶ Ἰλίῳ.* Vrat. d. *σὺν γαμβροῖσι, τοὶ* — meminerat ſomnolentus librarius ex E, 474.

ἐκγεγάασιν Schol. br. ſaltem *Ἰλίου* ſic eſſet mutandum. ſubiungitur: *ἐκγεγένηνται. ὅ ἐστιν, εἰσὶν, ἐνοικοῦσιν.* videntur priora corrupte ſcripta.

147. *ἐπεὶ οὐκ ἄρα τὶς χάρις ἦεν.* Schol. B. „*ἀντὶ τοῦ· ὡς ἔοικε, γὰρ ἐστὶ τὸ ἄρα. οἷον· οὐ γάρ ἐστί σοι τοῦτο εἰς χάριτος τάξιν. ἢ οὐδὲν αὐτοῖς χαρίζῃ.* Eſt quod Latine: nullus eſt apud te gratiae locus. Hunc verſum cum ſequ. 148. iam Achilles pronuntiauerat I, 316. 317.

περὶ πτόλιος. Barnes refinxerat, *πτόλεως*, perperam.

148. *μάρνασθαι δηΐοισιν ἐπ' ἀνδράσι.* legebatur et h. l. vbique *δηΐοισι μετ' ἀ.* quod eſſet, pugnare inter hoſtes. Verum iam I, 317 receperam Ariſtarcheam emendationem: de qua v. ad e. l.

149. *πῶς κε σὺ χείρονα φῶτα σαώσειας μεθ' ὅμιλον.* Ita vbique codd. et edd. Ita et Ven. vterque. Addit tamen Sch. A. Zenodotum legiſſe *μεθ' ὁμίλου*, et habere hoc rationem, eſſe enim *ἀντὶ τοῦ, ἔξω ὁμίλου.*" Scilicet alterum eſt *in pugna*, alterum *e pugna*. Barnes ex Schol. Exc. laudat: „*Ζηνόδοτος δὲ γράφει· μετὰ μῶλον ἀντὶ τοῦ ἐκ πολέμου.*" Vnde haec habeat, non aſſequor; niſi de ſuo refinxit. Nam Scholia illa excerpta ſunt in Edit. Cantabr. 1689. p. 768. atqui ibi Zenodotus *μεθ' ὁμίλου* ſcripſerat, *ἀντὶ τοῦ, ἐκ πολέμου.* Addit Barnes: „*γρ. καθ' ὅμιλον.*"

150. *ἐπεὶ Σαρπηδόνα — κάλλιπες Ἀργείοισιν* — „Ignorat adeo Glaucus, Sarpedonis corpus ab Apolline abductum eſſe" (Π, 453 ſq.) Sch. A. Immo vero, do-

cent vſſ. 150. 1. 153. 163. totum illum locum ab aliis rhapſodis eſſe inſertum. v. ſup. ad Π, 432.

151. κάλλιπες Ἀργείοισιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι. ✠ „quod ἑλώρια non ſunt βρώματα, ὡς οἱ γλωσσογράφοι, ἀλλ' ἑλκύσματα. De hoc v. ad A, 4.

κάλλιπες οἰωνοῖσι Harlei. Lipſ. ex interpolatione: etſi ſic mox 241 κύνας ἠδ' οἰωνούς.

De κύρμα vidimus E, 488.

152. ὅς τοι πόλλ' ὄφελος γένετο πτόλεΐ τε καὶ αὐτῷ. „πόλλ' ὄφελος. Vterque Sch. monet, eſſe πολλαχῶς. πολλάκις. et deeſſe κατὰ πολλά." quis tandem hic haerere potuit?

153. νῦν δ' οὔ οἱ ἀλαλκέμεναι κύνας ἔτλης. ✠ Nam duo notata ſunt: „primo, quod Zenodotus ſcripſerat: κύον, ἔτλης. quod abſurdum eſt. Tum alterum, quod Troiani opinati ſunt, ſubtracto Patrocli corpore ſe recuperaturos eſſe corpus Sarpedonis." add. Euſtath. p. 1100, 33. In Sch. A. eſt καὶ ὑφαντοὺς ἔχοιεν εἰς ἀνταπόδοσιν. an vox iſta ὑφαντὸς *pignus* declarauerit, ignoro. latet ὑφ' αὐτοὺς, vel ὑφ' ἑαυτοὺς ἔχοιεν?

154. τῷ νῦν — Monet Sch. A. recte, duplici modo interpungi poſſe; vel poſt ἀνδρῶν, tum οἴκαδ' ἴμεν, οἴκαδε πορευσόμεθα. vel poſt ἴμεν, vt ſit pro ἰέναι, ſi quis mihi obſequutus fuerit, vt domum redeat, Τροίῃ δὲ π. excidium paratum eſt Troiae: ita δὲ in apodoſi abundat." Similia ap. Euſtath. Praefero poſterius. Sin placet prius; aut praeſens ἴμεν pro futuro, εἰσόμεθα, vt iam alibi vidimus factum, aut quod orationi vim addit: ἴμεναι, pro ἰέναι ſc. δεῖ. κάλλιόν ἐστι. Tum Τροίῃ δὲ erit, quod vulgo: οὕτως ἄρα.

Ceterum, quantum in ſermonis δεινότητι a loquentis perſona proficiſcatur, diſcas ſi haec conferas cum ſimilibus Therſitae B, 235 ſqq.

εἴτις ἐμοὶ Λυκίων. Ineſt ἠθικόν τι in hoc, pro οἱ Λύκιοι. Comparat Euſtath. e Sophocl. Aj. 245 ὥρα τινὰ κλοπὰν ποδοῖν ἀρέσθαι.

155. Τροίῃ δὲ πεφήσεται αἰπὺς ὄλεθρος. Sch. A. ὄλεθρος φανήσεται. Sch. B. προφανὴς γενήσεται. Sch. br. ἀναφανήσεται. Est quoque in Hesychio glossa ad h. l. Scilicet fuit φάω, φάνω, φαίνω, luceo, in lucem profero; vnde etiam dico, cogitata animi in lucem profero: vnde φάω, φάσω, et φάω, φήσω. Similiter φάω pro occido, idem quod φέω, φένω, est φάω, φήσω, et φάω, φάσω. vnde mox vss. 164 πέφαμαι media breui.

156. εἰ γὰρ νῦν Τρώεσσι. vn. Vindob. εἰ γὰρ δὴ non male.

157. ἄνδρας εἰςέρχ. edd. omnes ante Turnebum, incredibili metri incuria. Apud Plutarch. Praecept. reip. ger. p. 815 C. legitur ἐπέρχεται minus commode.

158. οἵ περὶ πάτρης ἀνδράσι δυςμενέεσσι πόνον καὶ δῆριν ἔθεντο. δῆριν ἔχουσιν Cant. Vat. Harl. Townl. Vrat. A. b. hic cum gl. γρ. ἔθεντο.

159. αἶψά κε Πάτροκλον ἐρυσαίμεθα. Scholion excidit; repetita forte erant ea, quae iam ad 153 apposita erant. Barnes tentat Πάτροκλόν γ' vel Πατροκλῆ' perperam: ignorato digammo.

160. εἰ δ' οὗτος. pro εἰ γάρ.

161. ἔλθοι τεθνειώς, καί μιν ἐρυσαίμεθα χάρμης. τεθνηώς etiam h. l. Ven. Townl. Vrat. b. d. vn. Vindob. sicque Aristarchus, Sch. A. nec non Cant. cum fragm. Mosc. In vtrouis est quoque ἔλθῃ. Est ἐλθεῖν, vt alibi quoque, adduci, adductum esse.

χάρμῃ Lips. vn. Vindob.

163. λύσειαν καί κ' αὐτὸν ἀγοίμεθα Ἴλιον εἴσω. „quod Glaucus ignorat, Sarpedonem ab Apolline in Lyciam esse deportatum. (v. sup. ad 150) et quod ἄγεσθαι περὶ ἀψύχων" Sch. A. quod saepius monitum est. λῦσαι h. l. simpl. ἀνταποδοῦναι.

καὶ δ' αὐτὸν Apollon. Lex. habet p. 250 in εἴσω, vbi docet id esse pro εἰς (per ellipsin ἔσω εἰς.)

164. 165. iam lecti fuere sup. Π, 271. 2. Friget et h. l. alter versus, Ἀργείων παρὰ νηυσὶ καὶ ἀγχέμαχοι

θεράποντες, in supplementum, puto, additus elliptici dicti ὅς μέγ' ἄριστος.

Porro πέφατ' est haud dubie pro πέφαται, elisa diphthongo, v. Excurs. ad h. v. Sch. br. πέφαται. νῦν ἀνήρηται. Vatic. πέφνετ'.

167. κατ' ὄσσε ἰδών — ἀλλ' οὐδὲ ὑπέμεινας ἀντιβλέψαι. vt Sch. B. Minus bene Sch. br. κατιδὼν τοῖς ὀφθαλμοῖς.

168. οὐδ' ἰθὺς μαχέσασθαι. μάχεσθαι Lips. voluit μαχέεσθαι vt mox 178.

170. 171. Recitantur a Plutarcho de aud. poet. p. 32 A.

170. ὑπέροπλον ἔειπες. „γρ. ἔειπας" Barnes. Saltem perpetua varietate; et h. l. sic edd. Plutarchi l. c.

171. ὢ πόποι. Aristarchea lectio: quae et in Veneto, Vrat. d. fragm. Mosc. et in ed. Rom. erat. At ὢ πέπον per ed. Flor. et Aldd. illata est. eadem in Plutarch. de aud. poet. p. 32 B. praecept. reip. gerendae editur p. 809 E. Erat haec Zenodoti, vt e Sch. A. discimus: qui non male sic legi putat. — ἐφάμην, ἐλογισάμην de quo iam actum.

172. τῶν ὅσσοι. Sch. A. adiectum hoc imminuere vim ait, καὶ τὰ τοιαῦτα εἴωθεν ἀθετεῖν Ἀρίσταρχος. (h. e. *improbare;* non, *pro insititiis habere?* Atqui ea suspicio facile mouetur, quoties tam inutile interpretamentum adiicitur.)

τῶν intellige esse pro τούτων, οἵ. vt saepe. ita paullo post vs. 207 τῶν ποινὴν ὅ τοι. τῶν ἐκείνων. Multum operae in hoc ponebat Reiz de Prosod. p. 74 cum ἄλλων non bene substitui possit.

173. νῦν δέ σευ ὠνοσάμην πάγχυ φρένας, οἷον ἔειπες ※ Scholion appositum: παρὰ Ζηνοδότῳ· „νῦν δέ σε" ἔξω τοῦ υ. (indocte, cum hiatu) ὅτι νῦν μὲν ὀρθῶς ἔχει (sc. totus versus.) ἐν δὲ τῇ Ξ κακῶς ἐντεῦθεν μετενήνεκται. v. ad Ξ, 95. οἷον ἔειπες. „γρ. ἔειπας" Barnes.

174. ὅς τέ με φῂς Αἴαντα. „φῂς. Ascalonita iubebat scribere μ' ἔφης. (quod est in Vrat. d.) Alexion con-

tra pronuntiabat esse praesens, vnde et cum ι scribi Φῄς." Obtemperant Sch. br. Rationem tamen τοῦ ι non affert grammaticus B. qui ei se adstipulari profitetur. Quae sane nulla est, praeter vsum, παράδοσιν s. ἱστορίαν. quod praeclare docet grammaticus in Etymol. p. 791 voc. Φῄς. Aliquoties iam editum est Φῇς, vt Jl. Δ, 351. secundum hanc auctoritatem, quae et in Veneto visitur. Alioqui a Φημὶ, est Φὴς, Φησὶ, nec vlla est του ι caussa in ipsa re. „γρ. ὅς τ' ἐμ' ἔφης. Barnes. ὅς τ' ἐμὲ Φῄς fragm. Mosc.

175. ἐγὼ Flor. et Aldd. ἐγὼν ex ed. Rom. inde a Turnebo. sicque codd. ipse Ven. οὔτι ἐγὼν Harl. Vrat. A. Vindob.

176. 7. 8. tres versus iam supra lecti Π, 688. 9. 690. sed duo hi 689. 690. male hinc translati. Recitat eos Dio Chrys. Or. XXXII, p. 664. Reisk. sed editur ἀφείλετο νίκης et τοτὲ δ' αὐτὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει.

176. ἀλλ' αἰεί γε. ἀλλ' αἰεί τε erat ante Barnes: sicque Ven. Cant. fragm. Mosc. Vrat. A. b. d. v. ad Π, 688. δὲ Townl. vt sit ἀλλὰ δέ. ἀλλά γε vere Homericum est.

νόος ἠέπερ ἀνδρὸς, Barocc. Mori. Harl. Townl. Vrat. A. b. ἀνδρῶν Vat. cf. ibid. 690.

178. ὀτὲ δ' αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι. — „quod parum sibi respondent membra: pro ὀτὲ δ' αὐτὸς debebat esse τότε δ' αὐτός — aut ἐστὶ δ' ὅτε κ' αὐτός. Est quoque τόδε δ' apud Aristophanem. Sch. A." An τότε δὲ ita dictum fuerit pro ἐνίοτε δὲ, quaeri potest. Miror in hoc haesisse homines, cum toties hoc, quod proprie erat ὀτὲ μὲν — ὀτὲ δὲ, pro ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ, variet poeta, et ὀτὲ δὲ solum enuntiet, v. c. Λ, 567. ὀτὲ autem et ὅτε etiam h. l. variat; monente quoque Eustathio. ἐποτρύνει ἢ ἐποτρύνῃσι — ὃ καὶ ἀλλαχοῦ προέκκειται. scil. Π, l. c. ἐποτρύνῃσι μάχεσθαι. — μαχέεσθαι Lips. Harlei.

179. καὶ ἴδε ἔργον. Volunt ἴδε Atticum esse; vulgare ἰδέ.

181. ἤ τινα καὶ Δαναῶν ἀλκῆς, μάλα περ μεμαῶτα· Antea interpungebatur Δαναῶν, ἀλκῆς μέγα περ μεμαῶτα. Poteſt hoc defendi exemplo N, 197 Αἴαντε μεμαότε θούριδος ἀλκῆς ad quem loc. vide. Et erit τινὰ Δαναῶν σχήσω ἀμυνέμεναι, ἀποσχήσω τοῦ ἀμύνειν. Eſt tamen expeditius, ſi iungas ἀλκῆς σχήσω, vt facit Schol. B. τὸ ἑξῆς οὕτως· ἤ τινα καὶ μεμαῶτα ἀμυνέμεναι σχήσω τῆς ἀλκῆς. Similiter Euſtath. iunxit: ἤγουν ἐφέξω τῆς εἰς ἄμυναν ἀλκῆς. Sup. I, 651 Ἕκτορα, καὶ μεμαῶτα, μάχης σχήσεσθαι ὀΐω.

μέγα περ vulgg. At μάλα περ Harl. Cant. Mori. fragm. Moſc. Vrat. A. vn. Vindob. Ven. et ſane hoc ſollennius; vt in illo: μάλα περ μεμαῶτα καὶ αὐτόν.

183. ὣς εἰπών. Verſus 184. 5. aliquoties vidimus: v. ad Z, 112. *eſtote ſtrenui, et fortiter pugnate.*

185. ἔστε, non ἐστὲ, cum ſit imperatiuus. monuit Toll. ad Apollon. Lex. ad h. l. ἔστε. γίνεσθε. p. 305. Mihi aliis locis non in mentem venerat.

186. ὄφρ' ἂν ἐγὼ Ἀχιλῆος ἀμύμονος ἔντεα δύω. Vulgo ἐγών. habeo auctoritatem Vrat. A. Arma Achillis cur induerit, quaeſitum; ſcilicet, ait Sch. B. ad 189. vt ſe ornaret, Troianorum animos firmaret, Achiuos terreret, et Achilli pararet hoc ipſum, vt, eo caeſo, armis iterum potiretur. v. Notam ad vſ. 140. — ἀμύνονα ἔντεα Vat.

188. κορυθαιόλος et h. l. edd. ante Turnebum: v. ad 96.

190. ὦκα μάλ', οὔπω τῆλε, ποσὶ κραιπνοῖσι μεταστπών. Sch. A. recte monet: τὸ ἑξῆς ἐστι· θέων ἐκίχανεν ἑταίρους, ὦκα μάλα κραιπνοῖσι ποσὶ μεταστπών. τουτέστι μετελθὼν αὐτούς. cauſſa interpoſita eſt οὔπω τῆλε, quippe nondum multum illi proceſſerant. Fuere qui μετάσπων. ſcriberent: male.

191. κλυτὰ τεύχεα Πηλείδαο. „ἐν ἄλλῳ· Πηλείωνος." Sch. A. ſicque Barocc. vn. Vindob. Totum verſum expunxerat Bentl. Putauit adeo ſufficere v. 130. 1.

192. στὰς δ' ἀπάνευθε μάχης πολυδακρύτου, ἔντε' ἄμειβεν. Vitiatur metrum in πολυδακρύτου. nam υ pro-

ducitur vt alia ex δακρύω. v. Ω, 620 πολυδάκρυτος δέ τοί ἔσται. add. Od. Τ, 213. 251. Φ, 57. In Ven. editur πολυδακρύου. Eſt emendandum πολυδάκρυος. Sic inf. 544 ὑσμίνη πολύδακρυς. Monuit quoque Bentleius.

193. προτὶ Ἴλιον ἱρήν. ⊱ „quod Ἴλιος feminino genere" Schol. A. Tum Apollon. Lex. in ἅ. ὁτὲ δὲ τὰ αὐτοῦ. ἤτοι ὁ μὲν τὰ ἅ δῶκεν.

194. τεῦχε' ἔδυνε vulgo. ſed Ionica ratio probat τεύχεα δῦνε, quod eſt quoque in Cant. Mori. Harl. Ven. fragm. Moſc. Townl. Vrat. A. d. vn. Vindob.

195. ἅ οἱ θεοὶ — non eſt articulus ſed οἱ αὐτῷ. duplici datiuo vt ſaepe pro πατρὶ αὐτοῦ. Nec probo Bentleium emendantem τὰ μὲν θεοί.

πατρὶ Φίλῳ ἔδοσαν. in nuptiis cum Thetide: hoc additur inf. Σ, 82—85. equos Neptunus dederat: Π extr. et diſerte Ψ, 277. 8. Munera iſta nuptialia θεόςδοτα etiam a Pindaro celebrata ſunt. Ἡφαιστότευκτος Pelei μάχαιρα nota e Pindaro, et Schol. Apollonii I, 224. cf. Eudocia p. 441.

196. ὁ δ' ἄρα ῷ fuit αρα Ϝῳ geminata digammi pronuntiatione. παιδὶ ὄπασσε vitioſo hiatu: cui non vno modo occurri poteſt, et Bentl. iam occurrebat: υἱεῖ ὄπασσε. Potuit quoque ῷ ὤπασε παιδὶ ſcribi.

297. γηρὰς ex γήρημι. Producitur vltima, quia ex γήραυς orta, vt apud Heſiod. γηράντεσσι τοκεῦσι. Indocte grammatici per apocopen dictum eſſe volunt pro γηράσας, ita et ὑποφθὰς pro ὑποφθάσας acceperunt, et ἐπιπλὼς pro ἐπιπλώσας. Dicta iam ſunt de his ad H, 144 et ad Z, 291. Ita tamen Sch. A. B. br. Heſych. add. Gregor. et Koen. p. 271. 2. Ad meliora deſcendit Etymologus cum Euſtathio.

198. ὡς οὖν „vt dictum eſt v. 192." Clarke.

199. τεύχεσι Πηλείδαο κορυσσόμενον θείοιο. Vrat. d. cum vno Vindob. τεύχεσι λαμπόμενον μεγαθύμου Πηλείωνος recitat. hemiſtichium vtrumque alibi occurrit.

201. οὐδέ τι τοὶ θάνατος καταθύμιός ἐστιν. ⊱ „quod καταθύμιος, κατὰ ψυχὴν (idem quod ἐνθύμιος,

de re quae animo obuerfatur) cum vulgo fit τὸ καταθύμιον τὸ ἀρεστόν. Sch. A. Euftath. Haec iam vidimus K, 383.

Tum ἆ δειλ'. Ita vulgo fcribitur. Herodianus ἐν τῷ ά ὑπομνήματι τοῦ περὶ παθῶν Διδύμου (pro εἰς τὸ περὶ παθῶν. Nam fuit talis Didymi libellus. cf. ad Γ, 272) disquirit de tono: fitne ἆ δείλ' an ἆ δεῖλ'. quia eft pro δειλὲ, debere tonum retrahi ἆ δείλ'." Recte ita cenfet grammaticus; idque fequendum eft, quandoquidem fup. Λ, 160 κείν' ὄχεα probauimus. — οὐκέτι τοι Cant.

202. ὃς δή τοι σχεδόν ἐστι. σχεδὸν non effe, quod vulgo dici folet, *cum non multum abeft quin*; fore; verum pro ἐγγὺς, obferuat Sch. A. quod et ab Etymologo et aliquoties ab Euftathio notatur, primo loco ad E, 14. Ariftarchea exemplaria habuerunt: αἵ δή τοι σχεδόν εἰσι. Atqui Κῆρες θανάτου non praeceſſerant. Forte αἵ librarii vitium eft, et fuit ὃς — εἶσι, h. ἔρχεται. Erat quoque εἶσι in vno Vindob. et in Lipf. cum gl. πορεύεται. idque probandum, ne bis ἐστὶν fe excipiat. Contra alterum iteratur Od. B, 283. 284. ὡς δὴ Lipf. ἄβροτα, pro ἄμβροτα, τεύχεα Mori.

203. τόν τε τρομέουσι καὶ ἄλλοι. fup. H, 113 Ἕκτορι, τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι.

204. ἑταῖρον ἐνηέα. τὸν προςηνῆ. ἐναντίον τῷ ἀπηνεῖ. (Iterum inf. Ψ, 252 vbi ἐνηέος. Apollon. Lex. προςηνοῦς. προςφιλοῦς. Add. Sch. br. Etymol. Suid. Hefych. Euftath.) Addit Sch. A. Zoilum Ἐνηέα pro nomine proprio habuiffe Od. Θ, 200 χαίρων οὕνεχ' ἑταῖρον Ἐνηέα λεῦσσ' ἐν ἀγῶνι. Fuit haec propria Patrocli laus humanitatis et beneuolentiae: vnde inf. 670 Patrocli ἐνηείη. Et repetitur haec propria Patrocli laus Φ, 96. Ψ, 252. 648.

205. τεύχεα δ' — Ipfe Iupiter ait Hectorem fpoliaffe Patroclum: quod tamen Apollo fecerat. Reprehendebat hoc Ariftarchus. Sch. A. De his cf. fup. ad 125. — οὐ κατὰ κόσμον. Quid tamen eft illud, in quo Hector ἀκόσμιος videri debuit? Spoliare per fe non eft inhoneftum vel indecorum: num quatenus Apollinis et Eu-

phorbi virtute caesi hostis arma sibi vindicarat? Sic Schol. Eustath. an, quod superbe spoliati corpori illuserat 125. 6. 7? Nisi omnino eum obiurgat, quia imprudens futuri nimium exultat Patrocli caede. Schol. br. οὐ κατὰ τὸ προςῆκον. ἐφ' ὕβρεως. saltem σὺν ὕβρει. ὑβριστικῶς.

206. εἷλευ· ἀτάρ τοι νῦν γε μέγα κράτος ἐγγυαλίξω. Obseruant Schol. A. B. inesse his versibus ἦθος et πάθος, et τραγῳδίαν, miseratione fortunae Hectoris, etsi eum superbire indigneris.

εἷλευ ex ed. Rom. reposuit Turnebus. Flor. Aldd. εἷλες, vt et cod. Vatic. cum Vindob. Alt.

207. τῶν ποινὴν, ὅ τοι οὔ τι μάχης ἐκνοστήσαντι. ποινὴν h. l. ἀντισήκωσιν, compensationem, bene reddit Eustathius, laudato Pindaro, qui hanc vocem frequentat hoc sensu. (P. I, 113. IV, 112. Nem. I, 108.) Atqui nec nouum hoc in Homero. Vidimus iam ποινὴν υἷος E, 266 et al.

ὅ τοι οὔ τι. Cant. Mori. Vat. Vrat. A. b. ὅ τι οὔτι. sicque edd. Flor. Aldd. Recte correxit Turnebus ex ed. Rom.

ἐκνοστήσαντι voce iugata vulgatum inde a Turnebo ex ed. Rom. νοστήσαντα quoque Vrat. A. νοστήσαντος Vrat. b.

Fragm. Mosc. interpunxit: ἐγγυαλίξω τῶν, ποινὴν etc. vt sit κράτος τῶν, (pro αὐτῶν, τῶν 'Αχαιῶν).

210. Ἕκτορι δ' ἥρμοσε τεύχε' ἐπὶ χροΐ. In Schol. B. et Harl. Schol. contenditur, subintelligendum esse τὸν Δία. vt Iupiter diuina opera loricam adaptauerit Hectori. Non enim eadem statura fuisse Achillem et Hectorem, vt arma istius huic conuenire satis possent. „Respexerunt scilicet locum X, 321 sqq. vbi Hector, parte gutturis haud tecta, transfigitur. Argutantur tamen viri docti in voce ἁρμόζειν, quod nimis seuere exigunt. Si Patroclo congruus erat thorax Achillis, quid ni et Hectori? Ita Paridi thorax fratris ἥρμοσε δ' αὐτῷ sup. Γ, 333. ἥρμοσεν est pro ἡρμόσθησαν, vt et Eustath. exponit. Sic et inf. Τ, 385 πειρήθη εἴ οἱ ἐφαρμόσσειε. adstipulatur Clarke.

δῦ δέ μιν Ἄρης δεινὸς ἐνυάλιος. „*Ἄρης, πολέμου ἔρως καὶ ὁρμή.*" Sch. A. br. vt *Apollo pectus subire* dicitur, *numen* aliquem *implere:* pro *vi diuina.* Apollon. Lex. *ἄρης.* — *ἐπὶ δὲ τῆς εἰς πόλεμον ὁρμῆς* adſcripto hoc loco. Heſych. *δῦ δέ μιν Ἄρης. ἐπιθυμία αὐτὸν εἰςέδυ τοῦ πολεμεῖν.*

211. *δεινὸς ἐνυάλιος.* „quod *Ἐνυάλιος* Martis epitheton *ἀπὸ τῆς Ἐνυοῦς πολεμικῆς οὔσης* ductum eſt, vt *Ἀρήϊος* ab *Ἄρης.* Non autem, vt *οἱ νεώτεροι,* Enyus (ſup. E, 333) filius eſt Mars; neque, vt Attici, deus eſt aliquis *Ἐνυάλιος* a Marte diuerſus." Sch. A. Diſertiora haec quam apud Heſych. et Etymol. et Sch. A. B. ad Υ, 69. Mirum tamen, nunc demum haec notari, cum iam B, 651. et ſaepe *ἐνυάλιος* Mars memoratus fuerit. Verbo, *ἐνυάλιος* eſt ſimpliciter pro *πολεμικός.*

πλῆσθεν δ' ἄρα οἱ μέλε' ἐντός. Vrat. d. *πλῆθε.* quaſi *ἔπληθε.*

212. *μετὰ δὲ κλειτοὺς ἐπικούρους.* Hic nusquam variat *κλητοὺς,* vt ſint euocati ſocii: ſed ſunt *κλειτοὶ,* praeclari. v. ad vſ. 14.

213. *βῆ ῥα μέγα ἰάχων. μέγ' ἰάχων* peccatum etiam h. l. vt vbique in his vocibus: cum tamen ſit *μεγα ϝιαχων.*

ἰνδάλλετο δέ σφισι πᾶσι, 214. *τεύχεσι λαμπόμενος, μεγαθύμῳ Πηλείωνι. ἰνδάλλετο* Apoll. Lex. *ὡμοιοῦτο.* Sch. br. addunt *εἰκάζετο.* add. Heſych. Etymol. Iterum obuia vox Ψ, 460. vbi v. Euſtath. Od. Γ, 246. Τ, 224 et in Apollon. Argon. I, 1297. Idem de rerum ſimulacris menti obuerſantibus adhibuit: II, 547 *ὑγρή τε τραφερή τ' ἰνδάλλεται.* III, 453 *προπρὸ δ' ἄρ' ὀφθαλμῶν ἔτι οἱ ἰνδάλλετο πάντα* item III, 811. Alias eſt ſimpl. *videri, δοκεῖν* vt Ψ, 460 et *reminiſci,* Od. Τ, 224. Eſt quoque inter voces Platonicas ap. Timaeum in Lex. p. 150 et ibi Ruhnken.

μεγαθύμῳ Πηλείωνι. Recepi e Ven. ad quem docet Sch. A. habere hoc *διόρθωσιν* Ariſtarchi. (nec aliter poſſunt legiſſe Sch. br. in quibus *εἰκάζετο. ὡμοιοῦτο. τῷ Ἀχιλλεῖ δηλονότι.* Et Schol. Exc. *οὕτως ὁ Ἀρίσταρχος.* At *αἱ*

κοιναὶ ἐκδόσεις, *μεγαθύμου* Πηλείωνος, quod meo iudicio ſenſum commodum non habet, multo minus, ſi, vt vulgo ſit, oratio continuatur: *τεύχεσι λαμπόμενος μεγαθύμου* Πηλείωνος. nam quid tum eſt *ἰνδάλλετο*? *erat ſimilis* cuinam? deficit adeo vox princeps ſententiae. Euſtath. *ἤγουν εἰκασμὸν ἑαυτοῦ ἔπεμπε τοῖς βλέπουσι, καὶ οὐκ ἐμφανῶς ἐγινώσκετο* Ἕκτωρ *εἶναι*. hoc abſurdum eſt. Saltem *ἰνδάλλετο* Πηλείωνος erant iungenda. At cum caſu ſecundo vox non occurrit iuncta. Etiam *ὅμοιος* ſemper cum tertio caſu iungitur in Homero. Adhaeſit genitiuus antecedenti *τεύχεσι*. Etiam Euſtath. ſubiungit: *ἕτεροι δέ φασιν, ὅτι μεγαθύμῳ* Πηλείωνι *ἰνδάλλετο*.

215. *ὤτρυνεν δὲ ἕκαστον ἐποιχόμενος ἐπέεσσι*. Ariſtarchea lectio. Nam Schol. A. „Zenodotus *ὄτρυνεν*" quod Ionicum eſt: perpetua varietate.

Euſtath. ad h. v. multa argutatur ſuper producta vltima vocis *ἐποιχόμενος*, ignorantia τοῦ Digamma. Pro hac voce *παριστάμενος* Vrat. A. *παριστάμενον* Vrat. b. contra metrum poſt *ἕκαστον*.

216. Ὀρσίλοχόν *τε* Cant. Barocc. Mori. vitioſe. verſum latinum fecit Virgil. Aen. VI, 483.

217. Δεισήνορα. reſtituit Barnes ex Etymol. accedente Vatic. pro vulgato Δεισίνορα. At Δηΐνορα Vrat. A. Δισήνορα Ven. Βιήνορα Cant. Δεισήνωρ vt Εὐήνωρ. Ἀντήνωρ.

Ἱππόνοον Mori pro Ἱππόθοον.

216. 217. 218. Qui ſequuntur, e ſociis erant, vt ex 220 intelligo. Μέσθλης. Paeones ducebat B, 864. *Medon* diuerſus ab aliis. *Therſilochus* e Paeonibus, ab Achille caeſus inf. Φ, 209. 211. *Aſteropaeus* inter Paeonum principes, nec Lyciis annumerandus, v. ad M, 102 ab Achille caeſus inf. Φ, 139 ſq. *Hippothous*, Pelasgorum dux: B, 840. *Phorcys* Phrygum dux. *Chromius* et *Ennomus* Myſorum duces B, 857. Reliqui obſcuri.

218. Φόρκυν *τε* Χρομίον *τε*. Nam ſic eſt ſcribendum ex Canone grammatico, vt Ὀδίος, recte obſeruante Barneſio. cf. ad E, 39. 677. Eſt h. l. Χρομίος, qui ſupra *ἐν τῷ διακόσμῳ* (B, 858) erat Χρόμις. Metro deberi va-

riationem, nemo dubitet; debuit tamen vtrumque frequentari; at quaerit Dionyſius, ſatis otioſe, vtrum nomen poeta mutauerit? Ait mutatum videri Χρόμις in Χρόμιος. Nam altero loco (B, 858) recenſu facto vera apponi nomina. εὔλογα γὰρ ἐκεῖ τὸ ὄνομα πρῶτον. debuit eſſe ἐκεῖ λέγει γάρ. Sch. A. Aliud ibid. Scholion Φόρκυνα ſcribendum eſſe monet, niſi potius fuit οἱ δὲ Φόρκυνα αἰτιατικῇ ἀπὸ τῆς εὐθείας εἰς ν. (poſt οὐχ ὑγιῶς δὲ interpungo.) Debuit ſcriptum eſſe etiam Φόρκυνα Χρόμιόν τε. quod et Tyrannio maluiſſe videtur; vt inf. P, 312 Αἴας δ' αὖ Φόρκυνα δαΐφρονα, Φ. De variante nominis Φόρκυς ſcriptura v. Notas ad Apollodor.

219. τοὺς ὅγ' ἐποτρύνων. Verſus aberat a Lipſ. Townl. cum ſigno et ſigla α et poſſe abeſſe ait Erneſti.

220. Comparat Hectoris et Menelai 248 orationem Sch. B. et ad Glauci orationem reſpici vult Euſtathius multa argutando.

221. οὐ γὰρ ἐγὼ πληθὺν διζήμενος. ⊱ „quod orationem orditur Hector a γάρ, vt Od. K, 190 οὐ γάρ ἴσμεν, ὅπῃ ζόφος.“ Sch. A. Obſeruatio nunc ſatis trita: γάρ pro δή, vt dictum ſup. ad K, 61.

223 — 6. Poſſunt iungi ſic vt poſt Ἀχαιῶν plene interpungatur, vt editum eſt. Poteſt etiam ἀλλ' ἵνα — Ἀχαιῶν protaſis eſſe ſequentium. Notat quoque Schol. A.

224. προφρονέως ῥύοισθε φιλοπτολέμων ὑπ' Ἀχαιῶν. Ald. 2. intulerat ἀπ' Ἀχαιῶν. quod et codd. habent, vt fragm. Moſcou. vn. Vindob. Sane εἴργειν, ἀρκεῖν τὸν ὄλεθρον, τὸ κακὸν, ἀπό τινος dicitur. non memini, ῥύεσθαι, φυλάσσειν, σώζειν τινα ἀπό. Rediit ad ὑπὸ Turnebus. Od. M, 107 eſt οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπ' ἐκ κακοῦ.

Eſt autem nunc ῥύεσθαι, prima producta, a ῥύομαι, φυλάσσω, σώζω. v. Excurſ. IV. ad lib. A. Diuerſum eſt quod ſequitur vſ. 235 νεκρὸν ὑπ' Αἴαντος ἐρύειν, trahere, ſubducere, pro ὑπερύειν, ὑπεξερύειν, Αἴαντι. Eſt hoc quoque plerumque ὑπ' ἐξ. vt inf. 581 νεκρὸν ὑπ' ἐκ Τρώων ἔρυσε μετὰ ἔθνος ἑταίρων. et Σ, 232. vt ὑπ' ἐκ — ἕλκειν Δ, 465.

225. *ὀάροισι κατατρύχω καὶ ἐδωδῇ. κατατρύχω, καταπονῶ τοὺς Τρῶας, ἀναγκάζων παρέχειν δῶρα* — Sch. B. Eadem vox hoc ſenſu Od. O, 308. Π, 84.

226. *ὑμέτερον δὲ ἑκάστου θυμὸν ἀέξω.* Vltima nemo illuſtrat, praeter bonum Dammium: niſi quod Euſiath. praeit, per *ψυχὴν διαχεομένην, χαίρουσαν* reddendo. Eſt *ἀέξειν* inter voces antiquioris ſermonis notiones non ſatis explicitas habentis. Omnino eſt *maius reddere*, ſeu numero ſeu menſura, ſeu viribus corporis, tum et animi. Maior animus ſi redditur: accedit ei noua virtus, audacia, modo alacritas, laetitia. Hoc diſertius redditur per *exhilarare, recreare*, vt h. l. M, 214 *σὸν δὲ κράτος αἰὲν ἀέξειν opes alterius firmare, dignitatem tueri. πένθος ἀέξειν fouere moerorem, pro* ſimplici *ἔχειν. ἔργον ἀέξειν, ſecundare, fortunare*, bono ſucceſſu vt Od. Ξ, 66. O, 371. Hinc Pindarus *ὕμνων ἄνθος ἀέξειν* precatur Iouem, *fortunare* carmina, beare, vt placeant. et aliquoties pro *clariorem fieri, maiorem famam aſſequi*, vt *Μοῦσα αὔξεται* P. IV, 496.

228. *ἡ γὰρ πολέμου ὀαριστὺς* „*ὁμιλία. οὕτως δεῖ ἀναστρέφεσθαι ἐν πολέμῳ καὶ ἀριστεύειν. αὕτη γὰρ καὶ ἀρετὴ τῶν πολεμούντων*" Schol. A. et Sch. br. parum diſerte. Nec huc ſpectat, quod apud Apollon. Lex. eſt: *ὀαριστὺς, σημαίνει δὲ τὴν μάχην.* quod locum habet N, 291 vbi eſt *μετὰ προμάχων ὀαριστύν.* Eſt proprie confabulatio, ſermo: v. ad Ξ, 216. inde negotium, quod quis cum altero peragit; itaque eſt: ita enim res in praelio transiguntur, ea conditione, vt aut pereundum aut vincendum ſit. Erneſti ad notionem luſus reuocabat „hic eſt luſus belli: Horat. *nimis longo ſatiate ludo*: ſiue: *hae ſunt belli vices*" hoc melius.

229. *τεθνειῶτα.* vt et Venetus. Ariſtarchus *τεθνηῶτα* vt vbique eum ſcribere vidimus: ſic et Cant. Townl. vn. Vindob.

230. *ἐρύσῃ εἴξῃ δέ οἱ Ἕκτωρ.* Lectio *ἐρύσῃ* et *εἴξῃ*, verior haud dubie lectione vulgata *ἐρύσει* et *εἴξει*, vt ſolet Homerus *ὃς δέ κε* cum ſubiunctiuo iungere, erat in

Cant. Barocc. Vat. adde Euſtath. Ven. Lipſ. Townl. fragm. Moſc. ἐρύσῃ et εἴξει Vrat. A. b. d. Vindob. vn. et alter ἐρύσει et εἴξῃ. Barnes: „γρ. ἐρύσει εἴξειε δ' οἱ Ἕκτωρ." Eſt hoc ipſius commentum.

231. ἥμισυ τῷ ἐνάρων Ariſtarchi eſt lectio, quam habent edd. Flor. Aldd. et codd. Townl. Vrat. A. τῶν ἐνάρων, quod ipſe Ven. fr. Moſc. agnoſcunt, intulerat Turnebus è Romana. Merito praeferebat τῷ Erneſti et Wolf.

232. ἥμισυ δ' αὐτὸς ἕξω ἐγώ. ἄξω Vrat. A. quod de praeda bene dici, addit Erneſti.

233. οἱ δ' ἰθὺς Δαναῶν βρίσαντες ἔβησαν. „βρίσαντες· ἑαυτοὺς καταβαρύναντες. στίφος ποιήσαντες καὶ στερεώσαντες" Schol. A. addit B. „συνασπίσαντες, καὶ εἰς τὸ αὐτὸ πάντες ὁρμήσαντες." Praeclare haec. Nimis breuiter Apollon. βρίσαντες. βαρύνοντες. Sic et Sch. br. Habet vox efficaciam ad deſignandam impreſſionem copiarum, cui reſiſti nequit. Vidimus iam ſup. M, 346. 359 et ἐπιβρίθειν, H. 343. M, 414.

234. μάλα δέ σφισιν ἔλπετο θυμός. „ἔλπετο· Ariſtophanis fuit haec lectio: „quam et Ven. A. B. habent. Monet Schol. alios legere ἥλπετο. Sic Barocc. Vrat. d. vn. Vindob. μάλα δέ σφιν ἔλπετο Bodlei. (Harl. ap. Bentl.) ap. Clark. qui forte legendum eſſe addit — σφιν ἐέλπετο. Lipſ. μάλα γάρ σφιν ἔλπετο addit Ern. „aut ἐέλπετο aut ἥλπετο latet." μάλα γὰρ erat quoque in Vrat. d. Sed hoc eſt interpretamentum τοῦ δὲ, quod toties pro γὰρ dictum vidimus.

237. Αἴας εἶπε — Μενέλαον. ✓ „quod πρὸς deeſt: vt Od. Ψ, 191 προτιδέγμενος, εἴ τι μιν εἴποι." (fuit εἴ τι ἓ εἴποι) Schol. A.

238. οὐκέτι νῶϊ. Male νῶϊν in fragm. Moſc. et al.

240. οὔ τι τόσον νέκυος πέρι δείδια Πατρόκλοιο. ✓ „quod ambiguum eſt, ſitne περὶ νέκυος Πατρόκλου an περὶ Πατρόκλου τοῦ νέκυος γεγονότος." Sch. A. acumen grammaticum! habet tamen rationem; non enim vſus fert: ὁ νέκυς Πάτροκλος, mortuus Patroclus, (occurrit

quidem νέκυς τεθνειὼς vel κατατεθνειώς) ſed ὁ νέκυς τοῦ Πατρόκλου. ſic inf. Ω, 108 Ἕκτορος ἀμφὶ νέκυι.

περιδείδια vna voce ſcriptum editur: vt amare librarios ſaepe dixi: ſic ſtatim 243 περίπαντα. πέρι etiam Sch. A. ſcribere iubet, idque habent h. l. edd. omnes excepta Romana, cum Euſtathio. Excuſant autem metum Aiacis, tanquam naturae impulſui conſentaneum. Scilicet ſenſiſſe videntur, parum generoſe haec ab Aiace dici, ſibi magis quam Patrocli corpori metuente.

241. ὅς κε τάχα κορέσει tuetur hoc Ven. cum Euſtath. ſicque ed. Rom. Turn. Steph. At κορέει Flor. Aldd. Sch. br. Harl. quod iterum intulerat Barnes, eiecit Clarke. Bis iam ante hanc varietatem et inconſtantiam in hac voce vidimus: Θ, 379 et N, 831. Venetus nunc κορέσει exhibet, qui in iis locis κορέει habebat: quod et in edd. eſt. At Mori. Barocc. κορέσῃ quod a loco alienum eſt, ortum e maiuſcula ſcriptura. In Vindob. κορέει, κορέῃ et κορέσει, occurrit.

242. ὅσσον ἐμῇ κεφαλῇ περιδείδια, μή τι πάθῃσι, καὶ σῇ. ⊱ Scholion A. quia non ſatis perſpicuum eſt, apponam: ait πέρι hic non eſſe ſcribendum, ἐνθάδε οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν, (ſcil. tum πέρι eſſet pro περισσῶς, valde) ἐπεὶ δοκεῖ ἀντὶ τῆς ὑπὲρ κεῖσθαι, καὶ ἐνηλλάχθαι πτῶσις. ἀντὶ γὰρ τοῦ· ὑπὲρ ἐμῆς κεφαλῆς. διὸ καὶ σημεῖον παράκειται. Fac περὶ pro ὑπὲρ eſſe, cur non minus ſcribendum eſſet ἐμῇ κεφαλῇ πέρι, pro περὶ κεφαλῇ, vt ante νέκυος πέρι. — Mirum vtique caſum ſubinde mutari, et pro ſecundo nunc tertium adhiberi eadem in re; verum in altero verſu καὶ σῆς ἐπεὶ in metrum peccaſſet. δεδιέναι περὶ τινὸς non modo ſed et περί τινι dici non negem: etſi K, 240 verſus ſpurius eſt: ὣς ἔφατ', ἔδδεισε δὲ περὶ ξανθῷ Μενελάῳ. Malis forte ἐμῇ κεφαλῇ δείδια iungere, *metuo mihi*, et πέρι pro περισσῶς dictum accipere, etſi ſic compoſitum περιδείδια bene locum ſuum tueri poſſet: κεφαλῇ περιδείδια. Attamen in Homero δεδιέναι cum tertio caſu iunctum haud memini. Quis tamen dixerit, an verſus hi quinque 240 — 244

rhapſodorum laciniae ſint! Breuitati et ſimplicitati Aiacis et poetae conſentanea erat oratio: Ὦ πέπον, ὦ Μενέλαε διοτρεφὲς, οὐκέτι νῶϊν ἔλπομαι αὐτώ περ νοστησέμεν ἐκ πολέμοιο. ἀλλ' ἄγ' ἀριστῆας Δαναῶν κάλει, ἤν τις ἀκούσῃ. πέρι δείδια etiam Sch. br. Vat.

243. ἐπεὶ πολέμοιο νέφος περὶ πάντα καλύπτει, de pugna ipſa et de pugnantium turma ſeu acie ingruente; quam et Virgilius dixit *nubem belli* Aen. X, 809, (apud Pindarum eſt νεφέλη φόνου N. IX, 90 I. VII, 38) bene dictum eſſet; bene etiam per ſe πολέμοιο νέφος Ἕκτωρ. vt ap. Pindar. N. X, 16 Amphiaraus, *belli* ſ. *pugnae procella*. At Ἕκτωρ, νέφος πολέμοιο, περικαλύπτει πάντα parum belle dicta ſunt. Schol. B. exponit, l. Hector πάντα καλύπτει, ὡς νέφος, (ſic et Sch. br.) l. Hector, τὸ νέφος, τὸ πλῆθος, ἐπάγων, πάντοθεν ἡμᾶς περικαλύπτει. Iunxit adeo: Ἕκτωρ καλύπτει νέφος πολέμου περὶ πάντα, vel περικαλύπτει νέφος (περὶ, κατὰ,) πάντα, Hector obducit omnibus nubem belli h. e. ſeu pugnam ſ. copias. Hoc ſaltem tolerabile: etſi tertium caſum ita expectes. Sic περικαλύπτω ſup. Ξ, 359 αὐτῷ περὶ κῶμα κάλυψα. E, 506. 7 ἀμφὶ δὲ νύκτα Θοῦρος Ἄρης ἐκάλυψε. Videtur ideo v. 244 Ἕκτωρ ab alia manu aſſutus eſſe.

244. ἡμῖν δ' αὖτ'. Exciderat δ' edd. ante Stephanum qui δ' ex Romana reſtituit. item codice Cant. aberat.

245. ἤν τις ἀκούσῃ. „vel vt ſit διὰ τὸν κτύπον καὶ τὸν θόρυβον, vel ἐὰν ἄρα τις ὑπακούσῃ καὶ μὴ καταπτήξῃ" Sch. B. nimis ſubtiliter. Etiam nos dicimus: vociferare, ſi forte quis audiat. ἤν τις ἀκούσει alii vt Vrat. d. male.

248. Ὦ φίλοι Ἀργείων — Hanc Menelai orationem tanquam Graeco homine dignam laudibus extollunt grammatici A. B. Euſtath.

249. οἵ τε παρ' Ἀτρείδῃς — Laudat ſic Schol. Eurip. Alceſt. 588. (593) ſicque codd. Et Schol. br. τὸ πλῆρες παρὰ τοῖς Ἀτρείδῃσι. Eſt quoque Ἀτρείδῃσ' in Vatic. Nec vero hoc inutile monitum; nam ſcriptum paſſim fuit Ἀτρείδῃ. quod et in edd. Turnebus et Ste-

phanus intulere: recte eiectnm a Wolfio. nisi amplectaris alteram lectionem Harleiani et Cantabrig. Vrat. A. et b. παρ' Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ποιμένι λαῶν. quod equidem praeferam, nam et alibi Agamemnon epulis duces copiarum excipit, nusquam, si bene memini, Menelaus.

250. δήμια πίνουσι καὶ σημαίνουσιν ἕκαστος. „quod πίνουσι dixit, non πίνετε et σημαίνετε. (Multus in hoc Eustath.) Notarunt et alii hoc schema vt Schol. Eurip. Alc. 601. „δήμια, τὰ ἐκ τῶν κοινῶν καὶ δημοσίων χρημάτων χορηγούμενα τοῖς βασιλεῦσι.“ Sch. A. in eundem sensum Sch. B. Sch. br. Etymol. In Harlei. καὶ σ. ἕκαστα· Vrat. b. ἕκαστοι.

251. λαοῖς. λαῶν Vrat. d. cum vno Vindob. Poterat totus versus abesse.

252. διασκοπιᾶσθαι ἕκαστον ἡγεμόνων. Interpolata haec a serioribus sunt, qui ignorabant digamma: — ασθαι ϝε — nec tantum vitium metricum potuit ab Homero proficisci. Fuit, quod iam Bentleius perspexerat, διασκοπιᾶσθαι ἅπαντας. Idem vitium iam vidimus K, 388. ἕκαστα Harl. per errorem ex 250. ἕκαστον ἡγεμόνα vn. Vindob.

253. τόσση γὰρ ἔρις πολέμοιο δέδηεν. ἐξῆπται. διεγήγερται. vt Sch. br. ἔρις πολέμοιο pro πόλεμος, μάχη, et δέδηε iam vidimus. v. ad M, 35.

254. αὐτὸς ἴτω. ὑπὸ ἰδίας γνώμης παραγενέσθω Sch. br. ἑκών. Mirum est, Eustathium reddere μόνος. Porro ἀλλά τις est pro ἕκαστός τις.

255. Πάτροκλον Τρωῇσι μέλπηθρα γενέσθαι. „μέλπηθρα. μολπὴ νῦν ἡ παιδιά. οἱ γὰρ κύνες, ὅτε χορτασθῶσι, παίζουσι τοῖς λειψάνοις“ Sch. B. Sch. br. Porro Sch. B. cum A. dilectum verbi pro *dilaniari* mirantur ad pudorem Achiuis iniiciendum. Vidimus iam eadem N, 233.

256. ὀξύ, ὀξέως *statim.* alii *acuto auditu.* ὣς φάτο, τοῦ δ' ἤκουσεν Vrat. d. et vn. Vindob.

257. ἀνὰ δηϊοτῆτα, μάχην h. e. per aciem, per pugnantes.

259. Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ. Pronuntiatum esse — ἀνδρεὶ — monitum iam est ad B, 651. Vterque versus 258. 9. legebatur H, 165. 6. ἀνδριφόντῃ per ι Townl. Vrat. d. vn. Vindob.

260. ⸎ 261. ⸎ quod Zenodotus hunc et sequentem versum reiicit (ἠθέτηκεν.) Addit Sch. A. οὐδὲν δὲ ἔχουσιν εἰς ἐπαιτίασιν, ἀλλ' αὔξουσι τὸ μέγεθος τῆς ὑπὲρ Πατρόκλου μάχης. Versus damnandos esse censui, iam ante Venetum inspectum. Vtinam appositum esset, iudicione critico, an quia versus ab aliis codicibus aberant, Zenodotus eos ἠθετηκέναι videri debeat: sunt in ipsis versibus plura, quae eos malae fraudis arguunt: quam ieiunum est illud μετόπισθε! et quorsum spectat? At prior versus prodit se violato digammo ουνοματ' ϝειποι. Etsi Bentl. succurrit οὔνομα ϝείποι, commode laudato v. 194 Od. Z. ἐρέω δέ τοι οὔνομα λαῶν. Variat tandem lectio mirifice. In editis Flor. Aldd. Turneb. erat: τῶν δ' ἄλλων τίς κεν ᾖσι φρεσὶν οὐνόματ' εἴποι praeter Romanam in qua adstipulante quoque Eustathio, pro κεν est ἂν, quod Stephanus receperat: claudicante versu. Barnes conflauit lectionem, quam leniorem putabat: τῶν δ' ἄλλων τίς ἂν ᾖσιν ἐνὶ φρεσὶν οὐνόματ' εἴποι. inculcato ἐνί. quod tamen video quoque memorari e cod. Vindob. Alt. τίς ἂν ᾖσιν ἐνί. Hoc Clarke sequutus est. Vitio, puto, typographico magis etiam vitiatus est versus in recentiore editione τῶν δ' ἄλλων τίς κεν ᾖσιν ἐνὶ φρεσίν. quod tamen etiam in fragm. Mosc. video occurrere. et in vno Vindob. τίς κεν ἑῇσιν ἐνί. In codd. regnat τῶν δ' ἄλλων τίς κεν ᾖσιν vel ᾖσι φρεσὶν οὐνόματ' εἴποι, prorsus vt in edd. Flor. Aldd. quod et recte recepit in altera edit. Wolf. In Lips. erat τίς κε ᾖσι. In Vatic. est τίς χ' ᾖσιν ἐνὶ φ. quam forte veram esse lectionem, ait Clarke. Eam lectionem notare voluit Sch. A. ἐν ἄλλῳ. τίς κ' ᾖσιν ἐνὶ φρεσί. immo τίς χ'. At vetat violatio metri. τίς χ' ϝῇισι. In Vrat. d. et vno Vind. τίς κεν ἑῇσιν ἐνὶ φ. Tandem εἴπῃ idem Vat. Mori. fragm. Mosc. Vrat. A. d. vn. Vindob.

262. Τρῶες δὲ προὔτυψαν. πρῶτον ἐνέβαλον, Sch. br. potius, procurrerunt: vidimus iam N, 136. „δ' ἄρ' *vt solitus est.*" Clarke. Eſt pro δή.

263. Verſuum praeſtantiſſimorum ad ἐνάργειαν laudes bene enumerat Sch. B. quod dilectus factus eſt in eo, quod non quoduis littus, ſed oſtia fluminis in mare ſe exonerantis memorat, vbi tanto maior fluctuum ſe mutuo allidentium eſt fragor; tum dilectus verborum eſt fere ſingulorum: de hoc cf. Euſtath. Additur: „αὕτη ἡ εἰκὼν Πλάτωνος ἔκαυσε τὰ ποιήματα· οὕτως ἐναργέστερον τοῦ ὁρωμένου τὸ ἀκουόμενον παρέστησε." Satis magnifice! De combuſtis a Platone carminibus narratio, ſatis decantata, iterabitur inf. ad Σ, 392 Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε. Mox ad vſ. 265 ab eodem Schol. B. et ab A. et dudum ab Euſtathio p. 1106, 37. eadem de Solone memorantur: quae et a Victorio e codice allata ſunt in Var. Lect. XXXVI, 13. monente Erneſti, et ex Schol. Voſſ. (qui Leidenſis eſt) a Spanhemio ad Ariſtoph. Nub. 271. memorante Clarkio. Voſſianum Scholion appoſuit quoque Valken. Diſſ. de Schol. p. 96. cum Porphyrii nomine. In his vbique verba poetae de Nilo accipiuntur, vt is διιπετὴς ποταμὸς ſit: probante id quoque Wood (*Eſſay on Homer.* p. 113. ed. 1775) Conuenire videtur, quod Solon Aegyptum adierat, ὡς καὶ αὐτός φησι· Νείλου ἐπὶ προχοῇσι Κανωβίδος ἐγγύθεν ἀκτῆς ap. Plutarch. in Solone p. 92 E. Atqui Delta in ſuo littore nullas habet ἄκρας ἠϊόνας. ſi itaque haec de Nilo dicta accipimus, dicendum eſt, poetam non accurate haec de Nilo memoraſſe. Obſeruata quoque res a viro docto de Marees, contra Woodium p. 188.

Laudat verſum 265 Dionyſ. de Compoſit. ſ. 15. et obſeruat Ariſtoteles (de poet. 22. al. 23. Tyrwhitt. c. 36.) quantum praeſtet ἠϊόνες βοόουσι, quam ἠϊόνες κράζουσι. Fateor quidem; nullus tamen facile poeta κράζουσι adhibuiſſet, ſed ἠχοῦσι, ῥοχθοῦσι et ſimilia. Omnino in hac virtutis poeticae praedicatione ex ſoni imitatione diſerti ſunt multi, inprimis Dionyſ. l. c. 15 ſq.

Ad vocem διϊπετὴς longum eſt Scholion inſertum Veneto B. et fragm. Moſcou. quod idem in Cod. Leid. legitur: vt ex Valken. diſſ. p. 142 apparet; id eſſe Porphyrii facile aſſequaris, multo magis, cum Quaeſt. Homer. 28 illud inſertum ſit. Adſcriptum illud eſſe debuit a Porphyrio ad Odyſſ. Δ, 477. Miratur ille Nilum διϊπετῆ dictum credi a multis propter fontes latentes, quos Aegyptii e caelo duxerint, tanquam Nilus caelo deſcendat: διὰ τὸ ἀφανεῖς ἔχειν τὰς πηγὰς, κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ οὐρανόθεν ῥεῖν. eſſe tamen commune amnium epitheton; vti ſup. Π, 174 Sperchei: ad quem locum v. Obſſ. Manet vtique ambiguum, ſintne reſpectu nubium an imbrium διϊπετεῖς dicti amnes: nam Δία vtroque modo a poetis memorari conſtat.

Addit Schol. B. *Zenodorum* reddidiſſe διϊπετῆ διαυγῆ, et propterea ſcripſiſſe διειπετῆ. *Zenodotum* eſſe legendum, per ſe patet, et expreſſum eſſe ita in cod. Voſſ. colligo ex verbis Valken. l. c. Qua analogia autem ille διειπετῆ ſcripſerit, non aſſequor, etiamſi a πετάω ſeu πέτω, pando, ductum dixeris: quo ducere poteſt Schol. br. ἢ διαφανοῦς, καὶ οἱονεὶ διαπεπετασμένου. Eſt tamen διειπετέος ποταμοῖο etiam in Heſych. cum interpr. χειμάῤῥου πληροῦντος (πληρουμένου vel πλήθοντος) διὰ τοῦ (τὸν) Διὸς ὄμβρον. Apud eundem eſt quoque διοπετέος. Idem Schol. B. cum Euſtathio torrentem intelligere iubet, cuius impetus tanto maior eſt, adeoque ad phantaſiam potentior.“ quid in poeta cogat vt hoc aſſumam, non video.

ἐπὶ προχοῇσι. προχοὰς ποταμοῦ, h. e. στόμα, oſtia, videmus Od. E, 453. Λ, 241. Υ, 65. Latius vel pro flumine ipſo vel pro aqua effuſa dixit Apollon. I, 11. vbi Schol. non recte accipit, et lib. II, 906.

264. βέβρυχε μέγα κῦμα ποτὶ ῥόον. Schol. B. βέβρυχε. ἐν τῇ κατὰ Ἀριστοφάνη· βεβρύχῃ. Recte hoc et vſui Homerico conuenienter poſt ὡς ὅτε v. Excurſ. I. ad lib. IX. Sic Ξ, 16 ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος.

ποτίῤῥοον etiam h. l. Townl. fragm. Moſc. et alii.

264. 265. ἀμφὶ δέ τ' ἄκραι ἠϊόνες βοόωσι. Apud Euſtath. „γρ. ἄκραι ἠϊόνος." et ſic Barocc. De βοόωσι modo dictum eſt ad vſ. 263.

ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω. primum nunc occurrit de mari littus cum impetu inundante; aliquoties in Odyſſea; frequentatum hinc ſermone poetico; ab Apollonio quidem Arg. II, 365. 6. 7. cum reſpectu ad h. l. ἔξω, extra mare, in littus. Adiectum ἠπειρόνδε, Od. E, 402. 3. Scilicet proprio aliquo maris motu, vento licet aduerſo e littore flante: vt Strabo ſuper hoc verſu disputat lib. I. p. 92 B. C. Bentleium video in hac voce haeſiſſe et emendaſſe εἴσω. Laudat quoque ille loca ſup. Δ, 425. Ξ, 36. Adde Π, 627. Od. E, 438. praeſidium tamen in his locis video nullum. Omnino ſunt haec vocabula relatiua, et poteſt idem, quod ἔξω eſt, alio reſpectu eſſe ἔσω, et vice verſa.

266. τόσση ἄρα Τρώων ἰαχὴ γένετ'. Legerat Euſtathius: τόσση ἄρα Τρῶες ἰαχῇ ἴσαν. Videbatur mihi haec lectio eſſe ἐναργεστέρα. Poſtea vidi codices in eam conſentire Cant. Barocc. Mori. Vat. Vrat. d. duo Vindob. et cum his Venetum et fragm. Moſc. Apparet quoque cauſſa interpolationis, cum male metueretur metro Τρῶες ἰαχῇ, cum ignoraretur fuiſſe Τρωες ϝιαχῃ.

268. φραχθέντες σάκεσι. Zenodotus ἀρθέντες, non male ἀπὸ τοῦ ἄρειν iungere. Sic erat Π, 211 μᾶλλον δὲ στίχες ἄρθεν. N, 800 ὡς Τρῶες πρὸ μὲν ἄλλοι ἀρηρότες et ſic ἄραρον κόρυθες τε καὶ ἀσπίδες 214. cf. ad M, 105. Nec tamen φραχθέντες alienum ἀντὶ τοῦ κατασφαλισθέντες. πυκνωθέντες, vt bene Euſtath. Et huc ſpectat gloſſa Heſychii: φραχθέντες. ἀσφαλισάμενοι ἑαυτούς. Sic O, 566 φράξαντο δὲ νῆας ἕρκεϊ χαλκείῳ. M, 263 ῥινοῖς φράξαντες ἐπάλξεις. adde N, 130 φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ. ergo et h. l. erit ἔχοντες τὰ σάκη φραχθέντα. Non igitur dictu facile eſt, vtrum verius ſit altero habendum.

269. ἀμφὶ δ' ἄρα σφι λαμπρῇσι — Aiunt Sch. A. B. „ἐπὶ τιμῇ, in honorem Patrocli hoc factum, quemadmo-

dum propter Sarpedonem *αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε* Π, 459." Non satis conuenit. v. Notam. Plura argutatur Eustath. p. 1107, 2.

ἠέρα πολλὴν, ἢ μᾶλλον ἠέρα πουλὺν Eustath. Ita erat E, 776. et Θ, 50. sicque Mori. Cant. At Homerus prius frequentat.

270. *ἔχθαιρε πάρος γε.* leue est, Aristarcheum tamen, *ἔχθαιρε*, et, quod grauius, sine augmento, Ionicum. Vulgo *ἤχθηρε*, et e Rom. Turnebus *ἤχθηρε.* In Lips. *ἔχθηρε.* in Veneto, fragm. Mosc. et Vrat. d. *ἤχθαιρε.* At Sch. A. *Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ε ἔχθαιρε.*

271. *ὄφρα, ζωὸς ἐὼν, θεράπων ἦν Αἰακίδαο.* Ita vulgo interpungitur. Atqui iungenda sunt: *ὄφρα ζωὸς ἦν, θ. ἐὼν Αἰ.*

272. *μίσησε δ' ἄρα μιν δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι.* *μίσησε.* insolito more, et hoc solo loco, dixit pro *μισητὸν ἡγήσατο*" Sch. A. Notant quoque Sch. B. et br. Dictum est vt *φθονεῖν.* pro vulgari *nolle.* habet quoque Hesych. glossam *μίσησεν. ἐφθόνησε. κύρμα* praeda, in quam quis incidit, iam vidimus E, 488.

δηΐων κυσὶ Τρώῃσι pro *δηΐων* Τρώων.

273. *τῷ καί οἱ ἀμυνέμεν ὦρσεν ἑταίρους.* „*ἐν ἄλλῳ· ὦσεν* Ἀχαιούς." Sch. A. minus bene ex v. seq.

τῷ κεν οἱ Cant. Vat. minus bene hic.

274. *ἑλίκωπας* Ἀχαιοὺς iam vidimus A, 389.

275. *νεκρὸν δὲ προλιπόντες.* scil. Achiui. dura personae mutatio.

Inde a v. 277 ad 577 in Veneto erat lacuna aliquot foliorum; suppleta quidem a recenti manu. Deficiunt itaque ad hos trecentos versus Scholia vetera critici passim argumenti.

278. *σφέας* esse pronuntiandum *σφᾶς*, iterum h. l. monet Clarke: vt ad N, 152. ad q. l. vide.

279. *Αἴας, ὃς περὶ μὲν εἶδος, περὶ δ' ἔργα τέτυκτο τῶν ἄλλων Δαναῶν.* hic versus, qui Od. Λ, 549. 550 repetitur, infringit leges digammi, in verbis *περὶ δ' ἔργα*, quod esset *περι δϝεργα.* Id vero non magis placet quam

quod Bentl. adſcripſit περὶ δ' ἄλλα τέτυκτο. Vitioſe eſt περὶ δὲ ἔργ' ἐτέτυκτο pro περὶ δ' ἔργ' ἐτέτυκτο in Vat. et Vrat. A. b. d. Vulgata eſt ap. Iulian. Or. II, p. 55. At Ariſtid. To. II, p. 258 laudat: Αἴας ὃς πέρι εἶδος ἔην περὶ δ' ἔργ' ἐτέτυκτο. Suſpicor vitium ex incuria digammi illatum eſſe, cum hiatum eſſe putarent cui mederi vellent, cum eſſet ſcriptum: Αἴας ὃς εἶδός τ' ἠδὲ πέρι ἔργα τέτυκτο.

281. σὺν εἴκελος ἀλκήν. εἴκελος repoſuit Barnes e Cant. add. Ven. Vat. recte; vulgo ἴκελος errore ſollenni: mox etiam perpetuus lapſus κάπρῳ, vt in Vrat. A.

283. Minus bene interpungitur ἑλιξάμενος διὰ βήσσας. nam ſit hoc ἑλίσσεσθαι circumacto corpore eodem in loco; ſed ῥηϊδίως ἐκέδασσε διὰ βήσσας. pro vulgari, διὰ βησσῶν. Sch. B. εἴωθε γὰρ ἐν ταῖς Φυγαῖς στρέφεσθαι πυκνῶς καὶ ἀναιρεῖν τοὺς διώκοντας. Sup. Θ, 340 canis aprum inſequens ἑλισσόμενόν τε δοκεύει.

Paullo ante 282 καπρίῳ ὅςτ' ἐν ὄρεσσι. eſt ὅττ' in vno Vindob.

286. οἳ περὶ Πατρόκλῳ βέβασαν. nunc non tuendi cauſſa, vt vbique alibi; ſed ſimpliciter περιστῆναι. Barocc. μέμασαν quod ſollenni ex litterae forma errore ſcriptum eſſe ſtatuas. Ad ſenſum tamen eſt haud parum accommodatius, *μέμασαν irruerunt, acriter pugnarunt*, circa Patroclum. Φρόνεον δὲ μ. διενοοῦντο. ἤλπιζον Sch. br. recte.

288. Λήθοιο Πελασγοῦ Pelasgorum regis, B, 840—3. Teutami erat filius, ipſe Hippothoi pater.

289. ποδὸς εἷλκε. vn. Vindob. ἕλκε. vt alibi quoque occurrit.

290. παρὰ σφυρὸν ἀμφὶ τένοντας. τένοντε Cant. Vrat. d. et Venetus cum frag. Moſc. et vno Vindob. Miror grammaticis non in animum veniſſe, Achillem, ad barbarum hoc conſilium vlciſcendum, Hectoris corpus ſimili modo foedaſſe.

292. τό οἱ οὔ τις ἐρύκακε ἱεμένων περ. „γρ. ἱεμένῳ Barnes." non h. l. ſed aliis, v. ad O, 450. Iam ſaepe

notauimus hanc pruriginem comminifcendi variantes lectiones. Eft tamen *ἱεμένῳ* pofthac repertum in Vat. Vrat. d. *ἱέμενός περ* Harl.

295. *ἤρικε δ' ἱπποδάσεια κόρυς περὶ δουρὸς ἀκωκῇ. ἤρικε.* Apollon. Lex. *διεσχίσθη. διεῤῥάγη.* et p. 671. in *ὑπερικταίνοντο. ἐρίξαι δὲ* (ergo ab *ἐρίκω*, quod vulgo *ἐρείκω*) *κυρίως τὸ διασχίσαι* hemiftichio adfcripto. Confentiunt Hefych. Schol. br. Euftath. v. ad N, 441.

περὶ δουρὸς ἀκωκῇ accipiendum erit pro *ὑπὸ ἀκωκῆς* feu *ἀκῆς.* Supra N, 441 *ἐρεικόμενος πέρι δουρὶ, περιῤῥησσόμενος* poterat reddi. Videtur et h. l. *περὶ* ad verbum retrahendum effe *περιήρικε.* Ita vero *πέρι* acuendum.

297. *παρ' αὐλὸν* — Sch. B. alios ait accipere de haftili vt *αἰγανέαι δολίχαυλοι* dicuntur. alios, in quibus Sch. br. effe video, fanguinis per vulnus et galeam quafi per fiftulam prorumpentis impetum. *ἀκοντισμόν*" (Ita effet, fiftulae more?) Ita quidem *αὐλὸς αἵματος* dictus Od. X, 18. Eo fpectat Hefych. *αὐλὸν, τὴν ῥύσιν τοῦ αἵματος,* et in *ἐγκέφαλος,* adfcripto verfu: *ἐξεφύσησε τῷ ποτισμῷ* (leg. *ἀκοντισμῷ*) *τοῦ αἵματος.* Eadem Euftath. qui addit poffe quoque effe rimam hafta in galea factam. Quidni *αὐλὸς* fit ipfius galeae conus, cui *λόφος* infertus erat? vnde *αὐλῶπις τρυφάλεια*· cf. ad Λ, 352.

298. 299. Eft in toto loco magna *ἐνάργεια.* Vltima in memoriam reuocare poffunt vff. 468. 9. Odyff. T.

298. „*ἐκ δ' ἄρα χειρῶν. adeoque e manibus.*" Clarke.

300. *ὁ δ' ἄγχ' αὐτοῖο πέσε πρηνὴς ἐπὶ νεκρῷ.* Cenfet Schol. B. *ἄγχι* et *ἐπὶ* fibi repugnare. nifi *ἐπὶ* fit *παρά.* vt reddit quoque Schol. fragm. Mofc. Debebat potius monere de verbis *ἄγχι αὐτοῦ ἐπὶ νεκρῷ* ac fi effe poffit *ἐπὶ νεκρῷ αὐτοῦ, τοῦ Πατρόκλου.* Proximum eft *αὐτοῖο* fcil. *τοῦ ποδός.* ita quoque cecidit *πρηνὴς ἐπὶ νεκρῷ.* fimiliter Π, 579.

301. 302. 303. *οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα.* lecta iam funt Δ, 477. 478. 479.

301. τῆλ' ἀπὸ Λαρίσσης. recitat verba Strabo XIII, p. 921 D. vbi de vrbibus huius nominis disputat, et h. l. Lariſſam Aeolidis ad Cumas olim ſitam intelligendam eſſe cenſet. Hòc idem innuit Euſtath. apponendo ἑῴας δηλονότι. cf. eund. ſup. ad B, p. 357. 358. eſt ea, quae in Schol. Exc. appellatur Λάρισσα ἐν Κύμῃ, vulgo dicta Φρικωνὶς, disſita ab Jlio 1200 ſtadiis. Sunt haec e Strabone hauſta l. c. Λάρισα vno λ olim ſcriptum haud dubie; vt nunc quoque in codd. nonnullis occurrit.

302. θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε. θρέπτα codd. paſſim et edd. vt ſup. Δ, 478. excepta ed. Rom. Emendauit Barnes. Aſſentiunt codd. Cant. Townl. Ven. fragm. Moſc. vn. Vindob. Add. Etymol.

304. Ἕκτωρ δ' αὖτ' Αἴαντος ἀκόντισε. Vrat. A. ἄντ' cum gl. ἀντικρύ. at ἄντα mox ſequitur.

305. ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδών. verſus aliquoties iteratus: ſup. N, 184. 404. 503. inf. 526.

306. μεγαθύμου Ἰφίτου υἱόν. Lectum erat in edd. μεγάθυμον Ἰφίτου υἱόν. quod per ſe elegantiorem verborum poſitum habet; et a Clarkio retractum eſt, cum a Barnes μεγαθύμου appoſitum eſſet e Cant. forte quia, quod et Erneſti putabat, in μεγάθυμον Ἰφίτου verſum ſtare non poſſe, credidit. At enim olim ſcriptum fuiſſe ϝιφίτου iam alibi vidimus ad B, 518. Cur tamen praeferendum ſit μεγαθύμου Ἰφίτου υἱὸν, duo momenta efficiunt, primo quod iam ſupra l. l. B, 518 lectum eſt υἱέες Ἰφίτου μεγαθύμου Ναυβολίδαο, tum vero quod in hoc conſentit codicum auctoritas Harl. Vat. Vrat. A. b. frag. Moſc. Vindob. Lipſ. Ven. Similem locum videbimus inf. P, 653.

307. Φωκήων. Apion et Herodorus in libris viderant etiam ſcriptum Φωκείων. Apud Euſtath. quem vide p. 1108, 7. ἐν κλητῷ Vrat. A. ſollenni lapſu.

308. ἄνδρεσσιν Barnes reſtituit e cod. Barocc. Addit Erneſti Lipſ. ed. Flor. Intulit Ald. 1. ἀνδράσσιν, quod ceterae contra Homericum morem ſeruant, Romana adſti-

pulante. At ἄνδρεσσι codd. Vindob. et Venetus. Alii vitiose ἀνδράσιν.

310. αἰχμὴ χαλκείη παρὰ νείατον ὦμον ἀνέσχε. „νείατον ὦμον. ἔσχατον. νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ E, 539. (ad q. loc. vide de voce.) Schol. B.

ἀνέσχε, ἐφάνη. Eustath. Est plus quam διέσχε. nam altera parte prominet hasta.

312. Φόρκυνα, qui alibi Φόρκυς. de quo sup. ad 218. Mira est Pausaniae X, 26. vbi de γυάλοις disputat, obseruatio, καὶ Ὅμηρος Φόρκυνα τὸν Φρύγα, οὐκ ἔχοντα ἀσπίδα ἐποίησεν, ὅτι αὐτῷ γυαλοθώρηξ ἦν. atqui Homerus non ait eum sine clipeo fuisse; memoratur tantum clipeo se non tutatus esse Phorcyn. Neque id mirum, quandoquidem Hippothoi caesi (vs. 289) corpus clipeo tutabatur.

314. ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον. aut pro parte anteriore dixit, vt sit τὸ κύτος, aut omnino pro thorace. v. de hoc dicta ad E, 99. Duo hi versus iam sunt lecti N, 507. 8. ad q. l. laud. Apollon. Lex. vbi et de ἀγοστῷ, quod male et h. l. Sch. br. ἀγκῶνι interpretantur, cum sit vola, palma.

316. χώρησαν δ' ὁπότε. Versum laudat Porphyr. ad K, 165. vitiose pro ὑπό τε. Abest a Townl. apposita nota cum sigla α.

317. Ἀργεῖοι δὲ μέγα ἴαχον, ἔρυσαντο δὲ νεκρούς. Debemus lectionem μέγα ἴαχον correctioni Barnesii, qui primus ad prosodiam animum aduertit; erat in edd. μέγ' ἴαχον, εἰρύσαντο δὲ ν. nec aliter codd. vel ἐῤῥύσαντο, vt est in fragm. Mosc. ἐρύοντο in vno Vindob. vt fere vbique in hac voce peccatum est grammaticorum ignoratione τοῦ digamma: v. ad Jl. A, 482. Δ, 125 et al. nisi vbi manifesta metri iniuria eos admonebat, vt sup. 213 βῆ ῥα μέγα ἰάχων.

318. Φόρκυν θ' Ἱππόθοόν τε, λύοντο δὲ τεύχε' ἀπ' ὤμων. „Φόρκυν. supra 312 Φόρκυνα. quod et h. l. est in Vrat. A. In fragm. Mosc. et vno Vindob. θ' deest; possit adeo esse Φόρκυν' Ἱππόθοόν τε. λύον τε δὲ Lips.

320. ἀναλκείῃσι. ſcribi quoque per ι monet Euſtath. ἀναλκίῃσι. et ſic paſſim codd. vt Vrat. d.

321. καὶ ὑπὲρ Διὸς αἶσαν. Sch. B. ἀντὶ τοῦ· γνώμην Διός. Sch. br. καὶ παρὰ τὴν τοῦ Διὸς γνώμην. Lucem his ſic afferri poſſe puto: αἶσα eſt Μοῖρα. πεπρωμένη. quae, etſi fatalis, Iouis tamen decreto obtingit mortalibus: itaque Διὸς αἶσα illa dicta eſt: v. ſup. ad Z, 487. 8. cf. Π, 780. h. l. ad decretum Iouis ſpectare manifeſtum fit, quo res Troianorum hoc die ſuperior eſſe debebat. Emendandus eſt Heſych. ὑπ' ἐκ Διὸς αἶσαν. παρὰ τὸ ἐκ Διὸς εἱμαρμένον. Eruenda autem ex hoc verſu et inf. 327 aliisque locis opinio priſcorum hominum, vti Iouis ea vis eſt, vt fatalem neceſſitatem non quidem tollere, differre tamen poſſit, ita quoque heroes et viros magnos interdum virtute mirum in modum exerta, etiam contra fati neceſſitatem, discrimine ſe liberaſſe.

322. ἀλλ' αὐτὸς Ἀπόλλων. Bentl. acute coni. αἶτις. nam Apollo iam ante ſub Mentae perſona Hectorem hortatus erat: ſup. 72. nunc Periphantis perſonam ſumit.

324. κήρυκ' Ἠπυτίδῃ. Sic recte repoſuit Barnes, quod iam fecerat Turnebus, proſodiae paullo ceteris curioſior, animaduerſo proſodiae vitio in κήρυκι. Retinuerunt tamen hoc ceterae edd. habent etiam codd. Quid quod Schol. B. addidit: propter metrum corripiendum eſſe υ. Hoc et Etymol. et Euſtath. habent, et exemplum Ariſtophanis addit, qui mediam in ὄρτυγος corripuerit in Pace (788. notante quoque idem Schol. ad e. l.) Bene monet Erneſti, vetuſtiores ſcripſiſſe vocem plene, pronuntiaſſe tamen per eliſionem vltimae: verius, puto, per ſynaloephen et contractionem vocalium ι et η in vnum ſonum.

Ἠπυτίδῃ. Sch. B. paullo turbatius monet, a nonnullis accipi patronymice, (et hoc recte, ab Ἤπυτος) alios ab Ἠπύτης ducere; ſic vero debere eſſe Ἠπυτάδης (vt Ἱπποτάδης). „At eſſe ab ἠπύτα κήρυξ“ hoc ex H, 384 aut parum ſcite adiectum, aut parum diſerte. Voluit

forte dicere, esse pro adiectiuo, *φωνητικῷ*, quod Sch. br. habent.

325. *πυκινὰ φρεσὶ μήδεα εἰδὼς* laudat Xenophon Sympos. 8, 30. memoriter.

326. *τῷ μιν ἐεισάμενος προσέφη Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων.* Erat *προσέφη Ἑκάεργος Ἀ.* Vrat. d. vn. Vindob.

327. *καὶ ὑπὲρ θεὸν*, Sch. B. *ἐναντιουμένου θεοῦ.* Sch. br. *παρὰ τὴν θείαν βουλὴν — παρὰ τὴν γνώμην τοῦ θεοῦ.* Idem quod sup. 321 *ὑπὲρ Διὸς αἶσαν*, vt monitum. In Suida et Hesych. est vna voce *ὑπέρθεον*, *ὑπὲρ τὸ θεῖον καὶ τὴν τοῦ θεοῦ γνώμην.*

ὑπὲρ θεὸν εἰρύσαισθε. Non hoc est ab *ἐρύω*, traho, itaque nec scribendum est *εἰρύσσασθε*, sed a *ῥύομαι*, seruo, tueor, sine digammo et *υ* producta. v. ad Jl. A. Exc. IV. *εἰρύσασθε* Vrat. A. b. et plagula Veneto inserta, cum edd. Flor. Aldd. correxit ex ed. Rom. Turnebus: idque tuentur optimi codd. inque his Ven. B. fragm. Mosc. *εἰρύσεσθε* Vrat. d. cum vno Vindob. *ἐρύσσαισθε* Townl.

330. *ἀνέρας — πεποιθότας — πλήθεΐ τε σφετέρῳ καὶ ὑπερδεᾶ δῆμον ἔχοντας.* In edd. legitur *ὑπερδέα*, quod grammaticae aduersatur; forte adscitum, quod metro timebatur in *ὑπερδεᾶ.* At hoc pro trisyllabo est habendum. Potest vox, quae hoc vno loco occurrit, aut a *δέος* ducta esse, vt vulgo accipitur, *impauidus*, aut a *δέω indigeo*, vt sit *deficiens*, inferior numero; debuit ea esse *ὑπερδεής.* *ὑπὲρ* in compositis pro valde. Pollux IV, 170 *ὑπερδεῆ δὲ τὰ λίαν ἐνδεῆ.* Iam quaeri potest, vter significatus Homericis conueniat: num, si est „vidi viros fortes, virtute, viribus, animo, annixos, etiam aduerso deo, h. e. aduersante fortuna, seu rerum et temporum iniquitate oppressos, tamen superiores factos, *καὶ ὑπερδεᾶ δῆμον ἔχοντας*, cum copias metu perterritas, ignauas, haberent. An: cum copias valde exiguas et infirmas haberent. Alterum hoc haud dubie melius. *καὶ* est positum pro *κἂν*, *etsi*, *καίπερ.* Ab *ὑπερδεής* ductum est *ὑπερδεέα*, hoc non potest contrahi *ὑπερδέα*, sed *ὑπερδεῆ* vel *ὑπερδεᾶ.* hoc etiam Hesych. exhibet: *ὑπερδεᾶ. ὑπερχγόν-*

τως ἐνδεᾶ. ἢ ἐλάσσονα κατὰ δύναμιν· ὑπερδεᾶ δῆμον ἔχοντα. vbi in notis viros doctos trepidare videas. Etymol. *ὑπερδεᾶ δῆμον ἔχοντα.* leg. *ἔχοντας. ὑπερβαλλόντως ἐνδεᾶ. οἷον πάνυ ἐλάσσονα κατὰ δύναμιν.* ex his contracta ſunt Suidae verba, ſed cum vitio. Sola Sch. br. ad alia devergere videntur cum Euſtath. *ὑπερδέα δῆμον ἔχοντα. ὑπὲρ δέους ὄντα, ὅ ἐστι γενναῖον καὶ ὑπεράγοντα τῇ δυνάμει τοὺς ἀντιτεταγμένους ἔχοντας πλείονας.* verum *ὑπὲρ δέους* eſt ex emendatione viri docti in ed. Cantabrig. Aldus habebat: *ὑπερδέοντα* recte ad explicandum *ὑπερδεᾶ* *valde deficientem.* Docent hoc ea, quae ſequuntur. Reſtat ergo ſolus Euſtath. auctor mirae lectionis et interpretationis: *ὑπερδέα. τὸν ἀπτόητον καὶ ὑπερκείμενον δέους. ἐκ τοῦ ὑπερδεέα κατὰ συγκοπήν. ἄλλως γὰρ περισπᾶσθαι ὤφειλε κατὰ συναίρεσιν. ὡς τὸ εὐφυέα, εὐφυᾶ· ὑγιέα, ὑγιᾶ.* Prius illud, *ὑπερδεῆς* eſſe eum, qui ſit *ſupra metum poſitus, animoſus,* poſſit forte analogia defendi; alterum autem docet hoc ipſum, *ὑπερδέα* eſſe lectionem vitioſam et mutandam in *ὑπερδεᾶ.*

Interea aduerſari ſibi videntur haec duo: quod viri fortes dicuntur *πεποιθότες πλήθεϊ σφετέρῳ, multitudine* copiarum, et iidem tamen ſunt *ὑπερδεᾶ δῆμον ἔχοντες,* copias *paucitate inſignes;* quod etiam alter grammaticus in Schol. br. ſenſiſſe videtur, dum exponit: *τῷ πλήθει τοῦ λαοῦ καί περ ἐλαττουμένους, ἀλλὰ περιόντας τῶν πολεμίων διὰ τὴν ἀνδρείαν.* Atqui non neceſſe eſt ad duriora confugere. Male *πλήθει* accipitur de *multitudine,* magno numero copiarum; *πλῆθος,* vt alibi *πληθύς,* ſimpliciter eſt *exercitus, copiae, λαός, στρατός. confiſi* igitur *ſuis copiis, etſi minorem earum numerum haberent.*

Eſt docta Tollii obſeruatio: Exc. XI. ad Apollon. Lex. p. 674. *ὑπερδέα. ὑπερδεόντως. ἐνδεῆ. οἷον ἔλασσον κατὰ δύναμιν.* Nihil mutandum arbitror, niſi forte *ἐλάσσονα.* At *πλῆθος* etiam de exiguo numero dici ex hoc verſu probat Schol. Thucyd. IV, 10. p. 244, 4.

In πλήθεϊ σφετέρῳ oppofitionem quaerit Sch. B. τῷ ἰδίῳ πλήθει, οὐκ ἐπικουρικῷ. pergit: τὸ δὲ ὑπερδέα, σφόδρα ἐνδεῆ. ὥςτε ἔνεστι καὶ ἐπὶ τῶν λειπομένων τῷ ἀριθμῷ πλῆθος ὀνομάζειν. Eft hoc, quod dixi, πλῆθος omnino effe *copias:* vt B, 143 πᾶσι μετὰ πληθὺν, ὅσοι οὐ βουλῆς ἐπάκουσαν. at Schol. reddit: καὶ τῷ πλήθει ὀλίγοι ὄντες.

331. ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσι νίκην. ὑμῖν Cant. Ven. πολὺ βούλεται. omiffum πολὺ μᾶλλον iam vidimus aliquoties: v. ad A, 117. et βούλεσθαι νίκην, iam H, 21 et alibi.

δοῦναι e gloffa infertum Vrat. d.

334. μέγα δ' Ἕκτορα εἶπε βοήσας. Vat. Ἕκτορι. fic quoque Vrat. A. in quo ἐς ἄντα. At πρὸς omittitur more Homerico. Ἕκτορα εἶπε παραστὰς, Harlei. fic vero μέγα effet otiofum.

335. Ἕκτορ τ' ἠδ' ἄλλοι Τρῶες. „ γρ. Ἕκτωρ ἠδ' vt 75. 580.“ Barnes.

336. αἰδὼς μὲν νῦν ἧδε γ', ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν — pro αἰδοῦς ἄξιον χρῆμα ἐστὶ τοῦτο. Sch. B. ἧδέ γε ἀντὶ τοῦ ὧδε. quod multum praeftat. Ita ἢ δέ γε ἀναβῆναι funt iungenda. mf. Lipf. νῦν ἧδ' ἀρηϊφ.

338. ἀλλ' ἔτι γάρ τις φησὶ θεῶν. referendum ἔτι ad ἐπιτάῤῥοθον εἶναι.

339. Ζῆν' ὕπατον μήστωρα μάχης ἐπιτάῤῥοθον εἶναι. μήστωρα μάχης iungunt Sch. B. ποιητὴν καὶ τεχνίτην τῆς μάχης. vt alibi μήστωρ ἀϋτῆς. φόβου. De voce v. ad Δ, 328 et Θ, 108. alioqui ἐπιτάῤῥοθον μάχης iungere liceret; vt M, 180 dii ὅσοι Δαναοῖσι μάχης ἐπιτάῤῥοθοι ἦσαν. fc. κατὰ τῆς μάχης. Et Iupiter ὕπατος μήστωρ abfolute dictus fup. Θ, 22. et inf. 477. Patroclus θεόφι μήστωρ ἀτάλαντος.

340. μηδ' οἵγε ἕκηλοι. Ante Turneb. qui ex Romana mutauit, in Flor. et Aldd. erat μηδ' οἵδε. in Harlei. μὴ δή γε.

341. τεθνειῶτα. τεθνηῶτα et h. l. alii: et Ven. (fuppletus in h. l.) Cant. Harl. Townl.

344. *Λειώκριτον.* Barnesio non esse obtemperatum miror, et retineri h. l. *Λειόκριτον* cum tamen alterum occurrat in Odyssea, et grammatice ex *λεώς* aliter formatum esse nequeat. Est quoque h. l. in Barocc. Cant. Mori. Vrat. b. d. vno Vindob. et a m. sec. Townl.

348. *Ἀπισάονα* edd. Flor. Ald. 1. Rom. Et iterum ad hanc lectionem rediit Stephanus. At Ald. 2. cum sequacibus, *Ἀμυθάονα.* qui alibi non memoratur. exhibent quoque hoc Mori. Barocc. Vrat. b. duo Vindob.

349. *ἧπαρ ὑπὸ πραπίδων*, h. e. *Φρενῶν* sub diaphragmate. cf. ad A, 608. *ὑπὸ πραπίσιν* Harl. At in Vat. aberat versus; et posse abesse iudicabat Ernesti. Immo interpolationem esse manifestum fit ex eo, quod incommode interiectus est ante *ὅς ῥ᾽ ἐκ* Π. Meminerat rhapsodus ad vocem *Ἀπισάονος*, et retrahebat versum huc ex Λ, 578. item N, 412.

351. *μετὰ Στεροπαῖον* Vrat. d. pro *μετ᾽ Ἀστεροπαῖον.*

354. *ἀλλ᾽ οὔπως ἔτι εἶχε, οὐκ ἐδύνατο μάχεσθαι, σάκεσσι γὰρ ἔρχατο πάντη ἑσταότες περὶ Πατρόκλῳ. ἔρχατο* Sch. br. *περιπεφραγμένοι ἦσαν.* At Sch. B. et Mosc. *συνειρμένοι ἦσαν. παρὰ τὸ εἴρω, τὸ συμπλέκω. διὸ ψιλώσομεν τὴν λέξιν.* Haec non cohaerent. Si ab *εἴρω*, quod *ἐίρω* scriptum fuit, ducta est vox h. l., esse debuit *εἴρετο*· et si plusquamperfectum vnquam in vsu fuit, pro *εἴρυτο, εἴρατο.* At ab *εἴργω, ἔργω, ἐέργω* fuit *εἶργμαι, ἔργμαι.* vnde *ἔρχατο* pro *ἔρκντο.* quod vulgo *εἰργμένοι ἦσαν.* sic sup. Π, 481 *ἔρχαται.* vbi v. Obss.

At enim versui duplex inesse video vitium prosodicum; primo quod *σάκεσσι γὰρ ἔρχατο* scriptum est, cum fuerit *ϝερχατο.* Nec defendi potest vitium altero loco Π, 481 *Φρένες ἔρχαται.* nam versus ille ab interpolatore profectus erat. Probabile fit, fuisse lectum antiquitus *σάκεσσι δὲ ἔρχατο.* Alterum vitium est in versus principio: *ἀλλ᾽ οὔπως ἔτι εἶχε*, biatu, quem iam Bentl. animaduertit et emendauit, *ἀλλ᾽ οὔπως ἄρ᾽ ἔτ᾽ εἶχε.* Mollius putem:

ἀλλ' οὔπως ἔτι γ' εἶχε. Idem vitium vidimus iam ſup. H, 217.

355. πρὸ δὲ δούρατ' ἔχοντο. προεβάλλοντο. προΐσχοντο, quod vſitatius: de cuius voc. variis ſignificatibus egit nuper Valken. Callim. p. 227.

359. ἀλλὰ μάλ' ἀμφ' αὐτῷ (Patroclo) βεβάμεν, σχεδόθεν δὲ μάχεσθαι. Eſt σχέδοθέν τε in Harl. Townl. Vrat. d. et Etymol. in βέβαμεν καὶ βεβάμεν.

361. τοὶ δ' ἀγχηστῖνοι ἔπιπτον. „ἀνχηστῖνοι, ita vocem ſcribi vidimus E, 141. vbi cf. Obſſ. conſentiunt nunc in id edd. et codd. cum Apollonii Lex. h. v. vbi verſus appoſitus eſt; nec ἀγχιστῖνοι memorari vidi praeterquam ex vno Vindob.

363. ἀναιμωτὶ, vt ſup. O, 228 ἀνιδρωτί. Barnes ἀναιμωτεὶ ediderat: quia ſic Od. Ω, 531 edi ſolet. E codd. tamen vix vnus et alter hoc tuentur, ſaltem vn. Vindob. et Lipſienſis; Erneſti improbat; recte, ſi ſemel antiquiora amplectimur.

Erat γ' ἐμάχοντο. At enim γε μάχοντο Ionice mos Homericus poſtulabat; eſt quoque ap. Euſtath. in codd. Mori. Townl.

364. μέμνηντο γὰρ αἰεί. μέμνοντο Lipſ. μέμνητο ſphalma Ald. 2. et eam exprimentium.

365. ἀλλήλοις ἀν' ὅμιλον ἀλεξέμεναι πόνον αἰπύν. Nunc plene dictum eſt; alias abſolute ἀλλήλοις ἀλέξειν. Sup. Γ, 9 ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισι. *propulſare mortis periculum ab aliquo* eſt idem ac *opitulari, tueri*, eum.

ἀν' ὅμιλον edd. at margo Steph. καθ' ὅμιλον. quod eſt etiam in Ven. Harl. Cant. Mori. Harl. Vat. Vrat. A. et b. Euſtath. Nil refert: vtrumque enim ſaepius occurrit, eadem cum vi. In Harlei. quoque Cant. Mori. fr. Moſc. et vno Vindob. ἀλεξέμεναι φόνον αἰπύν. et poteſt placere.

366. In eo, qui ſequitur, loco multa eſſe turbata et ſubinde alia ab aliis interpoſita manifeſtum ſit. Totus

locus 366—383. si sublatus fuerit, narratio liberiorem cursum habet.

367. οὔτε ποτ' ἠέλιον σόον ἔμμεναι. *non superesse* proprie, non integrum esse, non lucere, sed periisse. Spectat huc, quod primo loco positum est in Apollon. Lex. σόον, ἐμφανῆ, καὶ σῶον, καὶ ὁλόκληρον.

σῶν Lipſ.

368. Ἠέρι γὰρ κατέχοντο μάχης ἔπι, ὅσσοι ἄριστοι editum erat inde ab H. Stephano. Ita vero metrum turpi hiatu erat violatum. Ante eum in edd. ἔπι θ' ὅσσοι legebatur. Sic et codd. Cant. Mori. Harl. Vat. Ven. (suppletus quidem) Townl. et Eustath. ἐπί θ' ὅσσοι. fragm. Mosc. Ven. B. vbi Sch. περισσὸς ὁ τέ. Barocc. μάχῃ. ἐπί θ' ὅσσοι. corruptius μάχης ἐπείθ' Vrat. b. cum vno Vindob. μάχῃ ἐπίθ' Vrat. d. Molestum tamen hoc θ' esse, facile sentias. Interpungitur quoque diuersis modis: vulgo, vt supra est positum; tum ἠέρι γὰρ κατέχοντο μάχης, ἐπί θ' Turneb. at Aldd. vitiose μάχης. ἔπιθ'. Iam si de sensu quaeras: interpungere licet modo haud vno: si priora iungas ἠέρι γὰρ κατέχοντο μάχης ἔπι, otiosum est hoc postremum, caligine tenebantur *in pugna*, ἐν μάχῃ, κατὰ μάχης. Saltem scripsisset sic poeta μαχούμενοι ὅσσοι ἄριστοι. Nec minus languet alterum, si iungas, μάχης ἔπι ὅσσοι —.

Vitium iam antiquitus insederat versui. Vt e Schol. br. discimus, Zenodoti lectio fuerat ἐπὶ τόσσον. et facilis quoque coniectura est sensum forte esse: *Caligine tenebantur ea parte pugnae, qua*. quod vulgo esset, ἐφ' ὅσον. Conuenit quoque Schol. br. ἐφ' ὅσον οἱ ἄριστοι ἐστασαν, ἐπὶ τοσοῦτον ἀέρι κατείχοντο. At poeta ἐπὶ non solet in his apponere, nec ὅσον omittere, sed τόσον. v. c. Od. K, 517 βόθρον ὀρύξαι, ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα. Harlei. μάχης ἔπι θ' ὅσσον ἄριστοι ἔστασαν. vbi Scholion: ἐφ' ὅσον τόπον. cui concinit Vrat. A. Aristophanea lectio: μάχῃ ἔνι. Ita vitium prosodiae manet. ὅσσοι ἄριστοι non videtur mutari posse: sic enim iterum mox 377 ὅσσοι ἄριστοι ἔσαν. et 509. sicque saepe alibi.

Bentl. emendabat: ἠέρι γὰρ κατέχοντο μάχῃ θ' ὁμοῦ, ὅσσοι ἄ. fere vt inf. 376.

Mihi in aperto eſt, verſus 468. 9 eſſe a rhapſodo aliquo adſutos; nam eadem illa, quoad ſenſum et verba, locum habent ſuum mox 375. 6. 7. At h. l. verſus ſunt ieiuni et male cuſi. Sequuntur in hac *rhapſodia* plura loca partim ab eo, qui rhapſodias collegit ſuppleta, partim a diuerſis rhapſodis profecta et in compagem redacta, non ſatis commode: frequentata repetitione: ὣς οἱ μὲν μάρναντο· 366. τοῖς δὲ πανημερίοις 384. 412. 424 ὣς οἱ μὲν μάρναντο. v. ad ea loca.

Koeppen offendebat ad vocem ἠέρι, quod de puluere moto nusquam ab Homero adhibeatur, cum ſoleat ὁμίχλην, νέφος κονίης dicere. Haec, inquam, obſeruatio per ſe ingenioſa, me non mouet: quandoquidem res in maius aucta eſt, ideoque non de puluerea nube, ſed de vera obſcuratione caeli intelligi haec velle videtur poeta.

369. κατατεθνηῶτι Cant. fr. Moſc. Townl. Vrat. b. notum hoc eſſe Ariſtarcheum.

370. οἱ δ' ἄλλοι Τρῶες καὶ ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί. „Τρῶες καὶ Lipſ. Vrat. A. Cant. Mori. Ven. Harl. Melius, quam quod in vulgg. erat Τρῶες τε καὶ εὐκνήμιδες. quod recte damnauit Erneſti et Wolf.

371. ὑπ' αἰθέρι· ἐν αἰθρίᾳ ὑπὸ καθαρῷ ἀέρι καὶ ἀνεφέλῳ Euſtath.

πέπτατο δ' αὐγή· ἐξήπλωτο ἡ λαμπηδών. Quod ſerius factum. πετάω, πετάννύω, erat olim πτάω. πτῆμι. πέπταμαι. Sic πεπτάμεναι πύλαι, Φ, 531 et vela expanſa πέπτανται πέπλοι E, 194. 5. Haec eſt ſimpliciſſima ratio vocis conſtituendae. Fuit etiam πιτνάω. πίτνημι.

373. μεταπαυόμενοι δὲ — ἐκ διαδοχῆς ἀναπαυόμενοι Sch. br. et Sch. B. ex Ariſtarcho. — „γρ. δ' ἐμάχοντο. Barnes. Scilicet in Cant. Vrat. A. b. vn. Vindob.

375. Tota narratio non bene eſt conſtituta, quippe ex diuerſis laciniis coagmentata. Ignaui ſunt verſus 375. 6. 7. τοὶ δ' ἐν μέσῳ poſſunt eſſe, qui ſunt *inter duo cor-*

nua in media acie, aut ſunt ii, *qui ἐν τῷ μεταιχμίῳ inter vtramque aciem pugnant.* Neutrum hic locum habet: ſed eſſe debent, *qui circa Patrocli corpus pugnant*, nam *hi affligebantur caligine et pugna* ἠέρι καὶ πολέμῳ. at reliqui ſereno caelo vtebantur.

376. τείροντό τε νηλέϊ χαλκῷ. dubites ſitne de caedibus, an de armis, ſcuto inprimis, intelligendum, quo grauari debebant pugnantes. hemiſtichium hoc cum alio ex Od. N, 277 temere confuſum eſt ap. Apollon. Lex. in ἀεκαζομένους. Mox 377 ὅσσοι ἄριστοι ἔσαν. iam dictum erat v. 368.

377. De duobus his, *Thraſymede et Antilocho* parum commode haec ſunt interpoſita. Praeſtruere aliquis, forte is ipſe, qui rhapſodiam conſtruxit, voluit ea, quae inf. 679 ſq. narrabuntur de Antilocho ad Achillem nuntium perlaturo.

δύο φῶτε. ſcil. τῶν ἀρίστων ait Sch. B. male. Nam pugnant hi alia aciei parte, non circa Patrocli corpus. πυθέσθην Cant. Ven.

379. Πατρόκλοιο θανόντος ἀμύνονος, ἀλλ' ἔτ' ἔφαντο. Π. πεσόντος Vrat. d. cum vno Vindob. quod lubens amplectar. ἀλλά τ' ἔφαντο Lipſ.

381. ἐπιοσσομένω θάνατον καὶ φύζαν ἑταίρων. obſcura haec ſunt. ὄσσεσθαι etſi per ſe idem eſt, quod ὄπτομαι, vſu Homerico ad animum refertur, qui ſeu praeſagit ſeu reputat aliquid. Etiam Heſych. ἐπιόσσομαι, ἐφορῶ. προαγορεύω (vt cum Kuſtero eſt legendum.) ἐπισημαίνομαι. Senſus itaque eſſe debet: *reputantes* ſ. *ominantes*, praeuidentes, adeoque metuentes, caedem et fugam ſuorum ſcil. quae futura eſſet, ni fortiter pugnarent ipſi νόσφιν ἐμαρνάσθην. eo loco, quo cum ſuis Pyliis ſtabant, ſeorſum ab iis, qui circa Patroclum pugnabant. At interpretes hariolantur potius quam interpretantur. Redditur *intuentes*, proſpicientes, caedem et fugam ſuorum; atqui nulla tum adhuc facta erat fuga Achiuorum vllo in loco. Schol. B. reddidit ἐπιβλέποντες, ἵνα τῶν μὲν πιπτόντων ὑπερμαχοῖεν, τοὺς δὲ φυγάδας

προτρέποιντο. Conueniunt cum his Schol. excerpta: *ἐπιβλέποντες καὶ φυλάσσοντες, μὴ ἑταῖροι προτρέποιντο εἰς φυγὴν μηδὲ ἀποθάνωνται.* Voluere ita *ἐπιόσσεσθαι* esse obseruare, cauere et prouidere, vt praeuertamus aliquid. In Schol. B. Ἄλλως· *προορώμενοι καὶ προσδοκῶντες, μήτε ἀποθνήσκειν τοὺς ἑταίρους μήτε φεύγειν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐμένον τάξεως.* Sequitur eadem Eustath. qui etiam dicta haec esse vult *πάνυ γοργῶς, ὡς περιεβλέποντο, ἵνα, εἰ μέν τινες ἔθανον, ὑπερμάχωνται τῶν σωμάτων· εἰ δὲ εἰς φυγὴν ἐτράποντο, σκεπάζωσι.* Ita constituerunt grammatici nouam vocis vim ex contexto ac sententia loci pro lubitu.

382. *νόσφιν ἐμαρνάσθην* seorsum, scil. aut ab iis qui circa corpus Patrocli pugnabant, aut omnino, ipsi pro se. *μαρνάσθην,* quod Ionicum esset, Vrat. d.

ἐπεὶ ὣς ἐπετέλλετο Νέστωρ. non quidem hoc diserte antea memoratum est, praecepisse eum filiis, vt *νόσφιν* pugnarent; nec sane necesse erat, vt memoraretur, cum rerum ordo id haud posceret. Memorabatur Nestor obtestans Achiuos ne nauium tuendarum studium dimitterent O, 659. Cum Patroclus Troianos in castris adortus erat, memorantur Nestoris filii inter pugnantes Π, 317 sq. Nil praeterea; et, qui versum sequentem scripsit, *ὀτρύνων πόλεμόνδε μελαινάων ἀπὸ νηῶν,* videtur de primo ad pugnas cum Troianis egressu e castris cogitasse.

384. *τοῖς δὲ πανημερίοις ἔριδος μέγα νεῖκος ὀρώρει.* haec si, eiectis mediis, iunxeris cum superioribus ante versum 366. videbis, vt dixi ad vs. 366. multo melius carminis rationes procedere.

πανημερίου est in Veneti paginis assutis. Vulgata tamen praestat. Vidimus iam A, 412 *οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο.* et B, 385 *ὥς κε πανημέριοι στυγερῷ κρινώμεθ' Ἄρηϊ.*

385. *καμάτῳ δὲ καὶ ἱδρῷ* — pro *δὲ* erat *τε* in Barocc. Mori.

386. 387. *γούνατά τε — χεῖρές τ' ὀφθαλμοί τε παλάσσετο μαρναμένοιϊν.* Distributio per partes facit ad *ἐνάρ-*

γειαν. Obſeruat Schol. B. et Euſtathius κατὰ τοὺς παλαιούς.

παλάσσετο poſt χεῖρές τ' ὀφθαλμοί τε mirationem facit; ſed in animo habuit poeta τὰ γούνατα. Conſentit Schol. B. At ſup. ad K, 165 Porphyrius ad τὸν ἀπὸ κοινοῦ τρόπον referebat, et Euſtathius nunc et ſup. p. 494 ad eam, quam Pindaricam figuram appellant, de qua v. ad Pindar. Ol. VIII, 10. XI, 5. Idem huc vocat Heſiodeum τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί. Bentleius tamen, nil moratus, reſcripſerat: πάλαχθεν μαρναμένοισιν.

μαρναμένοιϊν. mirus videtur eſſe et abſonus vſus dualis; non enim haec ad Antilochum et Thraſymedem ſpectant. Expedita itaque res eſt, vt cum Bentleio ſcribas μαρναμένοισιν. Et hoc ipſum exhibent Cant. Mori. Harl. fragm. Moſc. Vrat. d. vn. Vindob. Reuocat tamen impetum, quod ab Euſtathio notatum eſt, dualem ad vtramque Achiuorum et Troianorum aciem referendum eſſe. Acumen quidem, arbitror, grammaticum, ex eo genere, quo vitia librariorum tueri ſolemus. Cum tamen nihil ad liquidum perduci poſſit, relinquenda ſunt ea quoque quae damnamus.

παλάσσετο. de voce v. ad Z, 268.

389. ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ταύροιο βοὸς μεγάλοιο βοείην — Schol. B. „ἐστὶ δὲ ἐξ εὐτελοῦς μὲν ἡ εἰκὼν, τῇ δὲ ἐναργείᾳ κεκόσμηται. recte quidem; omnino tamen ad priſci aeui ſenſum haec ſunt aeſtimanda.

390. λαοῖσι δώῃ τανύειν μεθύουσαν ἀλοιφῇ. Apollon. Lex. μεταφορικῶς, διάβροχον τῷ λίπει. vel, vt Schol. B. τῷ ἐλαίῳ. Paria Heſych. Suidas. et, ὡς μαλάσσειν τὴν βύρσαν, Euſtathius. Notabilis porro locus de rudibus primordiis artis depſendi coria. Tropum vocis poſthaec poetae et ſcriptores ad aliarum rerum copiam et πλῆθος traduxere.

δοίη Vrat. d. cum vno Vindob.

391. δεξάμενοι δ' ἄρα τοί γε. „ἄρα. proinde." Clarke.

393. τάνυται δέ τε πᾶσα διαπρό. Schol. B. διατείνεται πᾶσα εἰς τοὔμπροσθεν μεγεθυνομένη. τὸ γὰρ πάχος λεπτυ-

νόμενον εἰς μέγεθος ἄγεται. Cui res tanti eſt, is poteſt inſpicere *Picturas Herculan.* To. I. p. 170. Eſt autem τάνυται nunc a τάνυμι. διαπρὸ quidni διὰ πρό. vt eſt in aliis, vt Vrat. b. vtque inf. 518 editur. v. Δ, 138.

395. εἵλκεον ἀμφότεροι. μάλα γάρ σφισιν ἔλπετο θυμός. εἵλκεον a forma ἑλκέω vnde, et ἥλκησεν Od. Λ, 579 Λητὼ γὰρ ἥλκησεν. Nullibi video ſcriptum ἕλκεον. v. de hac voce inf. ad vſſ. 557. 558. Mox ἔλπετο repoſitum pro ἤλπετο, cum priore forma frequentius vtatur, tanquam Ionica, eaque h. l. habeatur in Lipſ. (etſi cum vitio σφιν) Mori. fr. Moſc. Townl. Vrat. b. vno Vindob. et ed. Flor. Ald. 1. inde Ald. 2. ἔπλετο. refinxit ex Rom. ἤλπετο Turnebus.

μάλα δέ σφισιν Harl. Cant. Mori. Vat. Vrat. A. b. d. duo Vindob. bene ex Homerico vſu.

396. Τρωσὶ μὲν ἐρύειν. Male Vat. Vrat. b. fragm. Moſc. vn. Vindob. μέν ῥ' ἐρύειν.

387. νῆας ἐπὶ γλ. Vat. Vrat. d. cum vno Vindob. ἀνά. Euſtath. νῆας ἀνὰ ἢ ἐπὶ γλαφυράς.

398. 9. οὐδέ κ' Ἄρης — hanc formam et morem ſentiendi iam vidimus N, 127. 128. ad q. l. vide. Ibidem Ἀθήνη λαοσσόος, λαοῦ παρορμητικὴ εἰς πόλεμον vel μάχην. Noli tamen argutari, eſſe nunc coniungenda λαοσσόος οὐδέ κ' Ἀθήνη. Alio loco et Erinnys et Apollo eodem epitheto ornantur: Jl. Υ, 48. 79.

399. τόν γε ἰδοῦτ' ὀνόσαιτ', οὐδ' εἰ μάλα μιν χόλος ἵκοι. τόν δε Cant. τόν γ' εἰδοῦσ' Vrat. b. at fuit: τον γε ϝιδουσ'. ἥκει vn. Vindob. et Lipſ. Sed I, 521 ὅτε κέν τιν' ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι.

401. ἐτάνυσσε πόνον, μάχην, Iupiter. vt iam vidimus Ξ, 389 Δή ῥα τότ' αἰνοτάτην ἔριδα πτολέμοιο τάνυσσαν Neptunus et Hector. add. Π, 662. Vulgare erat: ſuper Patrocli corpore *pugnatum eſt pertinaciſſime.*

402. Πάτροκλον τεθνειότα. editum erat τεθνηότα, cum vicies iam τεθνειότα, τεθνειώς, et. ſic porro editum legiſſemus. Etiam h. l. vt alibi ſeruant ει codd. Cant. Harl. Lipſ. fragm. Moſc. vn. Vindob,

403. πολλὸν γὰρ ἀπάνευθε νεῶν. Male ῥ interponunt alii, γάρ ῥ' ἀπ' Harl. Vrat. A. fragm. Mosc. Ipsa pronuntiatione ρ geminatur.

404. τό μιν οὔποτε ἔλπετο θυμῷ. τὸ μὲν οὔποτε duo Vindob. Verum τὸ est, quare, δι' ὅ. Erat ἤλπετο, et tamen mox 406 ἔλπετο. restitui Ionicum, vt est in Ven. A. B. Mori. Cant. Harl. fr. Mosc. Townl. Vrat. A. b. d.

θυμὸν Vrat. d.

405. ἀλλὰ ζωὸν, ἐνιχριμφθέντα πύλῃσιν, ἂψ ἀπονοστήσειν. Interpunxi post ζωὸν vt iungatur cum ἀπονοστήσειν. ἐνιχριμφθέντα πύλῃσιν est simpl. ἐμπελάσαντα. Variant hac voce Vrat. b. ἐνιχριφθέντα et Vrat. d. ἐνιχριμφέντα.

406. οὐδὲ τὸ ἔλπετο. expectabam alicubi scriptum οὐδέ ἑ ἔλπετο. Lenius quoque esset, ἐπεὶ οὔποτε ἔλπετο.

408. πολλάκι γὰρ τό γε μητρὸς ἀκούετο. τόδε Ven. Cant. Vat. parum refert: praeferam tamen.

νόσφιν ἀκούων. χωρὶς Cant. Vat.

409. ἥ οἱ ἀπαγγέλλεσκε Διὸς μεγάλοιο νόημα. „ἀπαγγέλλεσκε. renuntiare solita erat“ Clarke. nimis subtiliter, sine caussa. Dictum est de vaticinio; supra Π, 37 erat ἐπέφραδε: vbi v. Obss. ad vs. 36. ἀπαγγελέεσκε Vrat. A.

Διὸς νόημα Schol. B. τὴν θέλησιν καὶ βουλήν. τινὲς δὲ τῶν φιλοσόφων, μοῖραν ἔλεγον εἶναι τὴν τοῦ θεοῦ βουλήν. Sane omnes prudentiores vtramque notionem pro eadem aut pari habere debuere; h. l. tamen est fatum ipsum, quatenus a Ioue pronuntiatur, estque adeo idem atque effatum Iouis; nec potest ille velle, nisi quod fatale est. neque illud aliter velle.

410. δὴ τότε γ' οὔ οἱ ἔειπε — non eodem tempore simul ei praedixerat et hoc, quod nunc factum erat, scilicet hoc, quod perierat eius amicus. Si ita accipias, ὤλετο vs. seq., molestiam non facessit. Si vero ad praedictionem ipsam refertur, deberet futurum esse, ὀλεῖται. An his repugnent dicta Σ, 10. videbimus ad eum locum. οὔτοι ἔειπε vn. Vindob.

411. πολὺ φίλτατος ὤλεθ' ἑταῖρος. vn. Vindob. ἑταίρων.

412. ἀκαχμένα δοῦρατ' ἔχοντες. Vrat. b. ἀημένα, miro lapſu.

413. νωλεμὲς ἐγχρίμπτοντο. vt ſolent variare in hac voce, ἐχρίμπτοντο Mori. Harl. Vat. Vrat. A. b. Lipſ. vn. Vindob.

414. ὧδε δέ τις εἴπεσκεν. qui ſequentia interpoſuit, rhapſodus affectauit ἠθοποιΐαν aliis in locis frequentatam: ſup. H, 178. 201. Δ, 81. v. ad B, 271.

415. ὦ φίλοι, οὐ μὰν ἧμιν ἐϋκλεὲς ἀπονέεσθαι. ἧμιν. de hac forma, pro qu aliquoties ἄμμιν, ἄμμι, dictum vidimus, vt ſtatim A, 384. e vetere grammatico ad h. l. disputat Euſtath. et Etymologus. Doricum modo, modo Ionicum eſſe volunt. Dixiſſent melius, eſſe formas antiquas. addit Euſtath. fuiſſe qui legerent ἡμῖν εὐκλεὲς, ſed praeferri alterum. Eſt quoque hoc in Vrat. A. d. Lipſ. et ἡμὶν ἐϋκλέες, Turneb.

οὐ μὲν ἡμὶν ἐϋπλεὲς irrepſerat in Ald. 2. οὐ μὴν Vat. ἦ μὴν Ald. 1. Genuina lectio erat in Flor. Rom. Steph. οὐκ ἂν Venetus ſuppletus.

416—419. Erat locus impeditus praua iunctura et interpunctione. Reddam rationem de ſingulis. Interpunxi poſt γλαφυράς. et κέρδος εἴη.

416. 417. γαῖα χάνοι. v. ſup. ad Z, 282.

417. 418. τό κεν ἧμιν ἄφαρ πολὺ κέρδιον εἴη, ἢ τοῦτον Τρώεσσι μεθήσομεν — Ita interpungebatur, et iungebantur ſequentia cum ſuperioribus; ita vero dicta erant parum grammatice. Debebat ita ſequi: ἢ — μεθιέναι vel ἢ ὡς μεθήσωμεν. Eleganter in hanc ſententiam coniiciebat Bentl. μεθησέμεν. quod et coniectando aſſequutus erat Koeppen. aut noua ſententia inſtitui: ἦ τοῦτον Τρώεσσι μεθήσομεν — interrogatiue; num nos — Concidunt omnia, ſi obſeruaueris, in medio interclufa eſſe iſta: τό κεν ἧμιν ἄφαρ πολὺ κέρδιον εἴη. et iungenda eſſe: γαῖα χάνοι, ſcil. μᾶλλον, ἢ ὡς μεθήσομεν, Homerico futuri vſu, pro ἢ ὡς μεθείημεν vel μεθῶμεν. Fatendum

tamen vel ſic probabiliorem fore lectionem *εἰ τοῦτον Τρώεσσι μεθήσομεν.* quam ſuppeditant Cant. Vat. Harl. Vrat. b. d. Ven. ſuppletus fragm. Moſc.

ἄφαρ iterum nunc occurrit notione non ſatis definita: proprie *εὐθέως, ταχέως,* confeſtim, notum eſt, ſicque dictum vidimus paſſim: v. ad K, 537. Haerebam Λ, 418 et N, 814. nunc videtur ſimpliciter pro aſſeueratiua, *δὴ*, habendum eſſe; niſi huc reuoces notionem *τοῦ ῥᾳδίως*, quam lexica habent, quod nobis facile multo vtilius eſſet.

419. *ἄστυ ποτὶ σφέτερον ἐρύσαι.* Harlei. Vrat. A. b. *ἐρύσειν.* vn. Vindob. *ἐρύειν.*

420. *ὧδε δέ τις Τρώων μεγαθύμων αὐδήσασκε.* Vitioſe edd. *ὧδε δέ τις αὖ* ante Turnebum, qui emendauit; vitium tamen eſt quoque in Mori, at *ὥς δέ τις αὖ Τρώων* Cant. Harl. Vat. Lipſ. Townl. Vrat. A. b. d. vn. Vindob. fragm. Moſc. etiam Venetus ſuppletus. Retinui tamen vulgatum, ne ter ſequeretur *ὥς,* etſi malim legere *ὧδέ τις αὖ Τρ.* quod e Cantabr. laudat Barnes, quodque eſt in vno Vindob. Verum manum interpolatricem in toto hoc loco graſſatam eſſe, apparet.

422. *μήπω τις* recte. At Lipſ. *μήπως.*

423. *μένος δ' ὄρσασκεν ἑκάστου.* Illatum erat in edd. *ἑταίρου,* a Turnebo ex Rom. ed. Vbique in edd. ant. et in codd. *ἑκάστου* legebatur. Bentl. tamen emendabat *ἑκάστῳ.* Eſt quoque *ὤρσασκεν* in Townl. vno Vindob.

424. 425. *σιδήρειος δ' ὀρυμαγδὸς χάλκεον οὐρανὸν ἷκε δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο.* *σιδήρειος ὀρυμαγδὸς* Schol. B. *ὁ στερεὸς καὶ ἰσχυρός.* Concinit Schol. Apollon. II, 115. vbi *σιδηρείῃ κορύνῃ* erat, *τινὲς δὲ ἀποδεδώκασι σιδηρείῃ, εὐτόνῳ. ὥςπερ καὶ· σιδήρειος δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει.* At Heſych. h. v. *ὁ ἀπὸ τοῦ σιδήρου καὶ τῶν ὅπλων ψόφος.*

δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο. int. vaſtus. vt alibi mare. v. ad A, 316. De *χάλκεον οὐρανὸν* v. ad A, 426. Noli autem putare poetam luſiſſe in epithetis oppoſitis.

ἶκε. ἧκε ap. Stobaeum Ecl. I, 23 p. 421. ed. Heer. (p. 52. Cant.) vbi obſeruatur, a terra per aerem et aetherem ad caelum et Olympum perueniri.

429. Αὐτομέδων, Διώρεος — Eſt hic Diores diuerſus a Diore Eleo B, 622. Amaryncei filio, caeſo ſup. Δ, 622. Αὐτομέδων γε Δ. Cant. Vrat. A. vt prior in Διώρεος corripiatur, vt fit ap. Virgilium *Priami de ſtirpe Diores*.

430. πολλὰ μὲν ἂρ μάστιγι θοῇ ἐπεμαίετο θείνων. μάστιγι θοῇ. ταχυποιῷ Schol. B. Conuenit cum ὀξείᾳ. ἐπεμαίετο, ἥπτετο καὶ ἐμάστιζεν, idem. De voce v. dicta ad E, 748. habet ἐνάργειαν, eſt enim, equos appetere, inceſſere, prominente corpore, ad feriendum.

431. πολλὰ δ' ἀρειῇ. ἀπειλῇ. Notata vox Apollonio Lex. Heſych. Schol. br. et al. Iterum occurrit inf. Υ, 109. Φ, 339. Apollon. p. 161 verſum ita excitat: πολλὰ δὲ μειλιχίοισι κελεύων, πολλὰ δ' ἀρειῇ. In Etymol. h. v. disputatur de prima correpta; cum ſit ab ἀρὰ priore longa ductum. Forte ductum eſt ab ἀρὰ, noxa.

432. ἐπὶ νῆας, ἐπὶ πλατὺν Ἑλλήςποντον, ita vbique legitur ἐπὶ νῆας ἐπὶ — Barnes: „γρ. ἂψ προτὶ νῆας ἐπί." hoc tamen e coniectura, puto. De epitheto Helleſponti πλατὺς, v. ſup. ad H, 86. Eſt ſcil. in Homero mare ante fretum Hellespontum. v. Apollon. Lex. h. v.

435. ἀνέρος ἑστήκει τεθνειότος. repoſui ἑστήκει pro εἱστήκει, vt ſcriptura ſibi conſtaret cum ceteris locis, vt et τεθνειότος pro τεθνηότος. etſi h. l. fere in edd. omnibus hoc legatur; habet tamen ει Euſtathius. ἑστήκει autem exhibent plures: Cant. Vat. Mori. Vrat. b. d. Lipſ. Ven. Puta autem eſſe vocem ἑστήκω, *ſto*. nam eſt ſtat, non, ſtabat.

436. δίφρον ἔχοντες. Cant. Vrat. b. d. Townl. fragm. Moſc. ἔχοντε. quod alibi variat, etiamſi verbum plurale adiunctum ſit; h. l. tamen amplector multo magis, cum ſequatur ἐνισκίμψαντε.

437. οὔδει ἐνισκήψαντε καρήατα vulgo lectum erat; quod et agnoſcunt Schol. br. ἔνι σκήψαντε Vrat. A. At ἐνισκίμψαντε ed. Rom. cum Euſtath. (qui tamen alteram

fcripturam norat p. 1114, 18.) Vat. Harl. vn. Vindob. tum, diuifim, ἐνὶ σκίμψαντε Townl. Alludunt ἐνισκίψαντε Ven. fuppletus, fragm. Mofc. a m. fec. Et haec fcriptura occurrit iterum inf. 528. Π, 612. at ἐνσκήπτω nusquam in Homero. Nec aliter legerat auctor gloffae ap. Hefych. ἐνισκίμψαντες. ἐνερείσαντες. Etiam in Schol. B. ἐνισκίμψαντες. ἀντὶ τοῦ προςερείσαντες καὶ πελάσαντες διὰ λύπης ὑπερβολήν. vtroque loco reftituendus dualis. Vitium quoque idem eft in Vrat. d. ἐνισκίμψαντες. Agnofcit quoque σκίμπτεσθαι Pindarus.

438. μυρομένοιιν repofui ex Cant. Vrat. a. d. vn. Vindob. ficque erat fup. 387. vt conueniret ceteris.

439. ἡνιόχοιο ποθῇ. πόθῳ vulgo lectum erat inde a Turnebo ex Romana. ποθῇ erat in Flor. Aldd. Atqui in Jliade vbique ποθὴ frequentatur, nusquam πόθος, quod in Odyffea frequens, vt et in Hefiodo. ποθῇ etiam h. l. habent Cant. Vindob. Alteri.

θαλερὴ δὲ μιαίνετο χαίτη. δ' ἐμιαίνετο Cant.

440. ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν ἀμφοτέρωθεν. Verfus iterum legitur T, 406. excepta poftrema voce: quae in vulgg. erat ἀμφοτέροισι, otiofa vox. At ἀμφοτέρωσε Townl. Vrat. d. vn. Vindob. ἀμφοτέρωθεν Cant. Harl. Vat. Ven. fuppletus. Euftath. ἀμφοτέροισιν ἢ ἀμφοτέρωθεν. Praetuli prius, vnde corruptela ἀμφοτέροισιν, aperte nata eft, et propter fenfum, iuba vtrinque, ab vtraque parte, *in vtrumque latus*, excuffa fignificatur; non, ab vtroque equo.

ζεύγλης ἐξεριποῦσα. vi neutra, iugo excidens. vt ἐριπεῖν. E, 47 et al. ἤριπε δ' ἐξ' ὀχέων. et ἐξερίπῃ Ξ, 414. Erit ergo etiam in Sc. Herc. 174 αὐχένας ἐξεριπόντες ita accipiendum, κατ' αὐχένας, αὐχέσιν. iugum, ὁ ζυγὸς, lignum transuerfum, quod loro alligatum erat temoni, duas habebat ζεύγλας, orbes ligneos, quibus colla boum vel equorum inferebantur: Sic Etymol. Hefych. Suid. primoque loco Pollux I, f. 146 τὰ δὲ κοῖλα τοῦ ζυγοῦ, ὑφ' ἃ ὑπάγονται οἱ ἵπποι, ζεῦγλαι. et hinc qui de re vehiculari egerunt. Vox hac de re propria, vt de Bitono

et Cleobi Herodot. I, 31 ὑποδύντες αὐτοὶ ὑπὸ τὴν ζεύγλην εἷλκον τὴν ἅμαξαν. et, quod notum est de iis, epigramma ap. Iacobs To. IV, p. 183. CCCVII.

441. μυρομένω δ' ἄρα τώ γε ἰδὼν „ἄρα vt iam dictum est" Clarke. μυρομένους δ' ὧδ' ἄρα τούς γε Townl.

442. προτὶ ὃν Cant. ποτί.

443. τί σφῶϊ δόμεν Πηλῆϊ. Iouis sunt verba. Vere dederat equos Peleo Neptunus Ψ, 277. Fit tamen hoc vulgari vsu, vt facta ab aliis diis ad Iouem transferantur.

444. ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε. Lips. ἀγήρω γ'. formula iam obuia fuit M, 323. v. ad B, 447.

445. ἄλγε' ἔχητον· ἔχητε Lips. et vn. Vindob. ἔχοιτον Ven. suppl.

446. 7. οὐ μὲν γάρ τι πού ἐστιν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς πάντων — Versus hi duo passim excitantur a scriptoribus, iam in Axiocho (To. III, p. 367 D. Plat.) et a Plutarcho de amore prolis p. 496 B. animi an corp. affect. pr. de Nobilitate in Wolf. Anecd. To. IV, p. 225. Dio Chrys. Or. XXIII sub pr. Stobaeus Serm. XCVI. p. 532 vbi est: οὐ μὲν γάρ τι πατ' ἐστίν. Similis locus est alter Od. Σ, 129 οὐδὲν ἀκιδνότερον etc.

Bene Koeppen obseruat, patere hinc, id quod e toto cyclo mythico manifestum fit, in mundo et genere humano condendo operam Iouis creditam fuisse nullam. Alioqui de misera hominum conditione conqueri ille haud potuisset, si ipse eius esset auctor.

ὀϊζυρότερον Vrat. d. vt vox scripta esse debebat per o post longam syllabam ζυ. Copiosus est Eustathius in obseruatione neglecti canonis grammatici, comparatque λαρώτατος et κακοξεινώτερος in Od. B, 350 et Υ, 376. vbi tamen seruata breui vocali medela versui erat. Etiam h. l. pronuntiando syllaba produci poterat ὀϊζυρόττερον.

447. πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει. Non dubitaui disiungere ἐπιπνείει. γαῖαν ἐπιπνείειν esset adspirare terram; sed est ἐπὶ, κατὰ γαῖαν, πνέειν, viuere. Supplet quoque κατὰ Schol. B. Verum amant gram-

matici compoſita. τε abeſt in codd. nonnullis et ἐπιπνεῖ τε Townl.

449. οὐ γὰρ ἐάσω. Barnes et hic corrupit ἐάσσω. Idem ex Schol. excerptis recitat οὐδέ τις ἄλλος. quae ſunt quoque in ed. Cantabrig. et pro lect. var. in Harlei. Editum quoque hoc in ed. Flor. ſed ſtatim permutatum cum melioribus in Ald. 1.

450. ἢ οὐχ ἅλις, ὡς καὶ τεύχε' ἔχει καὶ ἐπεύχεται αὔτως. pronuntiatum vna ſyllaba ἠὐχ. vt iam vidimus aliquoties. v. ad E, 349. I, 533.

ἔχει. ἔχῃ Vrat. A.

αὔτως. αὕτως Rom. Euſtath. ἄλλως Harl. cum altero pro var. lect. Laudat verſum καὶ ἀγάλλεται οὕτως, Apollon. Lex. in ὡς p. 725.

451. ἐν γούνεσσι. Sic legebatur in Flor. Ald. 1. Rom. Mutauit in γούνασσι Ald. 2. ſic et inf. 569. et I, 484. Sic peccabatur ſup. 308 ἄνδρασσι. Conſentiunt in γούνεσσι Cant. Townl. Vrat. d. fragm. Moſc. Venetus ſuppletus. βάλω fragm. Moſc.

452. ὄφρα καὶ Αὐτομέδοντα σαώσετον. Atqui, dices, Automedon paullo poſt curru relicto pugnat pedes; dum interea Alcimedon eum conſcendit: vſſ. 481. 484. Attamen is equos habet a tergo alterius, vt is, ſi vrgeatur ab hoſte, poſſit currum conſcendere.

453. νῆας ἐπὶ γλαφυράς. νῆας ἀνὰ Vat. vt vſ. 397. ἔτι γάρ σφισι Lipſ. σφιν.

455. καὶ ἐπὶ κνέφας ἱερὸν ἔλθῃ. ἔλθοι Cant. Vrat. d. vn. Vindob. Verſus aberat a Vatic. et poteſt repetitus videri vna cum antecedente ex Λ, 193. 194. 208. 9. De κνέφας ἱερὸν, nox alma, v. ibid.

458. ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα. fragm. Moſc. ῥίμφα φέρον, Ionice et verius. Ita tamen iam Λ, 533 ſcribi debuiſſet.

459. τοῖσι δ' ἔπ' Αὐτομέδων μάχετ', ἀχνύμενός περ ἑταίρου. Accipitur vulgo τοῖσι δ' ἐπ' de equis, ἐπὶ τοῖσιν ἵπποις, Αὐτομέδων ἐμάχετο. Tum vero ſequitur minus commode ἵπποις ἀΐσσων, σὺν ἵπποις. praeſtat ſic in-

terpungere post ἵπποις, et retrahere ad τοῖσι δ' ἐπ' Αὐτομέδων μάχετο ἵπποις, ἀΐσσων. Et hoc equidem praeferam. Alia tamen iunctura erit, si τοῖσι δ' ἐπ' ad Τρῶας καὶ 'Αχαιοὺς referas; sic enim procedit sententia: ἐπὶ τοῖς δὲ ἐμάχετο Αὐτομέδων, ἀΐσσων σὺν ἵπποις μετ' αὐτοὺς, ὥςτε αἰγυπιὸς ἀΐσσει μετὰ χῆνας. *pugnauit inter hos*, in medio Troianorum et Achiuorum, irruens curru in eos, more vulturis anseres insequentis. Ita ἐπὶ Τρώεσσι καὶ 'Αχαιοῖς μάχεσθαι erit, in medio. Alibi tamen est cum Troianis pugnare: E, 124 ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι.

461. ῥέα μὲν γὰρ φεύγεσκεν. Nemo facile dubitet ῥέα vna syllaba pronuntiatum esse hic et Υ, 101 vt similibus locis aliis. Haerebant tamen ad hoc olim viri docti, etiam Barnes, qui tamen recte e Mori et Barocc. restituit ῥέα, cum editum esset ῥεῖα μὲν γὰρ φ. quod et codd. habent etiam ap. Hesiod. Ἔργ. pr. vbi legendum esse apparet ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. Vir doctus tamen Payne Knight p. 75. emendat ῥεῖα μὲν ἄρ φεύγεσκε.

462. ῥεῖα δ' ἐπαΐξασκε πολὺν καθ' ὅμιλον ὀπάζων. est hoc iterum pro διώκων, faciens fugere: vt (VIII) Θ, 341 Ἕκτωρ ὤπαζε τοὺς 'Αχαιούς. vbi v. Obss. adde E, 344. Alioqui acciperem ὀπάζων τοὺς ἵππους, κατεπείγων. Sequitur ῥεῖα post ῥέα, prorsus vt in Hesiodo vs. 6. 7.

463. ἀλλ' οὐχ ἥρει φῶτας, ὅτ' ἐσσεύαιτο διώκειν. Edebatur ἐσσεύετο, metro corrupto, inde a Flor. nec aliter legitur in codd. Mori. Townl. Vrat. A. b. d. Tanta rei metricae regnat incuria! Incertum est, quid Eustathius legerit. At ἐσσεύαιτο e Cantabrigiensi correxit Barnes; accedit Venetus suppletus, et vnus Vindob. Adspirat ἐσσεύατο in fragm. Mosc. et Vatic. ἐσεύατο, ὥρμησεν, Schol. br. Adscripsit Barnes: alii ὅτε σεύαιτο. alii ἐσσεύται τὸ, ὅτ' ἐσσεύεσκε, ὅτ' ἐσσεύητο. Meri conatus viri docti, non lectiones! Quoties ad h. l. accesseram, offendebam ad ἐσσεύαιτο, quod peccat in grammaticam. Verbum est σεύειν, non ἐσσεύειν. ab eo est ἔσσυμαι, vnde ἐσσύμην, ἔσσυο Π, 585 forte ex antiquo σύω. At ἐσσεύετο, ἐσσεύ-

οντο B, 808. Λ, 167 et al. ſunt a σεύομαι, ἐσευόμην. Iam lectio, quae h. l. requiritur, eſt ὅτε σεύαιτο. producta ſyllaba vltima in ὅτε ante ſibilum. ὅτε cum optatiuo ex vſu Homerico ſibi conſtat. Tum vero vera lectio e codd. et edd. habetur altero loco Υ, 148 ὁππότε μιν σεύαιτο. et Ψ, 198 ὄφρα — ὕλη τε σεύαιτο καήμεναι, vbi male ex Ald. 2. regnat ὕλη τ' ἐσσεύαιτο. Itaque non dubitaui emendare vulgatum: etſi videbam Bentleium in ea acquieſcere.

ἤρει pro ἀνήρει dictum eſſe, notat Schol. B.

464. οὐ γάρ πως ἦν, οἷον ἐόνθ' ἱερῷ ἐνὶ δίφρῳ. „τῷ μὴ ἄλλῳ ἐπιβατῷ, ἢ Ἀχιλλεῖ." Schol. B. Euſtathius: φησὶν, ἢ σεμνύνων τὸν Ἀχιλλέα, ἢ καὶ διὰ τοὺς ἵππους, οἳ τοιοῦτοι ὑπόκεινται εἶναι (habentur eſſe ἱεροί, θεῖοι.) Conuenit Schol. Moſc. cum Schol. br. ἤτοι μεγάλῳ, ἢ ἱεροὺς ἐλαύνοντι ἵππους.

ἐόνθ'. ἰόνθ' edd. Flor. Aldd. Turneb. repoſuit alterum H. Stephanus ex ed. Rom.

465. ἐπίσχειν ὠκέας ἵππους. ἐπίσχειν Ariſtarchea eſt lectio; quod e Schol. Excerptis ed. Cantabr. intelligo, adſtipulante Herodiano. At Aſcalonita defendebat ἐπισχεῖν. quod et erat in edd. ante H. Steph. ſicque cod. Vrat. A. quid interſit, haud dicam. ἐπισχών vidimus I, 485. ἐπίσχετε autem Od. Υ, 266.

467. Ἀλκιμέδων. Alcimedon, Laercis filius, Aemonis nepos, ſupra Π, 197. inter duces Myrmidonum. Αἱμονίδαο, Cant. Αἱμονίδαο. At fragm. Moſc. Townl. Ἁρμονίδαο.

468. ὄπιθε δίφροιο. ſic recte Lipſ. pro vulg. ὄπιθεν.

469. τίς τοί νυ θεῶν νηκερδέα βουλὴν ἐν στήθεσσιν ἔθηκε. ἀκερδῆ, ἀνωφελῆ, βλαβεράν. Schol. br. et ἄφωνα, quod etiam Bentl. emendat ἄφρονα, Heſych. Gloſſa Apollonii Lex. νηκερδὲς, ἀκερδὲς, ſpectat ad Od. Ξ, 409 ἔπος νηκερδές.

471. οἷον πρὸς Τρῶας μάχεαι. οἷον vel pro ὡς, ὅτι· plene κατὰ τοῖον, οἷον. vel per exclamationem, quod vim dictis addit.

μάχεαι πρώτῳ ἐν ὁμίλῳ cod. Ital. μάχεαι ἐν ὁμίλῳ πρώτῳ.

473. αὐτὸς ἔχων ὤμοισιν. Vrat. A. ὤμοιῖν. perpetua variatione. Iterum mox Σ, 132.

475. τίς γάρ τοι Ἀχαιῶν ἄλλος ὁμοῖος. Harlei. τίς τ' ἄρ τοι. addit Bentl. vt Jl. A, 8 τίς τ' ἄρ σφῶε θεῶν. Etiam Townl. τίς τ' ἄρ.

476. ἵππων ἀθανάτων ἐχέμεν δμῆσίν τε μένος τε. Sane non satis accurate haec iuncta sunt: aliter dicitur ἔχειν δμῆσιν, pro δαμᾷν, aliter ἔχειν μένος ἵππων, pro κατέχειν, ἐπισχεῖν, vt modo vs. 465. Hoc quoque innuit Eustathius: ἔχει δμῆσιν, ἀντὶ τοῦ οἶδεν. ὡς ἐπιστήμην ἔχων. μένος δὲ ἔχει, ἀντὶ τοῦ ἐπέχει, κρατεῖ.

477. Πάτροκλος, θεόφι μήστωρ ἀτάλαντος. absolute h. l. μήστωρ, siue a μήδεσθαι consulere, siue a μᾶσθαι, ὁρμᾷν, ἐνεργεῖν. Schol. B. ἴσος θεοῖς εἰς κατεργάσασθαί τι. v. sup. ad P, 339.

478. νῦν δ' αὖ θάνατος καὶ μοῖρα κιχάνει. νῦν αὖ sine δ' Barocc. Lips. Mori, Townl. Vrat. A. fragm. Mosc. et duo Vindob.

Pro κιχάνει exhibent κάλυψεν Mori. Vrat. A. d. et vn. Vindob. Hisce varietatibus parum est tribuendum; incurrebant in calamum e memoria similium. Nisi dicas fuisse, qui desideraret ἔκιχε. Sed κιχάνω non modo est assequor, sed et, teneo, retineo.

479. ἡνία σιγαλόεντα. vidimus iam E, 426 vbi hic et sequens versus legebantur.

481. Ἀλκιμέδων δὲ βοηθόον ἅρμ' ἐπορούσας. Ita edebatur βοηθόον ἅρμα. atque ita legitur in codd. quantum video constanter. At supra N, 477 Αἰνείαν ἐπιόντα βοῆ θοόν legebatur diuisim in edd. et parte maiore codd. cum pauci, cum his tamen Venetus, exhiberent βοηθόον. v. Obss. ad e. v. Eustathius ibi βοηθόον omnino non norat lectum; addit enim: „βοῇ θοόν, nisi quis ex loco altero P huc inferre velit βοηθόον.“ Mira est huius vocis fortuna: nam grammatici productum esse crediderunt ex βοηθός, eamque opinionem iam inter Alexandrinos

inualuiſſe, teſtantur verba Callimachi in Del. 27 Δῆλε φίλη, τοῖός σε βοηθόος ἀμφιβέβηκεν. et Theocr. de Dioscuris, XXII, 23 ὦ ἄμφω θνατοῖσι βοαθόοι. Perſuaſum mihi habeo proceſſiſſe haec a ſtudio grammaticorum noua compoſita fabricandi, quo ferebat antiqua ſcribendi ratio continuis litteris. In Homero frequentiſſimum βοὴ pro μάχη, et θοὸς de pugnatore, ſiue omnino pro agili, acri, ſiue, quatenus procurrit, tanquam πρόμαχος.

Iam etſi altero loco Αἰνείαν ἐπιόντα βοηθόον, dictum pro βοηθὸν, poterat alicui facile in mentem venire, noſtro tamen loco, vt dictum ſit βοηθόον ἅρμα, *currus auxilians*, vix in poeta epico aliquem ferre poſſe putes. Contra βοῇ θοὸν ἅρμα neminem offendet: ἐν μάχῃ θοόν. Sicque reddunt grammatici, etſi ſcribunt βοηθόον vna voce: Sic Apollon. Lex. βοηθόον, ἐν μάχῃ θοόν. etſi adiuncto altero, forte ab alia manu, ἀγαθὸν βοηθεῖν. Heſych. βοηθόον, κατὰ τὴν μάχην ταχύν. Schol. br. ἐν πολέμῳ ταχύν. Cum autem ſupra N, 477 diviſis vocibus ſcriptum et editum ſit βοῇ θοὸν, non video, cur h. l. inferatur vox, quae omni analogia caret, ſi debet eſſe βοηθόον vna voce, ſi autem eſt βοηθὸν, ſenſum commodum haud habet.

Poteſt pro hoc antiquior auctoritas afferri Pindari Nem. VII, 48. vbi edebatur βοαθόων, pro βοᾷ θοῶν. *virorum fortium honor poſt mortem ſuccreſcit, quibus beneficio diuino obtingunt carmina:* τιμὰ δὲ γίνεται, ὧν θεὸς ἁβρὸν αὔξει λόγων τεθνακότων, βοᾷ θοῶν. in hoc quid reprehendas aut amplius requiras haud video, tam expedita ſunt omnia et lyrico digna; vix itaque emendatione in duriorem rationem locus eget. Secundum haec, niſi grauiora prolata fuerint, non niſi Alexandrinorum acumini grammatico deberi puto vocem tam miro modo compoſitam, βοηθόον ex βοῇ θοόν. Poterat tamen eo ducere verbum βοηθεῖν, vt eſſet pro σὺν βοῇ θέειν, quemadmodum eſt βοηδρομεῖν, ad auxilium ferendum.

In Schol. excerpt. ed. Cantabr. erat: „Ἀρίσταρχος, ὑφ' ἓν, βοηθόον. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς σχολῆς, διῃρημένως.

Vides hinc, de voce controuerſiam inter Alexandrinos fuiſſe, et moleſtam Ariſtarchi ſubtilitatem praeualuiſſe. Scholae nomen excidiſſe videtur: vix enim ſchola Ariſtarchea in diuerſa a magiſtro abiit. Erneſti in Addendis ad h. v. ſubiunxit: „βοῇ θοὸν, clamore petebat celerem currum, phraſi Virgiliana" ſcilicet vt Aen. XII. 252 *conuertunt clamore fugam.* Ita ille iungere voluit Alcimedon ἐπορούσας ἅρμα (σὺν) βοῇ.

Pro ἐπορούσας Vrat. A. ἐποῤῥέσσας. nugas agas, ſi hinc elicere velis ἐπορέξας. pro ἐπορεξάμενος.

483. νόησε δὲ Φαίδιμος Ἕκτωρ. quod Aeneam potiſſimum ad ſe vocat Hector, eius rei cauſſam reperit peculiarem Schol. B. quod Aeneas equos ſuos amiſerat a Diomede captos: E, 323. Θ, 108.

484. ἐγγὺς ἐόντα. vn. Vindob. ἰόντα.

488. τῷ κεν ἐελποίμην. Barnes „γρ. ἓ ἐλποίμην." atqui ἓ pro αὐτοὺς grammatice haud dicitur.

Inſidebat dudum animo τώ κεν ſcil. ἵππω τώδ' vſ. 486. Ecce ſic legerat Euſtath. et exhibet hoc ed. Rom.

488. 489. εἰ σύ γε θυμῷ σῷ ἐθέλεις. fragm. Moſc. et vn. Vindob. ἐθέλοις.

489. ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐφορμηθέντε γε νῶϊ. Legebatur νῶϊν. Ita turbata erat oratio. In οὐκ ἂν τλαῖεν ἐναντίβιον στάντες μαχέσασθαι ſubiectum ſunt οἱ ἡνίοχοι κακοὶ vſ. 487. adoriri hos vult Hector cum Aenea: non vero locum habet, vt iſti κακοὶ ἡνίοχοι vix *loco ſtantes* adoriantur Hectorem et Aeneam ipſi, ἐφορμηθέντε νῶϊν. Neceſſe eſt ἐφορμηθέντε νῶϊ legi, *non audebunt illi loco ſtare, nobis irruentibus:* vt ſint nominatiui abſoluti pro ἐφορμηθέντων ἡμῶν. Euſtathius habuit veram lectionem νῶϊ p. 1115, 41. rationem tamen grammaticam haud vidit, nam addit l. 56. ὅρα δὲ καὶ τὸ, οὐκ ἂν ἐφορμηθέντε γε νῶϊ, ἤγουν ἡμᾶς, ἢ ἡμεῖς, τλαῖεν μαχέσασθαι. καινὸν σχῆμα ὄν, ὁποῖόν τι καὶ πρὸ τούτων που (Θ, 378) κεῖται ἐν τῷ· νῶϊ γηθήσει φανεῖσα ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας. Erneſti e Vrat. A. notarat νῶϊ, et placere ſibi ait, deſiderari enim accuſatiuum; quod fieri nequit; non enim cum

τλαῖεν, ſed cum μαχέσασθαι iungenda iſta ſunt; eſt autem μάχεσθαί τινι. Igitur, vt dixi, ἐφορμηθέντε νῶϊ pro caſibus abſolute poſitis habendi ſunt. Video quoque Iortinum ita ſenſiſſe To. II. p. 70. Nunc dubitatio tollitur auctoritate codd. Townl. et fragm. Moſcou.

492. βοέῃς εἰλυμένω ὤμους. Schol. B. βοέῃς. συλληπτικῶς. ἦν γὰρ εἶχεν Ἕκτωρ, οὐ βοεία ἦν" vnde hoc habeat grammaticus, non video. Erat ſcutum Patrocli, quod memoratum erat ſup. Π, 136. et 803.

εἰλυμένω. non εἰλυμμένω. nam υ eſt longa. v. ad M, 286. ex altero natum eſt εἰλημμένῳ in vno Vindob.

493. αὔγῃσι, στερεῇσι. Lipſ. στερεοῖσι.

494. Χρομίος, non Χρόμιος. vt aliquoties eſt monitum.

495. μάλα δέ σφισιν ἔλπετο θυμός. repoſui et h. l. vt ſup. 395. 404 ἔλπετο Ionicum, quod iam Ald. 2. cum ſequacibus ediderat, ſuffragantibus Lipſ. Mori. Vrat. b. vno Vindob. pro vulgato ἤλπετο.

496. αὐτώ τε κτενέειν, ἐλάαν τ' — Barnes: „γρ. κτανέειν." ſcil. aliis in locis. ἐλέειν τ' Vrat. d.

497. ἀναιμωτί γε νέεσθαι. Barnes. „γρ. ἀναιμωτεὶ" ſaltem aliis in locis. Vidimus iam vſ. 363. eſt tamen in noſtro quoque loco in vno Vindob. In Vatic. ἀναιμωτὶ, ſupra ſcripto ἀνιδρωτί.

499. ἀλκῆς καὶ σθένεος πλῆτο φρένας ἀμφὶ μελαίνας. ſcripſi diſtincte ἀμφὶ μελαίνας et h. l. vt ſup. vſ. 83 vide dicta ad A, 103. Apparet autem h. l. τῶν φρενῶν epitheton hoc eſſe proprium, etiamſi de ira, qua ſanguis efferveſcat, non agatur. Dictum, vt *ater cruor*, ita, praecordia ſanguine atra.

501. μὴ δή μοι απόπροθεν ἰσχέμεν ἵππους. Nil refert: codices tamen meliores Harl. Townl. fragm. Moſc. cum Vrat. A. vno Vindob. conſentiunt in ἵππω. quod conuenit ei quod ſequitur ἐμπνείοντε.

502. ἀλλὰ μάλ' ἐμπνείοντε μεταφρένῳ. Euſtath. μετάφρενον ἢ μεταφρένῳ. Eſt quoque e correctione — ον in

vno Vindob. ſup. N, 386 τὼ δὲ πνείοντε κατ' ὤμων αἰὲν ἔχ' ἡνίοχος.

503. οὐ γὰρ ἔγωγε Ἕκτορα μένεος σχήσεσθαι ὀΐω. Schol. br. ἀποσχῆσαι: παύεσθαι. Ineſt vis immanens ſeu media, continere ſe, abſiſtere, remittere, ab animoſa vi exerenda. cf. ad I, 235 οὐτ' ἔτι φασὶ σχήσεσθαι. Sic N, 630 ἀλλά ποθι σχήσεσθε, ἐπίσχεσθε. it. 747. adde M, 126. 107. inf. 639. σχήσασθαι Barocc.

504. πρίν γ' ἐπ' Ἀχιλλῆος καλλίτριχε βήμεναι ἵππω· ἐπιβήμεναι ἵππω, rarior caſus quartus cum hoc verbo. Ita tamen quoque M, 375 οἱ δ' ἐπ' ἐπάλξεις βαῖνον. Ξ, 226 Πιερίην δ' ἐπιβᾶσα.

505. φοβῆσαί τε στίχας ἀνδρῶν. erat δὲ minus commode hoc quidem loco; et ſcribitur τε in Cant. Harl. Townl. Vrat. d. fragm. Moſc. vno Vindob. add. Venet. ſuppletus. Vſſ. 505 — 510 in Vrat. A. non legebantur, mera tamen librarii incuria, fallente oculos νῶϊ ετ νῶϊν.

506. ἤ κ' αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισιν ἁλῴη. Variata oratio pro, ἤ κ' αὐτὸν ἁλῶναι. ἐνὶ Τρώεσσιν Lipſ. perperam; idem ἀλοίη, Harl. ἀλοίη, cum vno Vindob. alter ἁλῴην.

509. ἤτοι μὲν τὸν νεκρὸν ἐπιτράπετ' ὅσσοι ἄριστοι. Schol. br. ἐν ἐπιτροπῇ ἔσται· parum commode. Eſt ἐπιτράπετε, pro ἐπιτρέπετε, τὸν νεκρὸν ἐκείνοις, οἵ εἰσιν ἄριστοι, ὥςτε περιβῆναι αὐτῷ.

οἵπερ ἄριστοι. ex Cant. Harlei. Vat. Vrat. d. Ven. ſuppletus et vn. Vindob. tum ipſe Euſtath. cum ed. Rom. pro vulgato ὅσσοι.

510. ἀμφ' αὐτῷ βεβάμεν. non a βεβηκέναι hoc ducendum erat, ſed a βέβημι, facto ex βῆμι, vnde βεβάμεναι, vt τεθνάμεναι a τέθνημι et alia.

ἀμύνεσθαι. Cant. Mori ἀμύνασθαι.

511. ἀμύνετε νηλεὲς ἦμαρ. Mori. Barocc. ἀμύνατε. Apparet et hoc quoque, mediam ſaepe et actiuam vocem eadem vi et loco eſſe.

512. πόλεμον κατὰ δακρυόεντα. „γρ. κάτα. bene" Barnes. Immo male, cum ſequatur epitheton.

514. ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. memoratur iterum Υ, 435. Schol. br. οἱονεὶ παράκειται· ἢ ἐν ἐξουσίᾳ τῶν θεῶν ἐστι. Sane ſenſus is eſſe debet: in manu et poteſtate deorum rem eſſe. Sed quaeritur de cauſſa et origine formulae loquendi. Schol. B. ἐν κόλποις· διὰ τὸ τὰ ἐν αὐτοῖς κείμενα πρόχειρα εἶναι. οἱ δὲ ἀπὸ μέρους, τῇ δυνάμει. Cur tamen genua ſic memorata ſint, non gremium vel ſinus, quaeras iterum. A ſupplicibus duci poſſe videtur, qui adeunt ſedentem et genua attingunt; hactenus ineſt aliquid, quod forte conueniat, cum venia et irae remiſſio a ſedentis voluntate expectetur: cf. ad Z, 92. et 273. vbi Schol. B. οἱ δὲ, ὅτι γούνατα καὶ τὰς ἱκετείας φησί. λέγει γάρ· θεῶν ἐνὶ γούνασι κεῖται, τουτέστιν ἐν τῇ τῶν θεῶν λιτανείᾳ καὶ δεήσει. vt ita γούνατα ſint idem ac γουνασμός. Conueniunt ſaltem ſic haec duo: quod genua memorantur, et ineſt ſpei ſeu expectationis notio in altero repoſitae. Alia ratio eſt, qua a ſupplicum votis et donis, quae deorum ſedentium genibus imponi ſolebant, loquendi forma repetitur, vt de peplo vidimus Z, 303. nam et ſic aliquid in deorum genibus reponitur, h. e. in eorum gremio. Schol. B. ad alterum locum Υ, 435 coniunxit plura: ἐν γούνασιν, ἱκεσίαις. λιταῖς. ἢ κόλποις. ἢ δυνάμει. Sufficit dictum in prouerbium abiiſſe, quo rem in deorum poteſtate ſitam ac voluntate eſſe dicimus. Neque aliter dictum eſſe potuit, quod e Suida, ἐν πέντε κριτῶν γόνασι, et Zenob. III, 64 memoratur, etſi modo multo obſcuriore. A more affingendi vota, tabellis inſcripta, ſignis deorum, repetebat prouerbium Rutgerſ. Var. Lect. V, 5. At mos hic Homericis temporibus ſerior eſt.

517. κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην. iterum variat πάντοσε ἴσην, vt vbique. Sic et mox διὰ πρὸ et διάπρο.

518. ἡ δ' οὐκ ἔγχος ἔρυτο. a ῥύω, ῥύομαι, ῥῦμι· οὐκ ἐφύλαξεν, ἐκώλυσεν, vt recte Schol. br. v. Excurſ. IV. ad lib. A. Barnes: „γρ. ἐρῦτο." De hoc ᾳ ad N, 555. Verſus iam lectus eſt E, 538 et Δ, 138. vbi quoque monitum de hiatu in altero hemiſtichio: διὰ πρὸ δὲ

εἵσατο χαλκός, cum ſcribendum ſit δ' ἐείσατο. add. ad Λ, 358 vbi κατασείσατο eſt ſcribendum κατεείσατο.

519. νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος ἔλασσεν. videri poteſt ἔλασσεν intranſitiue poſitum, ſi χαλκὸς ſubiectum eſt, adegit ſe, tranſiit. At enim ſubiectum eſt Automedon; is ἐνέλασσε τὸν χαλκὸν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος.

520. αἰζήϊος ἀνήρ. αἰζηὸς Flor. Aldd. (prima quidem αἰζηοὺς) emendatum a Turnebo ex Romana. Epitheton βοὸς ἀγραύλοιο v. ſequ. v. ad K, 155.

522. ἶνα τάμῃ διὰ πᾶσαν. Schol. Exc. ὅλην ἀποτάμοι τὴν νωτιαίαν φλέβα, h. e. νεῦρον, tendinem. Etymol. in ἶνα, laudat ἶνα τάμεν διὰ πᾶσαν. Obſeruat Schol. B. in διὰ accentum retrahi non poſſe, ne incidat in nomen Δία. In τάμῃ διὰ veteres quaeſiuere ſtudium et artem poetae; ſic Euſtath. Φασὶν οἱ παλαιοὶ, ὅτι τῇ τῆς λέξεως διακοπῇ μεμίμηται τὸ γινόμενον. An Ennium iam tales elegantias affectaſſe dicemus in *cere-comminuit-brum?* Ceterum in comparatione in Schol. B. et Vict. obſeruantur nonnulla a naturae veritate petita: ad 521. 2. quod circa cornuum radices ſunt tendines continui et denſi, et arteriae: quodque niſi tendines vniuerſos reciderit ſecuris, bos non concidit; porro quod προθορὼν ad naturam vere dictum eſt, βοῶν μὲν οἰκεῖον τὸ προπίπτειν, τῶν δὲ ἄλλων ζώων τὸ ἀνακλᾶσθαι. itaque homo qui perfoſſus cadit, motu quoque in aduerſum facto mox reclinis concidit.

524. ἐν δέ οἱ ἔγχος νηδυίοισι μάλ' ὀξὺ κραδαινόμενον λῦσε γυῖα. Schol. B. νηδυίοισι, τοῖς κατὰ νηδὺν σπλάγχνοις. ἅπαξ δὲ εἴρηται ἡ λέξις. Add. Schol. br. Euſtath. apud Apollon. Lex. eſt νηδύοισι, τοῖς ἐντέροις, ſicque ἀμέτρως ſcribunt multi. At veram lectionem νηδυίοισι exhibent Veneti B. et A ſuppletus, fragm. Moſc. Townl. Vindobonenſes, Vratislauienſes, excepto A. eamque recepit Turnebus ex ed. Rom. nam in Flor. Aldd. erat νηδυιοσι, ita vt vna ſyllaba efferebatur.

λῦσε. λῦσα Vrat. d.

526. — 529. Verſus 526 iam lectus aliquoties. v. ſup. 305. item cum verſibus 527. 528. 529. ſupra Π, 610 — 613.

VII. 528. 529 illuſtrati ſunt in Obſſ. N, 443. 444.

οὔδει ἐνισκίμφθη. Vrat. A. ἐνισκήφθη. Barnes: „γρ. ἐνι σκίμφθη." ex aliis puto locis: cf. ad 437.

De verſu 529 ἔγχεος, ἐνθάδ' ἔπειτ' etiam h. l. val. de dubito, aliunde illato, et ſpurio ſimillimo. Omnes tres verſus 527. 8. 9 eiiciendos recte cenſebat Bentl.

ὄβριμος et ὄμβριμος variat et h. l. v. ad Γ, 357.

530. αὐτοσχεδὸν ὡρμηθήτην. Vrat. d. ὁρμηθήτην. vn. Vindob. ὡρμήθησαν.

531. εἰ μὴ σφῶ' Αἴαντε διέκριναν μεμαῶτε. In edd. erat μή σφω. reſcripſi σφῶ' ex certa grammaticorum obſeruatione ſup. in Schol. A. ad K, 546. nam σφῶε eſt αὐτὼ et αὐτοὺς, at σφὼ eſt ſecundae perſonae dualis, *vos duo:* vt Λ, 781 σφὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον vbi v. Obſſ. et A, 574 εἰ δὴ σφὼ ἕνεκα θνητῶν ἐριδαίνετον ὧδε. Scribunt alii σφωὲ vt quoque A, 8 vbi erat τίς τ' ἄρ σφῶε θεῶν., At σφῶε diſerte Etymol. h. v. p. 739, 20. et p. 314, 20.

σφῶ erat in Vrat. d. σφῶ' fragm. Moſcou. aperte.

μεμαῶτας Vrat. d. et vn. Vindob.

532. οἵ ῥ' ἦλθον. οἱ δ' Vrat. A.

533. τούςδ' ὑποταρβήσαντες. erat τοὺς δ', in quibus aduerſatiua moleſta eſt. Deeſt δ' in Vrat. d. A. fragm. Moſc. vno Vindob. adde Cant. Mori. Harlei. Barocc. ed. Flor.

534. Ἕκτωρ Αἰνείας τ'. Barocc. Vat. et fragm. Moſc. Ἕκτωρ τ' Αἰνείας τ'. bene.

535. Ἄρητον δὲ κατ' αὖθι λίπον, δεδαϊγμένον ἦτορ Lipſ. Ἄῤῥητον. Barnes: „γρ. καταῦθι."

δεδαϊγμένον ἦτορ. eſt perfoſſo pectore. Atqui vulnus acceperat *in ventre*, ἐν νηδυίοισι vſ. 524. Suſpicor itaque lectum olim fuiſſe δεδαιγμένοι ἦτορ, pro ἀκηχέμενοι· Troiani ab Areto diſcedunt inuiti animo doloribus confecto, moerentes. Nam hoc ſenſu formula occurrit Od.

N, 320 ἀλλ' αἰεὶ φρεσὶν ᾗσιν ἔχων δεδαϊγμένον ἦτορ. Alibi quoque de curis, quae animum distrahunt et angunt, occurrit. Lectione emendata euanescit quoque duplex epitheton δεδαϊγμένον, κείμενον.

537. εὐχόμενος ἔπος ηὔδα. Ald. 2. εὐχόμενον est merum vitium.

538. Μενοιτιάδαο θανόντος. Harlei. δαμέντος. quod praeferam.

ὀλίγον γε. Vrat. A. et b. ὀλίγον τι. nec hoc male.

539. κῆρ ἄχεος μεθέηκα, χερείονά περ καταπέφνων. Dictum, vt videtur, μεθιέναι τὸ κῆρ (ἀπὸ) τοῦ ἄχεος, τῆς λύπης. remittere animum a dolore. Ita Schol. br. κεκούφισμαι τὴν ψυχήν. Alibi tamen μεθιέναι absolute dictum occurrit, vt et Lat. *remittere*, pro remittere se, μεθιέναι πολέμου, μάχης, ἀλκῆς, χόλου. Videtur hactenus esse reddendum μεθέηκα ἄχεος (κατὰ) τὸ κῆρ. Bentleium video emendasse κῆρ'. videtur itaque accepisse pro κῆρι, ἐν κῆρι.

καταπέφνων. argutantur grammatici: v. ad Π, 827.

541. θῆκ', ἀνὰ δ' αὐτὸς ἔβαινε. scripsi ἀνὰ δ' pro vulgato ἂν δ', praelato dactylo. sic iam margo Stephani. Mori. Vat. Townl. Vrat. d. fragm. Mosc. vn. Vindob.

542. κατὰ τχῦρον ἐδηδώς. κατὰ, non κάτα, monet iterum Schol. B. vt sup. 522 de διά.

545. προῆκε. προέηκε merum est sphalma ed. Steph.

546. δὴ γὰρ νόος ἐτράπετ' αὐτοῦ. quomodo mens Iouis mutata dici potest? cum ille hoc idem dudum constitutum haberet, vt Troiani hoc die essent victores? Vide sup. 206. 7. 8. 453. et aliquoties iam antea; et hoc idem mox exsequitur. Vidit hoc quoque Koeppen, et videtur sensisse auctor in Schol. br. reddit enim: non mutata, sed *conuersa* est Iouis mens ad hoc: εἰς τοῦτο γὰρ ἐτράπη ἡ γνώμη αὐτοῦ. At hoc adversatur vsui loquendi: sic K, 45 ἐπεὶ Διὸς ἐτράπετο φρήν. Mihi probabile fit totum versum deberi loquaciori rhapsodo.

547. ἠΰτε πορφυρέην ἶριν θνητοῖσι τανύσσῃ. Apponit de iride Schol. B. physica nonnulla e veteribus, non

quidem docta ſatis, memorabilia tamen. Supra Δ, 75 Mineruae deſcenſus de caelo comparabatur cum ſtella caduca, nunc cum iride, ita tamen, vt ipſa in iride deſcendat: iride induta vſ. 551. πορφυρέην νῦν ποικίλην aiunt Schol. B. br. et al. potuit a colore potiore dici purpurea, nigricans. Ad candorem refert Koeppen, nam quae ſplendent, nitent, ſunt quoque purpurea. Ita etiam nubes πορφυρέη vſ. 551 erit candida: vt viſum tamen excludant dii, non candida ac pellucida, ſed nigricante nube vti ſolent.

Verſum 547 recitat Plutarch. placit. philoſ. III, 5. vbi legitur τανύσσει. ſed ſubiunctiurus eſt Homericus poſt ὡς ὅτε. ἠύτε.

549. χειμῶνος δυςθαλπέος. Apollon. Lex. κακοῦ εἰς τὸ θάλπειν, hemiſtichio adſcripto. Schol. br. δυςθερμάντου. ψυχροῦ. Eſt τὸ δύςθαλπες, non nimium calidum, ſed parum; aut quod difficulter caleſit. Euſtath. ἐν ᾧ δυςχερὲς, θάλπεσθαι. Ven. ſuppletus, δυςταρπέος, vox alibi non lecta: habet tamen analogiam; eſt τάρπω idem quod τέρπω, et eſſet, haud iucunda.

ὅς ῥά τε, „quae ſcilicet" cantilena Clarkii.

550. ἀνθρώπους δ' ἀνέπαυσεν. Schol. Theocr. IV, 10 laudat ἀνθρώπους δὲ ἔπαυσεν. at Schol. Pindari P. IV, 263 ἀ. δ' ἀπέπαυσεν.

μῆλα δὲ κήδει. μῆλα per θρέμματα reddit Schol. B. vt ſit pars pro toto. Monent itidem Scholia Theocriti et Pindari l. c., dici μῆλα pro tota poſſeſſione.

κήδει, βλάπτει. Schol. br. κακοῖ, βλάπτει. ἀνιᾷ. λυπεῖ.

551. πορφυρέῃ νεφέλῃ πυκάσασα ἓ αὐτήν. πορφυρέην Vrat. b.

Scripſiſſe veteres ἓ αὐτὴν, non ἑαυτὴν, conſtat ex diſputatione Apollonii de Syntaxi, et obſeruat h. l. Euſtathius. Erat quoque ita editum in Flor. ita quoque mſſ. Mori. Lipſ. At alii, ipſe Townl. fragm. Moſc. ἑαυτήν. ἓ αὐτὴν fuiſſe ϝε cum digammo, dubitatione caret; mirum tamen eſt, placuiſſe in hoc ipſo hiatum inter ϝε et αυτην.

553. Ἀτρέος υἱὸν ἐποτρύνασα προσηύδα. ita vulgatum erat, et poterat ferri per se; ἐποτρύνουσα tamen lectio codd. Cant. Barocc. Mori. Vat. Vrat. A. b. d. fragm. Mosc. cum Veneto suppleto. Et videtur magis accommodatum: *hortando allocuta est*, quam, *hortata*.

Est Ἀτρέως in Vrat. d.

556. σοὶ μὲν δὴ, Μενέλαε, κατηφείη καὶ ὄνειδος. Verba iam vidimus Π, 488. dicta pro σοὶ αἰσχύνη ἔσται. Vtrumque locum confudit Apollon. de Syntaxi p. 133 extr. κατηφείην et κῦδος opponit Apollon. IV, 205.

557. 558. εἴ κ' Ἀχιλῆος — ἑταῖρον τείχει ὑπὸ Τρώων ταχέες κύνες ἑλκήσωσι. τείχη ὑπὸ Barocc. Mori. At in postrema versus voce magna est diuersitas. In Flor. et Aldd. erat ἑλκύσουσιν· cum iis consentit codicum pars: Cant. Mori. Venetus suppletus. Townl. Vrat. A. d. Vindob. vn. et ἑλκύσσουσι alter. Recepit ἑλκύσωσι Turnebus e Romana, recte post εἴ κε. Discedit ab his altera pars codd. legendo ἑλκήσωσι Harlei. et Eustath. si recte censeo. Accedit Mosc. fragm. cum Vrat. b. ἑλκήσουσι. Occurrebat ea forma iam sup. vs. 395 εἵλκεον. iterum X, 336 σὲ μὲν κύνες ἠδ' οἰωνοὶ ἑλκήσουσ' ἀϊκῶς. Hinc et ἑλκηθμὸς sup. Z, 465 vbi cf. Obss. Variat vtraque forma plerumque in codd. vt X, 62. et 336. et occurrit vtraque in Herodoto. Confunditur quoque diuersum voc. ἥλκωσε ab ἑλκόω ap. Eustath. ad Od. Λ, 597. ab ἕλκος. Eurip. Alcest. 878 ἔμνησας, ὅ μου φρένας ἥλκωσε. *exulcerauit*. Reponere ἑλκήσωσι e ms. volebat nostro loco quoque Valken. ad Il. X. p. 52. Neque erat, quod dubitarem hoc idem facere.

560. τὴν δ'. vitium ed. Rom. τὸν δ' et in fine pro ἀγαθὸς Μενέλαος simili oscitantia est Διομήδης in Barocc. et Mori.

561. ἄττα, γεραιὲ παλαιγενές. ἄττα vidimus I, 603. διογενὲς Vat. Vrat. A.

562. ἀπερύκοι recte post εἰ γάρ. Lips. ἀπερύκει.

563. τῷ κεν ἐγὼ ἐθέλοιμι παρεστάμεναι. Schol. br. τῷ κεν, ὅπως ἄν. Immo vero οὕτως ἄν. παριστάμενοι Vrat. A.

564. μάλα γάρ με θανὼν ἐςεμάσσατο θυμόν. Senſum ipſe locus ac res ſuppeditat: *percuſſit me, affecit me magno dolore, morte ſua.* Schol. B. et Moſc. ἔπληξέ μου τὴν ψυχήν. μάσσασθαι γὰρ τὸ ἅψασθαι Apollon. Lex. οἷον καθήψατο τῆς ψυχῆς. conſentiunt Heſych. Schol. Vict. Moſc. Suidas. Et in Vrat. A. gl. ἐλύπησε. De voce μάσσασθαι pro μάσασθαι, ex μάομαι, ὁρμῶμαι, et inde ἅπτομαι, v. dicta ad Δ, 190. Ducunt alii a μάσσω, μάσσομαι, quod vulgo quidem habet notionem pinſendi, ſtringendi, abstergendi, haud dubie tamen a notione τοῦ μάομαι, pro ἅπτομαι proceſſit; factum ex eo volunt ἐμάσατο. Docui tamen ad e. l. a μάσσω Homero non minus, quam aliis, eſſe ἐμάξατο. Manendum itaque eſt in forma μάομαι, ἐμασάμην, et geminato ſibilo ἐμασσάμην, niſi imperfectum tempus praeferas ἐμάσσετο, quod a μάσσομαι recte ducitur. A μάομαι itaque eſt ἐμάσατο vel ἐμάσσατο. Iam μᾶσθαι ἐπί τι eſt ἐπιμάομαι. μᾶσθαι εἴς τι, impingere, illidere, et inuadere. Ergo mors alterius εἰςμᾶσθαι dicitur τὸν θυμὸν, grauiter affligere. Sic Υ, 425 ὅν ἐμόν γε μάλιστ' ἐςεμάσσατο θυμόν. et h. l. ἐςεμάσσατο ἐμὲ (κατὰ) θυμόν. Comparari poteſt εἰςαΐσσειν. εἰςελθεῖν, et ἄλγος θυμὸν ἱκάνει, pro εἰς θυμόν. ἐφικάνει.

Cant. a pr. m. et Ven. ſuppletus ἐπεμάσσατο, pro ἐςεμάσσατο· non male hoc. vti quoque in altero loco Υ, 425 in aliis legitur. Heſych. ἐςεβάσατο.

In Barocc. ἐςεμάσσετο. quod Barnes receperat, quia vocem a μάσσω ductam eſſe putabat, videbat autem aoriſtum eſſe debere ἐςεμάξατο. Per ſe quidem ἐςεμάσσετο pro imperfecto ab εἰςμάσσομαι ferri poteſt, etſi tempus hoc minus opportunum eſt ad ſenſum. Legitur quoque hoc in Townl. et fragm. Moſcou. quemadmodum etiam in Ven. B. in altero loco Υ, 425. alludit ad idem ἐςεμάσετο Vrat. d. ἐξεμάσσετο in vno Vindob. Eſt quoque

in Hefych. et Suida: ἀπεμάσσετο, καθήψατο. (ἀπενάσσατο,) ἀπῴκισεν.

In Schol. br. eft: ἐξεμάσσατο θυμόν. καθῆψε (pro καθήψατο) καὶ ἐλύπησε τὴν ψυχήν. καὶ ἐναπεμάξατο. Poftrema funt aliena ab h. l. Mifcet quoque plura ac diverfa Euftath. p. 1117 extr. οὐχ ἁπλῶς, ἐπιπολῆς, ἐλύπησεν, ἀλλ' ἐνεμάξατό μοι τὴν ἀλγηδόνα. οὗ τὸ ἐναντίον, ἀπομάσσεσθαι καὶ ἐκμάσσεσθαι, λέγεται. τοιαύτη δέ τις λέξις καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ κεῖται. (cogitauitne de ἀναμάξεις Od. Τ, 92?) ἢ καὶ ἄλλως· (hoc ergo aliud Scholion, idque melius.) ἀντὶ τοῦ, λίαν μοι καθίκετο τῆς ψυχῆς καὶ καθήψατο. ἀπὸ τοῦ μάσασθαι. ἐξ οὗ καὶ τὸ, χειρὶ ἐπιμασσάμενος (Od. Τ, 480. et Ι, 302) ὅ ἐστιν ἐφαψάμενος. ὅθεν καὶ χερμάδιον, οὗ ἐστι, μάσασθαι τῇ χειρί.

μάλα γὰρ — Barocc. cum Ald. 2. et fequacibus μέγα.

569. καὶ ἐν γούνεσσιν ἔθηκε. Erat hic quoque vulgatum γούνασσι vt fup. 451. cum vitio metri alii γούνασι. Sed γούνεσσιν diferte habent Cant. et fragm. Mofc. γούνεσιν Flor. Ald.

570. καί οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐνῆκεν. Barocc. Mori et pro var. Euftathius ἔθηκεν. Eleganter Erneſti: „concinnior, inquit, verfus foret, fi legeremus: καὶ μυίης οἱ θάρσος." Corrupte eum recitat Galenus de Hippocr. et Platon. placitis III, 2. καὶ οἱ γυίοισι θάρσος.

Ceterum bene obferuat Schol. B. comparationem effe referendam non ad mufcam per fe, fed ad τὸ θάρσος, h. e. τὸ ἰταμὸν καὶ ἐπίμονον. vt ita tenuitatis fenfus e comparatione prorfus tollatur. Alludit ad h. l. Lucianus in Mufcae Elogio: quod iam Barnes notauit.

571. ἥτε καὶ ἐργομένη· interpolate pro ἢ καὶ violato digammo, cum effet ἢ καὶ ἐεργομένη (εϝεργομενη) vt Ν, 525 ἧσταν ἐεργόμενοι. v. Obff. ad Γ, 77. In Ald. 2. et hinc ductis cum Turnebo eft εἰργομένη, quod et vn. Vindob. exhibet. ἥτε καὶ ἐέργομένη fragm. Mofc. Ducit hoc ad veram fcripturam: ἢ καὶ ἐεργομένη.

572. ἰσχανάᾳ δακέειν· λαρόν τε οἱ αἷμ' ἀνθρώπου· ἰσχανάᾳ nunc eft ἀντέχεται. perfiftit in mordendo. Alias

ἰσχανᾶν eſt, κατέχειν, retinere, et hinc, κωλύειν. vt vidimus E, 89. M, 38. O, 723. Reddidere veteres loco noſtro ἐπιθυμεῖ, ex ſententia, quod et in Schol. br. eſt et ap. Heſych. Conf. inf ad Ψ, 300. Euſtathius iungit plura: ἐπιθυμεῖ, ἀντίσχεται. ἀντέχεται. Cant. ἰσχανάει. at in marg. ἰσχανάα.

λαρόν τε οἱ αἷμ' ἀνθρώπου. praeſtaret δὲ, nam eſt ſententia interpoſita; itaque diſtinctione adiuui. Eſt quoque δὲ in marg. Steph. λαρὸν eſt ἡδὺ vel γλυκύ. Ap. Apollon. Arg. I, 456 λαρὸν μέθυ. vbi v. Schol. et 659 audacius λαρὸν ἔπος III, 932. Apollon. Lex. Heſych. Etymol. Obſeruant quoque veteres λαρὸς primam habere productam: v. Euſtath. Scilicet hoc ſpectat ad ſcripturam τοῦ λαρώτερος et λαρώτατος, quod ex analogia eſſe deberet λαρότερος Odyſſ. B, 350.

573. τοίου μιν θάρσευς πλῆσε Φρένας ἀμΦὶ μελαίνας. θάρσευς edd. Flor. Aldd. Rom. temere mutatum in vulgare a Turnebo, θάρσους. quod iterum eiecit Barnes, fauente Payne Knight p. 45. et recte; nam θάρσευς omnes, quos noui, codices meliores; excepto Vrat. d. Ex libris Vindob. nil video notatum. Mirum dixeris in hac potiſſimum voce antiquiorem formam eſſe ſeruatam. Eſt tamen θάμβευς Od. Ω, 393 et Ὀδυσεῦς vſ. 397 et omnino obſeruare licet, horum nominum in ος caſum ſecundum contractum in ους non facile occurrere; ſed εος. vt πένθεος. τείχεος. τέκεος. βέλεος.

ἀμΦιμελαίνας vna voce etiam h. l. vulgg. Vide modo ad vſ. 499.

575. Ἔσκε δ' ἐνὶ Τρώεσσι Ποδῆς, υἱὸς Ἠετίωνος, Harlei. ἦν δέ τις ἐν Τρ. Erat haud dubie hic Eetion diverſus a patre Andromaches. Schol. B.

Ποδῆς συνῄρηται ἐκ τοῦ Ποδέας, Ποδῆς, vt Κισσέας Κισσῆς. Ἑρμέας Ἑρμῆς. κατὰ Ἀρίσταρχον Euſtath.

576. μιν τίεν priore breui, quae alibi τῖεν. Scilicet duae fuere formae: altera breui priore, altera producta. v. Exc. I. ad P, 164.

577. δήμου· ἐπεί οἱ ἑταῖρος ἔην, φίλος εἰλαπιναστής. δήμου est κατὰ τοῦ δήμου, τῶν δημοτῶν. inter populares suos. Sic B, 198 ὃν δ' ἂν δήμου ἄνδρα. M, 213 δῆμον ἐόντα. δημότην. Monet de his Eustath. is etiam: εἰλαπιναστὴς, σύνδειπνος, καὶ, ὡς οἱ παλαιοί φασι, παράσιτος. antiquo sensu vocis, quod et Pollux statuit VI, 36 et Athen. VI, p. 236 D vt fert quoque etymon vocis. Add. Hesych. Schol. br. Est quoque in Etymol. συμπότης. Absurdum est, quod veteres obseruarunt, hominem epularum sodalem ventre vulneratum esse: Schol. B. Athen. VI, 8 et Eustath. quod tamen recoxerunt Barnes et Clarke.

578. τόν ῥα κατὰ ζωστῆρα βάλε. ζωστῆρ' ἔβαλε Vrat. d. et vn. Vindob. „τόν ῥα, hunc vtique, hunc inquam" decantat Clarke.

582. Ἕκτορα δ' ἐγγύθεν ἱστάμενος ὤτρυνεν Ἀπόλλων. ⸖ (nam iterum Venetus A. cum Scholiis integer emersit) „quod Zenodotus scripserat: Ἕκτορα δὲ Φρένα δῖος Ἄρης ὤτρυνε μετελθών. At, inquit, vnde Mars repente adstitit?" Reponas: vnde vero Apollo repente? Est tamen dispar ratio: cum Apollo Ilio vel Pergamo prospicit; at Mars in Olympo sedet.

583. ὅς οἱ. Male Barnes γρ. ὅς ῥ' οἱ.

Φαίνοπι Ἀσιάδῃ neglecto hiatu in primo pede. v. Excurs. ad O.

585. ἑκάεργος Ἀπόλλων. In Vrat. d. et vn. Vindob. Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων. Totus versus aberat a Veneto: vt et a fragm. Mosc. et a pr. m. in Townl.

586. Ἕκτορ, τίς κε. Ἕκτωρ Vrat. d. τίς κεν σ' ἄλλος vn. Vindob.

587. οἷον δὴ Μενέλαον ὑπέτρεσας, ὃς τὸ πάρος περ. „οἷον. ὡς. κατὰ τοῖον, καθ' οἷον." ὃς τὸ πάρος γε Barocc. Ven.

588. μαλθακὸς αἰχμητής. ⸖ „quod μαλθακὸς mollis, imbellis, ex hostis persona dictum; nam poeta eum fortem et animosum exhibet." Sch. A. it. Sch. br. et Eustath. Scilicet molestiam fecit olim viris doctis, quod Menelaus,

alias inter fortiſſimos habitus, nunc ignauus eſſe perhibetur. v. Athen. IV. p. 178. Argutatus eſt in hoc ipſe Plato in loco Sympoſii pr. de quo v. ſup. ad B, 408.

589. σου δ' ἔκτανε πιστὸν ἑταῖρον. Fuit puto, σὸν δὲ κτάνε.

590. Ποδῆν, υἱὸν Ἠ. Bentl. em. υἶ' Ἠετίωνος. Ita vero et 575 υἷς erit ſcribendum, vnde υἷος, quod obvium eſt ex ὕις. ἐσθλὸν ἐνὶ προμάχοισιν iungere malebat Koeppen, laudatque Δ, 458. Verum et ibi ambiguum eſt, nec quicquam refert.

593. αἰγίδα θυσσανόεσσαν. Iam vidimus E, 738. O, 229. vno ſibilo vox ſcribitur paſſim et h. l. θυσανόεσσα.

594. Ἴδην δὲ κατὰ νεφέεσσι κάλυψε. ⸖ „quod poeta proprium hoc ponit *aegidis*, quod contrahit nubes et procellas; vnde et hae καταιγίδες dictae." Sch. A. Acumen hoc Euſtathius ſublegit. Etſi hoc verum eſſe poteſt, antiquiſſimos vates αἰγίδα Ioui tribuiſſe reſpectu procellae e nube cum fulmine erumpentis. Eſt ἀίσσειν. ἄιξ, et αἰγίς. quae vox, de *capra*, αἴξ, αἰγὸς, accepta, alteram fabulam de caprae pelle poetis ſuppeditare potuit. Vulgari vſu de clipeo Iouis et Palladis eſt intelligendum. Ducta res eſt a pugna, in qua clipeus fulgidus hoſtis ori intentatus terrorem iniicit: translatum ad Iouem, terrorem etiam e longinquo incutientem, aegide obuerſa: Il. Δ, 166 ſq. vt iam vidimus Apollinem facere iuſſu Iovis O, 229. 318. Mineruam Od. X, 297.

595. τὴν δ' ἐτίναξε. ſcil. τὴν αἰγίδα. ⸖ „quod Zenodotus ſcripſerat — ἔκτυπε, γῆν δ' ἐτίναξε." At illud proprium in aegidis vſu, intentare eam in aduerſarii oculos ad terrendum, vt O, 230 τὴν μάλ' ἐπισσείων — Δ, 167 Ζεὺς δέ σφι Κρονίδης — αὐτὸς ἐπισσείῃσιν ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσιν.

597. ἦρχε Φόβοιο. ⸖ „quod Φόβοιο ἀντὶ Φυγῆς" Sch. A. ſaepe iam decantatum. ἦρχε h. l. fuit cauſſa prima fugae; nam ipſe vulneratus receſſit. ἦρξε vulgatum erat; quod hoc vno loco occurrebat. Alias vbi-

que eſt ἦρχε, idque h. l. meliores exhibent, Harlei. Ven. Townl. Vrat. A. fragm. Moſc.

599. βλῆτο γὰρ ὦμον δουρὶ — ἄκρον ἐπιλίγδην. ξ„ὅτι τὸ ἐπιλίγδην μεσότητός ἐστι. (Ita grammatici appellant voces, quae et nomina et aduerbia haberi poſſunt: vt ex Etymologo diſcas. Putarunt ergo fuiſſe proprie κατ' ἐπιλίγδην.) ἐπιψαύειν, ὅσον δι' ἐπιπολῆς, ψαῦσαι μὴ εἰς βάθος.“ Schol. A. ſic quoque Schol. br. et Apollon. Lex. ὅσον μὴ ἐπιψαῦσαι laudato hoc verſu. Plura adiicit Heſych. ad quem cf. Notam. Conuenit quoque Suidas: qui vt et Heſychius, eodem modo exponunt λίγδην. Recte Euſtathius ſtatuit, fuiſſe aliquando verbum λίζειν, ſtringere, et inde ἐπιλίζειν. Diuerſum eſt ἐπιλλίζειν, oculis, ἴλλοις Od. Σ, 11. Vnde nec probanda ſcriptura ἐπιλλίγδην in Cant. et ap. Heſych. etſi verum eſt, λ in ἐπιλίγδην pronuntiando geminari.

γράψε δέ οἱ ὀστέον ἄχρις αἰχμή. Schol. br. et Etymol. ἄχρις, ἕως τέλους. ſcil. vt os pro extremo loco eſſet, in quo haſta haereret. At Schol. A. recte monet: ſi tantum ſtrictim haſta vulnerauit, ὦμον ἄκρον ἐπιλίγδην, quomodo ὀστέον ἄχρις? ita enim ἐς βάθος deſcenderat haſta. Reſpondet grammaticus: de loco vulneris eſſe cogitandum, eſt enim humerus, de quo agitur, pars corporis parum carnoſa. ἐστὶ γὰρ ἡ ὠμοπλάτη ἀσαρκοτάτη. Addit Schol. B. ἢ μᾶλλον κατ' ἐπιδρομήν. Nimirum cogitare licet, ictum fuiſſe oblique illatum, vt tantum humerum ſummum, eiusque ſuperficiem attingeret et tamen in os impingeret.

600. ὁ γὰρ ἔβαλε σχεδὸν ἐλθών. Legebatur interpoſito ῥα, γάρ ῥ' ἔβαλε, quod grammaticorum ſedulitati deberi, per ſe patet. Abeſt quoque a Vrat. A. Harlei. Turbabatur in edd. In Flor. Ald. 1. erat ὁ γὰρ ἔβαλε σχεδόθεν ἐλθών. corruptius Ald. 2. cum vno Vindob. ὁ γὰρ βάλε σχεδόθεν ἐλθών. et Rom. ὁ γάρ ῥ' ἔβαλε σχεδόθεν ἐλθών. Correxit tandem Henr. Stephanus. Licet ſuſpicari fuiſſe ὁ γάρ ἑ βάλεν. γαρ ϝε. αὐτόν.

Exoritur alia dubitatio de vſu voc. *βάλλειν.* quod eſt, eminus petere. quomodo igitur h. l. *σχεδόν?* cf. Euſtath. p. 1120 pr. At eſt intelligendum, propius accedendo, eminus quidem, ita tamen, vt haſta emiſſa eum attingere poſſet.

601. *οὔτασε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ.* Schol. br. *πρὸς τῇ χειρί.* potius *ἐπὶ καρπῷ χειρός.* Sed vel ſic *χεῖρ'* eſt *κατὰ χεῖρα.*

602. *υἱὸν Ἀλεκτρυόνος.* ⸺ „quod Ἀλεκτρυὼν non eſt nomen ab animante (gallo) ductum; nondum enim tum nomen erat notum" Schol. A. notat quoque Euſtathius ex antiquis. Scilicet Homerus ignorat nomen *ἀλεκτρυὼν,* quatenus apud eum non occurrit; potuit tamen iam tum in vſu eſſe. Apud Pindarum eſt *ἀλέκτωρ.*

603. *οὐκέτι ἔλπετο.* Ita ſcripſi, vt conueniret ceteris locis, conſentiente ed. Rom. tum codd. Lipſ. Townl. Vrat. A. b. d. duob. Vindob. In aliis *ἤλπετο.*

604. *ἔγχος ἔχων.* Cant. *ἕλκος ἔχων.* Porro *μαχήσεσθαι.* Barocc. *μαχήσασθαι.* Bentl. emendat *μαχέσσεσθαι,* vt aliis locis conueniat forma: Video tamen in praeſenti loco nullam varietatem, niſi quod Vindob. vn. *μαχέσασθαι.*

607. *ἐν καυλῷ δ' ἐάγη δολιχὸν δόρυ. τοὶ δ' ἐβόησαν.* Schol. A. „*ἐν καυλῷ δ' ἐάγη. τὸ τῆς ἐπιδορατίδος. λέγει δὲ ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὸν καυλόν. οὕτως δὲ μόνως φησὶν* (hanc ſolam lectionem agnoſcit) *ὁ Δίδυμος ἐν τοῖς διορθωτικοῖς· τοὶ δ' ἐβόησαν. ἀβέλτερον γὰρ τελέως· „τοὶ δ' ἐφόβηθεν" οὐ γὰρ φεύγουσιν, ἀλλὰ διώκουσιν* (οἱ Τρῶες) *καὶ ἐπὶ Πατρόκλου τὸ ὅμοιον· ' ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθε Τρωϊκός.* inf. 723. Patet ex his olim lectum quoque eſſe *τοὶ δ' ἐφόβηθεν.* Lectum quoque hoc in Cant. Mori. Harl. cum altero Vat. Vrat. A. vn. Vindob. et editum erat in Flor. Aldd. Repoſitum id, quod nunc legimus, a Turnebo ex ed. Rom. Verior tamen eſt haud dubie altera lectio: *τοὶ δ' ἐβόησαν,* vel, vt ſcriptum eſſe debuit, *τοὶ δὲ βόησαν·* quam Ariſtarcheam eſſe tradit aliud Scholion A. at Sch. B. monet de ſenſu: „*clamarunt, metu, ne quid*

Hectori accideret, μή τι πάθῃ." Potuit tamen etiam miratione fieri, cum in eius thorace frangeretur hasta.

ἐν καυλῷ δ' ἐάγῃ. Corrupta haec esse a grammaticis monitum iam est ad Γ, 367. ἄγω, frango, habet priorem longam, et pronuntiatum fuit ϝαγω. Bentl. adscripserat: ἐν καυλῷ δ' εϝαγη. contra prosodiam vocis. Debuit primitus recitatum esse: ϝαγη δ' ἐν καυλῳ. De voc. καυλὸς v. ad N, 162. Eustathius norat duplicem lectionem δὲ ἄγη et δ' ἐάγη. Male vero ait prius esse Ionicum, alterum Atticum. v. ad Γ, 367.

606. παρὰ μαζόν. Mori περὶ μ.

608. ὁ δ' Ἰδομενῆος ἀκόντισε. ⊱ „quod Ἰδομενῆος est ἐπ' Ἰδομενέα. Subiicitur notatio, (καί ἐστι τῶν ἔξω περιφερομένων ζητημάτων) qua recte monetur, in seqq. vsque ad 616 impeditam esse orationem; σύγχυσιν etiam Eustathius notauit; nam 612 πεζὸς de Idomeneo est accipiendum: qui pedes a nauibus ad pugnam venerat, et, cum fugere non posset, a Troianis caesus fuisset, nisi Coeranus currum admouisset. Sunt itaque illa: 610. 611. αὐτὰρ ὁ — ἔπετ' αὐτῷ parum commode in medio posita. Mihi satis liquere videtur, esse hos duo versus fetum rhapsodi; versibus eiectis omnis turbatio tollitur.

Δευκαλίδαο. de patronymici forma v. ad N, 307. Harl. pro hoc legit: ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ.

609. τοῦ μὲν ῥ' ἄπο Vrat. b et. al. At est ἀπὸ — ἅμαρτεν. καὶ αὐτοῦ μὲν ἄρα ἀφήμαρτε κατὰ τυτθόν. Totus versus aberat ab Harlei.

610. Μηριόναο ὀπάονα. Importunus versus vna cum sequenti: v. ad v. 608. Bentleius hiatum dudum obseruauerat, idemque tentabat; Μηριόνεω ἀμοπάονα, vt Θ, 276 καὶ Πολυαιμονίδην ἀμοπάονα. Simili modo emendabat inf. locum Ψ, 360 Ἀντίθεον Φοίνικα, ὀπάονα. Alio modo idem ingeniose locum mutabat: αὐτὰρ ὅγ' Ἰδομενῆος ὀπάονα θ' ἡνίοχόν τε. quod bene conueniret ceteris.

611. κοίρανον, ὅς ῥ' — ἕπετ' αὐτῷ. Lips. ἔπλετ'. „ὅς ῥ'. *qui vtique. qui videlicet.*" Clarke.

612. πεζὸς γὰρ ſc. Idomeneus. v. ad 608. Ad Merionen male refert alius grammaticus in Sch. A. cum ipſo Euſtathio et Sch. br. quos ſequi video Erneſtium. λιπὼν νέας. v. ſup. N, 210. τὰ πρῶτα pro πρότερον *antea.*

61.. Idomeneus ſenecta grauatus, μεσαιπόλιος N, 361. 512.

617. τὸν βάλ' ſcil. Ἕκτωρ. ſeu ex vſ. ſequ. δόρυ. Lenius eſſet: ὃς βάλε ſcil. αὐτὸν τὸν Κοίρανον. ὑπὸ γναθμοῖο καὶ οὔατος. probabiliter obliquo ictu; Hectore ſtante in terra, cum Coeranus currum circumageret. Sch. A. ἐκ δ' ἄρ' ὀδόντων Harl. *dentium aliquos* ait Clarke.

620. Merionen humi ſtantem pugnaſſe, recte monent A. B. et ſublatus e ſolo habenas Idomeneo porrexiſſe, vt ſenex ſe curru in caſtra reciperet.

623. ὅτ' οὐκέτι κάρτος Ἀχαιῶν. ὅτι οἱ Ἀχαιοὶ οὐ κρατοῦσι. In Vrat. d. verſus aberat.

626. οὐδ' ἔλαθ' Αἴαντα· fuit puto οὐ δὲ λάθ'.

627. Ζεύς, ὅτε δὴ — pro ſollenni: οὐκ ἔλαθεν — ὅτι δὴ Ζεὺς Τρ.

629. ἤδη μέν γε καὶ, ὃς μάλα νήπιός ἐστι, γνοίη. ἢ δὴ Vrat. d. μέν κε Lipſ. Mori. Vat. Ven. Townl. Vrat. d. fragm. Moſc. vn. Vindob. vt ſit γνοίη κε. ingrato tamen ſono — μέγα νήπιος Mori. Vat. perpetua varietate.

630. Ζεὺς αὐτὸς ἀρήγει. „ἐν ἄλλῳ· ἀμύνει." Sch. A. Edd. etiam Barnes. Clark. conſtanter Ζεὺς κῦδος ὀπάζει exhibebant; etſi ipſe Euſtath. Ζεὺς αὐτὸς ἀρήγει offerebat: hoc codd. tuentur Cant. Mori. Barocc. Ven. Harl. Vat. Vrat. b. d. fragm. Moſc. vn. Vindob. recte ergo iam Wolfius hoc receperat.

631. ὅστις ἀφείη. Ven. ἐφείη. quod et habet fragm. Moſc. Vrat. b. et Sch. A. ἐν ἄλλῳ· ἀφείη. Variant quoque edd. Flor. Ald. 1. ἀφείη. Ald. 2. ἐφείη. Rom. cum Euſtath. ἀφίει. quod et Cant. Lipſ. Vrat. b. vn. Vind. habet. Vrat. A. ἐφίει, et fragm. Moſc. in marg. Turnebus reuocauit ἀφείη. Alludit Barocc. ἀφήει. ſic et Mori. Varietatem ſimilem in hac voce et forma iam aliquoties vidimus. v. ad Γ, 317. Π, 762. Hoc loco tamen ἀφιέναι

βέλος accommodatius, adiuncta notione τοῦ temere emittere: non ἐφιέναι, certo ſcopo.

632. Ζεὺς δ' ἔμπης πάντ' ἰθύνει. Schol. A. „τὸ ἔμπης, ἀντὶ τοῦ· ὁμοίως.“ leg. ὅμως. Eſt tamen nunc ſimpliciter pro δή. ἰθύει Lipſ. πάντα, βέλη. non omnes res h. l.

633. ἡμῖν δ' αὔτως. Variant et h. l. αὔτως et αὕτως. vt ſtatim A, 133.

634. αὐτοί περ φραζώμεθα. Vrat. A. αὐτοί τε φρ. Schol. B. et Moſc. ἐμφαντικὸν τὸ αὐτοί περ. οἷον, ἡμεῖς μόνοι, οἱ καταλελειμμένοι ὑπὸ τῶν φευγόντων. ἢ τῇ ἰδίᾳ ἀρετῇ, οὐ τῇ ἀπὸ θεῶν συλλήψει.

635. ἠμὲν ὅπως τὸν νεκρὸν ἐρύσσομεν, ἠδὲ καὶ αὐτοί. Schol. B. „αὐτοὶ, vel, quotquot ſuperſunt, vel a Ioue, relicti, propria virtute.“ Immo oppoſita ſunt, ὁ νεκρὸς et ipſi, qui corpus tuentur.

In priore verſus parte duo ſunt, quae vitium redolent, primo articulus τὸν, alienus ab Homericis; tum neglectus digammi: νεκρον ϝερυσσομεν. Facilis tamen praeſto eſt medela, reuocando ad priſtinam formam: ἠμὲν ὅπως νεκρόν τε ἐρύσσομεν (ϝερυσσομεν) ἠδὲ καὶ αὐτοί. Emendauerat iam Bentleius. Iterum hoc vitium occurret inf. 713.

636. χάρμα — γενώμεθα. χάρμα, non h. l. γέλως, vt alibi, ſed ἡδονή. Edd. Flor. Aldd. γενοίμεθα. reduxit γενώμεθα e Romano H. Stephanus; vtrumque recte poſt ὅπως. praefero tamen h. l. coniunctiuum.

637. οἵ που δεῦρ' ὁρόωντες ἀκηχέδατ', οὐδ' ἔτι φασίν. Schol. A. ait οἵ που δεῦρ' lectionem eſſe Ariſtarcheam; alii: οἵ που νῦν. ſicque Townl. Vrat. b. d. ἢ που Harl.

ἀκηχέδατ' legitur ex ed. Rom. inde a Turnebo et Stephano; cum in ed. Flor. Aldd. et hinc ductis eſſet ἀκηχέατ'. quod et Excerpta MS. Oxon. exhibebant. In Apollonii Lex. occurrit ἀκηχέδατο. ἐλυποῦντο. quod ſi hunc verſum reſpexit, male accepit; nam tempus illud locum non habet, quod bene monuit Clarke, ſed ἀκηχέδαται. Et eſt in Heſych. ἀκαχέδαται, λυποῦνται. et ἀκηδέδαται,

vbi v. Alberti. Sane ex ἀχέω, ἤχηνται, ἠχέαται et ἠχέδαται, neminem moretur: et ἀκαχέω, ἀκάχηνται, et ἀκήχηνται, vnde ἀκηχέαται, ἀκαχέαται et ἀκηχέδαται. v. ſup. ad ἀκαχείατο. M, 178.

οὐδ' ἔτι Φασίν. ſic Flor. Ald. 1. οὐδέ τι Ald. 2. rediit ad οὐδ' ἔτι Turnebus, ſecundum editionem Romanam, et cum eo H. Stephanus. οὐδέ τι, Cant. Mori. Vrat. b. οὐδέ τε Lipſ.

638. 639. Ἕκτορος μένος — σχήσεσθ', ἀλλ' ἐν νηυσὶ πεσέεσθαι. — „quod ambiguum eſt, ſitne ἀλλ' ἐμπεσεῖσθαι αὐτοὺς, an, τὸν Ἕκτορα." Sch. A. cum Euſtathio. Atqui debebant meminiſſe vſum Homericum aliquoties declaratum, v. ad I, 235. vbi idem verſus occurrebat; ἐμπεσεῖσθαι νηυσὶ non dici niſi de Achiuis fugientibus.

Quod ad alterum attinet, σχήσεσθαι, vſus loquendi Homericus eſt hic: σχεῖν, σχήσειν, dictum tranſitiue, κατέχειν τινά. Sic M, 106. 7. et ſaepe. οὐ σχήσει χεῖρας ἀάπτους. Od. X, 70. At σχήσεσθαι, vt σχέσθαι. σχέο. σχέτο, ſemper vi immanente, *continere ſe, quo minus, abstinere*, etiam *ſuſtinere:* cum caſu ſecundo, vel cum infinitiuo: σχήσεσθαι μάχης, *abſiſtere, ceſſare.* μένεος ſup. P, 503. *virtute haud vti.*

Iam duo maxime ſunt, in quibus haec forma loquendi occurrit, primum, cum *Achiui* loco cedunt et in naues fugiunt, vt claſſem ſoluant: hoc vidimus ſup. I, 235. vbi v. Obſſ. M. 106. 7 Troiani βὰν ῥ' ἰθὺς Δαναῶν — οὐδέ τ' ἔφαντο σχήσεσθ', ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσι πεσέεσθαι. haud dubie ſupplendum αὐτοὺς, τοὺς Δαναοὺς σχήσεσθαι, *ſubſtituros, loco manſuros eſſe.* quod mox 125. 126 diſertius: ἔφαντο γὰρ, οὐκέτ' Ἀχαιοὺς σχήσεσθ', ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσι πεσέεσθαι.

Alterum eſt, vt de *Hectore* pronuntietur: vt ſup. P, 503 οὐ γὰρ ἔγωγε Ἕκτορα Πριαμίδην μένεος σχήσεσθαι ὀΐω. *a pugnando eſſe deſtiturum.* Et I, 651 Achilles ait de Hectore: ſi ad Myrmidonum caſtra penetraverit, Ἕκτορα, καὶ μεμαῶτα, μάχης σχήσεσθαι ὀΐω.

Nunc in nostro loco prius membrum ad Hectorem spectare putes: οἱ φίλοι, Achiui, φασὶν, μένος καὶ χεῖρας Ἕκτορος οὐκέτι σχήσεσθαι, Hectorem non *se cohibiturum fore*, eum *non substiturum*, quo minus vlterius nos premat; ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσι πεσέεσθαι, *sed in naues irruiturum.* Atqui hoc paullo ante vidimus non de Troianis, sed de solis Achiuis dici, quatenus ad naves fugiunt, vt discessum parent. Itaque necesse est, aut subiecta diuersa constituere, et prius de Hectore, alterum de Achiuis accipere; quod durum est; aut prius quoque ad Achiuos referre, hoc modo: Achiui verentur, (ἡμᾶς) οὐκέτι σχήσεσθαι μένος καὶ χεῖρας Ἕκτορος. Ita vero alio modo contra vsum Homericum peccatur, qui σχήσεσθαι semper intransitiue adhibet; nunc autem esse debet dictum pro σχήσειν. Superest tertium: hunc versum esse insertum ab interpolatore rhapsodo vsus Homerici ignaro, cum antea esset: οὐδ' ἔτι φασὶν (scil. ἡμᾶς) σχήσεσθ' ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσι πεσέεσθαι. Ita locus prorsus conuenit cum I, 234. 235 nisi quod ibi φασὶν οἱ Τρῶες.

640. εἴη δ' ὅστις Cant. Vat. ὥς τις.

641. οὐδὲ πεπύσθαι. Harl. Townl. πυθέσθαι.

643. ἀλλ' οὔ πῃ δύναμαι ἰδέειν. οὔπω. Mori. Barocc. Lips. vn. Vindob. cum edd. Flor. Aldd. Turnebus. οὔπῃ vitiose scriptum in Romana, vnde οὔπῃ induxit Henr. Stephanus, quod etiam codd. habent, in his Venetus A. cum Scholio: „πῇ particula motum ad locum designat, vt in illo: πῇ ἔβη Ἀνδρομάχη; Z, 377. deberet ergo h. l. esse που. nullibi: οὔ πω. nisi πῃ est h. l. particula expletiua." Accipitur tamen vulgo οὔπῃ pro τοπικῷ, nullibi.

In Etymol. voc. οὖτις est: τὸ δὲ· ἀλλ' οὔτιν δύναμαι ἰδέειν, κατὰ συγκοπὴν ἐστιν ἀπὸ τοῦ· οὔτινα. Merito mireris dictum. Verum memoriae lapsu confusus est locus alter: τῶν νῦν οὔ τιν' ἐγὼ ἰδέειν δύναμ' οὐδὲ νοῆσαι. sup. E, 475.

644. ἠέρι γὰρ κατέχονται. ⊱ „quod ἀὴρ poetae est caligo. vt Od. I, 144 ἀὴρ γὰρ παρὰ νηυσὶ βαθεῖα." Sch. A. plura Eustathius; quasi hoc nunc primum occurrat! — vidimus hanc ex puluere concitato caliginem iam vs. 269. „In alio: ἠέρι γὰρ κεκάλυπται." Sch. A.

645. Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι. Dicta haec esse μεγαλοφρόνως, omnes senserunt: non de salute sua vota facit, sed lucem precatur, ἵνα οἱ δρῶντες καὶ πάθωσι. Sch. A. B. Facile tamen de suo quisque sensu aliquid admisceat, vt fecisse videtur ipse Longinus in iudicio suo de sublimitate loci, c. 7. et Sch. Exc. Oxon. quasi hoc Aiax in votis habeat, vt virtutem suam et res praeclare gestas tenebris opprimi et occultari nolit. In verbis haec tantum sunt: vtinam molesta caligo auferatur! vtinam sereno saltem caelo pugnemus! hoc amplificat: et si pereundum est, pereamus saltem sereno caelo. — ἀπ' ἠέρος Vrat. d.

646. ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι. Sch. A. ἐν ἄλλῳ· ὁρᾶσθαι. cf. ad A, 203. Δ, 516.

647. ἐπεί νύ τοι εὔαδεν. fuit ϝϝαδεν. ex ἧδε, ἅδε. ἅδε δ' Ἕκτορι μῦθος. v. ad Ξ, 340. et Excurs. de digammo.

648. Aiacem δακρυχέοντα, alias tam fortis et duri animi, magnopere ad miserationem facere, obseruant Sch. A. B. τὸν δ' ὁ πατὴρ Mori. Barocc. Vrat. A. male in Homero.

649. αὐτίκα δ' ἠέρα μὲν σκέδασε, καὶ ἀπῶσεν ὁμίχλην. ⊱ quod manifeste nunc ἀὴρ pro ὁμίχλη. Sch. A. vide modo ad 644. — κέδασεν Lips. „vt alibi: nescio an rectius et mollius" Ernesti.

650. μάχη δ' ἐπὶ πᾶσα φαάνθη *tota acies prospicienti patebat.* ἐπεφαάνθη. vt est ἐπιφανής. Ne incidas in ἐπὶ πάντα. ἐπὶ πᾶσι est ap. Plutarch. de primo frigido p. 948 E.

651. καὶ τότ' ἄρ Αἴας εἶπε βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον. ⊱ quod supplendum est πρὸς Μενέλαον. Sch. A. Item Eustath.

„καὶ τότ' ἄρ'. *et tum demum, deinceps.*" Clarke.

652. σκέπτεο νῦν Μενέλαε, διοτρεφὲς, εἴ κεν ἴδηαι. Sch. B. „καὶ τοῦτο περιπαθὲς, quod dubitat heroem viuere." Nimis argute! σκέπτεο δὴ Mori. Vat. σκεπτέον αὖ Lipf. cum gl. σκήπτου. — εἰ eſt Homero pro ἵνα, vt ſexcenties.

653. ζωὸν ἔτ' Ἀντίλοχον, μεγαθύμου Νέστορος υἱόν. Ἀντίλοχον μεγάθυμον lectio erat edd. ante Barnes, qui aurium iudicium ſequutus μεγαθύμου repoſuit, accedente codd. auctoritate, Cant. adde Mori. Lipſ. Vat. Vrat. b. fragm. Moſc. et Ven. Similiter ſup. 306 controuerſum erat Σχεδίον μεγαθύμου Ἰφίτου υἱόν. Addit ille μεγάθυμον Neſtorem ſaepius appellari; quod per ſe graue non eſt; nam epitheton heroum multorum ornans eſt.

657. ὥς τίς τε λέων ἀπὸ μεσσαύλοιο. Comparatio iam ſup. Λ, 547—556. adhibita, in paucis variata. Ad quem locum vide notata.

658. ὅς τ' ἐπεὶ ἄρ κε κάμῃσι κύνας τ' ἄνδρας τε ἐρεθίζων. Appoſita ſtigme, ⸓ ſed Scholion deficit. Forte ad ἐρεθίζων ſpectauit, quod h. l. non eſſe poteſt παροξύνειν, etſi et Euſtathius ſic accipit, ſed ἐρεθίζειν nunc eſt πειρᾶσθαι vndique aggrediendo. Niſi probabilius videatur, monitum fuiſſe de ἄρ κε κάμῃσι. pro quo alii ἄρ κεκάμῃσι habent: quod receperat Barnes e Cant. E codd. vix poteſt diiudicari, ne cognoſci quidem ſcriptura. At edd. omnes habebant prius, cum Euſtath. etiam Ven. Aliis in locis eſſe ſolet varietas et diſſenſus, vt Α, 168 et Η, 5. ad q. l. vide.

659. 660. οἵτε μιν οὐκ εἰῶσι — πάννυχοι ἐγρήσσοντες. Verſus aberant a Mori et a Barocc. vix cum ratione; ſed errore ex vltima verſuum voce ἐρεθίζων et ἐρατίζων, nec iis omiſſis ſententia conſtat. „οἵτε. *qui ſcilicet.*" Clarke.

παννύχιοι vitioſe Rom. et Euſtath.

661. ἰθύει. „γρ. ἰθύνει" Barnes; ex Euſtath. ſcilicet vitiato metro, cum ἰθύνω mediam habeat longam; quod etiam Clarke docuit ad h. l. Erat ἰθύει ſine varietate l. c. Λ, 551.

662. *ἀντίοι ἀΐσσουσι. ἀντίον* margo Steph. ex Eufiath. Mori. Cant. Vrat. b. Vat perpetua varietate.

663. *καιόμεναί τε δεταί*, de hoc, vt de ceteris, v. ad l. l. Λ, 553.

664. *ἔβη τετιηότι θυμῷ.* Sch. A. *ἐν ἄλλῳ· τετιημένος ἦτορ. ὅ ἐστι, βεβλημένος διὰ λύπης.* quod erat Λ, 555 — *ἀπόνοσφιν* iunctim e more grammaticorum edd. excepta ed. Romana; ficque editum erat alibi vt fup. Λ, 554. Eft enim *ἀπέβη νόσφιν.* In hoc verfu, de leone inuito recedente, latet vis comparationis.

667. *μή μιν — πρὸ φόβοιο ἔλωρ δηΐοισι λίποιεν.* „*πρὸ φόβοιο* pro *ὑπὸ*, vt *ἀεθλεύων πρὸ ἄνακτος* Ω, 734." Sch. A. et B. item Sch. br. Nifi malis *προλίποιεν* (*διὰ*) *φόβου.* ex more omiffa praeponenda particula.

668. *καὶ Αἰάντεσσ' ἐπέτελλεν.* hoc codd. fuppeditant plerique et optimi, Mori, Barocc. Cant. Vrat. b. d. vn. Vindob. fragm. Mofc. Lipf. Ven. alludit Vrat. A. *Αἰάντεσσιν ἐπέτελλε.* Alii et Edd. *Αἴαντεσσι κέλευεν.*

670. *νῦν τις ἐνηείης Πατρόκλοιο.* „*ἐνηείης, προςηνείας.* Opp. *ἀπηνής.*" Schol. A. br. v. fup. ad vf. 204. Addit Schol. B. *πρᾳότητα. φιλοστοργίαν.* v. Etymol. h. v. qui verfum laudat.

671. *πᾶσι γὰρ ἐπίστατο μείλιχος εἶναι.* Verfus faepe laudatus: quoniam omnes amplectimur hominem beneuolentia et humanitate fe commendantem. Patrocli mores hinc adumbrat Apollon. Lex. p. 691. Argutatur Plutarchus de aud. poet. p. 31 F. verfu laudato, in voce *ἐπίστατο*, et comparat: *ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλὸς*, Z, 444. Vt Lat. noui, norat, transfertur vox ad animi habitum, morem: adfueuerat. ita fe comparauerat, vt.

672. *νῦν αὖ Θάνατος καὶ Μοῖρα κιχάνει.* Erat *νῦν δ' αὖ*, in edd. Particulam *δ'* iam Barnes eiecerat, auctoritate Barocc. remittendo ad Ψ, 750. vbi plura exempla appofuit. Concinunt Barnefio Vrat. A. b. vn. Vindob. Townl. Lipf. Ven. fragm. Mofc. Vidimus iam alibi, *νῦν αὖ* fcribi in melioribus, fine *δ'*. v. ad B, 671. Pro *κιχάνει* eft *κάλυψεν* in vno Vindob. memoria fallente.

675. πετεηνῶν. πετεεινῶν Harlei. cum vno Vindob. sollenni varietate. Respicit ad h. l. Aelian. H. N. I, 42. vbi αἰετὸς ὀρνίθων ὀξυωπέστατος.

676. οὐκ ἔλαθε πτώξ. notat Schol. B. et Eustath. poetam in his vss. τὴν δυςωπίαν πάντοθεν αὔξει.

πτὼξ. Notant ad h. v. grammatici πτῶκα dictum esse διὰ τὸ πτώσσειν. vel ὁ ὑποπτήσσων καὶ δειλός. v. Eustath. Hesych. παρὰ τὸ πτῶ, πτώσσω Etymol.

677. θάμνῳ ὑπ' ἀμφικόμῳ. Suidas h. v. Ὅμηρος τὰ πολυπληθῆ φησι τῶν φύλλων (loca frondosis fruticibus consita) adscripto hemistichio.

680. ὄσσε πάντοσε δινείσθην. Schol. br. δινήθην. ἐδινοῦντο, ὅ ἐστι, περιεστρέφοντο. Sed dualis aoristi esset ἐδινηθήτην. Alterum est ab ἐδινεόμην. δινήσθην vitium duor. Vindob.

681. εἴ που Νέστορος υἱὸν ἔτι ζώοντα ἴδοιτο. ⸓ „Apposita stigme propter ἴδοιτο. sic Aristarchus et Aristarchei libri“ Schol. A. in ceteris turbatus. Scilicet vel ad τὼ ὄσσε referendum est, εἰ τὼ ὄσσε ἴδοιτο, vel, inuersione, et transitu a secunda ad tertiam personam facto. Addit Schol. B. scribi ab aliis ἴδοιντο.

ἴδοιο legitur in edd. inde a Flor. Aldd. Rom. consentit Eustath. At codd. Barocc. Townl. fragm. Mosc. (etsi erasa littera τ) Venetus, ἴδοιτο. Lips. ἴδοιε, superscripto θεάσαιτο. Sequor antiquitatem codicum; et potest emendatior lectio, ἴδοιο, a correctione venisse videri; probo tamen hoc alterum ἴδοιο, et potuit ab errore hominum venire ἴδοιτο, qui ad ἐνόησε respiciebant vs. seq. Tam lubrica est in hoc critices genere ratio!

682. αἶψα νόησε. Ionicum et suauius. Firmat Lips. pro vulgo αἶψ' ἐνόησε.

683. θαρσύνονθ' ἑτάρους. Post hunc versum in Vrat. d. et vno Vindob. adscriptus erat: θεσπέσιον γάρ σφιν φόβον ἔμβαλε Φοῖβος Ἀπόλλων. ex hoc ipso libro vs. 118. potest esse pro exemplo interpolationis versuum.

684. προςέφη ξανθὸς Μενέλαος. Pro his erat in Vatic. ἔπεα πτερόεντα προςηύδα.

685. Ἀντίλοχ' εἰδ' ἄγε, δεῦρο. Lipſ. et vn. Vindob. ἄρ δ' ἄγε. Verum εἰδ' ἄγε, vſu Homerico probatum: v. ad VI, 376.

688. πῆμα θεὸς Δαναοῖσι κυλίνδει. „κυλίνδει Ariſtarchus; non κυλινδεῖ, quia et alibi κυλίνδετο. κυλινδομένη." Schol. A. et Euſtath. πῆμα κυλίνδεσθαι vidimus iam ſup. 99. et Λ, 347.

689. πέφαται δ' ὤριστος Ἀχαιῶν. eſſe ſcripturam ὤριστος Ionicam eamque vſu et codd. auctoritate probatam, non ὥριστος, quod in aliis, iam ſupra vidimus ad Λ, 288. cf. ad E, 396. δώριστος Vrat. d. δὲ ἄριστος Lipſ. „γρ. ὢ 'ριστος" Barnes. Recitat verba Suidas in πρόςφατος, vt doceat eſſe φάω, pro φονεύω.

692. εἰπεῖν, αἴ κε τάχιστα νέκυν ἐπὶ νῆα σαώσῃ. Vrat. A. σαώσει ſollenni permutatione.

693. κορυθαίολος Ἕκτωρ. Scribit κορυθαιόλος Rom. vt et alibi v. ad B, 816.

694. Ἀντίλοχος δὲ κατέστυγε. Schol. A. κατεστύγνασκε. ἠνιάθη. referunt ad triſtitiam et moerorem, quo quis corripitur. Etiam Apollon. Lex. κατεστύγησε. κατεστύγνασε. et in στυγέῃ. — καὶ ἐπὶ τοῦ στυγνάσαι· Ἀντίλοχος δὲ κατέστυγε μῦθον. adde Schol. br. Volunt στυγεῖν proprie ſynonymum τοῦ φρίσσειν et ad frigus referunt (v. Etymol. h. v.) Eſſet adeo, cohorreſcere; nunc quidem triſtitia, λυπεῖσθαι, alibi ſubito terrore: Od. K, 113. ſup. H, 112. etiam cum auerſatione et odio: ita tandem odiſſe, et, ex odio, vitare Θ, 515.

Apud Suidam in ἔστυγεν. — κατὰ δ' ἔστυγε μῦθον ἀκούσας. ex h. l. et Od. K, 113.

695. δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε. Verſus 695. 696 repetuntur Od. Δ, 704. 705. verſus 696 etiam inf. Ψ, 397 et Od. T, 472. Vox ἀμφασίη, non niſi h. l. et Od. Δ, 704 obuia, notatur grammaticis: Apollon. Lex. ἀφασία. ἀφωνία. ſicque alii: additur in Suida ἀλαλία, in Heſych. ἀγρυξία. Schol. br. ἔκπληξις. Etymologus tamen diſtinguit: ἀμφασίαν, τὴν ἀφωνίαν καὶ ἔκπληξιν. οὐκ ἀφασίαν, οἷον προφασίαν, (f. ἀπροςφασίαν) ἀπορίαν. haec ſi

quem verba deficiunt, quae eloqui velit ad ſenſum animi; at ἀμφασία ex ſtupore repentini terroris. ἀφασίη erat in Townl.

696. θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνή. Videtur epitheton inter ea referendum eſſe, quorum ſatis explicita notio vix ſuppetit, res tamen ſentiri poteſt Ea, quae efflore-ſcunt, vt germina, prorumpunt, protuberant, eleuant ſe. θαλερὸν δάκρυ videtur eſſe, oboriens: v. ſup. B, 266. et Obſſ. et φωνή, erumpens, in curſu ſubſiſtit. Ariolantur grammatici. inf. Ψ, 397 reddentes, σύντονος καὶ μεγάλη. Schol. br. ἱλαρά. ἀκμαία.

698. τὰ δὲ τεύχε' — Lipſ. τάχα δὲ τεύχεα errore calami.

699. ὅς οἱ σχεδὸν — Barnes: „γρ. ὅς ῥ' οἱ“ perperam.

700. τὸν μὲν δακρυχέοντα πόδες φέρον ἐκ πολέμοιο. ⸐ (potius ⸎) „quod vſus Homericus eſt οἱ πόδες ἔφερον, non autem ipſe ἔφερε τοὺς πόδας; contra Zenodotum, qui refinxerat (μεταγράφοντα) ῥίμφ' ἑὰ γοῦνα φέρει.“ in loco Z, 511. vbi pluribus de his actum eſt. Quae in Euſtathio legimus ad h. v. reſpiciunt idem Zenodoti acumen.

702. οὐδ' ἄρα σοι, Μενέλαε. ⸐ reſpectu 705 ἀλλ' ὅγε — ἀνῆκεν quod orationem ad Menelaum conuertit poeta, mox tamen ad tertiam perſonam redit.

705. ἀλλ' ὅγε τοῖσιν μὲν Θρασυμήδεα δῖον ἀνῆκεν. ⸐ reſpectu vſ. 702. „ἀνῆκεν, ἀνέπεισε. παρώτρυνε“ Schol. A. ſic et Euſtath. ἀνιέναι etiam eſt incitare, concitare, vt Od. Θ, 73 Μοῦσ' ἄρ' ἀοιδὸν ἀνῆκεν ἀειδέμεναι κλέε' ἀνδρῶν. Sic ἐμὲ θυμὸς ἀνῆκε. In Vrat. A. eſt ἐνῆκε, quod ſollennius eſt. δῖον ἧκεν Lipſ.

τοῖσι poteſt eſſe datiuus cui, eorum gratia, aut poteſt eſſe, ἐν τοῖσι, ἐν αὐτοῖς. inter Pylios, vt is potiſſimum pugnaret et abeuntis Antilochi partes expleret. Sic Schol. br. ἤτοι ἀνέπεισεν, ἢ ἐνέβαλεν, ἀφηγεῖσθαι τῆς μάχης. Praeſtat tamen ſupplere ex vſ. 703 ἀμύνειν αὐτοῖς.

In capite verſus *τοῖσιν μὲν* codices tuentur. At edd. ante Turnebum *τοῖσι μὲν* ſine *ν*. male ait Erneſti. Immo vero, per ſe, nec male, nec bene. Si tamen antiqua ſequeris, recte *τοῖσι μὲν* ſcribitur. Idque iam aliquoties vidimus occurrere. Verum vt iam dixi, in hoc *Nυ* adiecto certam nondum video nec rationem nec auctoritatem.

706. *ἐπὶ Πατρόκλῳ ἥρωϊ βεβήκει.* Harl. *Πάτροκλον ἥρωα.* nec hoc male.

707. *στῆ δὲ παρ' Αἰάντεσσι θέων.* in hanc lectionem concinunt, praeter Venetum, Cant. Mori. Harlei. Vatic. Lipſ. Vrat. b. d. fragm. Moſc. duo Vindob. In edd. Flor. Aldd. Turn. Steph. erat *στῆ δ' ἄρ' ἐπ' Αἰάντεσσι κιών·* quod mutauit Barnes in *στῆ δὲ παρ' Αἰάντεσσι κιών,* e codd. Mori. Cant. Barocc. in quibus tamen praeterea erat *θέων.* Neglecta prorſus erat lectio ed. Romanae, eadem illa, quae nunc repoſita eſt: *στῆ δὲ παρ' Αἰάντεσσι θέων.* In Vrat. A. erat: *στῆ δὲ μετ' Αἰάντεσσι κιών.*

708. *κεῖνον μὲν δὴ νηυσὶν ἐπιπροέηκα θοῇσιν.* In Suida voc. *θοὰς* ſcribitur: *ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν.* Sed eum verſum eſſe Od. O, 298. monuit iam Barnes.

710. *μάλα περ κεχολωμένον Ἕκτορι δίῳ.* Schol. A. „*ἐν ἄλλῳ· κεχολωμένον Ἀτρείωνι.*" Sane vtrumque accommodari poteſt ſententiae.

712. 713. verſus repetiti ex ſup. vſ. 634. 635. vbi quoque vitiatam lectionem iam vidimus: *τὸν νεκρὸν ἐρύσσομεν.* Deeſt h. l. articulus *τὸν* in Vrat. A. vndé tanto facilior ac probabilior eſt correctio: *ἠμὲν ὅπως νεκρόν τε ϝερυσσομεν ἠδὲ καὶ αὐτοί.*

714. *Τρώων ἐξ ἐνοπῆς.* Schol. A. „*μάχης.* vt *βοῆς*" ſaepe iam vidimus.

Θάνατον καὶ Κῆρα φύγοιμεν. Optatiuus poſt *ἠμὲν ὅπως ἐρύσσομεν, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ φύγοιμεν.* Vtrumque admittit voc. *ὅπως.* v. Excurſ. III. ad lib. IX. In Ven. Lipſ. et vno Vindob. *φύγωμεν.* recte et hoc: v. ibid. ſic eſt reddendum, *ἵνα, vt.* at *φύγοιμεν, an forte.* Verba autem duplici iunctura particulis ſubiungi, ſollenne eſt

in Homericis, vt faepe notatum; v. c. Θ, 531. λ. 3. K, 449. ficque fup. in iisdem vff. 635. 636. praeferam tamen h. l. fubiunctiuum.

716. πάντα κατ' αἶσαν ἔειπες. „γρ. ἔειπας" Barnes. fcilicet aliis locis.

ἀγακλεὲς ὦ Μενέλαε. Sic quoque Apollon. Lex. qui laudat vf. in αἶσα — δηλοῖ δὲ καὶ τὸ καθῆκον, adfcripto hoc verfu. Vrat. A. ἀγακλειτὲς Μενέλαε. deberet faltem effe ἀγακλειτὲ vel ἀγακλείτ' ὦ Μενέλαε.

718. αὐτὰρ ὄπισθε. fic codd. omnes, praelatum iam a Barnefio; ficque iterum inf. 723. 746. Vulgg. ὀπίσσω. eft in Vindob. Alter.

719. νῶϊ μαχησόμεθα. — „quod ex h. l. feriores poetae Achillem ab Aiace portatum induxerunt (παρῆκται) Vlyffe eum tuente" Schol. A. Scilicet h. l. absportatur Patrocli corpus a Menelao et Merione; Aiax autem a tergo fequens repellit Troianos infequentes. Huius loci imitatione Cyclici in Pofthomericis et hinc alii Achillis caefi corpus absportari fecerunt ab Aiace, Vlyffe a tergo tuente: variata quidem re, exemplo tamen ex h. l. capto. At Schol. A. fubiicit haec: εἰ δὲ Ὅμηρος ἔγραφε τὸν Ἀχιλλέως θάνατον, οὐκ ἂν ἐποίησε τὸν νεκρὸν ὑπ' Αἴαντος βασταζόμενον, ὡς οἱ νεώτεροι. Fundum huius iudicii nondum perfpicio: cur enim Aiaci has partes non tribuiffet Homerus? an cenfet grammaticus, non ab Aiace humeris portandum eum narraturum fuiffe, fed a duobus, vt h. l.? Sunt huius argumenti gemmae et anaglypha, in quibus *Pietas militaris* exhibetur; quae fere ad Menelaum vel Aiacem referri folent. In narratione de Achillis corpore ab Aiace absportato praeiuerat Arctinus in Aethiopide, vt patet ex Procli fragmentis (*Biblioth. der alten Litter.* P. I p. 33 Ἀχιλλεὺς ὑπὸ Πάριδος ἀναιρεῖται, — καὶ μέχρι τοῦ ὑπὲρ τοῦ πτώματος γενομένης ἰσχυρᾶς μάχης, Αἴας ἀνελόμενος ἐπὶ τὰς ναῦς κομίζει, Ὀδυσσέως ἀπομαχομένου τοῖς Τρωσίν. Ita quoque Tzetza Pofthom. 424 Αἴας δακρυχέων δὲ νέκυν ὤμοις ἀναείρας ἔκφερεν ἐς κλισίας, μετόπισθε δὲ Τρῶες ἔβαινον. Non ta-

men paria tradiderunt alii. Quintus enim, haud dubie antiquiores ſequutus, Aiacem facit tueri corpus lib. III, 216 cum eo Vlyſſes vſ. 295 auferunt corpus βασιλῆες vſ. 384. Idemque ſequitur Dictys IV, 12. *Graeci Achillem ad naues referunt.* Attamen apud eum anteceſſerat: *denique Aiax exanimem iam humeris ſublatum ex luco effert.* In Homericis hoc vnum occurrit, quod Vlyſſes pro Achillis corpore eripiendo aduerſus Troianos pugnauit Od. E, 308 ſq. Hoc idem in Pindaro: Nem. VIII, 52 ἀμφ' Ἀχιλεῖ νεοκτόνῳ haud paria vulnera intuliſſe Troianis Aiacem et Vlyſſem; iniquis tamen Achiuorum ſuffragiis Vlyſſi Achillis arma eſſe adiudicata. Mirari licet in nobiliſſima de Achillis armis contentione apud Ouidium Met. XIII. absportati corporis gloriam in ſe transferre Vlyſſem. Is enim vſſ. 284 *his humeris, his, inquam humeris ego corpus Achillis, et ſimul arma, tuli.*

μαχεσσόμεθα reponit et h. l. Bentlei.

720. ἶσον θυμὸν ἔχοντες, ὁμώνυμοι vterque Aiax. Seuerum et iniquum iudicium eſt Sch. A. „vere βουγάϊον eſſe Aiacem in hoc, quod ait: ἡμεῖς μαχόμεθα, ἐπειδὴ τὸ αὐτὸ ὄνομα ἔχομεν." At in verbis hoc tantum eſt: nos vterque eodem nomine appellati pugnabimus pari virtute.

722. οἱ δ' ἄρα νεκρὸν ἀπὸ χθονὸς ἀγκάζοντο. dignum viſum interpretatione grammaticis, et iam Apollonio Lex. ἀγκάζοντο. ταῖς ἀγκάλαις· verſu ſubiecto, ſed ſcripto ἦ ῥ' ἀπὸ χθ. Tollius em. ταῖς ἀγκάλαις ἦραν. ἀπὸ χθ. ἦραν Villoiſ. ſubſtituit ταῖς ἀγκάλαις περιελάμβανον, quod Heſych. habet. Simpliciſſimum erat, excidiſſe poſt ταῖς ἀγκάλαις. οἱ δ' ἄρα νεκρὸν ἀπὸ χ. et hoc ſequar. Sch. B. ἀγκάζοντο laudat melius h. l. poſitum, quam ſi ἐρύοντο dixiſſet. Scilicet ipſe actus tollendi narratur hoc verſu: et miror viros doctos laboris moleſtias non in ipſis numeris quaeſiuiſſe: primo corpus tollunt a terra manibus et brachiis ſubiectis in altum admodum valde, ſcil. vt humeris imponant et auferant.

723. ἐπὶ δ' ἴαχε ſcriptum eſſe non potuit; ſic foret δ' ϝιαχε. Fuit ergo επιϝιαχε· deſideratur tamen particula. Remedium reperit Bentl. ingenioſius, dum ſcribit: ὕψι μάλα· μεγάλως δ' ἐπιϝίαχε. Simplicius eſt ſcribere, vt aliis in locis: ϝιαχε δ' ἔπι v. Excurſ.

724. ὡς εἴδοντο νέκυν αἴροντας 'Αχαιούς. ὡς ἴδον νέκυν. cum metri vitio edd. Flor. Aldd. nec emendatum niſi ex ed. Rom. a Turnebo. Alio vitio, ὡς εἶδον νέκυν recitat verſum Etymol. in ἄρας. Vidimus iam Π, 278 Τρῶες δ'. ὡς εἴδοντο videbant, et εἴσομαι aliquoties pro γνώσομαι. αἴροντας vulgg. αἴραντας Harlei. cum Ven. et Vrat. d. deb. ᾄραντας. Atque ita lectum fuiſſe diſerte docet Etymol. in ἄρας, vbi h. l. laudato disputat, non ᾄρας, ſed ſine jota, ἄρας ſcribendum. Nec aliter legerat Euſtath. p. 1124, 34 et 36. Apparet vulgatam lectionem natam eſſe ex antiqua ſcriptura AI, vnde αιραντας quod nunc eſt ᾄραντας et ἄραντας.

726. οἵ τ' ἐπὶ κάπρῳ βλημένῳ αἴξωσι. αἴξουσι Lipſ. vn. Vindob. ſed αἴξωσι tuetur ſe vſu Homerico inprimis in comparationibus.

727. ἕως μὲν γάρ τε θέουσι. Pronuntiatum ὥς. ἕως ἀντὶ τοῦ τέως. Sch. A. ἕως τινός. Sch. B. aliquoties iam vidimus. cf. ad A, 193.

728. ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐν τοῖσιν ἐλίξεται, ἀλκὶ πεποιθώς. ⁒ ſed excidit Scholion. Fuit puto ⸖, quod ſpectaſſe arbitror ad ἀλκὶ, de quo vide ad E, 299.

ὅτε ἐλίξεται pro aoriſto ſubiunctiui. v. Excurſ. II. ad M. Cant. ἐν τοῖσιν αἴξεται.

729. ἄψ τ' ἀνεχώρησαν, διά τ' ἔτρεσαν ἄλλυδις ἄλλος. Lipſ. αἶψά τ' ἀνεχώρησαν. debebat ſaltem ſcribere αἶψ' ἀνεχώρησαν. τ' poſt ἄψ aberat a Cant. ſed iungi ſolent τε et τε. ἄψ τε — διά τε. Ionicum erat: διά τε τρέσαν. ἄλλυδις ἄλλοι vn. Vindob.

730. ὣς Τρῶες, εἴως μὲν ὁμιλαδὸν αἰὲν ἕποντο. Vat. ὣς Τρῶες χ' εἴως. vnde Bentl. malebat ὣς Τρῶές γ', εἴως.

733. τῶν δὲ τράπετο χρώς. In edd. Flor. Aldd. Turn. erat τῶν δ' ἐτράπετο χρώς. Sic et Schol. br.

Intulit τῶν δὲ τρέπετο Henr. Stephanus ex ed. Rom. Enimuero Homerica forma erat τράπετο, eamque praebent Cant. Mori. Barocc. Vrat. A. Lipſ. Ven.

Obſerua quoque δὲ iterum in apodoſi.

734. περὶ νεκροῦ δηριάασθαι. δουρίσασθαι, quod vn. Vindob. habet, eſt vitium Ald. 2. vnde in ed. Steph. marg. γρ. καὶ δουρίσασθαι. Ortum hoc ex altera ſcriptura δηρίσασθαι, quae eſt in Mori, Barocc. Vat. Harl. Townl. Vrat. A. b. d. vn. Vindob. fragm. Moſc. add. Euſtath. ſup. M, 423 erat ſine varietate δηριάασθον.

735. ὡς οἵγε μεμαῶτε νέκυν φέρον. Ita legebatur in edd. ante H. Stephanum, qui hic et 746. ex Romana intulit ὡς οἵγ' ἐμμεμαῶτε, quod alienum ab h. l. Non enim irruebant, ſed viribus intentis ferebant Patrocli corpus. Et firmant οἵγε μεμαῶτε codd. Cant. Venetus. ſic quoque vn. Vindob. et haud dubie alii codd. quoque; verum obſcura eſt in his ſyllabis ſcriptura. E Vat. notatur: ὡς τώγ' ἐμμεμαῶτε. Saltem ὡς τώγε μεμαῶτε νέκυν φέρον poetam haud dedeceat.

736. νῆας ἐπὶ γλαφυράς. Barnes: „γρ. νῆας ἔπι.

737. ἠΰτε πῦρ. ſcil. πόλεμος ἐπιτέτατό σφι, ἠΰτε πῦρ. ſcil. ἐπιτείνεται. De pugna ingraueſcente, incaleſcente, quando intentius et acrius pugnatur, hoc dici, alibi quoque vidimus, ſup. 543 et ἐπὶ ἶσα τέτατο μάχη M, 436 et alibi; nunc vero etiam de igni increbeſcente, quemadmodum de vento ac procella Π, 365. Ait Schol. B. quem Euſtathius quoque legerat, cum alias ſit pugnae epitheton ab igni petitum, καυστειρὴ μάχη (Δ, 342. M, 316) id nunc in comparationem eſſe verſum. Magis rei conueniret, ſi diceres inuerſe; a comparatione ductum eſſe epitheton.

738. ὄρμενον ἐξαίφνης poſitum eſt in medio ſententiae. niſi iungere placet: τό τε ἐπεσσύμενον πόλιν ἀνδρῶν, irruens in tecta. Clarke: „γρ. ἐξαπίνης." neſcio vbi.

μινύθουσι δὲ οἶκοι. μινύθειν nunc vi immanente, conſumere ſe, conſumi, collabi, in cineres reſidere. fere vt Π, 392 vbi aquarum eluuie μινύθει ἔργα ἀνθρώπων. vbi cf.

739. τὸ δ' ἐπιβρέμει ἴς ἀνέμοιο. In folis Schol. br. ἐπιβρέμει, ἐπηχεῖ, ψοφεῖ. Ea fane vis eft propria τοῦ ἐπιβρέμειν, nec tamen docet grammaticus, quid ita fiat τῷ, τὸ δέ. Euftathius: τουτέστι, φυσᾷ σὺν βρόμῳ, ἤ, πρὸς βρόμον ὑποκινεῖ σὺν βρόμῳ πνέων. nec tamen addit, qua ratione is fenfus elici poffit. Petita ex Euftathio eft verfio: eamque fremebunda agitat vis venti. Ita ftatuendum erit ἐπιβρέμειν dici tranſitiue, vt vis venti *faciat fremere* ignem. Sane βρόμος πυρὸς dictus erat fup. Ξ, 396. Aut igitur hoc fequendum, aut fcribendum: τὸ δ' ἔπι βρέμει. quod tamen Homerico more potius foret τῷ δ' ἐπιβρέμει, vel, ἐμβρέμει. vt fup. O, 627 ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης ἱστίῳ ἐμβρέμεται.

Supereft alia difficultas in prosodia. ἴς in Homero eft ϝις, quod aliquoties vidimus; vt: H, 269 ἐπέρεισε δὲ ἶν' ἀπέλεθρον. δε ϝιν'. Vidit hoc Bentleius et emendat: ἐπέβρεμε ϝις ἀνέμοιο. At requiritur tempus praefens. Apud Euftath. eft ἐπιβρεμεῖ. ἐπιφωνεῖ quod volunt corrigere ἐπιβρέμει. Quid tamen fi fuit: ἐν σέλαϊ μεγάλῳ, βρεμέει δ' ἔπι ϝις ἀνέμοιο.

Poft haec omnia fufpectus eft verfus, et fubiectus eft fuperiori ad explendum fenfum; cum meminiffet is et alibi memorari σέλας, vbi de igni agitur; vt T, 375. 6. Θ, 509. 559.

740. ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν αἰχμητάων. Townl. ἀσπιστάων.

741. τοῖς — ἀζηχὴς ὀρυμαγδὸς ἐπήϊεν ἐρχομένοισιν, illos, qui corpus portabant, incedentes infequebatur tumultus ingens. ἀζηχής, proprie fonans, aridum, acute, crepitans Latinorum. v. ad Δ, 435. ἐπιέναι graui fenfu, vt in illo: τὸν δέ τ' ἐγὼ ἐπιόντα δεδέξομαι ὀξέϊ δουρί. E, 238.

742. οἱ δ' ὥς θ' ἡμίονοι, κρατερὸν μένος ἀμφιβαλόντες. — Comparationem praeclare effe elaboratam inprimis dilectu *muli*, Sch. A. monet, nifi Schol. B. eft, nam etiam fragm. Mofc. hoc Scholion habet et explicant quoque hinc voc. ἀμφιβαλόντες. Aiunt boues aequali nifu onus trahere, at mulos alterum in alterum transferre. ἡμίονοι δὲ, διωθούμενοι, τὸ βάρος ἀντιμεταβάλλουσιν

ἀλλήλοις. ſimile quid eueniſſe nunc corpus portantibus, inter hoſtes irruentes impediti aut retardati, modo hic, modo alter. Egregie haec, modo in poeta hoc haberetur; iſtud, quod volunt, eſſet, *βάρος ἀμφιβάλλειν*, at in poeta eſt *μένος*. Quae mox ſequuntur, ab alio grammatico proficiſci debuere. *τὸ δὲ ἀμφιβαλόντες*, ait, *ἰσοβαρήσαντες τῇ δοκῷ τὴν προθυμίαν*, (ergone *ἀμφιβαλεῖν* pro *ἐξισοῦν*?) *ἢ συμπλέξαντες καὶ ἑνώσαντες τὴν ἀλλήλων δύναμιν τῇ δοκῷ.*" Euſtath. p. 1125, 54. *συμβαλόντες καὶ εἰς ἓν ἀγαγόντες.* Putarunt igitur *ἀμφὶ* et *σὺν* poſſe eſſe ſynonyma? Aliter paullo Scholia br. *ἀμφιβαλόντες. περιβαλόντες καὶ ἀντερείσαντες τὰς ἑαυτῶν δυνάμεις ὅ ἐστι, συνάψαντες καὶ ἰσώσαντες.* voluere ergo *ἀμφιβαλεῖν μένος* eſſe quaſi communicare alterum alteri robur ſuum. Dicere quoque poſſis *ἀμφιβάλλειν, περιβάλλειν, μένος* ſcil. ipſi oneri, trabi. robur ſuum oneri portando admouere. Atqui et hoc durum et inſolens. Mihi, quoties legebam, in animum veniebat eſſe dictum vt Lat. *induere robur, aſſumere, ἀμφιβάλλειν ἑαυτῷ.* Quod idem Barneſium video cum hebraiſmo comparare. Melius cum Koeppen compares Homericum *ἐπιειμένοι ἀλκήν.* H, 164. Tenuit me eadem vox in Pindaro Ol. I, 19. *ὅθεν ὁ πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται*, quod comparare debebam cum Jl. K, 535 *ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει*, *ad aures accidit*, *σοφῶν μητίεσσι, διὰ μήτιας, carminibus poetarum.* *ἡμίονες* vitium Veneti.

744. *ἠὲ δόρυ μέγα νήϊον. μέγα δόρυ* Vrat. b.

746. *ὡς οἵ γε μεμαῶτε* iisdem auctoribus, quibus ſup. 735 pro *οἵγ' ἐμμεμαῶτε· τώγ' ἐμμ.* Vat. vt ibi.

747. *ὥς τε πρὼν ἰσχάνει ὕδωρ.* „*πρὼν, ἡ προοχὴ ὄρους. ἰσχάνει δὲ, (ἐπέχει, τὸ ὕδωρ) τῆς εἰς θάλασσαν ἐκρύσεως*" — Schol. A. *ὥς τε πρὼν* Barocc. Cant. Harl. Mori. Vat. fr. Moſc. Townl. Vrat. b. d. vn. Vindob. at cum iis Ven. pro eo, quod Vulgg. habebant *ὥς περ.* Ipſe Apollon. Lex. *πρών. ὄρους ἐξοχὴ, ἀπὸ τοῦ προῶσθαι. ὥς τε πρὼν ἰσχάνει ὕδωρ.* comparationem alio modo inſtitutam vide ſup. E, 87 ſqq.

748. πεδίοιο διαπρύσιον τετυχηκώς. fcil. πρών. Schol. A. δι' ὅλου προήκων καὶ διατεταμένος τοῦ πεδίου ὁ πρών. Similia Schol. br. Eft fupplendum τετυχηκὼς, τυγχάνων, διὰ πεδίου ftans, extendendo fe per agrum. Sic Od. K, 88 de portu: ὃν πέρι πέτρη ἠλίβατος τετύχηκε διαμπερὲς ἀμφοτέρωθεν. Sane τυχεῖν proprie eft cafu, fortuito, euenire. Vt Od. Ξ, 334 τύχησε γὰρ ἐρχομένη νηῦς. inde inf. Ψ, 466 καὶ οὐκ ἐτύχησε ἑλίξας, fortunam non habuit in flectendo curru. Traductum inde ad iaculantes ἐτύχησε βαλὼν, (κατὰ) τοῦ στέρνου, vt τυχεῖν σκοποῦ, et fimpliciter, τυχεῖν. τετυχηὼς fcripferat Heraclides, narrante Euftath. ad Odyff. p. 1700 l. 40.

Expeditior eft lectio Lipf. mf. τετυχηκὸς, vt ad ὕδωρ referatur: ita eft aquarum eluuies nacta campeftrem planitiem: ὕδωρ τετυχηκὸς πεδίοιο.

διαπρύσιον, continuo. h. l. propria vi pofitum, διαπερύσιον, quod alias διαμπερές. διηνεκές. Spectat ad h. v. gloffa Hefychii: διαπρύσιον. διὰ πάντων διεξιόν. poft διαπορεύσιμον. μακρόν.

749. ὅς τε καὶ ἰφθίμων ποταμῶν ἀλεγεινὰ ῥέεθρα ἴσχει. Vocis ἀλεγεινὰ vis h. l. eft ambigua. grammatici nihil expediunt. ἀλεγεινὸν proprie eft idem quod ἀλγεινόν. ideoque τὸ ἐπίπονον, moleftum; moleftiam feu creans, feu fentiens. Videntur ῥέεθρα ἀλεγεινὰ effe, fluctus laborantes, κάμνοντες, voluentes fe magna cum mole aquarum, quafi nitendo et mutuo fe trudendo. Sane fic generali notione funt δεινὰ, ingentes et impetuofi fluctus.

750. ἴσχει. ἴσχεν merum eft vitium ed. Clarke. etfi occurrit quoque in ed. Vindob.

ἄφαρ δέ τε πᾶσι πλόον πεδίον τε τίθησι πλάζων, pro πλάζει. Hefych. πλάζων. πλανῶν. plenius Schol. br. νῦν δὲ ἀνακόπτων, καὶ ἀνακρούων. et Euftath. ἀποπλανῶν. ἀνακόπτων. ἀνείργων. difertius dices: ἀποστρέφων, auertens, faciens aberrare aquas, a curfu, diuergendo in latera et per planitiem fe diffundendo. Eft itaque πλάζειν tranfitiue dictum, τὸν ῥόον.

751. *οὐδέ τι μιν σθένει ῥηγνῦσι ῥέοντες* scil. *οἱ ποταμοί.* Alii *οὐδ' ἔτι.* At *οὐδέ τε*, quod placet, Barocc. Mori. Townl. Vrat. b. Lipſ. et vn. Vindob.

752. *μάχην ἀνέεργον ὀπίσσω.* Euſtath. *ἐνέεργον.*

755. *τῶν δ', ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται.* Supra Π, 583 vbi ſimilis comparatio obueniebat, de Patroclo irruente, *ψῆρας* dixerat; vbi v. Obſſ. Mutabimusne in Ionicum *ψῆρας*? an hoc ipſum dicemus inter argumenta eſſe, cur *Πατροκλείας* partem hanc ab alio auctore profectam eſſe dicamus? *ψαρῶν γένος* Vrat. d. cum vno Vindob. ſed ſic *ἀνδρῶν νέφος* Δ, 274 et al. pro *πλῆθος.*

ἔρχεται ingruit, vt ſaepe de vſu verbi notatum: vt mox 756 *ἰόντα.* Euſtathius: *ἔρχεται. πέτεται.*

Schol. A. inepte argutatur in amouenda tenuitate comparationis, ne in Achiuorum contemtum trahi poſſit comparatio. Similiter Euſtath. Schol. br.

756. *οὖλον κεκλήγοντες*, iunctum cum *νέφος*, nota figura. *οὖλον, ὀξὺ*, Schol. A. ita ex contexto arrepta notione. Etiam Schol. br. *ὀξὺ βοῶντες καὶ πυκνόν.* Euſtathius: *οὖλον δὲ ἀντὶ τοῦ, συνεστραμμένον καὶ ὀξὺ διὰ δειλίαν. οὕτω γὰρ κλάζουσι τὰ δειλαινόμενα· τῶν μέντοι ἡδομένων χαλαρὰ ἡ φωνή. δύναται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ὀλεθρίου νοηθῆναι.* Atque hoc vltimum cum ratione ſermonis dictum eſt, v. ad B, 6. vt ſit, *σημαντικὸν τοῦ οἰκείου ὀλέθρου.*

κεκλήγοντες. Barnes: „*γρ. κεκληγότες* hic et 759. Vocem vidimus modo Π, 430.

757. *κίρκον. ὅ τε σμικρῇσι φόνον φέρει ὀρνίθεσσι. κίρκος, εἶδος ἀετοῦ· ὁ λεγόμενος ἱέραξ. ὁ γὰρ ἀετὸς τὰ μεγάλα φονεύει.* Schol. br. Apud Ariſtot. H. A. IX, 38 tertio loco inter *ἱέρακας* eſt *κίρκος.*

σμικροῖσι Barocc. Cant. Mori. *μικρῇσι* Townl.

ὅ τε Lipſ. *ὅστις.* deb. ſaltem *ὅ τις. ὅς τις μικροῖσι.* vn. Vindob.

758. *ὡς ἄρ' ὑπ' Αἰνείᾳ τε καὶ Ἕκτορι — κεκλήγοντες ἴσαν.* Clarke decantat ſuam obſeruatiunculam: „*ἄρ'*, *vt dictum eſt.*"

ὑπ' Αἰνείαν τε καὶ Ἕκτορα Townl. ἐπ' Αἰνείᾳ Vrat. d. Reuocandus est in animum vsus τοῦ ὑπὸ cum tertio casu qui passionem declarat, quando quis obnoxius sit alteri, etiam ex metu.

760. πέσον περί τ' ἀμφί τε τάφρον. Vat. τάφρῳ.

761. πολέμου δ' οὐ γίγνετ' ἐρωή. ἐπίσχεσις. Schol. A. Vict. λῆξις. παυσωλή. Schol. br. Vidimus iam Π, 302. Pugna ergo erat continua, pugnabatur sine intermissione, nec video, quomodo quis in hoc haerere possit. Eustathius tamen accipit: οὐχ ὑπερώησαν, ὅ ἐστιν, ἀνεχώρησαν. refert ergo ad Troianos. Koeppen: neque resistebatur a Danais. Sane ἐρωὴ πολέμου per se non vno modo accipi potest: potest pugnae impetus, ipsa pugna, esse, vt βελέων ἐρωὴ sup. 562. πυρὸς ἐρωή, Π, 127. Est quoque ἐρωῆσαι πολέμου recedere a pugna sup. 422. Sententia tamen h. l. definita satis iam erat e contexto Π, 302. 3. 4. vbi idem hic versus legebatur.



EXCVRSVS AD LIBRVM XVII (P)

EXCVRSVS I

Diphthongus elisa ante vocalem, cum aliis obseruationibus prosodicis ad Homerica.

P, 164 *τοίου γὰρ θεράπων πέφατ' ἀνέρος.* Esse *πέφατ'* a *πέφαται*, non a *πέφατο*, et in Homericis *αι* ante vocalem elidi, et ab aliis notatum est, et contra negantes assertum a Clarkio exemplis aliis laudatis ex M, 68. Δ, 235. 271. add. Barnes ad H, 30. Bentleium aegre id admisisse video; cum vbique tales elisiones e carmine eliminare studeat. De tragicis nos non agimus, in quibus, saltem in melicis, easdem tolerandas esse, inter viros doctos conuenit; v. c. ad Eurip. Suppl. 786.

Interdum grammatici versum constituerunt alio modo, vt elisione ille haud egeret, v. c. B, 137 *εἵατ' ἐνὶ μεγάροις*, vbi ab aliis legitur *εἵαται ἐν μεγάροις*. Voluerunt quoque diphthongum cum vocali contractione colliquescere; quod interdum fieri potest, vt in versu apposito *πεφαται 'νερος*, vt non nisi vna longa sit binis moris constans. Verum manifesta elisionis fides est in multis aliis; vt A, 117 *βούλομ' ἐγώ.* non enim stare posset *βούλομαι 'γώ.* 283 *λίσσομ' Ἀχιλλῆϊ.* E, 475. H, 30. 410. Λ, 272 O, 177. Σ, 294. X, 390. Notabile genus elisionis est in medio versu: N, 827 *Τιοίμην δ' ὡς τίετ'* | *Ἀθηναίη.* O, 110 *ἤδη γὰρ νῦν ἔλπομ'* | *Ἄρηΐγε.* T, 136 *οὐ δυνάμην λελάθεσθ'* | *ἄτης.* Y, 422 *δηρὸν ἑκὰς στρωφᾶσθ'* | *ἀλλ'.* Caesura omnino parum suauis etiam in aliis

vocibus occurrit cum elisione: Λ, 739 πρεσβυτάτην δὲ θύγατρ' | εἶχε. Σ, 141 ὀψόμεναι δὲ γέρονθ' | ἅλιον — καί οἱ πάντ' ἀγορεύσατ' | ἐγὼ δ'.

Nec magis de diphthongo οι elisa in fine ante vocalem dubitari potest. Non tamen memini exemplum aliud in Homericis occurrere, praeterquam μοι et τοι. quod tamen ipsum Bentleio tam durum esse visum est, vt mutare mallet; Sic Δ, 341 σφῶϊν μέντ' ἐπέοικε μετὰ πρώτοισιν ἐόντας. vbi μέντ' est μέν τοι. Z, 165 ὅς μ' ἔθελε φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ, pro ὅς μοι. I, 669 εἴπ', ἄγε, μ', ὦ πολύαιν' Ὀδυσεῦ. pro μοι ὦ. idem versus iteratus K, 544. Alias sollenne est diphthongos ante vocales modo correptas modo productas poni sine elisione. Sunt quoque exempla diphthongi circumflexo grauatae, correptae tamen: B, 138 οὔτως ἀκράαντον, οὗ εἵνεκα. — vbi in Obss. notata sunt alia; P, 277 μίνυνθα δὲ καὶ τοῦ Ἀχαιοί. Diphthongi in media voce correptae exempla rara sunt; sunt tamen: v. c. ἐπειή. ἔμπαιον. Od. Υ, 379. ἔμπαιον, οὐδὲ βίης. βέβληαι Λ, 380. v. tamen Obs. Potest quoque quaeri de δηΐοιο· potest enim esse quoque vna syllaba δηι. Potest quoque huc referri υἷος. v. c. Ἕκτορ, υἱὲ Πριάμοιο. Singulare est quod in binis versibus se excipientibus I, 406. 408 ληϊστὴ priore syllaba modo producitur, modo corripitur. An in media voce η et ω ante vocalem in Homericis corripiantur, dum haec scribebam, non memineram. ζωὸς laudari nequit, est enim hoc scribendum ζώς. v. ad E, 887. Mirationem facit οἷος circumflexo notata, syllaba priore correpta tamen: οἶδ' ἀρετὴν οἷος ἐσσί N, 275. sic quoque Σ, 105. Od. H, 312. — Vt vero αι et οι ante consonam corripiatur, nullo pacto in Homericis effici vel admitti posse conuenit. v. ad I, 414.

Cum autem semel ad obseruationem prosodicam descenderim: liceat subiungere huius generis nonnullas alias, in disputatione de locis Homericis obuias; et, quandoquidem a Clarkio, viro docto et acuto, appositae sunt Obseruationes partim prosodicae partim etymologicae

aliquot vtiliſſimae per ſe, quas tamen ille ad nauſeam vsque ſexcenties inculcat et recoquit, ipſe tamen Homeri ſtudioſis inuidere nolim: reiiciam eas in ſummam collectas in hunc Excurſum, prosodicas vtique, ſeruatis ceteris alium in Excurſum; ſubiunctis tamen a me partim obſeruationibus aliis, partim rationibus forte probabilioribus e quibus obſeruationes iſtae peti, illuſtrari aut firmari poſſint.

Licentiae poeticae nomine vulgo ſcriptores prosodicos male vſos eſſe recte obſeruauit Clarke ad Jl. A, 20 vbi de lectione vitioſa: *παῖδα δέ μοι λύσατε* agebat, et ad B, 43 vbi *καλὸν* in Homero ſemper priore producta, in Atticis correpta occurrere notabat: vnde quoque argumentatur, Hymnum in Venerem Homeri non eſſe, nec epigrammata, Heſiodum autem Homero iuniorem eſſe, in quibus ſimilia occurrunt. Quae contra haec monenda ſunt, non huius ſunt loci; in Heſiodo ante omnia videndum eſt, quae ſint ſpuria et interpolata, antequam de carminis ſumma poſſit pronuntiari; ita verſus Theog. 911 manifeſto eſt mali commatis. Omnino autem *licentiae poeticae* notio eſt ſubtilius conſtituenda. Refertur vulgo ad eam, quodcunque a vocalium longarum et breuium vſu communi recedit; enimuero non licenter variari ac mutari poſſunt multa pronuntiatione, tono, geminatione, poſitione, qua fit vt breues vocales producantur, longae corripiantur. Eſt porro diuerſorum poetarum, diuerſarum aetatum ac diuerſorum generum vſus in nonnullis diuerſus, vt in lyricis, et dramaticis nonnulla ſunt diuerſa ab epicis. Inprimis multa ex dialectorum diverſitate profecta ſunt; alia inde ſeruata, dum alia exoleuerunt. Non itaque mirum, ſi Ionica et Attica memorari poſſunt diuerſam prosodiam ſequentia; ſunt talia quoque Dorica et Aeolica. Haec ac ſimilia ad licentiam poeticam male referri ſolere, in propatulo eſt. Ea autem, quae omni rationi grammaticae et prosodicae repugnant, non tam licentiae poeticae nomine ſunt tuenda, quam potius de corruptela eiusque emendatione eſt cogitandum.

Mihi vero ex iſta diuerſitate, quam modo memora. vi, longe alia praeceptio ſubnata eſt, multa in proſodicis pro diuerſis, abhorrentibus et inſolentibus habita a duplici forma antiqua eiusdem vocis nata eſſe.

Ea enim eſt ſermonis graeci poetici inuidenda felicitas, quod eiusdem verbi tam varias formas habuit antiquitas, e quibus modo haec modo illa in vſu communi permanſit, e reliquis vnum vel alterum tempus eſt ſervatum, quae tamen in poetis, inprimis in Homericis liberum vſum pro lubitu aut neceſſitate habuerant. Habet haec obſeruatio magnan vtilitatem ad expediendas difficultates proſodicas. Ita cum eiusdem verbi alia tempora correpta ſyllaba alia, producta recitari ſolent; reuocatur fere res ad aoriſtum II. et tempora a futuro ſecundo ducta. Profuit illa ſeu ratio ſeu commentum in multis; at in aliis haeret res: vt κρῖνω, κρῐνῶ bene; attamen a κρῖνω eſt κεκρῐται ductum λῡω, λῡσω, λῡσασθαι, λῡσατο. et tamen σῇ δὲ βίῃ λελῠται Jl. Θ, 103. τοῦ δ' αὖθι λῠθῃ E, 296 et alia. Dicitur ab ἵκω, ἷκετο eſſe imperfectum; ἵκετο aoriſtus II. At vero ſaepe occurrit ἵκετο, vbi imperfectum tempus prorſus alienum eſt: v. c. Σ, 63. 64 ἀλλ' εἶμ' ὄφρα ἴδοιμι — ὅττι μιν ἵκετο πένθος. ſic iterum vſ. 73 et in prima ſtatim rhapſodia vſ. 362 τέκνον, τί κλαίεις; τί δέ σε φρένας ἵκετο πένθος. Expedita in his eſt ratio, ſi ſtatuamus, duplex fuiſſe verbum alterum producta, alterum correpta priore ſyllaba; etſi hoc alterum ἰκέσθαι nunc ſcribimus. Inde etiam fit vt ἱκάνω duplici forma occurrat ἵκανω et ἴκανω. vt A, 431 ἐς Χρύσην ἵκανε et 254 ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει. cf. ad Σ, 369.

Ita ſtatuere quoque licet fuiſſe duas olim formas ἄνω et ἄνω. eſt enim ab hac altera forma ἀνύω. Sic Δ, 56 οὐκ ἀνύω φθονέουσα. At ἄνω aliquoties: K, 251 ἀλλ' ἴομεν, μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται. Od. B, 58. P, 537 πολλὰ κατάνεται. Occurrit tamen nec minus Σ, 473 καὶ ἔργον ἄνοιτο. vbi v. Obſſ. et ad K, 251. Verum perſequamur primo loco reliqua Clarkiana.

Ad A, 51 βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιείς, quae appoſuit de ſyllabis breuibus et longis, ſunt ea nunc inter vulgaria: neque nunc repetenda; inſpicienda tamen iis, quibus de elementis proſodicis aliunde haud conſtat.

Ad A, 67. et Z, 434 obſeruata non minus nunc ſunt inter vulgaria, vera tamen ac grauia: I. „quae, inquit, in α purum (alia vocali ante αω antecedente) deſinunt, vel in ραω, ea omnia, ni fallor, penultimam in futuro et aoriſto producunt: βοάω. γοάω. δράω. ἐάω, vnde βοᾱσω. δρᾱσω. εᾱσω. de quo et ſaepe dictum eſt contra Barnes, et longa nota ad Δ, 42. II. Contra futura ab αζω, αζομαι, breuem habent penultimam in ασω. Ita πελάζω, πελᾰσω. ἐργάζομαι, εργᾰσομαι· μεταφρᾰσομεσθα A, 140. Seruant eandem rationem verba in ιζω. ὁπλιζω. ὁπλῐσω. οζω, ἁρμόζω. ἁρμŏσω. III. Seruant proſodiam temporis thematici ea, quae inde ducta ſunt: ειᾱσα. ἠρπᾱσα. Ergo quoque ῑᾰομαι. ιᾱμα. ιᾱτρος. Contra εργᾰτις. In haec facile conſentiant omnes; at quoties de iis agitur, quae a poſitis his receduut: non vbique Clarkio accedere licet; in aliis meliores ſuppetunt rationes quam quas ipſe appoſuit.

Recte monetur, ſi occurrit v. c. αντιᾰσας, id non ab αντιαω duci poſſe, ſed ab αντιαζω. At „βαινω, βᾰσις, αμβᾰτος, defendit analogia“ ait; nec tamen addit, quaenam illa ſit. Scilicet manifeſtum ſit, plures fuiſſe aliquando formas βᾱω, vnde βῆμι. βῆσω. βῆμα, βᾶμα, et βᾰω, vnde (βανω) βαινω, βᾰσις, βᾰτος et reliqua. Ex hoc βᾰω eſt praeteritum βεβᾰα. quod male olim per ſyſtolen ducebant a βεβηκα. Etſi et hoc recte dixeris: ex βῶ ductum eſſe βέβα, et interpoſita vocali βεβᾰα. vt μεμᾰα a μω, μεμα. θνῶ. τέθνα, τεθνᾰα. Ita etiam nonnulla verba breuem vocalem inſertam recipiunt: εᾱω. εᾰαω. περᾱω. περᾰαω. μνᾰασθαι. εὐχετᾰασθαι. cf. ad Z, 268. Simile eſt Φαίνω, quod olim erat Φᾱω, Φᾰω, Φαινω, Φαεινω vti eſt φᾰος. Attamen etiam φᾱεα καλὰ legimus.

Si κεράσας et κεραccαμενος legitur: hoc non eſt a κεραννυμι ducendum; ſed ſtatuendum eſt, vt κεράω, ἄσω, κράω, κρᾶσω, vnde κρᾶτηρ, ακρᾶτος, ita quoque fuiſſe κεραζω, vnde κερασμα· ευκεραστος, tum κεραιω, κεραίνω, κεραννυω, κεραννυμι, κιρνω, κιρναω, κιρνημι, κιρνᾶμαι. κεραιρω Jl. I, 203 vbi v. Obſſ. et primitiuum κερω, Δ, 260.

Sunt alii modi, quibus poetae ſibi conſuluere, quoties reſiſteret metro ſyllaba longa: ſcilicet *prima* petierunt breuem a forma in μι. ſic εράται, ab ερημι, εράμαι, cum contra ſit εράω, εράει. εράται. πιλνάται, ex πιλνημι. cum contra ſit πιλνάω.

Alterum quod ſuccurrebat eſt, quod nonnullorum verborum duplex extitit forma altera in ᾶω, altera in ἄω. ſic περᾶω et περἄω. μᾶω, vnde μαιμᾶω, et μἄω, μῶ, vnde μεμἄα. Ait Clarke περἄσῃ eſſe a πιπρασκω (ſaltem dixiſſet a πρασκω) vnde πεπρᾶκα, πρᾶσω, πρᾶσῃ, περᾶσῃ. Longius hoc petitum, quam neceſſe erat. Atqui περἄω fuit, breui ſyllaba, eadem ſignificatione, vt ſit traiicio, vti Jl. Π, 367 οὐδὲ κατὰ μοῖραν περᾶον πόλιν, vnde ad emtionem venditionem traductum eſt, επέρασσε Φ, 40. 78. 102. et Od. Ξ, 297 κεῖθι δέ μ' ὡς περάσῃσι. Ergo περἄω, περᾶσω eſt formae eiusdem cum γελἄω, γελᾶσω. σπἄω, εσπᾶσα. σπασσαμενος.

Tertium eſt, vt vox disſyllaba, cuius prior producta eſt, mutetur in trisſyllabam priore correpta: Exemplum eſt Φῖλομαι vnde εΦῖλατο E, 61. 117 vbi v. Clarke. et altera forma Φῐλεω. vt Φῐλος. Rectius hoc ita efferemus: iam ab initio fuiſſe duas formas, Φῖλω et Φῐλεω. πειθω, πῐθεω, πιθῶ, επιθομην. Φαινω, εΦηνα, πεΦηνα et Φἄνῶ, εΦἄνον. Pari modo, quo τυπω, τυπτω. et τυπω, ετυπον. τετυπα. βρῖθω. βεβρῖθα, et alia forma βρῐθῶ, εβρῐθον.

Nam vt hoc *quarto* loco adiiciam, ſi ſemel hoc admiſeris, fuiſſe priſtina aetate plures eiusdem verbi formas, disſipabuntur plerumque nebulae, quas alio modo haud facile dispellas: nam quod Clarke ait ad B, 314 „praeterita alia ab aoriſto II. alia aliunde ducta eſſe“.

haud multum satisfacit morosiori. Quod nunc πρασσω, πρησσω est, fuisse aliquando πρᾶγω, πρηγω, vnde πρηξω (πρηγσω) πεπρᾶγω, πρῆξις, πρᾶξις, πρᾶγμα passim iam inter viros doctos conuenit; Iam ex hoc, vt supra Φῖλω Φίλεω, ductum est πρᾶγεω, πρᾶγῶ, επρᾶγον. Similiter se habent ea, de quibus Clarke disputat ad B, 67. κραζω, fuit quoque κρᾶγω. κρηγω. κεκρᾶγα. Et idem κρᾶγω, εκρᾶγον. Sic κλαζω, fuit quoque κλᾶγω, κληγω, κλᾶγω, εκλᾶγον. Nec aliter κρῖγω. τρῖγω. μῦκω et μῦκω μεμῦκα. Φρισσω, Φρῖκω, πεΦρῖκα, et Φρῖκω εΦρῖκον. Φραζω. Φρᾶδω, Φρᾶσω. Φρᾶδῶ, εΦρᾶδον. πεΦρᾶδα. Omnino plura praeterita perfecta in anomalis recensentur, quae supersunt ex antiquis formis: τετρηχει δ' αγορα, a τρηχω. ερρῖγα a ρῖγω, alia forma fuit ρῖγω et ρῖγεω, ερρῖγον. Clarke cum aliis verba huius generis a futuro ducit ad A, 51. n. 12. 314. 348. nulla iusta de caussa. Et quid? si ait: „κρῖνω. εκρῖνον. fut. secundum κρινῶ. vnde κρῖσις. κρῖτης. κρῖτος.“ An vero et κεκρῖμαι ductum est a futuro II? Immo vero fuere duae formae: κρῖνω et κρῖνω. κῦρω, κῦρω. μαρτῦρομαι et μαρτῦρω, μαρτῦρεω. Recordandum est, omnem vocalem longam continere duas breues, seu duas moras; et omnino longa vocalis nihil aliud est quam breuis eadem duplicata: κρῖνω, κριΐνω, contracte κρῖνω. Simili modo statuendum erit de ceteris.

Est genus verborum, in quo iudicium hoc inprimis locum habet; scilicet verba desinentia in ιω et υω, penultima modo breui, modo producta, modo, quod aiunt, ancipite. Si recte iudico, vtraque forma per se est breuis; eadem tamen quoque producitur vocali geminata; ιιω et υυω vel υιω. ita tamen vt vsus variet. Videamus primo de verbis in ιω.

Verba in ιω vtraque prosodia occurrunt sequentia: μηνῖω· vt A, 247 Ἀτρείδης δ' ἑτέρωθεν εμηνῖε. sic quoque 422. et al. et tamen B, 769 ὄφρ' Ἀχιλεὺς μηνῖεν. et vs. 772 κεῖτ' επιμηνῖσας Ἀγαμέμνονι. Fuit Φθῖω, Φθῖνω. et Φθῖω. Φθῖμι. Φθῖνω. Φθινῦθω. v. ad Σ, 446.

τῖω. τῖνω. et τἴω. τἴνω. Apud Atticos etiam φθἴνω et τἴνω priore breui. v. Obſſ. 258. Clarke ad B, 43 extr. Ex his diuerſis formis deducta tempora prosodia variare quis miretur! At alia modo parum ſunt frequentata, modo vna tantum forma, a κτιω, κτιζω fuit κτῖμι, vnde eſt ευκτῖμενος. αγακτῖμενος. et κτῖμενη τανύπεπλος. et κονῖω κονιζω, κονῖσω, quia a breui κονις, κονἴος. κονἴη ducta ſunt.

Verba in υω duplici forma in Homero obuia ſunt: λύω et λῦω· itaque diuerſa prosodia ſunt λῦσω. λελῦμαι. λῦθη. λῦθεις. (vt in noſtro libro P, 298. 318.) Similia de θυω, ρυω, notat Etymologus in θύω. ρῦω, fluo, eſt Od. Γ, 455 τῆς δ' ὅταν ἐκ μέλαν αἷμα ρῦῃ. et notum αμφιρῦτος. Notione diuerſa ſunt ρῦω, tueor, ſeruo, et ερῦω traho: de quibus v. Excurſ. IV ad A. μύω et μῦω. Ω, 637 οὐ γάρ πω μῦσαν ὄσσε et vſ. 420 σὺν δ' ἕλκεα πάντα μεμῦκεν. — ημύω et ημῦω: B, 148 ἐπί τ' ημῦει ἀσταχύεσσι et 373 τῷ κε τάχ' ημῦσει πόλις. — αλύω et αλῦω. ἦ αλῦεις; at αλῦων J, 398. — ὕω, pluo ὕω et ῦω. ὗε δ' ἄρα Ζεύς. et al. et ῦετος M, 133. at ab ὕω, αφύω, αφυσσω. et ipſum ὕδωρ. ποιπνύω et ποιπνῦω. Jl. A, 600 et et Σ, 421. ερητύω et ερητῦω· v. c. B, 75 et 97.

Sunt tamen nonnulla, quae vna tantum forma leguntur in Homericis, vt ανύω. Contra ειλῦω vbique productum occurrit; ſi tamen ειλύφοων recte ſe habet, etiam ειλύω eſſe debuit. de quo v. ad Λ, 156. M, 286. Interdum ſyllaba υω etiam pronuntiatur υνω. ιθύω. et ιθῦω, ιθῦνω. vt Λ, 551. P, 661 ιθῦει, ἀλλ' οὔτι πρήσσει. de leone. M, 443 ἴθῦσαν δ' ἐπὶ τεῖχος et al. Σ, 175 Τρῶες ἐπιθύουσι. et βέλος δ' ιθῦνεν 'Αθήνη. θῦω. θῦνω, ruo, μαίνομαι. vnde Θύαδες Θῦωνη. A, 342 ὀλοῇσι φρεσὶ θῦει. E, 96 θῦνοντ' ἀν πεδίον. et θύω. θύω ſacrifico, vt Od. O, 222 θῦε δ' 'Αθήνῃ et vſ. 260 ἐπεί σε θύοντα κιχάνω — λίσσομ' ὑπὲρ θυέων. — ξύω, ξῦνω. vt γῆρας ἀποξῦσας I, 446. At exemplum τοῦ ξῦω non occurrit; eſt pro eo ξεω. vt nec τοῦ χύω, vnde κεχῦμαι, ſunt aliae formae, χεω. χευω. vt ἔσσυμαι, non συω, ſed σεύω. σείω. At ἱδρῦω pariter cum ἱδρύω. ἱδρῦνω. Sic ἵδρυε B,

191 καὶ ἄλλους ἴδρυε λαούς. et Ω, 142 ἱδρῦσε λαὸν et Γ, 78 ἱδρυνθη τε λαός.

Saepius verba in υω etiam variant forma in υμι· κλῦω et κλῦμι· vnde apparet, fuiſſe quoque κλῦω. Nunc occurrunt tantum: μαλα δ' εκλῦον αὐτοῦ. et κλῦθι μου. κλῦτε, Φιλοι. et κεκλῦθι. κεκλῦτε. — δύω, δῦνω. δῦμι. vt in illis: ἀρήϊα τεύχεα δύω. Et tamen O, 345 δύοντο Φέβοντο τε. et Od. X, 114 τὼ δμῶε δύεσθην. πνύω. πνῦμι. vt in πεπνῦμενος. πεπνῦσαι τε νόον. αμπνῦτο. et tamen X, 222 αμπνυε, ergo πνύω. Sunt alia, ex quibus non niſi vna forma in Homericis occurrit: ορνύω. ορνῦμι. ῥηγνύω. ῥηγνῦμι. (nam P, 751 σθένεϊ ῥηγνῦσι ῥέοντες eſt ex ῥηγνύασι.) Interdum tantum forma in μι. εννῦμι, αγνῦμι. nusquam αγνυω. αρνῦμαι. αχνῦμαι. ζωννῦμαι. K, 78 ζωννῦθ' ὅτ' ἐς πόλεμον. εἰλύω, ειλῦμι. etſi et hoc ad vnam formam υω reuocari poteſt in ειλῦτο, ſi fuit pro ειλυετο. Contra ειλῦαται locum non habet: v. ad M, 286. Alia omnino non occurrunt, etſi ſerius frequentata μιγνῦμι, cum tamen occurrant μιγω, μισγω, μιγῶ. μιγημεναι. τανύω, τανῦμι, vt hoc ipſo libro P, 393 τανῦται δέ τε πᾶσα διὰ πρό. ολλύω. (ολλῦσαι Θ, 449) et tamen ολλῦμι. ολλυμενων ἀνδρῶν. δαινῦμι. ἥμεθα δαινύμενοι. et tamen I, 70 δαινῦ δαῖτα γέρουσιν. Γ, 309 δαινῦ τάφον Ἀργείοισιν.

In his omnibus videor mihi duplicem formam agnoſcere diuerſa proſodia: cum ύω natura eſſet breuis, produceretur tamen mora geminata: quod etiam in nonnullis ipſa ſcriptura arguit: vt οπυιειν. ſicque veteres ſcripſiſſe αλυιειν pro αλυειν, obſeruat Euſtath. ad Od. I, 398. Rich Payne Knight acute coniectabat in his ſyllabam breuem productam eſſe interpoſito digammo: λυω, λυϝω. κλυω, κλυϝω. δακρυον, δακρυϝω.

Foenerantur tandem ex his lucem aliquam verba in υμι. Clarke ad Γ, 260 ἵππους ζευγνύμεναι obſeruat: „qua analogia fit δίδωμι, δίδως, δίδωσι, δίδομεν, δίδομαι, δίδου, διδόναι, δόμεναι; eadem fit ζευγῦμι. ζευγνῦς. ζευγνῦσι. ζευγνῦμεν. ζευγνῦμαι. ζευγνῦ. ζευγνῦναι. ζευγνῦμεναι. et ſimilia in verbis iſtius formae omnibus; neque in his

licentiae locus eſt vllus.“ In nota ad I, 70 addit exempla e tragicis. Recte haec obſeruata; cauſſam vero grammaticam parum ita perſpicies. Porro res ne quidem ſic eſt expedita; nam eadem forma duplici prosodia occurrit: ἵππους ζευγνύμεναι Γ, 260 et al. at Π, 145 θοῶς ζευγνῦμεν' ἄνωγε. Poſſis putare, fuiſſe duas formas ζευγνῦμι et ζευγνύω. non enim reliqua his reſpondent. Praeſtat ergo dicere fuiſſe duas formas: ζευγνύω, ζευγνῦμι. et ζευγνῦω, ζευγνῦμι. hoc quidem ex ζευγνυιω, ζευγνυιμι, et ducta ex his eſſe ea quae in poetis occurrunt, modo hoc ex vna, modo illud ex altera forma. Omnino enim verba in μι duplicis formae fuere: δοω. δομι et δοομι, δῶμι. quod docent tempora. θεμι, θεεμι, θημι, τιθημι. ergo et διδόαμεν,, διδῶμεν, ſicque ζευγνύιμεν, ζευγνῦμεν. et ſic porro. Conueniunt alia: ομνύω. ομνῦμι. (vt Ξ, 278 ωμνυε δ' ὡς ἐκέλευε et Ψ, 585 ομνῦθι μή μιν ἑκών.) At ομνῦμι a tragicis frequentatur, vt ομνῦμι γαῖαν λαμπρὸν ἡλίου τε φῶς Eurip. Med. 752.

Ab eodem principio puto cauſſas repeti poſſe, cur verbi ἵημι et ex eo compoſitorum, μεθίημι inprimis et ξυνίημι, tum et ἀνίημι, ἀφίημι, ἐνίημι, ἐφίημι, καθίημι, προίημι, tam varius et incertus vſus ſyllabae ι reperiatur. Trepidaui et ipſe in his vocibus, vt μεθιεῖς et μεθίεις vel μεθίῃς Z, 523. K, 121 N, 118. add. 234. O, 716. et ξύνιον A, 273. ad quae loca v. Obſſ. Expenſis his diu multumque, nullam video meliorem eſſe expediendi viam, quam hoc ipſo poſito, adhiberi tempora a diuerſis formis; fuiſſe enim ἴω et ἵημι, et ἴεω, ἵημι. Ita vidi ſingula facile ad ſuas rationes reuocari, ſi modo longa, modo breuis ſyllaba ι adhibetur. Ita: μεθῖετε Δ, 234. M, 409. N, 116. μεθῖεμεν' Δ, 351. N, 114. μεθῖεμεν Ξ, 364. Et tamen μεθῖῃς Od. Δ, 372. ὅςτις — μεθῖῃσι μάχεσθαι Jl. N, 234. μεθῖεντας Δ, 240. μεθῖεν pro μεθίεσαν Od. Φ, 377 et alia. A μεθῖεω, μεθῖῶ, ducta ſunt Z, 523 ἀλλὰ ἑκὼν μεθιεῖς τε. K, 121 πολλάκι γὰρ μεθιεῖ. Sicque reliqua. Nec vidi, quod repugnet his a me poſitis, quam quod imperfecta in ῖει occurrunt quae eſſe

debebant ἴει, quippe ab ἴεω ducenda, aut eſſe debebant ἵῃ ab ἵημι. Sic O, 716 ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει. Π, 762. Φ, 72 niſi dixeris, praeſens a μεθίω, μεθίει, eſſe in re praeterita poſitum. Apponam reliqua, quae in ordinem cogi recuſant; ανίει O, 24. εν — ίει Π, 152. ἵει Γ, 221. In his equidem malim ſcriptum eſſe ἵῃ, ab ἵημι, ἵην, ἵης, ἵῃ. Pro his ſunt innumera alia, in quibus obſeruatio bene conuenit, etiam in imperfectis: A, 25 ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε. A, 326 ὡς εἰπὼν, προΐει. (a προΐεον) 336 ὃς σφῶϊ προΐει. Γ, 118 αὐτὰρ ὁ Ταλθύβιον προΐει. et — προΐει δολιχόσκιον ἔγχος, vt ſaepe ſic προΐει in imperfecto. Itaque B, 752, vbi eſt praeſens: ὅς ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίῤῥοον ὕδωρ, video nunc ſcribendum eſſe προιεῖ ab ἵεω. Porro προΐεις Od. Ω, 332. (Recte tamen ſe quoque habet προΐην Od. J, 88. K, 100. M, 9.) Et ipſum primitivum ἵει ab ἵεω. A, 479 τοῖσιν δ' ἴκμενον οὖρον ἵει. et ſic Δ, 397. M, 25. N, 650. X, 316. Contra recte quoque ex ἵημι, eſt M, 33 ᾗπερ πρόςθεν ἵεν καλλίῤῥοον ὕδωρ, pro ἵεσαν.

Inter haec manent intacta iſta: quod ab εἶμι, (ex ἴμι) vado, omnia ducta ſunt breui ſyllaba, ἴον. ἴες. ἴε. ἴειην. ἴμεναι. vnum eſt ἴομεν, Φ, 438 accentus vi in trinis breuibus. ἵημι autem, cupio, eſt ϝιημι. ϝιεμενος et ſic porro.

A pronuntiatione petenda eſt praeceptio de ſyllabis compoſitis, quae tamen corripi videntur: Ad B, 537 πολυστάφυλόν θ' Ἱστίαιαν. bene monet Clarke: ſyllabam natura breuem ſequentibus duabus conſonis, a quibus ſyllaba incipit, corripi tamen poſſe; eſſe enim diuidendum: ρῠ — θμος. κᾰ — πνος. τĕ — κνον. In poemate tamen epico, in quo oratio grandis et ſublimis eſſe debet, et a ſermone vulgari quam maxime differre, huiusmodi ſyllabas multo rarius occurrere. Scilicet in pronuntiatione ſermonis et dialogi vitae communis aut ad eius vſum adumbrati, aurium offenſio obſcuratur; non aeque in pronuntiatione modulata ac numeroſa. Recte

haec monita ſunt, et diſertius expoſita a Dawes, Burgeſs et aliis; liberrimi vſus in Comicis, at variis disputationibus iactata in Tragicis a recentioribus Criticis. In Homero tamen, non dicendum erat, rarius ea occurrere, ſed *omnino non* reperiri; emendanda eſſe talia, ſi libris inſideant. Nusquam καπνὸς, et τέκνον priore breui reperiuntur; nec magis ſyllaba breuis ante στ. στρ. σκ. σμ. adde σπ. σφ. σχ. quod in tragicis quoque ita ſe habere aſſeruit Brunck. ad Sophocl. Aj. 1077. Contraria memorantur Σκάμανδρος, quod pronuntiatum, forte et ſcriptum fuiſſe videtur Κάμανδρος, (v. ad B, 465) Αἰγύπτιος I, 382 et aliquoties in Odyſſea. Potuit tamen nec minus haud vna tantum ratio ac via in his inita eſſe; ita Ἱστίαια trinis ſyllabis pronuntiari, ι in Iod mutato aut pronuntiando potuit σ tolli, vt in Σκαμανδρος et ſimilibus. Ita quoque Αἰγυπτίας I, 382 pronuntiari potuit Αἰγυπτιας et Αἰγυπίας vel Αἰγυτίας.

In Homericis vnum ex hoc genere eſt, quod difficultatem certi aliquid ſtatuendi habet, voc. ἀνδρότης. Ter occurrit — λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην Π, 857 vbi v. Obſſ. Volunt viri docti ουσ' ανδρο efficere dactylum. Quod ſi ἀδροτῆτα non admittitur, malim ſaltem dicere pronuntiando ν vel δ eiectum fuiſſe: vt in noſtris recentibus linguis multae litterae ſcribuntur, nec pronuntiantur. In alio exemplo Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ expedita eſt ratio, pronuntiatum eſſe Ἐνυαλίῳ 'νδρειφόντῃ v. ad B, 651. quod et a Knightio probatum vidi p. 31. Idem docte obſeruauit ante κν. πν. τμ. in Homero ſemper produci vocalem breuem; itaque ὦλκα τέμνει non eſt Homericum, ſed τέμει, Jl. N, 707. Porro ante duplices ζ, ξ, ψ, (ex δσ. κσ. et γσ. πσ.) produci vocalem; Corripi tamen, ſi per ſe pronuntietur, B, 824 οἱ δὲ Ζέλειαν. et Δ, 103. vbi v. Obſſ. Pronuntiandum erat idem de omni vocali, quae conſonas duplices antecedit; ſic ante βλ. βρ. πλ. πρ. δρ. δμ. et ſic porro: v. c. ἔβλαψας μ' Ἑκάεργε. Enotabunt exempla contraria, in quibus ſyllaba, quae duas conſonas antecedit, corripitur. Mihi occurre-

bat tantum τρ. πρ. τοῖς δὲ τριήκοντα. aut οὐδ' ὅγε πρὶν A, 97. et Μοῖρα κραταιή.

A dialectorum diuerſitate peti poſſunt alia, atque ideo recte obſeruatur, Ionica differre ab Atticis, vt in quarto caſu in εα et ηα; quod facile concedam, dummodo malis dicere, antiquas fuiſſe duas formas, quarum altera in vſu Ionum, altera in Atticorum vſu eſt ſeruata: Πηλῆα, Ἀχιλλῆα Ionica ſunt, Attica vero Πηλέα, Ἀχιλλέα. Quaerit Clarke ad A. 265. ſitne ibi Θησέα pro Homerico habendum. Nec tamen res eo loco expediri ſatis poteſt, vt nec T, 229 νηλέα θυμὸν ἔχοντες et A, 45 ἀμφιρεφέα τε φαρέτρην. Probabilius fit, Atticam rationem eſſe ab Homericis alienam et eſſe habenda pro Homericis Θησέα vti O, 202 eſt ἀπηνέα. Leue, notabile tamen eſt, cum Ἀχιλεὺς, Ἀχιλεῦ, frequentetur, caſus alios non reperiri, praeterquam Ἀχιλλεῖ Jl. Ψ, 793. nusquam Ἀχιλλέα.

De vi pronuntiationis et toni inde a Clarkii tempore multa disputata ſunt a viris doctis, primo Daweſio et Burgeſs, tum a Payne Knight, et ab aliis ad Tragicos et Comicos, nunc et ad Lyricos; quorum tamen pleraque, etſi docte et acute pronuntiata, ad Homerum haud ſpectant. In hoc multo magis obuia res eſt, *vocales breues produci*, quam longas corripi;

Vulgatiſſimum eſt *vocalem breuem produci conſona ſequente geminata:* id quod per poetas poſt Homerum multo magis increbuit; etiam a poetis Latinis frequentatum; neque id mirum fieri, tono, caeſura et pronuntiatione adiuuante, quandoquidem hac ſola vocales breues producuntur. Sunt in his voces quoque, quarum ſyllabae frequentius geminata conſona producuntur, quam breuibus nudis adhibentur, vt, λίσσομαι pro λίσομαι· κνίσση pro κνίση. Mirum in his cum Ἀχιλεὺς Ὀδυσεὺς, primitus fuerit, atque inde demum ductum Ἀχιλλεὺς, non inuerſe, obtinuiſſe in vulgari ſcriptione Ἀχιλλεὺς, Ὀδυσσεὺς, *Achilles* non, *Achiles*.

Eſt porro mira inconſtantia in litteris his per ſcripturam geminandis, in codicibus ſcriptis et prelo excuſis, cum in eadem pagina modo hoc mòdo alterum ſequamur. Antiquiores pronuntiatione, non ſcriptione, litteras geminaſſe, mihi ſatis liquere videtur idque ſaepe pro explorato poſui; Vetuſtiores vtique non ſcripſere A, 344 ὅππως οἱ ſed ὅπως, et pronuntiarunt ὅππως. ſerius inualuit mos ſcribendo quoque conſonas geminare; at enim receptum id eſt primo in paucis, ab alio in aliis, et ſic porro: codices, nec modo ſequiores, ſed ipſi antiquiores, ſine iudicio certo, variant in ſingulis et omnibus, et perperam iactatur in his antiquorum codicum auctoritas. Innumeris exemplis hoc mihi conſtitit, etiam in Ariſtarcheis ac ſimilibus. Editores autem modo hoc retinuere, modo aliud reiecerunt, modo nouarunt; neque video, quomodo certi aliquid in vllo ſcriptore haberi poſſit, niſi quis paullo audacior omnia ad vnam normam nouauerit. Neque ego ſeueriora ſatis ſequutus ſum in Jliade; inprimis cum viderem, nimis multa alia ſeruanda eſſe in ſcriptura, quae Homerica vtique non ſunt, ne antiquiora quidem; neque volebam malam ſedulitatem adhibere in minutiis his, cum nimis multas alias, pro inſtituti ratione, mihi memorandas eſſe viderem. Sunt in iſtis nonnulla mira religione adſeruata: cum ὅππως, ἔμμεναι, ἔδδεισεν, omnes ſcribant, nemo tamen audet ſcribere Ἀππόλλωνι, Ἀππόλλωνα, quod toties factu opus erat. Ἆρες Ἄρες, E, 31 apparet fuiſſe Ἀρης natura breue, pronuntiando longum; neque tamen ſcriptum Ἀρρης. Ita ἄλλοφος K, 258 ſcribere non audemus, at ἄλληκτον πολεμίζειν vbique; B, 452 et alibi.

Producitur vocalis breuis etiam in ſyllabis quae tonum non habent, ſequentibus conſonis, nec modo binis, quam poſitionem vocamus, verum etiam ſingulis conſonis, inprimis λ, μ, ν, ρ, geminandis tamen pronuntiando, v. c. πολλὰ λισσομένῳ E, 358 pronuntiatum fuit haud dubie πολλαλλισσομενῳ. et huius generis ſunt multa; nemo tamen in his geminare conſonam audet; quod

tamen fieri folet in verbis compofitis, ἀπολλῆξας. μεταλλῆξαι. ἀποῤῥῆξαι.

Reuocaui ad hoc genus notum illud ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε, vt pronuntiatum fit ὡς ὅτταυθ'. v. A, 193. O, 539 ἕως ὁ τῷ πολέμιζε. ὡς ὅττω v. Obf. Od. H, 280 νῆχον πάλιν ἕως ἐπῆλθον pronuntiatum ὡς επτηλθον, nifi fuit ὡς ἄρ' ἐπῆλθον, vt Ξ, 457 νὺξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακή. fic et Od. I, 233. Mirum autem in his ἕως effe feruatum toties, cum in aliis eodem loco fit ὡς. ἤϊα de viatico et de palea mediam modo productam habet modo correptam. Clarke ad Od. B, 289 ὅπλισσον δ' ἤϊα, καὶ ἄγγεσιν ἄρσον ἅπαντα. mediam natura effe longam ait, reprehenfo Barnes, qui anapaeftum effe aiebat; Iam hoc quidem vt recte factum arbitror, prorfus enim anapaeftos ex heroico verfu profcribendos effe cenfeo; at alterum, quod fatetur, corripi quoque eandem mediam, non video, quomodo fieri poffit cum ratione. Inuerfo modo bene intelligo, fieri poffe, vt breuis producatur, tono aut alia cauffa; ftatuo itaque ἤϊα mediam natura habere breuem. Nata vox ἀπὸ τοῦ ἰέναι. Od. Δ, 363 καί νύ κεν ἤϊα πάντα κατέφθιτο καὶ μένε' ἀνδρῶν. item Od. M, 329. Loca vero, in quibus producta eft media, laborare fufpicor vitio, cum ηΐα disfyllabum fit, vti eft Od. I, 212 — ἀσκὸν μέγαν ἠδὲ καὶ ηΐα. Sic E, 266 et ηΐων θημῶνα E, 368. forte Jl. N, 103 θώων, πορδαλίων τε λύκων τ' ἤϊα πέλονται, excidit particula interpofita, cum effet v. c. λύκων τε τάχ' ηΐα πέλονται. et Od. B, 289. vbi legitur ὅπλισσον δ' ἤϊα, fuit ὅπλισσον δέ τοι ηΐα· vel ὅπλισσόν τ' ὦκ' ηΐα. Sic H, 417 ἀλλ' ὡπλίζοντο μάλ' ὦκα Od. Ω, 494 ἀλλ' ὁπλιζώμεθα θᾶσσον. Od. B, 410 δεῦτε, φίλοι, ἤϊα φερώμεθα, probabile eft fuiffe καὶ ηΐα φερώμεθα, vti Jl. N, 481 δεῦτε φίλοι, καὶ μ' οἴῳ ἀμύνετε. Praeftare fane horum nihil poffum; fpeciofa modo fequimur.

Confidere his licet tanto minus, quoniam nondum expeditum habeo, quatenus in media voce vocalis modo produci modo corripi poffit, etiam *ante vocalem*. In

aliis enim verbis constanter video moram seruari; in aliis variari. Sic ἄω *spiro*, vel ἀέω. putes natura breuem esse priorem; et est altera forma ἄημι, quae vbique priore correpta occurrit: ἄῃ. M, 325 ἀλληκτος ἄῃ νότος. Jl. I, 5 τώ δὲ Θρῄκηθεν ἄητον. E, 526 ἄεντες. Od. E, 478 τοὺς μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνέμων διάει μένος ὑγρὸν ἀέντων. Et ductum hinc ἀήτης, vtique priore correpta. Est quoque ἄεσαν Od. O, 40 ἔνθα δὲ νύκτ' ἀέσαι et 188 ἔνθα δὲ νύκτ' ἄεσαν. At Od. Π, 367 οὔποτ' ἐπ' ἠπείρου νύκτ' ἄσαμεν potest quidem hoc videri contractum ex ἀέσαμεν. Attamen nec minus ἄεσαν occurrit, vt Od. Γ, 151 νύκτα μὲν ἀέσαμεν. Od. T, 342 ἄεσα καί τ' ἀνέμεινα. hic tono productam syllabam dicendum est; nisi mecum (Obss. ad O, 252 p. 50.) statuas, in his olim digammum interpositum fuisse αϝεσα. Ductum hinc ἀΐω *spiro*, *efflo*, semel tantum occurrit Jl. O, 252 ἐπεὶ φίλον ἄϊον ἦτορ. vbi vid. Obss. Et tamen ex eadem stirpe Π, 468 θυμὸν ἄϊσθων. Necesse tamen est ab hoc ἄω, *spiro*, etiam formam fuisse αὔω vel ἀΰω, quandoquidem ductum hinc est ἀϋτμή, spiritus. v. c. K, 89 εἰσόκ' ἀϋτμὴ ἐν στήθεσσι μένῃ. At ἀΰω, *clamo*, sequitur communem vsum, vt sit ἀΰω, vt saepe ἄΰσας. ἤΰσε. ἀΰτη.

Est similis vox ἀΐω audio: prima breui frequentatissimum; οὐκ ἀΐεις; K, 160. O, 248 et al. sicque ἄϊε Λ, 463 ἄϊον. ἀΐοντες et al. Attamen K, 532 Νέστωρ δὲ πρῶτος κτύπον ἄϊε φώνησέν τε, sic quoque Φ, 388. An et hoc αϝιε? cf. Obss. ad O, 252.

Sunt aliae Clarkii obseruationes prosodicae, partim nunc satis notae ac vulgares, partim ad loca singularia spectantes. Ad prius genus referas, quod contrahuntur duae vocales breues, vocalis breuis cum longa; ad B, 811. προπάροιθε πόλεος vel πόλεως, binis syllabis; non bene tamen memoratur quoque πόλιος. et χρύσεος, quod saepissime dissyllabum legitur; σκήπτρου ὑπὸ χρυσεου pro χρυσοῦ. Ad alterum notae ad E, 487. λίνου ἁλόντε de ὕλῃ ad E, 708 de κκρὸς αἴσῃ I, 378. vbi dicta de his v. in Obss.

Vti multorum quae ad prosodiam Graecam ſpectant, rationem reddere licet, ſic ſatis idoneam: ita reſtant alia. de quorum cauſſis tantum ariolamur. Tribus breuibus ſe excipientibus primam produci, iam veterum monitis conſtat: v. Euſtath. p. 556. At ſi legimus: διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε et ſic alia: incerta res manet; v. Obſſ. ad Γ, 357. Mihi probabile ſit excidiſſe in his ἄρ, et διὰ vna ſyllaba eſſe pronuntiatum, quod analogiae in aliis conuenit: διὰ μὲν ἄρ' ἀσπίδος. An ἀνέρες, ἱερὸς et ſimilia cum Euſtathio recte eodem referantur, videndum eſt; licet tamen ſuſpicari, ανννηρ et αννερες, ανρες, ανδρες, pronuntiando variatum eſſe. ὕδωρ primam habere breuem et longam dicitur; dicere malim primam eſſe non niſi breuem ὑδώρ ab ὕω, ſed geminata littera factum ὕδδωρ. etſi ſcriptura non in vſum venit. Qua vero analogia πῦρ faciat πῦρος, haud dixerim; niſi ab initio fuit forma vocis duplex πῦρ et πῠρ, e qua manſere caſus obliqui in vſu. ορνῖς vltimam habet breuem; v. c. Μ, 218. Ω, 219. et tamen eſt ορνῖθος, vt credas fuiſſe ορνιθς.

Suauiſſime affici aures lenitate mira dictionis Ionicae etiam indoctiorem ſentire neceſſe eſt, et quantum ei ſtuduerit poeta, ſi exemplum commemorandum eſt, vel ex ſupra obſeruatis apparet, breues vocales ante duplices conſonas vbique produci. Occurrunt tamen paſſim verſus, qui aurium noſtrarum iudicium offendunt: vt Α, 29 πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισι. 407 τῶν νῦν μιν μνήσασα. Ε, 500 ζωὸν γόον Ἕκτορα. Et ſic ſaepe inprimis in monoſyllabis cumulandis.

EXCVRSVS II

Obſeruationes nonnullae grammaticae ad Homerica.

P, 706 αὐτὸς δ' αὖτ' ἐπὶ Πατρόκλῳ ἥρωϊ βεβήκει, στῆ δὲ παρ' Αἰάντεσσι κιὼν, εἶθαρ τε προσηύδα.

Cum paullo ante Excurſum impenderim colligendis obſeruationibus prosodicis ſparſim a Clarkio allatis, ſubiectis inde aliis: non pigebit, alio Excurſu complecti obſeruationes nonnullas grammaticas, quas ille pro more ſuo ſexcenties iterauit; ſubiunctoque iudicio de iis meo ſubnectam quaedam alia eius generis obſeruata. Si enim haec per digreſſionem in loco ſeparato afferuntur, poſſunt ea praeteriri facile ab iis, qui haec aut non curant, aut faſtidiunt.

Laudatiſſima Clarkii obſeruatio eſt ea, quam ad Jl. A, 37 ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας appoſuit de temporum vera natura et diuiſione; eſſe enim omnis verbi tempora tempus *praeteritum, praeſens* et *futurum*, vnumquodque iterum rei *imperfectae* et rei *perfectae;* ita v. c. abibat, abierat. abit, abiit. abibit, abierit. praeſtabat graeca addere: ἀπέβαινε, ἀποβεβήκει. ἀποβαίνει, ἀποβέβηκε et ἀπέβη. ἀποβήσει, ἀποβήσειεν ἄν. poſtremum neſcio an vſus probauerit. Res per ſe nunc eſt vulgata, impugnata ea ab illuſtri Monboddo, defenſa ab aliis etiam a viro acutiſſimo R. Payne Knight. Scilicet, logice recte ſe habet obſeruatio; non vero vſu vulgari vbique probata.

Subtilius ſi rem exſequaris, quoduis tempus momenta habet plura; at ſingula non poſſunt ſermone diſtingui, nec vt diſtinguantur neceſſe eſt; ſufficit tria eſſe omnino momenta, praeteritum, praeſens et futurum; haec plerumque pinguius ponuntur; Interdum tamen res ita ferre poteſt, vt in praeterito, praeſenti et futuro ite-

rum diſcernantur duo momenta, rei iam abſolutae ac perfectae, et actionis adhuc durantis. Haec vniuerſe pronuntiata bene ſe habent, poſſunt etiam exemplis verborum declarari, vt ipſe propoſuit: *abierat, abibat; abiit, abit; abierit, abibit.* Enimuero ipſo loquendi vſu tum linguarum more et ſermonis indole in multis ſubtilitas iſta logica non obſeruatur; omnino tempus praeteritum adhibetur promiſcue, modo imperfectum, modo perfectum; praeterea eadem ſententia et enuntiatio non vno modo pot. eſt cogitatione concipi, et poteſt actio aliqua non vno modo recte enarrari, diuerſis temporis momentis enuntiata: poteſt in tempus iam praeteritum reiici, modo tanquam finita modo tanquam durante actione, modo tanquam praeſens res geratur; facit ea ipſa res ad faſtidium tollendum, variata oratione. Licebit itaque ſaepe eandem propoſitionem diuerſis temporibus enuntiare. Interdum altera ratio alteri ſermoni eſt accommodatior et vſu magis frequentata. Quod ipſe laudat e Sophocle: *ὃς μετὰ ζώντων ὅτ᾽ ἦν, ἤκου᾽ ἄριστα,* recte poterit latine reddi: *quamdiu vixit, bona fama floruit;* etſi graeca variata ſunt: *quamdiu viuebat, bona fama vtebatur.*

At ſunt multa alia loca, in quibus temporum ratio maiore ſubtilitate indiget, vt eorum ſe excipientium ſequela et ordo ipſis rebus reſpondeat; vt, quae anteceſſerint et abſoluta ſint, alio tempore enuntientur, quam ſubſequentia vel durantia et imperfecta; ducuntur hinc praecepta de conſequutione temporum.

Secundum haec, quae vnicuique, qui animum ad haec adverterit, facile occurrent, poetae non tam licenter agunt, quam, modo metri rationibus, modo auribus, modo variandae orationi, conſulant, cum tempora mutant, modo vulgarius, modo exquiſitius vſurpent, et eadem vi adhibent diuerſa: ita *ἀμφιβέβηκας* et *ἀμφιβαίνεις* eodem loco ſunt habenda, et latine recte redduntur: tueris, *τίπτ᾽ αὖτε εἰλήλουθας;* recte haberi poteſt idem ac ſi diceres *ἔρχῃ, ἦλθες,* pro diuerſo cogitandi modo; etſi hoc proprie, ſi grammaticam vim reſpexeris, ſit, *veniſti-*

actione veniendi perfecta. Subtilitas itaque logica potius ad ſenſum cogitantis, quam ad ſermonis rationem multum vtilitatis habet.

Pendent inde fere ea, quae de *aoriſtis* memorari ſolent, denotare eos tempus praeteritum qualecunque indefinite; ita γέγραφα ſcribendi actu finito iam ac ceſſante, at ἔγραψα, quando nulla certa temporis notatione ſcripſiſſe me ſignifico. Recte haec dicta per ſe. At in ſententiarum poſitu et iunctura. nolim otium conſumi in expedienda ſubtiliter ſenſus vi ſimili ac discrimine. Vſu loquendi pleraque confunduntur, interdum quoque mutantur: τέθνηκεν et ἔθανεν occurrunt eodem in loco, eadem vi: mortuus eſt; ſeruatur propria vis in ἔθνησκε, moriebatur. Et ſic in aliis. ἐληλυθὼς, quando aduenit, ſeu, poſtquam aduenerat, ἐλθὼν, cum veneris: At eſſet argutantis ſtudium, qui discernere hoc vellet in hoc: προςελθὼν δὲ πρὸς αὐτὸν, εἶπε ταῦτα. Concidunt haec multo magis, in aoriſtis ſecundis, ſi verum eſt, quod equidem verum eſſe arbitror, aoriſtos hos nihil aliud eſſe, quam tempora praeteriti imperfecti verborum, quae olim vſu habita ſunt, poſt haec vſu exciderunt, ſeruato tantum imperfecto et iis quae inde ducta ſunt; ita probabile ſit olim frequentata eſſe κτάνω et κτανέω. θάνω et θανέω. vnde ſupereſt ἔκτανον, ἔθανον. ἤλυθον ab ἐλύθω, quod et ἐλεύθω. Ita ſolo vſu accepere ea notionem illam ἀοριστικήν. Ad tales argutias ſaepe nos reuocant Clarkianae notulae. Recte monitum per ſe: βέβηκα et βέβαα eſſe, diſceſſit, abiit, exiit, et βεβήκει, diſceſſerat. Nec tamen negari poteſt, multis locis ea ita poni, vt de accurata temporum notatione quaeri omnino non poſſit, permutarique inter ſe eadem verba et per ἔβη aut reddi aut reddi poſſe: vt A, 221 ἡ δ' Οὔλυμπόνδε βεβήκει, quid ni recte ἔβη dixeris? Δ, 492 τοῦ μὲν ἅμαρτ', ὁ δὲ Λεῦκον βεβλήκει — ἤριπε. quid deſideres, ſi ἔβαλε dixiſſet? Vno eodemque loco E, 587 ὅγε ἔκπεσεν — εἱστήκει, τύχε, βάλον. poterat quoque locum habere ἔστη. Nec video, quidni ἕστηκε et ipſum grammatice dictum eſſet: ſtetit

enim per aliquod tempus. Licet argutias facere in Z, 313 Ἕκτωρ δὲ πρὸς δώματ' Ἀλεξάνδροιο βεβήκει — ἔνθ' Ἕκτωρ εἰσῆλθε vſ. 318. quis tamen neget aeque bene dictum fuiſſe ἔβη? ſequuntur: εὗρε, ἧστο, κέλευε, νείκεσσεν, et interpoſita ſunt imperfecta ἔχε, λάμπετο, θέε, tam variis modis licuit tempus reddere, nulla ſubtilitatis logicae ratione habita. Jl. Π, 855 ὣς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος θανάτοιο κάλυψε. ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη ἄϊδός δε βεβήκει. etiam pro hoc locum habet ἔβη. P, 705. 6. 7 ſe excipiunt eadem in enuntiatione: ὅγε ἀνῆκεν — αὐτὸς δὲ βεβήκει, στῆ δὲ καὶ προςηύδα. N, 450 ὃς πρῶτος Μίνωα τέκε — Μίνως δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν — Δευκαλίων δ' ἐμὲ τίκτε. prius τέκε poterat quoque eſſe ἐτετόκει. et alterum τέτοκε. variant haec orationem poetae, non diſcernunt diuerſa temporis momenta. Secundum haec nolim videri eleuare ipſam praeceptionem, logicae conſentaneam; ſed intempeſtiuam eius iterationem, quoties ei locus non erat; etſi vel ſic de his vnumquemque pro ſuo ingenio et iudicio ſtatuere licere, iuſtum eſſe cenſeo. Ad vertenda vtique Homerica in latinum aliumue ſermonem raro ea ſubtilitate vti licebit.

Accedit, quod in Homericis toties occurrit, cum videas tempora, etiam grammatica ratione neglecta, variari: qua de re agam peculiari Excurſu de *grammatica Homerica imperfecta.*

Aliae Clarkii obſeruationes ab eo tempore magis ſunt expolitae, vti de anacolutho B, 353. de vi medii primitiua, etiam in Homericis obuia: vt Γ, 141 καλυψαμένη ὀθόνῃσι. Λ, 561 ἐπεί τ' ἐκορέσσατο φορβῆς. tum de aliis medii vſibus; quae a multis expoſita ſunt, quaeque in ſingulis interdum locis ipſe attigi; Dummodo teneas, multa alia eſſe loca, in quibus medii omnino vis ſit nulla alia quam actiui, vnde et vtrumque promiſcue apponitur; quae res et ipſa eſt iam ab aliis obſeruata.

Bona eſt obſeruatio ad E, 778. femininis ſiue binis iunctis, ſiue vni cum maſculino coniuncto, addi adiectiva maſculina; ſcilicet, nunc non ad genus proprium re-

ſpici, ſed ad perſonarum numerum indefinite, ſine ſexus notatione, expreſſum. Conuenit quod etiam deabus adiungitur adiectiuum vel participium maſculinum, modo in duali, modo in plurali, vt in illo Heſiodi Ἔργ. 198 καλυψαμένω ἴτην Αἰδὼς καὶ Νέμεσις. Idem ſaepe notatum in choris feminarum apud Tragicos; v. c. ad Sophocl. Oed. Col. 1747. (1676) vbi iuncta quoque ſunt, ἰδόντε καὶ παθούσα. v. Schol. ad e. l.

Ad A, 566. 7. et I, 182. (add. ad B, 288. E, 487. 778. Alia loca video adſcripta eſſe a Scheidio de Analogia p. 318.) de duali monetur: „ſubſtantiuum duale recte adiungi adiectiuo plurali; quia omne duale eſt neceſſario plurale: recte quoque ſubſtantiuo plurali adiungi adiectiuum duale, quoties de duobus agitur, (omninoque, quoties duo ſunt, de quibus agitur, promiſcue ſingularem et pluralem adhiberi; v. c. E, 244 ſq.) non vero, quoties de pluribus.“ Repugnat Erneſti, et exempla ait memorari poſſe in contrarium, ita perſpicua, vt nullo modo eludi poſſint. Ex ſerioribus exempla laudari poſſe, nemo neget; verum de Homero quaeritur; quod autem ille ex Jl. Δ, 453 excitat, alienum eſt: nam dum χείμαῤῥοι ποταμοὶ poeta cum συμβάλλετον iungit, eo ipſo declarat, ſe de duobus amnibus loqui ac cogitare, non de pluribus. At I, 67 quod aliquis in eandem rem laudare poſſit: Φυλακτῆρες δὲ ἕκαστοι λεξάσθων verbum vix eſt duale, vt aiunt grammatici, v. c. ad Ariſtoph. Nub. 438 cum viris doctis, ſed plurale contractum pro λεξάσθωσαν. Alii verſus, qui ex Heſiodo poſſint laudari, ſunt vitio contaminati: Ita Ἔργ. 186 μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντ' ἐπέεσσι eſt in loco valde interpolato, et, ſi eſt ſerioris manus, fuit βάζοντες ἔπεσσι. At ſeriores poetas, qui hoc ipſum pro Homerico more habuerunt, dualem pro plurali adhibuiſſe, negari nequit; vt in Arato 1023 κορώνη, νύκτερον ἀείδουσα καὶ ὀψὲ βοῶντε κολοιοί. Studioſe haec efformata eſſe, apparet; nam verſus bene ſe habebat ex vulgari more: νύκτερον ἀείδου-

σα, βοῶντες τ' ὀψὲ κολοιοί. Sic Apollon. Rh. III, 206. Theocr. XXV, 137.

Eſt quoque bona obſeruatio inter alia in Nota ad B, 267 quoties de accentu quaeritur, quatenus ille a ſyllaba breui vel longa pendeat, non niſi ad vocales reſpici, breuesne ſint per ſe an longae, non autem ad ſyllabas poſitione longas. Itaque *αὖλαξ*, non *αὔλαξ*, ſcribitur, nam *α* eſt breuis, vt patet ex *αυλᾶκος*. ſic *χοῖνιξ. καλαῦροψ.* At *κῆρυξ* debet ſcribi, quia eſt *κηρῦκος*. *Φοίνιξ*, *Φοίνῖκος*. in quo video aliquoties in ipſo poeta excuſo eſſe peccatum.

Articulum ab Homero non agnoſci, et eſſe ei *ὁ* pro *αὐτὸς*, *ἐκεῖνος*, ſatis nunc decantata eſt obſeruatio; firmata disputationibus virorum doctorum, et nuper Wolfii V. C. praef. p. XXVII. Koeppen T. I. p. 303. Monitum de eo eſt iam a grammaticis, in his ab Apollonio de Syntaxi p. 43. et loco noto Plutarchi Plat. Quaeſt. p. 1010. notatum quoque eſt ibid. in locis nonnullis Homericis perperam articulum eſſe intruſum, idque mihi nunc multo magis conſtat exemplis, in quibus eum vidi a melioribus libris abeſſe; vt mihi ipſe displiceam, quod eum non vbique conſtanter eieci. Oblitus quoque ſum monere Z, 41 *ᾗ περ οἱ ἄλλοι ἀτυζόμενοι φοβέοντο*, fuiſſe videri *ᾗπερ ἄρ* vel *ἂν ἄλλοι*. hoc vt Od. M, 81 *ᾗπερ ἂν ὑμεῖς νῆα παρὰ γλαφυρὴν ἰθύνετε.* Etiam in locis, in quibus articulus ſine verſus vitio tolli nequit, grauis oritur ſuſpicio de verſu aduentitio. Ita Δ, 42 *μή τι διατρίβειν τὸν ἐμὸν χόλον, ἀλλά μ' ἐᾶσαι* vix dubitem verſum eſſe ſpurium, quod et docet nouus vſus *τοῦ διατρίβειν.* Omiſerat poeta apodoſin ipſa pronuntiatione, nutu ac geſtu ſupplendam: vt alibi eodem modo factum videmus; v. c. A, 135. 136. At Δ, 1 *οἱ δὲ θεοὶ* accipiendum eſt per interpretationem, at illi, dii inquam, *οἱ δὲ, θεοὶ, πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι.* praeceſſerant extremo libri tertii verſu: *ὣς ἔφατ' Ἀτρείδης. ἐπὶ δ' ᾔνεον ἄλλοι Ἀχαιοί.* In aliis locis eſt fere, vt Latinum, *quod ad illud attinet,*

Σ, 21 *κεῖται Πάτροκλος — ἀτὰρ τά γε τεύχε᾽ ἔχει κορυθαίολος Ἕκτωρ.*

An Attica forma loquendi *οἱ ἀμφὶ Σωκράτην*, pro ὁ *Σωκράτης*, iam ab Homero frequentata ſit, etiamnum quaero. Nondum vidi exemplum, in quo non proprio modo accipi poſſit de iis qui alteri adſtant. Sic I, 81 *Φυλακτῆρες — ἀμφί τε Νεστορίδην Θρασυμήδεα* — Γ, 146 *οἱ δ᾽ ἀμφὶ Πρίαμον* — ſunt adſtantes, nam ſequuntur cum illis *Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ*. M, 136 ſq. *οἱ δὲ — ἔκιον Ἄσιον ἀμφὶ ἄνακτα* etc. At Z, 436 ſq. ſunt verſus ſuſpecti.

Proponuntur haec a me, non vt pro arbitrio quicquam pronuntiem, verum vt alii habeant, de quo amplius quaerant, num quid firmiter ſatis conſtitui poſſit.

IN LIBRVM XVIII. (Σ) ILIADIS

VARIAE LECTIONES

ET OBSERVATIONES

Inſcribitur rhapſodia Ὁπλοποιΐα, ab aliqua eius parte; ita quoque ap. Athen. I. p. 15 D. 16 B. Fuit de ea libellus Ptolemaei Oroandae f. quem excitatum videas a Schol. Ven. A. ad E, 136.

1. *ὡς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο.* Verſum ab eo, qui carmen in rhapſodias diſpoſuit, interpoſitum eſſe, facile coniicias. In ipſa narratione haud deſideres eiectum.

Mirum in declaranda voce *δέμας*, quae iam aliquoties fuit obuia, laborare h. l. grammaticos A. B. Moſc. cuius fragmentum in h. l. habeo. v. ad Λ, 595. Eſt *κατὰ δέμας, εἶδος, τρόπον.* In Vrat. d. et vno Vindob. erat *πυρὸς μένος αἰθομένοιο.*

3. *προπάροιθε νεῶν ὀρθοκραιράων.* ſunt naues altiores, proris et puppibus prominentibus; a *κραιρὰ, κεφαλή.* Schol. A. B. Etymol. Heſych. Euſtath. Minus bene Schol. br. *τὴν κεραίαν ἱστοῦ* huc aduocant. Vocem vidimus iam de bubus Θ, 231. et inf. 573.

4. *ἃ δὴ τετελεσμένα ἦεν.* haec hiante metro ab Homero non profecta ſunt. Animaduertit iam Bentleius, et emendat: *τετελεσμέν᾽ ἄρ᾽ ἦεν.* Equidem ad ſingularem malim reuocare: *ὃ δὴ τετελεσμένον ἦεν*, vt A, 212 toties alibi: *τὸ καὶ τετελεσμένον ἔσται*, vel, vt Ξ, 196 *ἐστί.* Vereor tamen ne totus locus a v. 3—16. interpoſitus ſit a manu ſeriore, vna cum verſu primo, vt iunctura et ordo narrationis procederet: cum ab initio tantum re-

ditatum esset: Ἀντίλοχος δ' Ἀχιλῆϊ πόδας ταχὺς ἄγγελος ἦλθε, δάκρυα θερμὰ χέων, Φ.

5. ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. Nunc demum vocem ὀχθήσας illustrant Schol. A. λυπηθεὶς, βαρυνθείς. ἐπαρθεὶς τῷ θυμῷ. Vide de voce ad A, 517.

ἄρα „proinde" Clarke.

προς ϝον repugnat metro. Versum iam aliquoties vidimus. v. ad Λ, 403. Si stare debet, ad Homericam legem esset ὀχθήσας δ' ἄρ ἔφη πρὸς ϝον μ. Verum insititium versum arguit et hoc, quod subiectum intempestiue mutatur: τὸν δ' εὗρε erat Antilochus; nunc εἶπε Achilles.

6. τί τ' ἄρ' αὖτε. proclinior sum in τί γὰρ, et hoc lego ex Barocc.

7. νηυσὶν ἔπι κλονέονται ἀτυζόμενοι πεδίοιο. ⊱ „quod omissum διὰ πεδίοιο." Schol. A. B. Monet quoque vterque esse νηυσὶν ἔπι scribendum, non, quod vulgo olim quoque expressum erat, νηυσὶν ἐπικλονέονται. Nec vero iungenda sunt, vt interpunctione editionum fit, ἀτυζόμενοι διὰ πεδίοιο, sed κλονέονται διὰ πεδίοιο. Est quidem Z, 38 ἵππω γάρ οἱ ἀτυζομένω πεδίοιο sed ibi est subsituendum φοβέοντο, vt statim sequitur. ᾗ περ οἱ ἄλλοι ἀτυζόμενοι φοβέοντο. et hoc additur vbique Φ, 4. et 554 vt θέειν, φεύγειν, διώκειν πεδίοιο.

In Cant. erat ἐπικλονέουσι.

8. μὴ δή μοι τελέσωσι θεοὶ κακὰ κήδεα θυμῷ. vn. Vindob. et Vrat. d. κακὰ μήδεα. quod et ipsum bene se haberet. Etiam Lips. cum altero Vindob. κακὰ μήδεα θυμοῦ.

9. ὥς ποτέ μοι μήτηρ διεπέφραδε καί μοι ἔειπε. Apollon. Lex. διεπέφραδε. ἐνετείλατο. et Hesych. ex eo emendandus. Schol. br. διεσάφησεν. εἶπε.

Adscriptum est huic versui Scholion A. B. fragm. Moscou. quo quaeritur, ζητεῖται, cur Antilochus ad Achillem missus fuerit, non Automedon, aut alius. Spectare hoc ad vs. 2. in aperto est. Quod vero inde recte colligo est, quod haec Scholiorum in diuersis codd.

farrago ex vno aliquo codice deriuata est. De quaestione ipsa monitum iam est ad P, 643.

Grauior moueri poterat quaestio haec: annon vss. 9. 10. 11 quibus *matrem se edocuisse* ait, *se adhuc viuente fortissimum Myrmidonum occubiturum esse*, repugnent iis, quae P, 410. 411 dicta erant, vbi poeta narrat, *Achillem a matre non resciuisse, quod aliquando carissimus ipsi amicus ad Troiam occubiturus esset.* Responderi potest: praedictum Achilli fuisse, fortissimum e Myrmidonibus, antequam ipse occumberet, morte ipsum praeuenturum esse; at Patroclum nomine haud memoratum esse.

Monui iam, fatorum Achillis notitiam ab Homero non sine arte aliqua et sagacitate esse ita temperatam, vt ab obscurioribus ad apertiora procederet. Norat Achilles dudum, breuem vitae vsum sibi a fato decretum esse, A, 352 μῆτερ, ἐπεί μ' ἔτεκές γε μινυνθάδιόν περ ἐόντα — et mater 416 ἐπεί νύ τοι αἶσα μίνυνθά περ, οὔ τι μάλα δήν. Disertius ipse Achilles haec eloquitur de duplici fato sibi proposito I, 410—416. Eum domum non rediturum esse, affirmat quoque mater, Thetis, in lamentis ad Nereides inf. Σ, 59. 60 et ipse Achilles Σ, 330 vbi videt nunc sibi fato decretum esse vt cum Patroclo ante Troiam vno sepulcro humetur, ἐπεί οὐδέ με νοστήσαντα δέξεται etc. T, 420. 1. 2 εὖ νύ τοι οἶδα καὶ αὐτὸς etc. Iam olim a Chirone id edoctum esse Achillem ait Horat. in nobili loco Epod. XIII, 13 *Nobilis vt grandi* sq. appellatur hoc θεοπρόπιον, et obscure innuitur sup. Π, 36 et 50. (Nam Λ, 793 sqq. versus spurii sunt.) At Achilles, quamdiu domi erat, hoc non resciuerat: Inf. 326 sqq. conqueritur, se ante discessum Menoetio patri promissum, nunc irritum factum, dedisse, incolumem se reducturum esse Patroclum filium. Serius Achilles compererat hoc quoque, „Troiam a se expugnatum haud iri, sed ante vrbem captam mortem ipsi instare:“ P, 406—409 οὐδὲ τὸ ἔλπετο πάμπαν, ἐκπέρσειν πτολίεθρον ἄνευ ἕθεν οὐδὲ σὺν αὐτῷ. πολλάκι γὰρ τό γε μητρὸς ἐπεύθετο νόσφιν

ἀκούων, ἥ οἱ ἀπαγγέλλεσκε Διὸς μεγάλοιο νόημα. quod vmbra Patrocli iterat Ψ, 80. 81 καὶ δέ σοι αὐτῷ μοῖρα, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ, Τείχει ὑπὸ Τρώων εὐηγενέων ἀπολέσθαι. Seriorum igitur commentum eſt, ab illis diverſum, Achillem ad profectionem ad Troiam excitatum eſſe ex vatum reſponſo, niſi Achilles arceſſitus eſſet, Troiam capi non poſſe; quod idem vatum monitum mox ad Neoptolemum fuit translatum. Ergo Troiam a ſe expugnatum haud iri cum noſſet Achilles, Patroclum et ſibi et vrbi captae ſuperſtitem fore ſibi perſuaſerat: Τ, 328 ſqq. Πρὶν μὲν γάρ μοι θυμὸς etc. Audierat quoque hoc Achilles a matre, Apollinis telo ſe occubiturum eſſe: Φ, 277 vbi Achilles a Xantho amne aquis oppreſſus matrem incuſat, ἥ με φάτο Τρώων ὑπὸ τείχεϊ θωρηκτάων λαιψηροῖς ὀλέεσθαι Ἀπόλλωνος βελέεσσιν. vbi ſimul pronuntiat, maluiſſe ſe ab Hectore occidi, quam aquis extingui. Hoc idem repetit, Paride ſimul memorato, Hector moriens vaticinando Χ, 359. 360 ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων, ἐσθλὸν ἐόντ', ὀλέσωσιν ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν. Tandem Achilles e matre diſcit, Hectore caeſo non diu ſe fore ſuperſtitem; quo ipſo ab vlciſcenda per Hectoris caedem Patrocli morte auerti debebat: vt Aeſchines in Timarch. p. 151. ed. R. interpretatur. Inf. 95. 96 Thetis: ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις· αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος. tum ille reſpondet: αὐτίκα τεθναίην etc. Itaque Hectore caeſo inſtantem filio mortem lamentatur Thetis inf. Ω, 85. 86. quo ipſo breuis vitae vſu futuro ad iucundum vitae vſum hortatur illa ibid. vſſ. 132. 133. quod ad Chironem reuocat Horatius loco ſup. laud. Poſtrema praedictio ſaepe memorata eſt a ſcriptoribus: praeter Platonem, in Apol. Socr. p. 28 D. Alios v. inf. ad 95. 99.

Haec ſi quis conſideret, non ſane ad artificium illud, quod ſaepe in tragicis miramur, ea aſſurgere profitebitur, quandoquidem non omnia inter ſe ita nexa ſunt, vt certus ſatis progreſſus ab obſcurioribus ad minus ob-

ſcura obſeruatus ſit: attamen eum, qui Jliadem concinnauit, narrationis ordinem non omnino neglexiſſe facile apparet.

10. *Μυρμιδόνων τὸν ἄριστον.* ⸗ „quod ambiguum eſt, quomodo Patroclus origine Locrus, ex Opunte oriundus, Myrmidonibus accenſeatur. In Rhiani recenſione non legebantur verſus duo (*ἐν τῇ Ῥιανοῦ οὐκ ἦσαν οἱ β'*) verſus puta 10. et 11. Addit Schol. A. *ἴσως, ἐπεὶ οὐκ ἦν Πάτροκλος Μυρμιδόνων. Λοκρὸς γὰρ ἦν ἐξ Ὀποῦντος.* At Ariſtarchus verba Homerica ita eſſe accipienda: *τὸν μετὰ τὸν ἄριστον Μυρμιδόνων* h. *eum, qui poſt Achillem*, Myrmidonum fortiſſimum, *altero loco erat.* Quam contorte!

Pergunt Schol. A. ſecundum nonnullos *τῶν μεθ' Ὅμηρον*, Actor, Menoetii pater, matrimonio habuit Aeginam (Aeaci filiam, qui e Myrmidonibus fuit) et ex ea Menoetium, Patrocli patrem, ſuſcepit; Etſi itaque Menoetius Opunte vixit, filius tamen Myrmidonibus accenſeri potuit. Succinunt Schol. br. et Moſcou. In Schol. B. Actor legitur — *γήμας ἐν Οἰνώνῃ, πόλει Φθιώτιδι*, indocte; nam Oenone eſt antiquum nomen Aeginae inſulae.

Statuerunt alii, poſſe vel propterea Patroclum pro Myrmidone haberi, quia ducebat Myrmidones ſecundo ab Achille loco.

Aliud monitum eſt: Si Achillem mater de his erudierat, cur miſit ille Patroclum? Reſpondent: quia non niſi ſub euentum talia recordamur. Haec ap. Schol. A. At Schol. B. argutatur in voc. *Μυρμιδόνων ἄριστον.* non ita Achilli detrahi, qui proprie ita dicendus erat; ſed eſſe omnino vnum ex fortiſſimis Myrmidonum.

11. *χερσὶν ὑπὸ Τρώων, ἀντὶ τοῦ· ὑπὸ τῶν χειρῶν τῶν Τρώων*" Schol. A. „*γρ. χερσὶν ὕπο*" Barnes.

12. *ἦ μάλα δή*, a Plutarcho hunc verſum reprehendi, a Martino Var. Lect. III, 22 defendi, ex Barneſio diſcere licet; quod Erneſii repetit; vbi tamen hoc in Plutarcho occurrat, fruſtra roges. Et auctor Vitae Homeri, vt in Gale Opuſc. Mythol. excuſus eſt, vel *περὶ ποιήσεως*

Ὁμηρικῆς in ed. Hom. Barneſ. inſcriptus ſ. VIII. p. XXXV. qui inter alia rhetorica, etiam figuras in Homero perſequitur, in quibus eſt pleonaſmus, cuius exemplum ei eſt hic τὸ γὰρ μάλα, inquit, πλεονάζει, κατὰ συνήθειαν Ἀττικήν. quae ſane ab Homero aliena eſt; qui antiquiora ſequitur; nam aſſeueratio augetur per particulas cumulatas: v. Etymol. in πώ. alias ſolum ἦ δή, μάλα δή. admodum ſane. Euſtathio eſt μάλα ὄντως. Schol. br. ἀκριβῶς δὴ τέθνηκεν. Od. Ψ, 149 ἦ μάλα δή τις ἔγημε πολυμνήστην βασίλειαν. Turbant quoque Schol. A. B. Moſc. in ſenſu τοῦ μάλα, ſupplent: λίαν, μάλιστα, κατείληφα, ὅτι τέθνηκε. μάλα οἶδα καὶ πέπεισμαι.

13. σχέτλιος. Nobis expedita eſt vocis ſignificatio: miſer ille! miſeratione dignus! Veteres tamen diligenter enarrant: τάλας ἢ τλήμων ἐνταῦθα — ὁ ἑαυτῷ κακῶν αἴτιος. ὁ τλήμων, in Schol. A. Ad h. v. refero Apionem in Lex. Apollonii: τάλας. ἀγνώμων. χαλεπός. adde Heſych. Etymol. h. v. Euſtath. cf. ad B, 112. et Ω, 33.

ἦτ' ἐκέλευον. Ionicum eſſe debuit: ἦτε κέλευον. Eſt ἦτε atqui, ſane. quod ſcriptoribus εἶτα.

14. ἂψ ἐπὶ νῆας ἴμεν. „Eſt Ariſtarchea lectio, docente Schol. A. „In nonnullis enim male: νῆας ἔπ' ἂψ ἰέναι.“ Hoc tamen ipſe Venetus exhibet, cum Lipſ. Cant. Mori. Barocc. Vrat. b. A. fragm. Moſc. vn. Vindob. Vat. Harl. ed. Rom. cum Euſtath. Nil refert.

15. ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε. pronuntiatum, credo, ὡς ὅτταυθ'. Bentl. tamen emendat ὡς ὅγε. cf. Excurſ. I ad lib. XVIII.

19. ἣ μὴ ὤφελλε γενέσθαι. ed. Turnebi ἣν μὴ — Eſt autem ἀγγελίη ipſa res quae nuntiatur.

20. κεῖται Πάτροκλος — Notat Schol. B. „nuntii breuitatem, quam non imitati ſunt Tragici, apud quos, qui triſtes caſus nuntiant, longa oratione vti ſolent.“ Adde Euſtath. Scilicet, dices, illi alio conſilio vſi ſunt: vt, re ante oculos diſerte poſita, affectus moueant; at epicus poeta rem ipſam iam antea copioſe narrauerat. Hinc breuitas nunc in laude habenda. Notum eſt iam e Quin-

ctiliano X, 1, 49 *Narrare vero quis breuius, quam qui mortem nuntiat Patrocli?*

νέκυος δὲ δὴ ἀμφὶ μάχονται. vulgg. grammaticorum more vna voce ἀμφιμάχονται. Townl. δὲ διαμφιμάχονται.

21. κορυθαίολος Ἕκτωρ ed. Rom. cum al. etiam h. l. κορυθαιόλος. Leguntur vſſ. 20. 21. ap. Artemidor. IV, 61. p. 237.

22. τὸν δ' ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα. „Plato lib. III de Rep. (p. 388) omnino luctum proſcribit. Zoilus autem reprehendebat Achillem, qui communem belli Martem bene noſſe poterat, nunc tam indigne ferre caſum et tam muliebriter lamentari. Zenodorus (diſerte ſic idem inf. ad vſ. 356 memoratur περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας. alibi tamen, vt ap. Euſtath. idem ſcribitur Zenodotus: quo tamen nomine plures ac diuerſi grammatici latere videntur) eum defendebat; nam eum experiri caſum grauiſſimum, et ex hominum ſenſu haec eſſe iudicanda et ex hominum more: laudati verſ. Od. Δ, 197 τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν" Schol. A.

Dicendum erat: ex antiquiorum hominum more haec eſſe ſpectanda; dolore et luctu immodice exaeſtuare nondum tam indecorum aut muliebre viſum; ſummum autem luctum, in tam graui caſu, et pro Achillis ingenio, et ex poetae conſilio, recte hic locum habuiſſe; nam ex Achillis dolore pendet carminis ſumma, vt accingat ille ſe ad Patrocli mortem Hectoris caede vlciſcendam.

Memorat verſum Plutarch. de Ira cohib. p. 455 A. vbi docere vult iram tardius concipi, dolorem et triſtitiam, λύπην, repente; neutrum ex rerum et naturae veritate dictum.

23. κόνιν αἰθαλόεσσαν. ⊱ Excidit Scholion A. At Schol. B. „τὴν σποδόν φησιν. Apollon. Lex. in κόνις, τὴν τέφραν. vna cum Heſych. Addit Schol. B. οἱ δὲ, τεφρώδη κονιορτόν." Dicas: cur non ſimpliciter, puluerem

atrum intelligimus? proiecit se in terram, puluerem soli manu eruit et capiti inspersit. videri potest sic statuisse Apollon. Lex. αἰθαλόεν, ἤτοι μελαινόμενον. παρὰ τὴν αἰθάλην (scil. ductum.) Cogitandum forte est de foco, qui esse solebat in extrema cubiculi parte, cui assidebat.

24. χεύατο κὰκ κεφαλῆς. non vna voce κακκεφαλῆς. v. ad Θ, 441. Etsi sic quoque editum in edd. Platon. de rep. III, p. 388 A. Dubito an antiquius fuerit κατ κεφαλης.

25. νεκταρέῳ δὲ χιτῶνι. Sch. B. et br. εὐώδει. ἢ εὐπρεπεῖ. ἢ θείῳ. hoc est arioları. Vidimus iam ἑανὸν νεκτάρεον Helenae Γ, 385. vbi vide Obss.

μέλαιν' ἀμφίζανε τέφρη. Mirum est quod in Hesych. legitur: ἀμφίζανε τέφρην. ἐκαθέζετο περὶ τὴν τέφραν. Nam puluis insedit vesti, inhaesit.

26. μέγας μεγαλωστὶ τανυσθείς. formam vidimus Π, 776. Schol. A. ad μεγαλωστί. „Ἀνακρέων· ἡρωϊστί. Φερεκράτης· ἀντὶ τοῦ ταχέως“ excidit puto ταχιστί. quod Comicus adhibuerat pro ταχέως.

27. φίλῃσι δὲ χερσὶ κόμην. Cant. φίλην δέ τε χερσὶ κόμην.

28. ἃς Ἀχιλεὺς ληΐσσατο. Cant. ληΐσατο male.

29. θυμὸν ἀκηχέμεναι μεγάλ' ἴαχον. manifeste corruptum, ex μεγα ϝιϝαχον. quod iam aliquoties vidimus: A, 482. v. Exc. de Digammo.

ἀκηχέμεναι. λυπούμεναι. v. ad E, 364. Captiuae autem, etsi Troianae, οὐκ ἀπαθεῖς sunt, διὰ τὸ φύσει τοιοῦτον. κάρτα γὰρ φίλοικτον γυνή. καὶ χάριν τοῦ δεσπότου· καὶ διὰ τὸ τοῦ Πατρόκλου ἐνηές. Eustath. c. Schol. B.

31. στήθεα πεπλήγοντο, λῦθεν δ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστης. πεπλήττοντο hic et vs. 51 Vrat. A. et ὑπογυῖα Vrat. b.

32. ὀδύρετο δάκρυα λείβων. Apollon. Lex. λείβειν. ἐπὶ μὲν τοῦ ῥεῖν. ὀδύρετο δάκρυα λείβων. Scilicet λείβεσθαι et ῥεῖν ad eandem notionem redeunt.

33. ὁ δ' ἔστενε Achilles an Antilochus? v. ad vs. sq.

34. δείδιε γὰρ, μὴ λαιμὸν ἀποτμήξειε σιδήρῳ. — „quia ambiguum est, Achillesne suam ipsius gulam an Antilochi

refecare velit" Schol. A. . Talis dubitatio vnde in animum viris doctis venire potuerit, miraberis; nam haud dubie locus erat metui, ne manus *fibi* inferret prae dolore infaniens Achilles. Maiorem etiam mirationem facit iudicium Schol. B. Mofc. et Euftathii cum Schol. Exc. in ed. Cantabr. metuiffe Achillem, ne Hector Patrocli caput refcinderet. Affequor tamen, quid turbauerit hominum iudicia, fcilicet fubiectum parum accurate conftitutum et male variatum eft in verbis: 32 Antilochus. 33 ὁ δ' ἔστενε Achilles. Nunc δείδιε γὰρ Achilles? Immo vero Antilochus. 35 σμερδαλέον δ' ᾤμωξεν iterum Achilles. Iam leniri poteft malum, fi vf. 33 refcripferis τὸ δ' ἔστενε, quod et Bentleio in animum venit: vt fit idem fubiectum: Antilochus, qui et δείδιε γάρ. Poterat tum fubiungi: σμερδαλέον δ' ᾤμωξεν Achilles. Sin hoc nolis, delendus eft vf. 35 σμερδαλέον. et procedit fententia fic vf. 33. Ἀχιλῆος· ὁ δ' ἔστενε κυδάλιμον κῆρ, σμερδαλέον δ' ᾤμωξεν. Adumbratus videtur effe verfus 34 δείδιε γὰρ μὴ — ex vff. 176. 177.. Bentleium video eum vncinis inclufiffe, vt nec aliter fenfiffe videatur.. Idem notat apud Hefych. εἴδειεν, ἐφοβεῖτο, effe emendandum δείδιεν.

ἀποτμήξειε. Ariftarcheae, quas Townlei. mf. fequitur, ἀπαμήσειε. quod eodem fenfu occurrit Od. Φ, 301. at alterum nec minus: vt fup. Λ, 146. Od. K, 440.

36. ἡμένη ἐν βένθεσσιν. idem verfus A, 358..

37. θεαὶ δέ μιν ἀμφαγέροντο. Cant. ἀμφ' ἀγέροντο vn. Vindob. ἀμφεγέροντο.

39. vsque ad 49 — obelo fignati: Bonum Scholion A. docet, „enumerationem Nereidum iam ab Zenodoto reiectam fuiffe (προηθέτηται ait) quippe quae characterem Hefiodeum habeat. Nam Homerus tantum Mufas et Ilithyias omnino memorare folet, non figillatim recenfere; ridiculum quoque, cum omnes enarrare inftituiffet, in fine addere ἄλλαι τε. (Repererat haec in fuis quoque Euftath. p. 113, 20.) Abeffe porro recenfum ab Argolica editione monuerat Calliftratus." Quod tamen potiffimum eft, hoc effe puta: quod hac enumeratione

moeroris ſenſus tollitur, vt adeo ſit non modo otioſa verum etiam aliena. Ceterum haec argumenta tantum ad improbandum faciunt; vt pro ſpuriis habeas, tantum duo illa efficiunt, quod ante Zenodotum non omnes libri et rhapſodi eos verſus habuere, et quod ab Argolica editione aberant, nec cum Homerico more conſpirant. Incluſerat vſſ. 39—49. vncis Bentl. ex Euſtath. ἀθετοῦνται ὑπὸ παλαιῶν. Apparet autem, verſibus inſertis, etiam iuncturam verſuum eſſe mutatam. Reſpicit locum Aelian. H. An. XIV, 28. ſed cum corruptela: Nereo, ait, πεντήκοντα μὲν τεκεῖν θυγατέρας τὴν Ὠκεανοῦ Δωρίδα Ἡσίοδος ᾄδει. μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Ὅμηρος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ Μεγάροις. Monſtrum hoc lectionis non fugit Schneiderum; tollendum illud facile, ſi animaduerteris iſta μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Ὅμηρος eſſe interpoſita e margine; et progredi orationem ſic: πεντήκοντα μὲν τεκεῖν θυγατέρας τὴν Ὠκεανοῦ Δωρίδα, Ἡσίοδος ᾄδει, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μεγάροις. Eſt enim ſollenne hoc antiquis poetis, adiici poſt parere, naſci, ἐν μεγάροισιν vt Il. A, 418. Ω, 497. Et ipſe Heſiod. Theog. 383. 4 Στὺξ δὲ τέκ' ἐν μεγάροισι.

39. ἔνθ' ἄρ' ἔην Γλαύκη τε Θάλειά τε Κυμοδόκη τε. Nomina Nereidum formata ſunt eodem modo, quo ap. Heſiod. Θ. 240 ſq. Etyma facile eſt ſigillatim perſequi. Add. Apollod. I, 2, 7. Virgil. Ge. IV, 336. qui doctrinam in nominibus oſtentat. v. ad e. l. cf. Barnes. Sunt autem nomina ex coſmogoniis petita. Vnde et Νημέρτης et Ἀψεύδης reſpiciunt laudes Nerei patris, qui eſt ἀληθὴς et ἀψευδής, quippe inter deos fatidicos habitus. v. Heſiod. Θ. 233—235 tanquam vnus e vetuſtioribus diis, quibus e ſenii notione prudens futuri mens tribui ſolet.

Lipſ. cum vno Vindob. ἔνθ' ἄρα ἦν Γλαύκεια, Θάλεια τε.

39. Γλαύκη (non γλαυκή) Ariſtarchus ſcripſit (ἐβάρυνε), idem tamen reliquerat v. 46 Νημερτὴς et Ἀψευδής. de quibus alibi dictum eſſe, ait Schol. A. ſcilicet de canone hoc grammaticorum: Ita et Θόη non Θοή. add. Eu-

ſtath. p. 1130, 36. Idem Ariſtarchus Ἀλεία. Scilicet vt eſſet Γλαύκη τε Θ' Ἀλεία τε. At Θάλεια legerat iam Virgil. Aen. V, 826. Pro Κυμοδόκη eſt Κυκοδάμη in Mori.

40. Θόη Θ' Ἁλίη τε βοῶπις. Ait Schol. A. eſſe Ἁλίη ſine Θ. Fuit ergo in aliis Θοη Θαλιη τε. vt eſt ap. Heſiod. Θ. 245 Κυμοθόη Σπειώ τε, Θόη, Θαλίη τ' ἐρόεσσα. Sicque legerat Harlei. et emendabat Valk. ad Ammon. p. 165 ſq. Neceſſitatem tamen mutandi non video. Pro Κυμοθόη vſ. 41. iterum Κυμοδόκη Cant.

44. Δεξαμένη τε. Fuit in nonnullis Δεξαμενὴ, (ſcil. ſecundum Canonem ad vſ. 39 memoratum, ne cum participio δεξαμένη confunderetur nomen.) „At obſtat, inquit Schol. A. Δανάη. Κολώνη." Adde quoque vſ. 43 Δυναμένη.

46. Νημέρτης τε καὶ Ἀψεύδης. Putes ſcriptum fuiſſe Νημερτίς τε καὶ Ἀψευδίς. Eſt quoque Νημέρτις in Harlei. Apud Heſiod. 262 Νημερτὴς Θ' ἣ ἔχει νόον ἀθανάτοιο.

47. ἔνθα δ' ἔην. Vulgo editum erat ἔνθα δὲ ἦν, corrupto metro. Harlei. Townl. ἐνθάδ' ἔην. At ἔνθα δ' ἔην diſerte Ven. Cant. Vrat. Harl. Vrat. b. d. A. fragm. Moſc. vn. Vindob. Barnes: „γρ. ἔνθα καί."

Ἰάνειρα ab ἴος, μόνος. vnde ἴα, μία.

48. Μαῖρα καὶ Ὠρείθυια ἐϋπλόκαμός τ' Ἀμάθεια. Emendauit Bentl. Ὠρείθυι' ἠϋπλόκαμος. Equidem hiatum feram in caeſura medii verſus. v. Excurſ. de hiatu.

Pro Ἀμάθεια ſcriptum quoque fuit Ἀμάθυια apud Euſtath. Sicque Mori. Harl. Townl. Vrat. b.

49. ἄλλαι Θ' αἳ. Iudicium de hoc verſu v. ad vſ. 39.

50. τῶν δὲ καὶ ἀργύφεον πλῆτο σπέος. Schol. br. ἀργύφεον, μέγα ἢ λαμπρόν. prius temere arreptum. At ἀργὸς, ἀργὴς, ἄργυφος, ἀργύφεος, candorem et lucem deſignant, proprie quidem texti candidi, tum omnino de candore. Ω, 621 ὄϊν ἄργυφον dixit, et Od. K, 85 ἄργυφα μῆλα νομεύων. v. Etymol. h. v. vbi et Apollon. laudatur (in Argon. III, 835. add. IV, 475) et Heſiodus:

ἀργυφέῃ ἐσθῆτι. (ex Theog. 573.) Memoratur tamen altera interpretatio per *μέγα* ibi quoque et in Hefych. vbi v. Not.

52. 53. *ὄφρ' εὖ πᾶσαι εἴδετε.* Melius *ὄφρ' ἐῢ πᾶσαι. ὄφρα εἴδετε* pro *εἴδητε*, fic Z, 308. 309. fcilicet *ὄφρα* eft donec. proprie. v. Excurf. III ad Δ.

ὅσ' ἐμῷ ἔνι κήδεα θυμῷ. Ariftarchus *ἐπί.* vtrumque bene. *ἔνεισι* vel *ἔνεστι κήδεα θυμῷ.*

κύδεα eft fphalma ed. Steph.

54. *ὤ μοι δυςαριστοτόκεια. ἐπὶ κακῷ τὸν ἄριστον τετοκυῖα.* Certatim illuftrarunt Schol. A. B. Mofc. br. Harl. Apollon. Lex. qui addit: *οἱ δὲ μεταφράζουσι· δύστηνος ἄριστον τεκοῦσα.* Hefych. *ἐπὶ κακῷ ἄριστον τεκοῦσα, ἢ τὸν δι' ἀριστείαν δύστηνον.* Etymologus: *ὡς ἄν τις εἴποι· ἐπὶ διχοστασίᾳ* (leg. *ἐπὶ δυςτυχίᾳ*) *εὔτεκνον.*

Lamenta fimilia damnat et verfum recitat Plato de Rep. III. p. 388 B. et ex eo Maximus Tyr. Disf. XXIV, p. 465. R.

55. *ἤ τ' ἐπεὶ ἄρ τέκον.* „*ἄρ* vt noftis" Clarke. Ceterum oratio eft dolore turbata. Quod cum non affequutus fit Schol. A. iuncturam follicitat, et interpungit vel poft *ἡρώων*, vel poft *ἶσος*, et *ἀνταπόδοσιν* facit *τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα.* At illa eft in his: *τὸν οὐχ ὑποδέξομαι αὖτις.* Me miferam, quae peperi et educaui et mifi filium ad Troiam, nec eum iterum reducem excipiam! Ergo *ὁ δ' ἀνέδραμεν* eft, *καὶ ἐπεὶ ἐκεῖνος ἀνέδραμεν.* et: *τὸν μὲν ἐγὼ*, dictum: *καὶ ἐπεὶ ἐγὼ αὐτὸν ἐπιπροέηκα.* Haec omnia maiore cum vi in fingulas enuntiationes funt diremta.

56. *ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος.* Apollon. Lex. *ἔρνεϊ· δένδρῳ θάλλοντι*, hemiftichio adfcripto. Pro Philoftrato, quem laudat Barnes Heroic. 19, f. 2. excitandus erat Theocritus XVIII, 29 de Helena: *πιείρα μεγάλῃ ἅτ' ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ, ἢ κάπῳ κυπάρισσος.* Comparatio Ionibus familiaris effe debuit, quandoquidem in vulgarem fermonem abiit *ἀναδραμεῖν* pro *αὐξηθῆναι*, quod notatum eft iam in Herodoto aliquoties a Porto in Lex. Ionico. Kufter. ad Suid. h. v. Valk. ad Herod. VII, 156. Ad

pulcritudinem transtulit Aelian. V. H. XII, 14. vbi v. Perizon.

57. τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα, φυτὸν ὣς γουνῷ ἀλωῆς. ⸗ „quod Thetis, Achille in lucem edito, non discessit a Peleo, vt recentiores aiunt." Hoc idem repetunt Scholia ad vs. 60. cf. Eustath. Obseruatio est saepius a grammaticis iactata. v. sup. ad A, 396. p. 105. cf. inf. 331. 332. De γουνῷ ἀλωῆς v. dicta ad I, 530. Etiam h. l. Schol. A. τῷ γονίμῳ τόπῳ τῆς γῆς· ἢ τῷ ὑψηλοτάτῳ. Idem τὸ γεώλοφον.

58. νηυσὶ κορωνίσι. vid. ad B, 392.

59. Τρωσὶ μαχησόμενον. Bentl. corrigebat μαχεσσάμενον. ex hypothesi.

60. οἴκαδε νοστήσαντα. ⸗ Scholion idem quod appositum erat vs. 57. de Thetide.

61. ὄφρα δέ μοι ζώει. Conuenit locus A, 417 νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορος. adde ibid. 352.

ζώῃ Harlei. Vat. et quos viderat Bentl. etiam Townl. praefero ζώει quod seruant reliqui optimi; etiam sic codd. Eustathii.

62. οὐδέ τί οἱ δύναμαι χραισμῆσαι ἰοῦσα. Occurrit et hic οὐδ' ἔτι et οὐδέτι.

ἰοῦσα προςιοῦσα, per se otiosum; prisco tamen more adiectum: nil possum iuuare scil. ad auertendas aerumnas. In Vrat. d. et vno Vindob. erat χραισμῆσαι ὄλεθρον, non infelici casu!

63. ἀλλ' εἶμ', ὄφρα ἴδω τε φίλον τέκος. Ita legebatur e Turnebi correctione (forte tamen e codice aliquo petita; nam legit quoque sic cod. Alteri) recepta ab Henr. Stephano; et conuenire videbatur cum ἐπακούσω. Nam antea erat in Flor. Aldd. Rom. ὄφρα ἴδωμαι φίλον; quod habebatur inter exempla correptae diphthongi αι ante consonam vocis sequentis. Ex codd. nullus concinit praeter Vrat. d. et vn. Vindob. At ἴδοιμι codd. constanter: Cant. Mori. Barocc. Harl. Vat. Vrat. A. Lips. Townl. fragm. Mosc. Ven. et Schol. B. ἀντὶ τοῦ, συντύχοιμι. laudato versu Od. I, 229 ὄφρ' αὐτόν τε ἴδοιμι.

Sequitur quidem ἴδοιμι ἠδ' ἐπακούσω. ſed poeta et alibi ſic variat, et vterque modus recte iungitur cum ὄφρα. v. Excurſ. III ad Jl. IV.

Huius loci debebam recordari ſup. ad lib. IX, (J) 414. Apparet enim hinc in ſimili corruptela εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν, legendum eſſe ἵκοιμι φίλην.

64. ὅττι μιν ἵκετο πένθος, ἀπὸ πτολέμοιο μένοντα. ἵκετο, imperfectum, nam prior producitur, non bene locum habet; requirebatur aoriſtus. Verum etiam v. 73. ita. Refero ad grammaticam nondum abſolutam.

Ariſtarchus ſeruabat tonum in ἀπό. Et Schol. A. monet, ſe iam alibi docuiſſe, ἀπὸ etiam pro ἄποθεν recte tonum ſeruare. Probant ergo ἀπὸ Schol. A. B. laudantur quoque loca pro exemplis N, 696. I, 353. B, 292. Cum in his locis ἀπὸ et ipſe retinuerim, nolui h. l. ἄπο admittere. Aliter poteſt res videri ſe habere Od. Z, 40 πολλὸν γὰρ ἄπο πλυνοί εἰσι πόληος. etſi nec hic neceſſitatem video. Variant, quod facile expectes, codices Lipſ. fr. Moſc edd. praeter Ald. 2. et hinc ductae habent ἄπο.

66. περὶ δέ σφισι κῦμα. Lipſ. δέ σφι. vt ſaepe librarii hoc mutant.

68. ἀκτὴν εἰσανέβαινον ἐπισχερώ. ἐφεξῆς. Quae ad h. v. habent Schol. A. B. vidimus iam ad Λ, 667.

εἰσανέβησαν Ven. magis grammatice quam εἰσανέβαινον. hoc tamen conſtanter ſeruant reliqui.

69. Μυρμιδόνων εἴρυντο νέες, non eſt: cuſtodiebantur, a ῥύω, ſed in littus eductae erant, vt aliunde conſtat, ergo ϝειρυντο. v. Excurſ. IV. ad Jl. A. p. 177.

70. βαρὺ στενάχοντι. ſic quoque codd. Ven. fr. Moſc. c. al. Male alii vna voce βαρυστενάχοντι et iterum vſ. 78. βαρυστενάχων.

71. λάβε παιδὸς ἑοῖο. dubitaueram, an ἑὸς, ſuus, ſine digammo ſcriberetur; ſed fuit ϝος, ἑϝος et ϝεϝος. v. Excurſ. de digammo. Euſtathius: παιδὸς ἑοῖο ἢ μᾶλλον ἑῆος ἤγουν ἠέος, ὅ ἐστιν, ἀγαθοῦ. ὡς ἀπὸ τοῦ ἠύς, ἠέος, κατὰ μετάθεσιν ἑῆος. ἢ καί, ἰδίου. διὸ καὶ δασύνεται παρὰ πολ-

λοῖς, ἔπος. cf. Exc. VII ad lib. I. Erat quoque ἔπος in Cant. Harl. Vat.

72. καί ῥ' ὀλοφυρομένη. aberat ῥ' a Vrat. d. et poterat abesse. Barnes: „γρ. κάῤῥ' ὀλοφ." dubito an in vllo codice.

73. τέκνον, τί κλαίεις — versus et hemistichium 74. iam legebantur A, 362. 3.

75. ὡς ἄρα δὴ πρίν γ' εὔχεο χεῖρας ἀνασχών. Vbi hoc factum? matre, puta, exorata, Il. A, 393 sq. At Schol. B. „κατὰ τὸ λεληθός. ἤ, ἐπεί φησι· πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο A. 351.

ὢ ἄρα δή, Harl. Vat. potest et hoc ferri.

76. πάντας ἐπὶ πρύμνῃσιν ἀλήμεναι υἷας Ἀχαιῶν. Schol. A. monet ἀλήμεναι esse pro ἀλῆναι (potius, hoc ex isto factum) vt βήμεναι, pro βῆναι, scil. a βῆμι. ἄλημι, συναθροίζω et συναθροίζομαι. In spiritu variant grammatici et librarii. Etiam Lips. ἀλήμεναι. Schol. A. recte tuetur ἄλημι. Antiquius fuit ϝάλημι. v. sup. ad E, 823.

77. παθέειν τ' ἀεκήλια ἔργα. „quod ἀεκήλιος cogit statuere, fuisse ἐκήλιος, ab ἑκὼν vel ἕκηλος, vt sint ἐφ' οἷς οὐχ οἷόν τε ἡσυχάζειν. Laudantur Ascalonita, Aristarchus, (qui exposuit: τὰ ἀναγκάζοντα αὐτοὺς σιωπᾷν. ap. Schol. Mosc.) Alexio; et similia habent Schol. br. fr. Mosc. Sch. Excerpta ed. Cantabr. Apollon. Lex. Hesych. Etymol. Eustath. Ceterum sensus est idem qui τοῦ ἀεικής, ἀεικέλιος, e quo tamen vix duci potuit.

78. τῷ δὲ βαρυστενάχοντι vulgg. e more grammaticorum. Diuisim βαρὺ στενάχων Vrat. d. v. ad A, 364.

79. τὰ μὲν ἄρ „illa quidem vt dixisti." Clarke.

80. ἀλλὰ τί μοι τῶν ἦδος. aberratur ἧδος, vt in Lips. hoc est quod Suidas monet: ἦδος, ὄφελος. ψιλοῦται· adiecto versu, sed corruptis verbis. Fuit τὸ ϝῆδος. v. ad A, 576 et Excurs. de digammo.

ἐπεὶ φίλος ὤλεθ' ἑταῖρος Πάτροκλος. Vrat. A. ἐπεὶ φίλον ὤλεσ' ἑταῖρον Πάτροκλον.

81. περὶ πάντων τῖον ἑταίρων. Alii, vt Lips. τίον. dissensu grammaticorum in his obuio.

82. ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ, τὸν ἀπώλεσα. ita τὸν est pro ὅν· at Schol. A. interpungit post κεφαλῇ. Scilicet ita maior affectus est, noua exclamatione: τόν, τοῦτον, ἀπώλεσα!

83. τεύχεα ἀπέδυσε. ἀποδύειν. nunc σκυλεύειν, ἐναρίζειν. δηώσας receptum e Romana a Turnebo. Flor. Aldd. δηιώσας perpetua varietate.

85. ὅτε σὲ βροτοῦ ἀνέρος ἔμβαλον εὐνῇ. possit referri ad vim, qua adacta est Thetis vt nuberet Peleo; sed est simpliciter κατευνάζειν. vt quoque Eustath. accepit.

86. ὡς ὄφελες σὺ μὲν αὖθι — μένειν. Erat haec vulgata lectio, aeque bona. Nam saepe ὡς ὄφελες vidimus occurrere: quam, quantopere, debebas! quod Lat. vna voce vtinam. sic Γ, 173. Λ, 315. et al. Hoc tamen loco αἴθ' ὄφελες Venetus, et Schol. A. „'Απολλώνιος ἐν τῷ περὶ συντάξεως τίθησι τὸν στίχον οὕτως ἔχοντα." Locus est lib. III, f. 23 p. 248 vbi εἴθε per se positum esse vult. Est autem idem εἴθε, αἴθε. Additur aliud Scholion: ἄλλως· γράφεται· ὡς ὄφελες.

88. νῦν δ' ἵνα καί σοι πένθος ἐνὶ φρεσὶ μυρίον εἴη. Nexum in sqq. desiderant veteres quoque; Schol. A. iungit νῦν δὲ — τοῦτον οὐχ ὑποδέξεαι ὑποστρέψοντα οἴκαδε. Aut refert ad vs. 85 νῦν δὲ θεοί σε βροτοῦ ἀνέρος ἔμβαλον εὐνῇ. Ita magis in proximo esset νῦν δὲ Πηλεὺς ἠγάγετό σε. nunc res contra euenit: vir duxit te mortalis, filium peperisti, quem mox lugebis. Decent affectum abrupte dicta. At ex priore ratione non male haec dicta essent interpunctione mutata: νῦν δ', ἵνα καί σοι πένθος ἐνὶ φρεσὶ μυρίον εἴη παιδὸς ἀποφθιμένοιο, τὸν (τοῦτον, τὸν παῖδα) οὐχ ὑποδέξεαι αὖτις.

πένθος μυρίον erat scribendum e noto grammaticorum canone, si semel apponimus accentus; cum Flor. Ald. 1. et Romana; aberrauerat Ald. 2. μύριον cum seqq. quod tantum in numerando locum habet, si sunt μύριοι.

89. παιδὸς ἀποφθιμένοιο. Vrat. d. παιδὸς ἀπὸ φθιμένοιο. Ita πένθος — εἴη ἀπὸ παιδὸς sunt iungenda. Pot-

eſt etiam, vt vulgo legitur, tolli interpunctio poſt εἴη, nam eſt πένθος παιδός.

τὸν οὐχ ὑποδέξεαι αὖτις. Barocc. et alii αὖθις τὸν δ' οὐχ cod. Ital. ita ſcribendum erat παιδὸς ἀποφθιμένου. nullo cum fructu. αὖθις et αὖτις etiam h. l.

90. τὸν οὐχ ὑποδέξεαι αὖτις οἴκαδε νοστήσαντα. ℈ „quod et hic Thetis cum Peleo egiſſe narratur, v. ſup. ad vſ. 57. νοστήσαντα ἐπεὶ vn. Cod. Ital. indocte

ἐπεὶ οὐδ' ἐμέ. Steph. marg. „γρ. οὐδέ με." ſic Vrat. A.

θυμὸς ἀνώγει ſic recte Vrat. b. A. Barocc. Mori. et nunc Venetus. Vulgo in aliis erat ἄνωγε, inuito ſenſu.

91. ζώειν οὐδ' ἄνδρεσσι μετέμμεναι. recte quidem monuere qui apud Euſtath. dicerent nullam vim habere τὸ μετεῖναι ἀνδράσι. Verum in Homericis innumera talia vetuſtatem commendant.

92. αἴκε μὴ Ἕκτωρ πρῶτος ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃ. Notat Schol. B. πρῶτος eſſe pro πρότερος (et hoc pro πρότερον, *prius*.) Notat porro ἀπὸ eſſe ſcribendum, non ἄπο. At ſcripſerant alii ἐμῷ ὕπο δουρὶ, vt eſſet ἐμῷ ὕπο. quia, vt ex Schol. A. apparet, δουρὶ τυπεὶς ſufficit. Eſt tamen vſus hic τοῦ ὑπὸ valde frequens quoties quis patitur quid ab alio; et haec ipſa verba iam aliquoties erant lecta, E, 653. Λ, 433. M, 250 et al. cur igitur nunc hoc offendit?

93. Πατρόκλοιο δ' ἕλωρα Μενοιτιάδεω ἀποτίσῃ. ℈ „ὅτι τὰ ἕλωρα οὐ βρώματα, ἀλλ' ἑλκύσματα" et Schol. B. ὑπὲρ ὧν εἵλκυσεν, ἵνα ἀνθελκυσθῇ. Eſſet ergo ἕλωρ idem ἕλκυσμα raptatio cadaueris abiecti a feris? Sic quoque Etymol. Apollon. Lex. Heſych. cf. ad A, 4. Hoc eſt ex contexto ſenſum ariolari: quia eſt ἀποτῖσαι τὸ ἕλωρ· non grammatice elicere. Schol. br. ſimili modo: τιμωρίαν δὲ παράσχῃ ἀξίαν ὑπὲρ τῆς Πατρόκλου ἀναιρέσεως. Atqui ἕλωρ καὶ κύρμα aliquoties iunctum occurrit, vt ſit ipſa praeda, ipſum cadauer, vt E, 488 et 684. P, 151. 667. nunquam alio ſenſu; ſic et τὸ ἑλώριον A, 4. Euſtath.

comparat: νῦν μοι τὸν ἀδελφὸν ἀποτίσεις. pro τὸν φόνον τοῦ ἀδελφοῦ.

Nullus dubito τὰ ἕλωρα eſſe ἀπὸ τοῦ ἕλωρον dictum; vt τὰ θρεπτήρια, θρέπτρα, ἀποτῖσαι, ſic τὰ ἕλωρα ſcil. τιμήματα, χρήματα, aut ſimile quid. ſoluet mihi ποινὴν pro cadauere abiecto, vt a canibus ſeu feris illud laniaretur.

ἀποτίσει Vrat. d. et vn. Vindob. Μενοιτιάδαο vitioſe Cant. Euſtath. ed. Rom.

94. τὸν δ' αὖτε προσέειπε. Schol. A. ἐν ἄλλῳ· τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα.

95. ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις. κατὰ τοῖα, οἷα. ſecundum haec quae dicis. prouti loqueris, ſtatuis, ais te facturum eſſe.

Verſum hunc cum ſeqq. ad 99. recitat Aeſchines in Timarch. p. 153. ed. R. et παραφράζει locum p. 151. etiam Plato Apol. Socr. p. 28 C. D. Verſu 95 vſus eſt Ariſtoteles aduerſus Calliſthenem incaute παῤῥησιάζοντα ap. Diog. Laert. V, 5 item Diogenes Cynicus ibid. VI, 13.

96. αὐτίκα γάρ τοι. Verſum cum 98. 99. recitat Cicero ad Att. IX, 5. vbi pietatem ſuam in Pompeium vult declarare.

97. τὴν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Aeſchines in Timarch. l. c. verſus hos recitans τὴν δ' αὖτε προσέειπε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς habet, et poſt κτεινομένῳ ἐπαμῦναι, ὅ μοι πολὺ φίλτατος ἔσκε.

98. αὐτίκα τεθναίην. Propoſitum eſt in Schol. B. fragm. Moſcou. ζήτημα (haud dubie e Porphyrio) cur Achilles vitam nunc aſpernatur, alibi viuere cupit? (ſcil. in Necyia 488 ſq.) Dicendum erat alio conſilio aliter ſentientem exhiberi Achillem in Odyſſea.

οὐκ ἄρ ἔμελλον ἐπαμῦναι. redit ad vim τοῦ οὐκ ἠδυνάμην.

Exprimit h. l. Plato in Sympoſ. p. 179 E. et praeclare eo vtitur Socrates in Apol. Socr. p. 28. C. D. Et

versu vsus narratur Octauianus, cum ad vlciscendam Caesaris mortem Romam rediisset: Appian. Ciu. III, 13.

100. ἐμεῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι. „Aristarchea lectio fuit Ἄρεω. vt sit: ἐμοῦ δὲ ἐδέησε, τὸν ἀλεξητῆρα γενέσθαι τοῦ Ἄρεω, καθ' ὃν ἀπώλετο. Ab Ἄρεως, Ἄρεω. vt Πείρεως, Πείρεω. (Jl. Υ, 484.)" Schol. A. memorat eadem Eustath. p. 1133, 10. et Etymol. in Ἄρεω p. 138. Attigit quoque eam lectionem Schol. B. et br. in quibus est, οἱ δὲ Ἄρεος ἀλκτῆρα. Probabatque Ἄρεω Clarke, et Ernesti Dornillium in Vanno crit. p. 385 sequutus Ἄρεως vel Ἄρευς legendum censebat prouocando ad vs. 213 αἴ κεν πως σὺν νηυσὶν Ἄρεως ἀλκτῆρες ἵκωνται. Parum tamen accommodatum sensui Achillis et sententiae est: belli vel pugnae depulsorem esse. Dicendum ergo est, esse Ἄρεως dictum pro, *caedis*. quod durum est. Verum statuerunt ita viri docti, quod notionem veram voc. ἀρῆς non in promtu haberent: de qua v. Obss. ad M, 334.

Pergit Schol. A. ἐν δὲ ταῖς εἰκαιοτέροις· (in vulgaribus libris) ἀρῆς, τῆς βλάβης. ἐπεὶ καὶ Ἡσίοδος ἀρῆς ἀλκτῆρα, βλάβης καὶ κακώσεως, ἔφη. (Sc. Herc. 29 et 128) Etiam Schol. B. ἀρῆς, τῆς βλάβης, ὡς τὸ· Μέντορ ἄμυνον ἀρήν. Od. X, 208. In eod. Schol. A. inseritur alterum Scholion similia professum, nec dissimilia in Schol. br. et in Schol. B. vt ἀρῆς, βλάβης, sit vt Od. X, 208 Μέντορ, ἄμυνον ἀρήν. Ad quae diiudicanda cf. sup. ad M, 334. Obss. Etiam Apollon. Lex. ἀρὴ — ποτὲ δὲ ἡ βλάβη· ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι. cf. ibi Toll.

ἀρῆς ἀλκτὴρ potest esse, ὁ κωλυτὴς, ὁ βοηθὸς, vt in Schol. A. grammaticus reddit, et esse potest, vltor, vindex. hoc sane probabilius, ex ipsa re; et sunt Patrocli verba ad Hectorem Π, 851—854.

Ἐμεῖο δὲ δῆσεν. Primo varie hoc scribitur: δὲ δῆσεν. δ' ἐδῆσεν. δ' ἔδησεν. Nec minus varie accipitur. Parmeniscus in Schol. A. τὸ ἔδησεν βαρυτόνως (videtur fuisse τὸ δὲ δῆσεν) ἀποδίδωσιν, οὕτως· ὁ δὲ πόλεμος, τὴν ἐμὴν ἐφαλλόμενος πανοπλίαν, (leg. ἀφελόμενος) ἔδησέ μου τὴν

ἔξοδον, ὥςτε με (fragm. Mosc. ὥςτ' ἐμὲ, sed desideratur μὴ) γενέσθαι ἀλκτῆρα Πατρόκλου, ὅ ἐστι βοηθόν. „Ita vero legere ille debuit, ἐμεῖο δ' ἔδησεν Ἄρης me illigavit, impediuit, a δέω pro δίδημι. δεσμεύω, ἐμποδίζω, quominus exirem et Patrocli mortem auerterem. Ita vero ἐμεῖο parum conuenit; et contorta est tota oratio. Parmenisci interpretatio legitur quoque in Etymol. l. c. in Ἄρεα. Adde Schol. br. Schol. exc. Et ap. Eustath. ἐμοῦ δὲ δῆσεν Ἄρης, τουτέστιν, ἔδησε καὶ ἐκώλυσε, τὸ, ἀλκτῆρα γενέσθαι, ἤγουν ἀμύντορα, τοῦ Πατρόκλου. Memorantur apud eundem conatus alii veterum, non minus importuni, p. 1133 pr. „Ptolemaeus Ascalonita περισσὸν τὸ ἔδησέ φησιν" Schol. A. et Schol. br. cum fragm. Mosc. quod non assequor qua ratione fieri possit. an dictum hoc erat de voce ἐμεῖο?

δῆσεν ductum est haud dubie a δέω pro ἐδέησε, potest autem vel sic binis modis accipi: vel, *me indiguit*, vel *me rogauit;* et sunt omnino cognati inter se et ad idem redeuntes significatus. Priore modo est: ei defui, non adfui ad opem ferendam; itaque nil superest, quam vt amicum caesum vlciscar, vt ap. Platon. l. c. est, in Symposio, βοηθήσας ἐραστῇ Πατρόκλῳ καὶ τιμωρήσας. Sic accipere debuit Apollon. Lex. ἔδησεν, ἐνδεὴς ἐγένετο; ἐμεῖο δ' ἔδησεν ἀρῆς. Ita indiguit me opitulante, me succurrentem ei non habuit, cum succurrere ei periclitanti debuissem. Schol. laudat Od. A, 253. 4. adde sup. 77. Conuenit Porphyr. Qu. Hom. 18. postquam reliqua commemorauerat: ἐμεῖο δ' ἔδησεν, οὐκ ἔστι τὸ, ἔδησεν ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ, οὐδ' Ἄρης πόλεμος νῦν ἢ θεός. ἀλλὰ τὸ μὲν ἔδησε κατὰ συγκοπὴν τοῦ ἐδέησε. περισπαστέον δὲ τὸ ἀρῆς ἵν' ᾖ βλάβης. ὡς τὸ· Μέντορ, ἄμυνον ἀρήν. ἐμοῦ γὰρ ἐδέησε καὶ χρείαν ἔσχε, τῆς βλάβης βοηθὸν ἔχειν. Eadem quaestio inserta est cod. Voss. Altero modo est, moriens me rogauit, vt vindex eius et vltor fierem. Et haec ratio videtur esse facillima et simplicissima; prior tamen ex ipsa re defenditur, nam qui τηλόθι πάτρης occumbit, haud dubie opus habuerat aliquo qui succurre-

ret, et necem auerteret. Sic in aliis locis similibus: Ω, 488. 489. Od. P, 537 sq.

Bentlei. ingeniose quidem coni. ἔφθιτ', ἔρις δέ μ' ἔδησεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι contentio cum Agamemnone cohibuit me.

ἐμοῖο Barocc. vitiose vt saepe al. ἐμεῖο δ' ἔδησεν etiam Cant. Vrat. A. et Apollon. Lex. ἔδησεν. ἄρης Vrat. d.

101. νῦν δ', ἐπεὶ οὐ νέομαί γε. Quaeritur de apodosi. Iungi ea cum vs. 114 νῦν δὲ εἶμι ὄφρα volunt Schol. A. B. Interpositae sic sunt sententiae aliae, vt sit mente per affectum turbata. Alii subiiciunt νῦν δὲ — ὡς ἔρις. cf. Eustath. Durum et hoc censebat Ernesti et coniiciebat: νῦν δ' ἔτι οὐ. in quo et vis nulla τοῦ ἔτι est, et hiatus infertur. Tales omissiones apodoseos post ἐπεὶ iam aliunde meminisse licet, vt sup. N, 68 Αἶαν, ἐπεὶ et in Odyssea saepius, quod videre licet vel in Dammio. Explere licet sententiam non vno modo; Pope: nunc autem, quid vita iuuare potest? vel: nunc autem mori non recuso: fere sic Koeppen, vt νῦν αὐτίκα τεθναίην revocetur.

δ' inter νῦν et ἐπεὶ deerat edd. praeter Romanam, e qua restituit H. Steph.

103. οἱ δὴ πολέες δάμεν Ἕκτορι δίῳ. — „quod Ἕκτορι pro ὑφ' Ἕκτορος dictum" Sch. A.

οἱ δὲ vitium puto, non lectio, ed. Ald. 2.

104. ἀλλ' ἧμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. Apud Eustath. p. 1133, l. 28 est ἔχθος, puto sphalma esse. Etiam Od. Υ, 379 ἀλήτην, — ἀλλ' αὔτως ἄχθος ἀρούρης. Abiit hoc in vsum aliorum. repetit Plato Apol. Socr. p. 28 D. Versum recitat Plutarch. de Tranquill. pr. p. 465 F. vbi illustratur comparato altero loco Il. A, 488—492.

105. τοῖος ἐὼν οἷος οὔ τις. Aiunt Schol. A. B. Harl. ἀλαζονικὸν esse hoc; veterum tamen hunc morem esse. Quam aliena haec a re! laudat se, vt tanto grauius se obiurget.

Ceterum hic cum vſ. ſequ. redolent male ſedulam rhapſodi operam in dilatanda enuntiatione; aliena enim ſunt a loquentis affectu et conſilio. Plutarchus tamen de Tranquill. p. 471 F. excitat verſus, et commendat, quod laudi ſuae mox ipſe aliquid detraxerit Achilles vſ. 106. Hoc eſt ſapere!

107. ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν — Aliena ſunt quae afferunt Schol. A. dum contra Heraclitum disputant, (qui longe alio ſenſu per Ἔριν ortam rerum naturam eſſe aiebat) quod ille reprehendiſſe haec Homeri narratur. Attingunt haec eadem Ariſtot. Ethic. Eudem. VII, 1. et Plutarch. de Iſ. et Oſ. p. 370 D.

ἔκ τε θεῶν vt eiecta ſit Olympo, quemadmodum Ate. inf. T, 126 ſq. Ita vero praeceps delata eſt inter homines; melius feciſſent dii, ſi ad inferos eam relegaſſent.

In capite verſus ὡς eſſe θαυμαστικὸν pronuntiatur in Heſychio h. v. Atqui eſt h. l. optantis, precantis; pro, *vtinam?*

108. καὶ χόλος, ὅς τ' ἐφέηκε. Monent Schol A. ex his Platonem triplicem animam petiiſſe: repetit quoque hoc et ſuperiora Euſtathius. Faciebant hi homines, quod alii, qui ea, quae ſenſus communis facile cuique ſuppeditat, e libris tamen Iudaicis repetere malunt.

Ceterum maturius iam Agamemnon iracundiam damnauerat, I, 117 ſq. paullo poſt T, 56 ſq. ſtultitiam ſuam incuſabant vterque. Vides hominum morem! Interea parua haec ſapientia parta erat aliquot millium caedibus.

ὅς τ' ἐφέηκεν. Schol. B. ἀντὶ τοῦ· ἐν ἐφέσει ποιεῖ γενέσθαι τοῦ χαλεπῆναι, εἰς χαλεπότητα ἀχθῆναι. Atqui eſt ſimpliciter ἀνῆκε, παρώξυνε, παρώρμησε. *incitare ſolet ad ſuccenſendum;* facit, vt excandeſcant homines: vt Schol. br. Euſtath. Idem orationis color eſt Od. Ξ, 464 de vino: οἶνος ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι. „γρ. πολύφρονά τε" Clarke.

Vterque vſ. 108. 109 recitantur a Platone in Philebo p. 47 E. loco ab interpolatione liberato a Fiſchero.

et vna cum vſ. 110 a Galeno de Hippocr. et Plat. plac. III, 2. vbi male editur χαλεπῆνας.

109. ὅς τε, πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο, ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται. Ipſa interpunctione declaraui, iungenda eſſe ὅς τε ἀέξεται, interpoſitis πολὺ γλυκίων ſcil. ὤν.

ὅς γε in his verſſ. ſcribitur ap. Galen. l. c. III, 2. III 7 et IV, 1. At ap. Ariſtot. l. c. eſt ὥς τε. μέλιτος καταλειβομένοιο. non eſt, puto, quod in fauces deſtillatur, vt Euſtath. accipit, nec quod ex cauo arboris trunco deſtillat, ſed ſimpliciter mel liquidum.

Ariſtot. Rhet. I, 11 καὶ τὸ ὀργίζεσθαι ἡδὺ, ὥςπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησε περὶ τοῦ θυμοῦ· ὅς τε πολὺ γ. adde II, 2. dulcedo eſt ex vltionis, quam ſibi propoſuit, cogitatione. adde Plat. l. c.

110. ἀέξεται ἠΰτε καπνός. pro igni dictum eſſe volunt Schol. A. B. Euſtath. Iam enim eſſe ζέσιν τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος δι' ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως. Hanc definitionem primum dediſſe Homerum. Pro πῦρ autem καπνός, vt in illis: ὡς δ' ὅτε καπνὸς — inf. 207." Merae, puto, argutiae. Nam et fumus, explicando ſe per aerem, increſcit. cf. loc. Apollonii Arg. 139 ſqq. Ceterum ſuper ira, θυμὸς eſt, longa habetur diſputatio, e philoſophicis libellis petita, in Schol. B. etiam pluribus aliis onerata in Schol. Moſc. quam et alibi legi memini.

111. ὡς ἐμὲ νῦν ἐχόλωσε poteſt eſſe ὡς et ὥς.

112. ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι. verſus iam lectus ſup. Π, 60 vbi v. Obſſ. et iterum Τ, 65. Copioſe Schol. A. B. declarant, λύπην nunc eſſe mollimentum irae, quae iam reſidit. Addit A. „πρῶτος δὲ Ὅμηρος τὸν θυμὸν ἀπὸ (ὑπὸ) λογισμοῦ σβεννύμενον ἐδογμάτισεν. Nimis magnifice!

115. κῆρα δ' ἐγὼ τότε δέξομαι· ἐμφαντικὸν hoc eſſe ait Schol. B. οἷον, πρόθυμος ὑποστήσομαι.

Vſſ. 115. 116. iterantur inf. Χ, 365. 6.

116. τελέσαι ἠδ' ἀ. Barocc. Mori. Vrat. A. καὶ ἀ.

117. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε κῆρα. ξ- „quod Homerus ignorauit Herculem deum factum.“ Addit alius in eodem Schol. A. non hoc inde ſequi; nam etiam deus factus fatum haud effugiſſe videri debere. Vſi quoque ſunt hoc loco ad delendum locum Od. Λ, 601 — 603 εἴδωλον, αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι etc. Iis vtique, qui de auctore vtriusque carminis quaerunt, idonea hinc oritur disputandi materies.

Κῆρα, quam alibi Μοῖραν vocat, mortem fatalem declarare, vel ex h. l. manifeſtum fit; excipit mox voc. Μοῖρα. cf. loc. claſſ. Z, 488 Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι etc.

βίη Ἡρακλείη eſt ap. Lucian. Philop. 14. vbi excitantur vſſ. 117. 8. 9.

119. Μοῖρα δάμασσε. μοῖρ' ἐδάμασσε Euſtath. Barocc. Cant. Mori. Harl. Vrat. b. d. A. fragm. Moſc. Venetus. Vindob. tam parum curarunt Ionicam formam in poeta, quem Ionicum eſſe pronuntiarunt. Ad notionem autem Homericam fati notabilis eſt hic quoque locus: Iunonis ira Herculem perdidit, et perdere potuit, quia hoc fatale erat Herculi, vt Iunonis iram nulla alia vis verteret.

120. ὡς καὶ ἐγὼν, εἰ. deberi ἐγὼν grammaticis iam alibi dixi. fuit ἐγώ.

121. κείσομ' ἐπεί κε θάνω. Reddunt κεῖσθαι per ἀργὸν καὶ ἄπρακτον εἶναι in inferis, Schol. A. B. Exc. Euſtath. Atqui, quoties de mortuis vſurpatur, κεῖσθαι eſt ſepultum eſſe, tum omnino mortuum eſſe. Putabam itaque contemtum mortis ita reddi: ſepeliar, ero inter mortuos, ſi mortuus fuero; quid tum?

122. καί τινα Τρωϊάδων καὶ Δαρδανίδων βαθυκόλπων. Non aliae eſſe poſſunt βαθύκολποι, quam βαθύζωνοι γυναῖκες ſup. I, 590 vbi v. Obſſ. De amictu accipio, cuius ſinus amplus circa pectus tumet. Quod aiunt de mulieribus Troianis tantum dictum occurrere, mirum non eſt; bis enim tantum occurrit voc. inf. 339 et Ω, 215. Eſt potius pro voce generaliore de matronis habendum. Spectat autem grammaticorum obſeruatio ad lectionem

Zenodoteam Jl. B, 484 Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες βαθύκολποι. cf. Schol. exc. et Euſtath. inf. ad vſ. 339.

123. ἀμφοτέρῃσιν χερσί in Italicis et fragm. Moſc. erat ἀμφοτέρῃσι χ. recte vtique et antique; modo hoc per totum carmen ſeruatum eſſet aut ſeruari poſſet! ſemel autem vno loco quorſum mutemus?

124. ἀδινὸν στοναχῆσαι ἐφείην. debebam reuocare στεναχῆσθαι ex edd. ante Steph. excepta Romana, e qua Stephanus adſciuit στοναχῆσαι. Verum hoc idem iam facere debueram H, (VII) 95. Vbique variat haec lectio; grammatice tamen probanda eſt altera: στένω. στενάχω. στεναχέω. στεναχίζω, στενάζω. Serius ex στοναχή, inualuit στοναχέω et ſic porro quod et h. l. in libris regnat.

ἀδινὸν crebrum et continuum exprimit: vt inf. aliquoties ἀδινὸν γοόωσα. ἀδινὸν γόον. v. inf. ad 316. X, 430 et al.

ἐφείην. ἐφείην ἄν, ἐφήσω στοναχῆσαί τινα. efficiam vt multae Troianae mulieres lamenta faciant. In capite: δάκρυ' ὀμορξαμένην Harl. Vat. fragm. Moſc. δάκρυ ὀμορ.

125. γνοῖεν δ' ὡς δὴ δηρὸν ἐγὼ πολέμοιο πέπαυμαι. — „quod δηρὸν dixit; atqui per XV tantum dies ab exercitu Achiuorum ſe ſeiunxerat, comprehenſis hoc numero XII diebus, quibus dii ad Aethiopes profecti erant; tres alii dies conſumti praeliis. At cupido pugnandi et impatientia facere potuit, vt breue tempus longum eſſe videretur" Sch. A. Similia Sch. B. et repetit Euſtath. Non male computata eſſe tempora, apparet. v. Excurſ. I ad h. l. Scilicet inciderat iurgium inter Agamemnonem et Achillem poſtridie diſceſſus deorum in Aethiopiam, vnde XII die erant redituri. Ergo die XI (qui erat XXI Jliadis) Thetis ad Iouem ſe contulerat; noctu Somnium fraudulentum obuenit Agamemnoni, die XII fit pugna, dies XIII induciarum, XIV ſepulturae mortuorum, et vallum ductum XV pugna victi Achiui; noctu ſpeculatum eunt Vlyſſes et Diomedes. XVI altera pugna, qua Patroclus cadit. Sunt ita dies quidem tres, quibus pugnatum eſt; enimuero dies XXVI erat, ex quo Achilles

Achiuos suas res sibi habere iusserat, dies sextus ab exorato ab Thetide Ioue.

γνοίη codd. Ital. ὡς δηρὸν δὴ vn. Vindob. πεπαύμην. Cant. Harl. Vrat. d. A. quod et ipsum locum tueri possit. Bentl. aduocat inf. 248. Υ, 43. vbi etiam hoc tempus occurrit ἐπέπαυτο.

127. τὸν δ' ἀπαμειβόμενος Vrat. A. pro τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα.

128. Nugatoria fuit ζήτησις, cur non auertat Achillem mater a pugnae consilio, in Sch. A. in quibus porro, ταῦτα ἐτήτυμον, videri soloece dicta; nisi sit pro aduerbio ἐτήτυμον. *haec vere a te dicta sunt.* Similia Eustath. at ταῦτα vbique legitur, legebatur quoque in edd. ante H. Stephanum, qui audacter τοῦτο intulerat; recte eiectum a Wolfio.

130. ⸖ quod ἔντεα ἔχονται pro ἔχεται.

131. χάλκεα per κεχαλκευμένα exponunt *fabricata;* nam etiam auro et argento fuere ornata, Sch. B. et A. ad 128 laudatur quoque Od. Γ, 443 vbi χαλκεὺς de aurifice dictum. Agitur nunc de armis amissis quae tamen et ipsa Ἡφαιστότευκτα fuere: Π, 867. κορυθαιόλος et hic variat, etiam in edd.

133. δηρὸν ἐπαγλαϊεῖσθαι. ἀπαγλαϊεῖσθαι Lips. Φόβος a pr. m. pro Φόνος vn. Vindob.

134. καταδύσεο μῶλον Ἄρηος. quod alibi δῦναι, καταδῦναι ὅμιλον, μάχην.

136. ἠῶθεν γὰρ νεῦμαι. ⸖ „νεῦμαι h. e. νέομαι pro νεύσομαι — ἀντὶ ἐλεύσομαι. πορεύσομαι.“ Sch. A. B. et Suidas. ἠῶθι Lips. et vn. Vindob.

138. πάλιν τράπεθ' υἷος ἑοῖο. „ἐν ἄλλῳ· ἑῆος“ Schol. A sicque Vrat. d. ἑῆος Harl. Vat. πάλιν τράπεθ' υἷος. ἀνετρέπετο ἀπὸ υἱοῦ, ἀνιοῦσα. de his monitum Exc. VII ad Lib. A. p. 186.

140. δῦτε θαλάσσης εὐρέα κόλπον. (⸖) „quod Hellespontum dixit εὐρέα.“ de quo iam dictum sup. ad P, 432 et H, 86.

140. 141. excitat Pausan. III, 21. p. 265 vt hinc declaret, quem Gytheatae, Laconicae, colant, ἅλιον γέροντα, esse Nereum. Legitur ibi θαλάσσης εὐρέα πόντον. Hesiod. Theog. 234 progenuit Pontus Nereum πρεσβύτατον παίδων, αὐτὰρ καλέουσι γέροντα.

142. καί οἱ πάντ' ἀγορεύσατ'· ἐγὼ δ' — Legerat ἀγορεῦσαι Zenodotus; ex Homerico more.

143. αἴ κ' ἐθέλῃσιν — Ineptiunt Sch. A. et B. in αἴ κ' ἐθ. quasi dubitantis sit. Sexcenties in Homero pro ἵνα ponitur: αἴ κε θελήσει Vrat. b. d. αἴ κε θέλῃσιν duo Vindob. male contra vsum Homericum.

147. ὄφρα φίλῳ παιδὶ κλυτὰ τεύχε' ἐνείκοι. ἐνείκαι Cant. Lips. Vat. Townl. Vrat. d. fr. Mosc. vn. Vindob. ἐνείκῃ Barocc. Harl. Vrat. b. vn. Vindob. perpetua varietate post ὄφρα· quod modo 63 vidimus: v. Exc. III ad Lib. IV.

148. τὴν μὲν ἄρ' Οὔλυμπόνδε πόδες φέρον. ⸖ (deb. ⸖) „contra Zenodotum interpolantem (μεταγράφοντα) ῥίμφ' ἑὰ γοῦνα φέρει. non illam pedes ferunt, sed ipsa fert pedes“ Sch. A. v. ad Z, 511.

„ἄρ' *vt iam dictum est*“ v. 146. Clarke.

Aberant 149. 150. 151 a fr. Mosc. suspicabar, ex incuria librarii, ex voce Ἀχαιοὶ in fine iterata. At desunt iidem quoque versus in vno Vindob. et sensus sine his vss. sibi constabat: αὐτὰρ Ἀχαιοὶ ἐκ βελέων ἐρύσαντο νέκυν θεράποντ' Ἀχιλῆος.

150. νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο. ἱκέσθην. Vrat. d. indocte.

151. οὐδέ κε Πάτροκλον. „Putabat lector iam in salvo esse Patroclum; nunc nouus metus; scilicet, vt, re in summum discrimen adducta, Achilles in conspectum prodeat.“ Sch. B. non male.

152. ἐρύσαντο νέκυν θεράποντ' Ἀχιλῆος. Miro lapsu vn. Vindob. ἐρύσαντο ἄνακτα θ. A.

153. αὖτις γὰρ δὴ τόνγε. Townl. τόνδε.

154. *Φλογὶ εἴκελος ἀλκήν.* *ἴκελος* etiam h. l. male codd. in his Venetus, et edd. quas emendauit Barnes ex vno Cant.

155. *τρὶς μέν μιν μετόπισθε ποδῶν* — ÷ „quod Zenodotus ita ſcripſerat: (h. e. ediderat)

Ἕκτωρ τε, Πριάμοιο πάϊς, συῒ εἴκελος ἀλκήν,
ὅς μιν τρὶς μετόπισθε ποδῶν λάβε, καὶ μέγ' ἄϋτει,
ἑλκέμεναι μεμαώς, κεφαλὴν δέ ἑ θυμὸς ἀνώγει
πῆξαι ἀνὰ σκολόπεσσι ταμόνθ' ἁπαλῆς ἀπὸ δειρῆς.

(Sequi debuit *τρὶς δὲ δύ'* A. Sunt eadem quae mox in Iridis dictis repetuntur 175. nec male ex Homerico more; damnantur tamen, cenſeo, Zenodoti invidia; etſi is non interpolaſſe, ſed variam lectionem ex rhapſodis in ſuis libris habuiſſe videri debebat.) Pergunt Sch. A. „Male; non enim *αἰκίζεσθαι* nunc voluit; hoc antea facere voluerat. (vbi? P, 125. 6.) mox vero a Glauco obiurgatus, (P, 140 ſq.) propter Sarpedonem ſpoliatum, potiri voluit corpore Patrocli, vt Sarpedonis corpus redimeret. (ibid. 156 ſq. atqui hoc iam ſubductum erat Π, 666 ſq. ſed fuiſſe erratum a grammaticis in eo, vidimus ſup. ad P, 150.) Quod ſi mox Iris ita loquitur: putanda eſt non vera dixiſſe, ſed Achillem excandefacere voluiſſe." Argutiae!

157. *τρὶς δὲ δύ' Αἴαντες, θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκήν.* Erat *δύ' Αἴαντε* ex cod. Lipſ. Erneſtio probatum, quem ſequebatur Wolf. recte et hoc legeretur, niſi conſtans codd. conſenſus eſſet in *Αἴαντες,* quod et edd. exhibebant. Eſt porro *τρὶς δὲ δὴ Αἴαντες* in codd. Mori. Harlei. Bentl. emendabat *τρὶς δέ μιν* mollius vtique, ſed ſine codice et ſine neceſſitate.

ἐπιειμένοι ἀλκὴν iam vidimus A, 149. et mox vſ. 158 *ἀλκὶ πεποιθώς,* etiam ſaepe; v. E, 299.

160. *στάσκε μέγα ἰάχων.* ÷ „quod Zenodotus ſcripſit *μέγα ἀχέων.* At, inquit Schol. A. quorſum *triſtatus?* immo adhortatur Troianos, vt corpus Patrocli abstrahant." Bene haec; relinqueretur quoque in ea letione hiatus.

μέγ' ἰάχων Lipſ. vt fere peccatur alibi.

161. 162. ὡς δ' ἀπὸ σώματος οὔ τι λέοντ' αἴθωνα δύνανται ποιμένες ἄγραυλοι μέγα πεινάοντα δίεσθαι. „ἀπὸ σώματος. Schol. br. ἀπό τινος ζώου. fera caefa. θηρός. νεκροῦ γάρ, φασι, μὴ ἅπτεσθαι λέοντα.“ Haec iam vidimus Obff. ad Γ, 23. comparatio quoque frequentata M, 298 fq. Υ, 164 fq. alibi leo cedit: Λ, 547 fq. Leo αἴθων *fuluus*. nec aliter interpretandus. v. ad K, 23.

162. μέγα πεινάοντα δίεσθαι. ⊱ „quod δίεσθαι, (pro διῶξαι) vt τίθεσθαι, a δίημι, vnde et δίεσαν, Σ, 584. add. Ψ, 475. non enim, ait Schol. A. (cui fimilia habet Schol. Harl.) audiendi, qui δ' abundare volunt et fcribunt δ' ἵεσθαι.“ cf. Schol. ad P, 110 ὅν ῥα κύνες τε καὶ ἄνδρες ἀπὸ σταθμοῖο δίωνται.

163. δύω Αἴαντε κορυστά. Lipf. κορυσταί. ficque duo Vindob.

164. τὸν οὐκ ἐδύναντο — ἀπὸ νεκροῦ δειδίξασθαι. Townl. δειδίξεσθαι. hoc melius legitur inf. Υ, 201. et 431. 432.

165. εἴρυσσέν κε. εἴρυσε Cant. Townl. ignorata prosodia.

167. Iris ἄγγελος ἦλθε — θωρήσσεσθαι. h. ἀγγέλλουσα. At θωρήσσεσθαι proprie dictum effe nequit; nam arma Achillem non habere, ipfa Iris mox fatetur vf. 199. Eft ergo fimpliciter accingere fe, prodire in pugnam; aut potius, in confpectum pugnantium. Recte Schol. Mofc. τὸ ὁρμῆσαι πρὸς τὸν πόλεμον. πῶς γὰρ εἶχεν ὁπλισθῆναι;

168. κρύβδα Διὸς ἄλλων τε θεῶν. Vrat. d. πάντων τε θεῶν. κρύβδα Διός. quaefiuere grammatici ap. Schol. B. cur Iris *clam Ioue aliisque diis*, a Iunone miffa fuerit ad Achillem? audierat tamen ipfa Iuno, Iouem nolle Patrocli corpus male mulcari: fup. P, 270 fq. „At, inquit, norat illa quoque Iouem conftituiffe, vt vsque ad noctem fuperior pugna effet Hector; hoc illam velle interuertere, Achille, vt prodeat, per Iridem excitato.“ Alia nugatur Euftathius p. 1136, 30. Dices fimplicius: Producendus erat Achilles in medium, vt fifteretur impetus

Hectoris et Troianorum corpus Patrocli, ne castris, quibus iam appropinquatum erat, inferretur, prohibentium. Cum ipse arma non haberet, vix audere poterat Achilles prodire in pugnam nudus, nisi confirmatus iussu numinis; accommodatissimum autem numen Iunonis, deae Achiuis studiosae. Cum diuersa esse deorum studia bene dea nosset, machinata illa hoc est clandestino consilio.

171. *Πατρόκλῳ ἐπάμυνον.* „Aristarchus *Πατρόκλου.* vt sit *περὶ Πατρόκλου*, vt Π, 522 *ὁ δ' οὐδ' οὗ παιδὸς ἀμύνει.*" Schol. A. v. Obss. ad e. l. Nunc tamen Aristarchum ratio fefellit; *ἐπάμυνον* casum tertium postulat propter *ἐπί.* sicque vbique Homerus, vt Z, 361, Θ, 414 et al.

172. *οὗ εἵνεκα Φύλοπις αἰνὴ ἕστηκε πρὸ νεῶν. ἕστηκε* est pro *γίνεται.* cum durationis notatione.

173. *οἱ μὲν ἀμυνόμενοι νέκυος πέρι τεθνειῶτος.* Vat. cum Harlei. *ἀμυνέμεναι.* quod conuenire putes cum *ἐρύσσασθαι.* Enimuero alterum hoc pendet ab *ἐπιθύουσι.* „Varietas constructionis Homeri consuetudini aptior:" ait Ernesti; recte, modo recte iunxeris: *οἱ δ' ἀλλήλους ὀλέκουσιν, οἱ μὲν ἀμυνόμενοι, — οἱ δὲ ἐπιθύουσιν* (*ὥςτε*) *ἐρύσσασθαι.*

νέκυος πέρι. poterat quoque locum habere *περὶ* ante adiunctum *τεθνειῶτος.*

τεθνειῶτος. etiam h. l. Venetus, qui alias per *η* scribit; vt et h. l. Cant. Townl. vn. Vindob. *τεθνηῶτος*, quod Aristarcheum est. Nos sequi *ει* iam monitum est ad Z, 71.

174. *οἱ δὲ ἐρύσσασθαι προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν.* ⊱ „quia Zenodotus legerat: *προτὶ Ἴλιον αἰπὺ θέλοντες.* (hoc male, quia Homericum vbique est *ἐθέλω*) tum, quia ille *ἑλκέμεναι* vsque ad *πῆξαι* transtulerat supra post vs. 155. At, inquit, Iris nunc haec de suo addidit, *καὶ οὐδέποτε κατὰ τὸ δεύτερον λέγει Ἴλιον.* Nam praecesserat iam simile exemplum O, 71 *Ἴλιον αἰπὺ ἕλοιεν.* vbi etiam *τὸ Ἴλιον* pro *ἡ Ἴλιος.* at et ille locus erat profectus ab interpolatore; ex nostro autem loco apparet rhapsodorum eam fuisse, non grammatici.

ἐρύσσασθαι sibilo duplicato recte Barnes ex Cantabr. sicque iam edd. ante H. Stephanum; qui codicum sollenne vitium ἐρύσασθαι ex ed. Rom. intulerat.

οἱ δὲ ἐρύσσασθαι. Barnes emendabat οἱ δ' ἕ ἐρ. infeliciter. Cant. οἵ δέ γ' ἐρ. Male; nam pronuntiatum fuit οἱ δὲ ϝερυσσασθαι. Grauius est quod ἐρύσσεσθαι est in Ven. et Schol. A.

Pro προτὶ in aliis est ποτί.

175. Τρῶες ἐπιθύουσι. Apollon. Lex. h. v. ἐπ' εὐθείας ὁρμῶσι. Et Hesych. ἐπιθύω. ὥρμημαι. vt saepe ἰθύω. Variata autem est structura; nam sequi debebat οἱ μὲν ἀμυνόμενοι, οἱ δὲ ἐπιθύοντες ἐρύσσασθαι.

176. ἑλκέμεναι μέμονε. Bentl. malebat μέμαεν ex vs. 156. At et illud bene; v. c. E, 482 καὶ μέμον' αὐτὸς ἀνδρὶ μαχήσασθαι.

κεφαλὴν δὲ ἑ θυμὸς ἀνώγει. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἄνωγε." sicque Lips. Harl. Mori. Cant. Vat. Vrat. d. adde Eustath. e quo appositum, vt alia, in marg. H. Stephani.

κεφαλὴν δέ γε Cant. Harl.

De hoc Iridis mendacio nuntii multa disputarunt grammatici. v. sup. ad vs. 155. Saltem dicendum erat: Iridem aut suspicari id, quod sollenne factu erat, aut, vt deam, hoc nosse potuisse, quod Hector animo versaret.

178. ἀλλ' ἄνα, μηδ' ἔτι κεῖσο· σέβας δέ σε θυμὸν ἱκέσθω. Mosc. fragm. μηδέ τι. Harlei. μηκέτι, cum Apollon. Lex. in ἄνα. μηδ' ἔτι κεῖσο. μὴ ἀργὸς διατέλει. Schol. br. vt aliquoties de Achille, v. c. H, 230. Lips. a pr. m. σέβας δέ τε. σέβας. E pluribus apud Hesych. et Eustath. huc spectat notatio: αἰδώς. v. ad Z, 167 vbi est σεβάζεσθαι, αἰδεῖσθαι.

179. Τρῳῇσι κυσὶ μέλπηθρα γενέσθαι. μέλπηθρον, vt sup. N, 233.

180. σοὶ λώβη, αἴ κεν τι νέκυς ᾐσχυμμένος ἔλθῃ. Primo σοὶ λώβην, vt iungantur cum antecedentibus coni. Bentlei. scite haud dubie. λώβη h. l. est αἶσχος. Eu-

ſtath. ἔλθῃ per ἀπέλθῃ reddit; at eſt pro εἴῃ. Legebatur ἠσχυμμένος, non modo in edd. ſed etiam in optimis codd. Townl. Moſc. Ven. at Codd. ab Tho. Bentleio collati, in quibus Vat. et Lipſ. ap. Erneſtium ἠσχυμένος, quod Wolf. ſequutus eſt, et recte. Nam υ per ſe producitur: vt ſup. vſ. 24 χαρίεν δ' ἤσχυνε πρόσωπον.

ἔλθοι ed. Rom. perpetua varietas poſt αἴ κε.

181. τὴν δ' ἠμείβετ'. τὸν δ' ſphalma Ald. 2.

182. τίς γάρ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκε; „Ita τίς γάρ σε. Aliter Ariſtarchi editio τίς τ' ἄρ σε. (quod et in Cantabr. et edd. ante Stephanum lectum; qui γὰρ intulit) At, inquit Schol. A. annon melior lectio altera, cum ſollenne ſit Homero, exordiri a γάρ?" Recte quidem; cur tamen hoc non alibi animaduerſum, vbi vel eadem erat varietas, vel legebatur τ' ἄρ, cum γὰρ opportunius eſſet: vt paullo poſt vſ. 188 πῶς τ' ἄρ' ἴω; ſup. Λ, 837 πῶς τ' ἄρ' ἔοι τάδε ἔργα; Od. Γ, 22 Μέντορ, πῶς τ' ἄρ ἴω; πῶς τ' ἄρ προςπτύξομαι αὐτόν; priore loco πῶς γὰρ deſidero, nec tamen aliter quam πῶς τ' ἄρ legitur etiam in edd. Cic. ad Att. IX, 8. Verum ductus ſimilitudo in ταρ et γαρ rem vbique facit dubiam. τὰρ vidimus iam ad A, 65.

Pro ἄγγελον eſt vitium Turnebi ἄγγελος.

185. οὐδ' οἶδε Κρονίδης ὑψίζυγος· vltimam vocem vidimus Δ, 166 et al. alte ſedens. At οὐδ' οἶδε, ſi Homericus verſus eſt, ſcribendum eſt ου ϝοιδε. Bentleius, quod miror, varie tentat: ουδϝοιδε, vel οὐδὲ ϝίδε, vel ου ϝοιδε. ab hoc haud diſcedam. At duo vſſ. 185. 6 ſerius inſerti eſſe videntur ex ſup. 168.

186. Ὄλυμπον ἀγάννιφον. ⊱ „quod Olympum, vt montem, appellat ἀγάννιφον." v. Excurſ. VIII ad A, 494.

188. πῶς τ' ἄρ ἴω μετὰ μῶλον; „et quomodo igitur?" Clark. Erneſti autem monet, hoc loco vſum eſſe Ciceronem ad Atticum, in dubitatione de partibus belli Caeſariani, iret ne ad Pompeium nec ne. Si in animo habuit locum Epp. IX, 8. verſus ibi eſt ex Odyſſ. Γ, 22. At enim pro πῶς τ' ἄρ. quis non expectet πῶς γάρ;

quod ſollenne eſt. vt A, 123 πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί; K, 61 πῶς γάρ μοι μύθῳ ἐπιτέλλεαι; ſaltem putes δὲ locum ſibi poſcere, πῶς δ' ἄρ' ἴω. vt πῶς δὲ alibi: πῶς δὲ σὺ νῦν μέμονας; Φ, 481.

ἔχουσι δὲ τεύχε' ἐκεῖνοι. ſc. Troiani: vt ſolent animo commoti tanquam praeſentes videre et appellare abſentes. Notauit Koeppen. cf. Virg. Aen. II, 733 *nate, propinquant!* „γρ. τεύχεα κεῖνοι." Barnes.

191. στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν ἔντεα καλά. „ὅτι κατὰ διαίρεσιν ἀντὶ τοῦ διωρίζετο" Schol. A. Interpono καί, ἀντὶ τοῦ διωρίζετο. Sunt duo diuerſa, quae notantur. Alterum hoc, διωρίζετο, eſt interpretatio τοῦ στεῦτο, et reſpicit Od. Λ, 583 στεῦτο δὲ διψάων. de quo iam vidimus ad B, 597. Alterum, κατὰ διαίρεσιν, ſpectat ad Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν. ſcripſerant alii παροισέμεν; vt eſt in Veneto, Townl. Vrat. A. Et Schol. A. (Scholion etiam in cod. Moſc. legitur) ait Apollonium ſic ſcribere. „Ariſtarchus autem ſcripſerat, vt nos ſcribimus, Ἡφαίστοιο πάρ' per diaereſin et anaſtrophen." ἐπείσθη δὲ ἡ παράδοσις Ἀριστάρχῳ, additur in eo Scholio. Adde Schol. br. ſicque fragm. Moſc. et alii.

192. ἄλλου δ' οὔ τευ οἶδα, τεῦ ἂν κλυτὰ τεύχεα δύω. Erat οὔ θην, vel οὐ θὴν in edd. excepta editione Romana, e qua Stephanus receperat οὔ τευ, quod iterum eiecit Barnes auctoribus cod. Cant. et Schol. br. adde vn. Vindob. Sane οὐ θὴν aut potius οὔ θην aliquoties vidimus, B, 276. K, 104. Ξ, 480. v. Obſſ. ad O, 288. Heſych. οὐ θήν. οὐ μήν, οὐ διὰ παντός. At optimi codd. Moſc. Townl. Lipſ. Ven. tuentur lectionem Rom. ed. quae et Euſtathii eſt, eoque alludunt alii. Ven. B. ἀλλ' οὐδ' οὐδέ τευ. Vrat. A. et d. ἀλλ' οὐδ' εὖ οἶδα. Vitium ortum ex mala diuiſione ἀλλ' οὐδ' οὐ. quae eſt quoque in vno Vindob. ἄλλου δ' οὔθεν οἶδα μὴ ἂν alius Vindob. Schol. br. ἄλλου δὲ οὐδενὸς οἶδα reddunt.

Quaeritur, ζητεῖται, cur non Patrocli arma relicta ſumſerit Achilles? Multa argutantur Schol. A. B. br. Moſc.

Euſtath. Reſpondebo ſimpliciter: eſſe hoc extra fabulam poſitum: vt Ariſtoteles ſolet diſtinguere in lib. de poetica.

194. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὄγ' ἔλπομ'. Interpolatum interpoſito ὄγ' ignorato digammo; cum eſſet: ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ϝελπομ'. Notat quoque Bentl.

ἔλπομ' in medio, eſt pro, puto, νομίζω. At Schol. exc. et alii ap. Euſtath. male iungunt αὐτὸς ὄγ' ἔλπομαι.

ἐνὶ πρώτοισιν Euſtath. p. 1137, 26 ἐνὶ Τρώεσσιν. ἦ μάλα, ἐνὶ πρώτοισιν. Eſt tamen ἐνὶ Τρώεσσιν etiam in Townl. Moſc. Ven. etſi Schol. A. interpretatur alterum.

ὁμιλεῖν Vrat. b.

197. εὖ νυ καὶ ἡμεῖς ἴδμεν ὅ τοι κλυτὰ τεύχε' ἔχονται. ⊱ ſed Scholion excidit.

ἴδμεν recepit Turneb. ex ed. Rom. Antea erat ἴσμεν. Prius tuentur codd.

ὅτι κλυτὰ erat in edd. ὅ τοι margo Stephani ex Euſtath. receptum a Barneſ. eiectum a Clarkio, rurſus commendauit Erneſti, ex Lipſ. eumque ſequutus eſt Wolfius, recte: accedunt codd. Vat. Vrat. A. Townl. Ven. vn. Vindob. Vnum eſt, quod ſuſpicionem facere poteſt, ὅτι eſſe forte mutatum, quia vltimae aliquis cauere volebat productae, cum non videret et tono et ante κλυτὰ ſatis eſſe proſpectum. Eſt tamen quoque ἀλλά τοι ἔντεα καλὰ μετὰ Τρώεσσιν ἔχονται vſ. 130.

198. ἀλλ' αὔτως ἐπὶ τάφρον ἰών. „Apud Zenodotum et Ariſtophanem αὐτός. h. e. αὐτὸς, χωρὶς ὅπλων. et eſt elegans, nec inſcita lectio.“ Schol. A. nec male. ſic quoque Lipſ. et vn. Vindob. Nec tamen deterius αὔτως. οὕτως, ὡς ἔχεις.

199. ὑποδδείσαντες. geminatio litterae grammaticis debetur. olim erat ὑποδείσαντες, geminato delta pronuntiando.

200. 201. Τρῶες ἀναπνεύσωσι. manifeſta interpolatio ad ſupplendam ſententiam otioſo additamento; ex Π, 42. 43. vbi v. de his vſſ. Aliter Erneſti ratiocinatur: „vterque verſus ſupra Λ, 800. 801. et Π, 42. 43. bis occurrit: itaque vtrumque et hic ab Homero eſſe crediderim.“

201. ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο. Verſus, mihi iam ſupra damnatus, aberat a Cant. Vat. Townl. fragm. Moſc. In Harlei. ἀνάπαυσις vt ſup. l. l.

203. ἀμφὶ δ' Ἀθήνη. Vrat. d. αὐτὰρ Ἀθήνη.

204. αἰγίδα θυσσανόεσσαν vidimus primo loco E, 738. Duplex σ in poſteriore verſu debetur Barneſio hic quoque.

205. ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ. κεφαλὴν edd. ante Stephanum; excepta ed. Rom. e qua ille recepit κεφαλῇ, quod codd. habent.

206. ἐκ δ' αὐτοῦ δαῖε φλόγα παμφανόωσαν. Ride acumen grammaticum in Schol. B. „πῶς δέ, φασιν, οὐκ ἐκαίετο; καὶ γὰρ οἱ θεοὶ αὐτοὶ τρωτοί. (nec tamen deos combuſtos quisquam memorauit!) ῥητέον δὲ, ὅτι φαντασία ἦν.“

207. ὡς δ' ὅτε καπνὸς ἰὼν ἐξ ἄστεος αἰθέρ' ἵκηται. Sch. A. „Dionyſius Thrax ait Ariſtarchum, hac ſcriptura vſum, poſtea mutaſſe: „ὡς δ' ὅτε πῦρ ἐπὶ πόντον ἀριπρεπὲς αἰθέρ' ἵκηται“ ita commode ignem igni Achillis reſpondere.“ Meminit quoque Euſtathius. Vtinam adiectum eſſet, fueritne haec lectio an emendatio: Nam verborum ordine male inſtituto comparationem non bene procedere videbant, *flammae* cum *fumo*: δαῖε φλόγα — ὡς ὅτε καπνὸς — Itaque, vt ex adiecto alio Scholio (quod et in Sch. br. habetur; add. Sch. B, 211.) apparet, diſtinxerunt veteres ſignum alind interdiu fumo, aliud noctu flamma datum; atqui comparationis rationem meliorem hinc vix eruas; tum ipſa natura ita fert, vt eiusdem ignis interdiu fumus tantum cernatur, noctu flamma in fumo: πῦρ νυκτὶ αἰθόμενον ap. Pindar. Ol. I pr. vt in ipſis Aetnae et Veſuuii incendiis notatur: ſic ap. ipſum Pindar. P. I, 42. Alii apud Sch. B. καπνὸν pro πῦρ dictum eſſe voluere, tanquam effectum pro cauſſa. Sic quoque eſſe κάπνισσάν τε κατὰ κλισίας (B, 399.) et ſup. 110 καπνὸς ſic pro igni accipiebatur. Ariſtarchus tandem, vt apparet, ad emendationem proceſſit, ſatis temere. Scilicet male comparatio, vt dixi, quaeſita eſt in

illis: ὡς δ' ὅτε καπνὸς — ἵκηται. Atqui potius ad illa referenda est, ὡς — ἅμα ἠελίῳ καταδύντι πυρσοί τε φλεγέθουσιν. Reliqua ad amplificationem spectant. *Vt noctu ignes ardent, et splendor exsurgit inter fumum in auras sublatum, ex vrbe obsessa, in insula aliqua.* Hoc postremum adiectum ad loca refer, in quibus poeta vixit.

Manifestum fit ex his et seqq. non de incendio oppidi agi, sed de signo militari, igni in loco edito incenso, qui noctu in medio fumo flammam emicantem edit; cum flamma hac nocturna fit comparatio. Ineptae Eustathii rationes per totum locum sequentem non sunt admittendae.

208. τὴν δήϊοι ἀμφὶ μάχονται et ἀμφιμάχονται scribitur.

209. οἵτε πανημέριοι στυγερῷ κρίνωνται Ἄρηϊ. οἵτε grammatica ratione vix alii esse possunt quam δήϊοι, *obsidentes.* atqui hoc non conuenit; etsi iunxeris οἵτε ἄστεος ἐκ σφετέρου (ἐλθόντες aut simile quid). Debent *obsessi* esse, qui signum edunt vt socii succurrant laborantibus; puto ergo fuisse „οἱ δὲ“ *altera ex parte illi,* qui obsessi sunt, *pugnant fortiter interdiu, noctu autem dant signum ignibus accensis.* pugnant autem oppidani partim de muris, partim vrbem egressi manus conferendo et insidias locando: vt inf. 513 factum narratur. Vtroque modo accipi potest eos κρίνεσθαι Ἄρηϊ ἄστεος ἐκ σφετέρου.

στυγερῷ κρίνωνται Ἄρηϊ. Notat Schol. A. „esse pro ὑπὸ στυγεροῦ Ἄρηος.“ Primo nescio, cur nunc demum hoc enucleet grammaticus, cum iam lectum sit, B, 385 ὥς κε πανημέριοι στυγερῷ κρινώμεθ' Ἄρηϊ. tum petita loquendi forma e iudiciis nihil aliud notat quam *diiudicare caussam ἐν μάχῃ* h. e. *pugnare.* (Argutantur grammatici: v. Eustath. ad h. l.)

κρίνωνται Vrat. d. et Vat. vt ad ὅτε καπνὸς ἵκηται iungatur, quod fit doctius, quam in vulgg. κρίνονται. Accedunt fragm. Mosc. vn. Vindob. et Venetus.

210. ἄστεος ἐκ σφετέρου. Zenodotus ἄστυ ποτὶ σφέτερον. Sch. A. nec quicquam additur. Atqui attendendum erat huic lectioni tanto magis quoniam altera difficultatem habebat; vt ad 209 diximus. Nunc οἵ τε, οἱ δήϊοι, pugnant *ad vrbem* eorum, fcil. oppidanorum: Ita vero prodit fe interpolator vfu indocto voc. σφέτερος. effet enim: ex vrbe eorum: αὐτῶν, ἐκείνων. cum ἄστυ ποτὶ σφέτερον effet, fuam ipforum.

211. πυρσοί τε φλεγέθουσιν ἐπήτριμοι. figna e fpeculis datâ ignibus accenfis. " Scribebat Afcalonita ἐπητριμοὶ, quod refellit Sch. A. et Euftath. Eft ἐπήτριμος, vt νόμιμος. σπόριμος." accentu puta. Per η conftanter in libris fcribitur, h. l. et inf. 552 et T, 226. alibi variat et ἐπίτριμος occurrit fcilicet ab etymi, quod folus Euftath. tradidit, ftudio, cum modo ab ἤτριον, *filum*, στήμων, modo a τρίχ vt fit pro πολλὰ dictum, τρίμος, ducitur: v. Euftath. ad h. l. et ad T, 226. et ex eo Thefaur. Steph. Damm.; Sch. B. ad T, 226. Intpp. ad Hefych. et ad Suid. Toup. To. III, p. 271. In fenfu vocis fibi omnes conftant, συνεχεῖς, πυκνοὶ, συχνοὶ, ἐπάλληλοι Sch. br. Hefych. Etymol. qui nil praeterea addidit. Add. Apollon. Arg. I, 30. IV, 937. c. Schol. Iam πυρσοὶ, Sch. B. οἱ ἐκ φρυγανώδους ὕλης ἀναπτόμενοι ἀλλεπάλληλοι. communi nomine φανοὶ, vnde πανοὶ v. c. Eurip. Ion. pr.

211. ὑψόσε δ' αὐγή. Vat. ὑψόθι.

212. γίγνεται. variat cum γίνεται, hic quoque, vt alibi; nulla cum certa ratione.

213. Ἄρεως ἀλκτῆρες. Ariftarchus Ἄρεω. Sch. A. et Euftath. de qua forma v. Etymol. h. v. ἄρεος agnofcunt Sch. br. Lipf. Vrat. b. ficque eft conftanter editum, vsque ad H. Stephanum, qui ἄρεως repofuit, haud dubie ex Euftath. qui habet ἐκ παλαιῶν ἀντιγράφων. Sicque Barocc. fragm. Mofc. Venetus. ἄρηος Vrat. A. infcite. Porro, quod mireris, hic nusquam, quod vel maxime expectabam, ἀρῆς legitur, cum tamen fit fimillimus locus ceteris, quos fupra vidimus ad 100. et M, 334.

215. στῆ δ' ἐπὶ τάφρον ἰὼν ἀπὸ τείχεος. putes debuiſſe eum vociferari ab alto: ἐπὶ τείχει. Non tamen hoc poetae placuit; ſed ille de vallo deſcendit ad foſſam: ἰὼν ἀπὸ τείχεος ἐπὶ τάφρον. Appropinquarant autem Troiani iam foſſae. Itaque inf. 228 vociferatur Achilles ὑπὲρ τάφρου. Poterat quidem duplici modo iungi; vel, στῆ ἐπὶ τάφρον, παρὰ τάφρον, adſtitit foſſae, ἰὼν ἀπὸ τείχεος. vel στῆ, ἰὼν ἐπὶ τάφρον ἀπὸ τείχεος. hoc recte, ex vſu: Od. K, 97 ἔστην δὲ, σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθών. Et ſaepe ſic στῆ ἰών. vt Δ, 496 στῆ δὲ μάλ' ἐγγὺς ἰών. H, 46 στῆ δὲ παρ' Ἕκτορ' ἰών. Z, 375 ἔστη ἐπ' οὐδὸν ἰὼν et ſic plura. Inf. Υ, 49 αὖε δ' Ἀθήνη στᾶσ' ὁτὲ μὲν παρὰ τάφρον ὀρυκτὴν, τείχεος ἐκτός. Erat enim interuallum inter vallum et foſſam Θ, 213 ὅσσον ἀπὸ πύργου τάφρος ἀπείργει. vbi cf. Obſſ. Turbas olim in his feceram: vt in Lecheual. Troade p. 272.

οὔτ' ἐς Ἀχαιοὺς μίσγετο. Ald. 2. ἐπ' Ἀχαιούς. et Euſtath. ἐπ' Ἀχαιούς. ἢ ἐς Ἀχαιούς. Dictum hoc pro ἐμίσγετο τοῖς Ἀχαιοῖς.

216. πυκινὴν ὠπίζετ' ἐφετμήν. „γρ. ἐποπίζετ'" Barnes.

218. ἀτὰρ Τρώεσσιν ἐν ἄσπετον ὦρσε κυδοιμόν. Harlei. Τρωσὶν ἄν. Sed eſt ἐνῶρσε, ἐνέβαλε.

219. ὡς δ' ὅτ' ἀριζήλη φωνὴ, ὅτε τ' ἴαχε σάλπιγξ. (ϛ—) „quod Homerus nouit σάλπιγγα, idemque norat, heroes tuba vſos haud eſſe" Schol. A. B. ſaltem non in bello, puta. Res nunc vulgata. v. Schol. ad Eurip. Phoen. 1386. Schol. Lycophr. 250. Quod Apollod. III, 13, 8 narrat, Vlyſſem, tuba vſum, e latebris eduxiſſe Achillem, apud Lycomedem in inſula Scyro ſub muliebri habitu latitantem, docet, eum ex Tragicis hoc petiiſſe, e quibus in artificum opera hoc idem migrauit.

ἀριζήλη φωνὴ, clangor acutiſſimus. Apollon. Lex. ἀριζήλη. οἷον ἀρίζηλος. (leg. ἀριζήλη. ἀρίζηλος, οἷον ἀρίδηλος) μεγάλως ἔκδηλος. Heſych. ἀριζήλη. θαυμαστὴ ἄγαν. ἐκδηλοτάτη. de voc. v. ad B, 318.

ὅτε τ' ἴαχε. τ' eſt ſeriorum: etiam ap. Apollon. Lex. in σάλπιγξ. et Schol. Lycophr. ad vſ. 253. Antiquitus

fuit ὅτε ϝίαχε. notauit iam Bentl. adſcriptis locis N, 244. X, 27. ὅτι Lipſ.

220. ἄστυ περιπλομένων δηΐων ὑπὸ θυμοραϊστέων. Schol. B. obſeruat: aut ὑπὸ otioſe poſitum abundare, aut iungenda eſſe ὅτε ἀριζήλη φωνὴ ὑπὸ δηΐων." Quin datur tertium: ὅτε σάλπιγξ ἴαχεν ὑπὸ δηΐων, tuba cecinit ab hoſtili exercitu.

περιπλομένων. Harlei. περὶ πλομένων, eodem fere errore, quo Schol. Apollonii Arg. III, 1149 a πλόος vocem ducit. Sunt hoſtes δήϊοι περιπελόμενοι ἄστυ, ſ. πελόμενοι περὶ ἄστυ, κυκλοῦντες τὸ ἄστυ. vt et redditur vox ab Euſtath. et Schol. περιπολεῖν. κυκλοῦν.

θυμοραϊστὴς θάνατος lectus iam N, 544. et quod hic habemus, Π, 591.

222. οἱ δ' ὡς οὖν ἄϊον ὄπα χάλκεον Αἰακίδαο. ⊱ (⊱)
„Zenodotus ὄπα χαλκέην legit, ἀμέτρως." hoc verum non eſt, contra metrum id factum eſſe, nam ita binis ſyllabis pronuntiandum eſſet, vt ſaepe in ea voce et in ſimilibus fieri videmus. Pergit ille: Zenodotum ignoraſſe figuram: κλυτὸς Ἱπποδάμεια. (B, 742 vbi v. Obſſ.) et θερμὸς ἀϋτμή. (vbi hoc in Homero occurrat, non reperio: an locum Hymni in Merc. 110 in animo habuit?) ἡδὺς ἀϋτμή occurrit Od. M, 369.

ὡς οὖν ἄϊον. breui prima, ἄϊον. at ſup. O, 252 ἐπεὶ φίλον ἄϊον ἦτορ. Barnes itaque: „γρ. οἱ δ' ὡς ἄϊον οὖν ὄπα" temere inertem verſum ſubſtituendo. Immo vero inuerſe, natura breuis eſt ſyllaba prima ἀΐω, quomodo produci diſputatum eſt ſup. Obſſ. ad O, 252 et in Excurſu I ad lib. P. in Obſſ. proſod.

Aberat vſ. 222 a Barocc. et a Townl. Melius poteramus carere verſu 221 ὡς τέτ' α.

223. ἀτὰρ καλλίτριχες ἵπποι. Barocc. καλλίτριχας ἵππους perperam.

224. ἂψ ὄχεα τρόπεον. Schol. A. εἰς τοὐπίσω τὰ ἅρματα ἔτρεπον. Schol. br. περιέστρεφον.

τρώπαον, τρώπων, ſunt ludibria Euſtathii et Barneſii.

225. *ἡνίοχοι δ' ἔκπληγεν, ἐπεὶ ἴδον.* Breuitatis et celeritatis virtutem in h. l. commendat Dionyſ. Hal. de compoſit. ſ. 15 vbi legebatur male, cum vno Vindob. *ἡνίοχον ἔκπληγον.*

227. *τὸ δὲ δαῖε* Vrat. d. fragm. Moſc. Ven. *Ἰακῶς* vulg. *τὸ δ' ἔδαιε.*

228. Fuit et hic *μεγα ϝιαχε.* vt ſupra monitum Σ, 29.

229. *τρὶς δὲ κυκήθησαν* repoſui, quod Ioniſmus poſtulabat ſuccurrentibus Lipſ. Cant. Vrat. d. A. vulgg. *τρὶς δ' ἐκυκήθησαν.*

Τρῶες κλειτοί τ' ἐπίκουροι. Barocc. *κλητοί τ'* ſollenni varietate, h. l. forte admittenda.

230. *ἔνθα δὲ καὶ τότ' ὄλοντο δυώδεκα φῶτες ἄριστοι ἀμφὶ σφοῖς ὀχέεσσι καὶ ἔγχεσι.* &c. „quia Zenodotus ſcripſerat: *ἔνθα δὲ κοῦροι ὄλοντο δυώδεκα πάντες ἄριστοι οἷσιν ἐνὶ βελέεσσι.* „Sed verſus non ſunt Homerici nec compoſitione, (hoc non aſſequor) nec recte *οἷσιν* pro *τοῖς ἀλλήλων.*“ Ita Sch. A. quis tamen *οἷσι* cogit ita accipere? quid ni ſit *ſuis ipſorum?* Praeſtat tamen, extrema ſaltem parte, altera lectio, ſi modo recte eam interpreteris: *periere ſuis obtriti curribus et transfixi haſtis ſuis,* in turba conſerta fugientium. *ἀμφὶ* pro *ἐν. διά.* nam, ſi *ἀμφὶ* eſſet *παρὰ* vel *περὶ*, circa, non exiret bona ſententia. Melius quoque *ὀχέεσσι*, quam quod notatur: *ἐν ἄλλῳ· ἀμφὶ σφοῖς ξιφέεσσι καὶ ἔγχεσιν*, ex emendatione forte, vt *ἀμφὶ* magis conueniret. Vulgatam habebat quoque Euſtath. In vno Vindob. et Vrat. d. pro *ἔγχεσιν* erat *ἔντεσιν.* Ceterum fuere apud Schol. A. quibus haec hyperbole diſpliceret tanquam incredibilis et immodica. Reſpondet grammaticus: tantam fuiſſe trepidationem ex aegidis terrore et flamma ardente, vt ipſi ſe mutuo obtererent. At illud ridiculum eſt, quod cum Euſtath. et Sch. Exc. Schol. B. ſubiicit: haud liquere, ad ſingulasne vociferationes duodeni interierint, an omnino, poſt tertiam duodecim? quaeſtio non magis fructuoſa quam iſta de caeſis a Patroclo ter nouenis Troianis Π, 785.

231. ἀμφὶ δὲ σφοῖς Barocc. male. καὶ ἔντεσιν Vrat. d. et vn. Vindob. vt modo dixi, felici lapſu. „γρ. ἀμφί θ' ἑοῖς.“ Barnes de ſuo. male.

235. ἐπεὶ εἴσιδε Bentl. reponebat ἔϝϝιδε. de hoc v. Excurſ. de Digammo. Fuit, ſuſpicor, επειη ϝιδε. quo et ipſum Bentleium pronum eſſe alio loco video.

236. κείμενον ἐν φέρτρῳ· ⸖ (⸖) „quod ſemel h. l. φέρτρον pro φορεῖον.“ Sch. A. B. In edd. legebatur φέρετρον, excepta Romana, in qua, vt et in Sch. br., φέρτρῳ diſerte legitur; hocque firmatur per codd. (vt Cant. Harlei. Townl. Vrat. b. d. Moſc. fr. etiam per Venetos et Schol.) vnde video iam in noua ed. Wolf.*eſſe correctum. adde Apollon. Lex. h. v. Suid. etſi is φέρετρον quoque notauit. Heſych. Euſtath. (Barnes parum diligenter de his agit) φερέτρῳ eſt in Etymol. „τῇ τῶν νεκρῶν κλίνῃ. παρὰ τὸ φέρειν. κείμενον ἐν φερέτρῳ. Ἰσαῖος.“ Suſpicor Homericum hemiſtichium e margine irrepſiſſe, et vocem fuiſſe lectam in Iſaei orationibus. Niſi ſtatuere malis corruptam eſſe vocem ex addito εἴσιδεν.

237. τόν ῥα. „*quem ſcilicet. quem, vt ſupra dictum eſt.*“ Clarke.

238. ἐς πόλεμον, οὐδ' αὖτις. „γρ. ἐς πόλεμονδ', οὐδ.“ commentum Barneſii.

239. 240. ⸖ ἐν ἄλλῳ· Ἠέλιον μὲν ἔπειτα. — ζητεῖται, quare ἄκοντα, *inuitum*, ſolem occidere dixerit. Crates nodum ſoluebat, quia, quod perperam ſtatuebat, ſol eſt Apollo, isque fauebat Troianis; voluiſſet adeo morari diutius iis vincentibus. Contra Iuno contrarium cupit, et Apollinem Oceanum ſubire cogit: Agathocles alio modo argutatus erat, ex phyſica impoſita ſoli neceſſitate, vt occidat. (Tribuit hoc Crateti Euſtathius.) At Sch. A. quia Iuno a Ioue audierat, Troianos *per totum* diem pugna fore ſuperiores: ſup. P, 455 itaque noctem maturius ſuperuenire iuſſit.

Obſcurata haec ſunt ignoratione priſci ſermonis. Volebat poeta narrare: ſolito citius noctem ſuperueniſſe; et quidem, quandoquidem, ex epico more, dei alicuius

interuentu res insolita erat efficienda, opera Iunonis, quae actis huius diei finem facere volebat, ne Achiuis fuga in castra illapsis, Troiani quicquam in castra Achivorum molirentur. Itaque illa diem praecipitasse dicitur; vt contra in Israelitarum gratiam Iehoua diem dictus est produxisse vltra solitum. Iam autem, quae fiunt, praeter morem et opinionem, fieri videntur ac dicuntur praeter voluntatem, ab inuitis; itaque h. l. Sol dicitur invitus descendisse sub horizontem, quum citius, quam alias, ex naturali more, aduesperasceret. Ceterum, vulgari quoque loquendi more dicimus, die aliquo noctem maturius esse obortam. Proprie dixerat eadem poeta Θ, 485 ἐν δ' ἔπεσ' Ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος Ἠελίοιο, ἕλκον Νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν. Τρωσὶν μέν ῥ' ἀέκουσιν ἔδυ φάος, αὐτὰρ Ἀχαιοῖς ἀσπασίη, τρίλλιστος, ἐπήλυθε Νὺξ ἐρεβεννή. vbi et hoc simile nostro loco, quod Troiani concionem sub dio habent.

ἠέλιον δ' ἀκάμαντα, indefessum cursu, notarunt certatim grammatici: ipse Apollon. Lex. Hesych. etsi corrupte, Etymol. Schol. br. Ad rotundam terrae formam, et τὴν περίδρομον ἀνάγκην solis refert Heraclides Alleg. 44. nimis subtiliter: cum satis sit, motus diurnus perpetuus. Ita amnem Spercheum vidimus ἀκάμαντα Π, 176. Et Eustath. p. 1155, 28 laudat ex antiquo poeta Oceanum pariter sic dictum: πάντη δ' ἀκαμάτου φέρεται ῥόος Ὠκεανοῖο. Idem l. 8 p. 30 obseruat, superfuisse diei partem, cum tamen tam multae et magnae res hoc vno die gestae essent. De hoc v. Excurs. II. ad Σ.

240. πέμψεν — νέεσθαι. Harlei. Ven. πέμπεν.

242. ὁμοιΐου πολέμοιο. πτολέμοιο perperam edd. praeter Rom. e qua emendauit H. Stephanus. Cum syllabae penultimae in ὁμοιΐου nulla sit ratio idonea: Bentl. em. ὁμοιΐοφι' πτολέμοιο. v. sup. ad I, 440. De vi vocis v. ad Δ, 315.

243. Τρῶες δ' αὖθ' ἑτέρωθεν. Vrat. A. δ' αὖ ἑτέρωθεν. ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης χωρήσαντες. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο."

244. ἔλυσαν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους. Schol A. ἀντὶ τοῦ, ὑπέλυσαν τῶν ἁρμάτων. πῶς οὖν οὐκ ἀναστρέφεται; ὅτι συνείληπται. „si recte intelligo, vult dicere: cur non scribitur ὕφ'? quomodo tamen responderi possit, ὅτι συνείληπται, non video, immo vero, si ἔλυσαν ὕφ' iunxeris, συλλαμβάνεται praepositio cum verbo. Sed iungenda esse videntur ista: πῶς οὖν οὐκ ἀναστρέφεται, ὅτι συνείληπται;

245. ἐς δ' ἀγορὴν ἀγέροντο, πάρος — εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνηθροίζοντο. Fuit ζήτησις, vt ex Schol. br. apparet, quorsum poeta eos in concionem conuocet? Responderunt, velle poetam, variandae orationis caussa, a pugna rem ad sermones habendos abducere: Alii, et hi haud dubie melius, terrore et pauore adductos Troianos sponte in concionem coiisse et duces ad dicendum vt surgerent coegisse. In fragm. Mosc. hoc ζήτημα aberraverat ad T, 45.

247. πάντας γὰρ ἔχε τρόμος. ÷ „quod Zenodotus φόβος scripserat; ignorans, φόβον esse fugam, apud Homerum" Schol. A.

ἕλε τρόμος Vrat. b. d. A.

248. οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς ἐξεφάνη· δηρὸν δὲ μάχης ἐπέπαυτ'. Laborat Schol. A. in verborum iunctura; immemor Homerici moris, quo adiectum hoc est paullo liberius pro, δηρὸν πεπαυμένος, vel ὃς ἐπέπαυτο.

ἐπέπαυτ' Ald. 1. et ipsa ed. Rom. vnde repetiit Turnebus Henr. Stephano sequente. Eiecit Barnes et repetiit ἀπέπαυτ', quod Flor. Ald. 2. suppeditabant. Iterum rediit Clarke ad ἐπέπαυτ', quod auctoritatem habet codicum quos noui omnium, et hoc ipse amplexus sum; nam et simplex verbum locum habet, et vsum, vt sup. 125 ὅτι δηρὸν ἐγὼ πολέμοιο πέπαυμαι. (De ἐπιπαύω non debebat cogitari.) Etsi ceteroqui ἀπέπαυτο per se etiam bene se haberet; nam sic saepe: Θ, 473 οὐ γὰρ πρὶν πολέμου ἀποπαύσεται ὄβριμος Ἕκτωρ. Π, 721 τίπτε μάχης ἀποπαύεαι; et sic alia. Eadem est varietas inf. T, 46. et Υ, 43 vbi versus hic repetitur.

249. *τοῖσι δὲ Πουλυδάμας.* Barnes *τοισίδε* vt vbique folet.

250. *ὁ γὰρ οἶος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω.* Ad nofirum fentiendi modum futura funt ante nos, praeterita tempora, quae abierunt, pone nos. At veteres contrario modo accipiunt: Schol. B. *πρόσω, τὸ παρελθόν.* et *ὀπίσω τὸ μέλλον* vt fup. A, 345. illam effe *πρόνοιαν,* hanc *ἀγχίνοιαν.* Etiam Schol. br. *εἰς τὸ παρῳχηκὸς κα. τὸ μελλον.* Eadem, obfcurius tamen, affert Euftath. mox tamen idem: *τὰ πρόσω, τὰ πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ ἐνεστῶτα* reddit, praefentia.

251. *ἰῇ δ' ἐν νυκτὶ γένοντο.* Fuit *ζήτησις* ad h. l. ap. Schol. A. et Euftath. p. 1142 l. 5. quomodo hora eadem nafci potuerint tam disfimiles ingeniis. Heraclitus hoc ad aftrologiae fcientiam in Homero retulerat: Ἡράκλειτος ἐντεῦθεν ἀστρολόγον φησὶ τὸν Ὅμηρον, ἐν οἷς φησι μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν, οὐ κακὸν οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. (fup. Z, 488. 489.) Vix putes hinc magnam aftrologiae fcientiam elucefcere; verum hoc voluit philofophus, Homerum haud omnino ignarum fuiffe doctrinae de themate genethliaco, quia hoc tanquam memorabile aliquid memorat, quod eadem hora nati disfimiles fuerunt.

253. *ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν.* Schol. A. ait, obferuandum effe hoc (*τοῦτο σημειωτέον*) πρὸς τό· ὁ δὲ φῇ κύδειαν ἀνασχὼν etc. Ξ, 500. quorfum hoc fpectet, videbis ad e. l. Obff. vbi fimilis pleonafmus occurrit. At illud merito mireris, quod, cum hic verfus iam decies lectus fuerit flatim A, 73. 253. B, 78 et al. nunc demum ifta obferuatiuncula allinitur!

ὅσφιν fcribitur h. l. vt alibi.

254. *ἀμφὶ μάλα φράζεσθε, φίλοι. ἀμφιφράζεσθαι,* vel *φράζεσθαι ἀμφὶ,* eft *περισκέψασθαι τῇ διανοίᾳ. μάλα περισσῶς βουλεύεσθαι·* Schol. A. et B. qui addit: *ἔδει γὰρ πρῶτον τὸν σύμβολον* (corr. *τὸν σύμβουλον*) *δεῖξαι, ὅτι περὶ μεγάλων ἡ σκέψις.*

Locus hic non vno modo poteft interpungi, et iunctura haud vna fieri. Vt vulgo interpungitur, ante

μὴ μίμνειν vſ. 255 copula deficit contra vſum Homericum. Poſſint ſententiae ſingulae conſtitui plures; poſſis quoque interpungere et iungere: ἀμφὶ μάλα φράζεσθε, φίλοι (κέλομαι γὰρ ἔγωγε ἄστυ δε νῦν ἰέναι·) μὴ μίμνειν Ἠῶ δῖαν. Equidem retineo vulgatam: γὰρ enim in κέλομαι γὰρ deſignat exordium orationis. Poteſt tamen μὴ μίμνειν pro imperatiuo haberi: ne hic ante caſtra diei ortum manete.

255. μὴ μίμνειν ἠῶ δῖαν. „Spondeum in pede quinto longinquam aurorae expectationem optime depingere" (voluit dicere, declarare) contendebat Clarke. Contra Erneſti: „At hic, inquit, nulla expectatio longinqua locum habet." Dictum ſalubriter! nam hic idem verſus alibi occurrit, vbi nulla prorſus erat expectatio diei exorituri: v. c. Od. I, 151 ἔνθα δ' ἀποβρίξαντες ἐμείναμεν ἠῶ δῖαν. qui verſus repetitur M, 7. Tum Π, 368 νηὶ θοῇ πλείοντες ἐμείνομεν ἠῶ δῖαν. et T, 342 ἄεσα καὶ ἀνέμεινα ἠΰθρονον ἠῶ δῖαν. Contra aliis locis, vbi ſimilis expectatio erat, dixit aliter: Jl. I, 658 ἔνθα γέρων κατέλεκτο καὶ ἠῶ δῖαν ἔμιμνε, T, 50 ἔνθ' ἄρα τοι κατέλεκτο καὶ ἠῶ δῖαν ἔμιμνεν. Verbo: vſu vulgari dictum eſt μεῖναι ἠῶ δῖαν, omnino de nocte exacta. Altera tamen ex parte poetis hic verſus exitus in carmine placuiſſe videri poteſt forte ex antiquiore poetarum vſu: ſic I, 240 ἀρᾶται δὲ τάχιστα φανήμεναι ἠῶ δῖαν. Od. Σ, 318 ἤνπερ γάρ κ' ἐθέλωσιν ἐΰθρονον ἠῶ μίμνειν. nunquam vero interpoſuere aliquid, vt v. c. dicerent: μὴ δῖαν μιμνέμεν ἠῶ.

Eſt aliud Scholion attextum in Schol. B. et in fragm. Moſc. quod et e cod. Leid. enotauit Valken. ad Ammon. p. 247. de eo, quod argumenta ſuaſionis a Polydamante factae petita ſunt a poſſibili, a neceſſario et ab vtili.

256. ἑκὰς δ' ἀπὸ τείχεος εἰμέν. Eſſe δὲ pro γὰρ notat Schol. A. Pro ἐν πεδίῳ vn. Vindob. ἐμπεδίῳ.

Prouocat ad hos verſus Strabo XIII p. 894 C. vt doceat Jlium fuiſſe aliquantum remotum a mari.

258. τόφρα δὲ ῥηΐτεροι πολεμίζειν ἦσαν Ἀχαιοί. Schol. B. „ῥᾴδιοι ἡμῖν ἦσαν εἰς πόλεμον. τουτέστιν εὖ ἡμῖν ἡττῶντο."

Miror grammaticum non vidiſſe, eſſe hunc ſollennem loquendi modum, quem poſtea inter Atticiſmos retulere, pro vulgari: ῥήϊτερον ἦν, πολεμίζειν τοῖς Ἀχαιοῖς. vna voce: εἰσὶν εὐκαταγωνιστότεροι. ap. Schol. br.

πολεμιζέμεν Schol. br. Vat.

259. χαίρεσκον γὰρ ἔγωγε θοῇς ἐπὶ νηυσὶν ἰαύων. Nexus ſententiarum melior eſſet, ſi legeretur: χαίρεσκόν τ' ἄρ ἔγωγε — et lubenter, alacri animo, et ipſe pernoctabam ante caſtra. ἰαύων, ἐπαυλιζόμενος. Schol. A et br. κοιμώμενος Apollon. Lex. h. v. ad h. l. Vidimus iam I, 325.

260. ἐλπόμενος νῆας αἱρησέμεν. Erat in edd. νῆάς γ' αἱρησέμεν. Verum abeſt γ' in melioribus et recte: Townl. Vrat. b. d. A. fragm. Moſc. Ven. Lipſ. duob. Vindob.

262. οὐ δ' ἐθελήσει. Vrat. d. A.

264. ἐν μέσῳ ἀμφότεροι μένος Ἄρηος δατέονται. Non habent grammatici, quomodo ſatis hoc expediant. Schol. A. „διαιροῦνται τὸν πόλεμον, παρόσον ὁτὲ μὲν οὗτοι, ὁτὲ δὲ ἕτεροι νικῶσι." hoc eſſet, fortunam pugnae partiri. Nam δατεῖσθαι eſt μερίζεσθαι, vt ſatis conſtat vel ex Etymol. et Heſych. Affert idem Schol. B. et addit aliud, eſſe, quum pugnatur diuerſis armis et modis. Euſtathius: vel τῇ ἑκατέρων ἀντιπαρατάξει, vel, fatis caſibusque belli vtrinque paribus: hoc amplectuntur quoque Schol. br. μερίζονται τοῦ πολέμου κίνδυνον. Vides vagam et incertam notionem: quam forte ſic ad certiora reuoces: μένος Ἄρηος eſt bellum, pugna; *pugnam partiuntur* haud dubie duo, qui inter ſe pugnant; conuenit, quod dicuntur iidem pugnam conſerere, miſcere, dirimere, κρίνειν.

ἐν μέσῳ malim de interuallo vtriusque aciei accipere, in quod pugnantes procurrunt, quam de campo inter vrbem et caſtra.

μένος Ἄρηος. Mirum Venetum ſcribere Ἄρεως violato metro, et Ven. B. Ἄρεος. hoc etiam ex Harlei. laudat Clarke, et fortaſſe legendum eſſe ait: ἀμφότεροί γε μένος Ἄρεος δατέονται. — Equidem inanem operam haud

nauabo, vt ex vitio librarii aliquid exsculpam, quo non indigemus. μένος Ἄρηος, πόλεμος, ap. Hesych. latere in corrupta glossa μενοσαιος notarat quoque Bentleius.

265. ἀλλὰ περὶ πτόλιός τε μαχήσεται ἠδὲ γυναικῶν. ⸏ „τοῦτο σημειωτέον, notandum est ad illa: ἀμυνέμεναι ὤρεσσιν E, 486. nunc pro iis est γυναιξίν.

μαχήσεται. „ἐν ἄλλῳ· μαχέσσεται“ Schol. A. obuia varietas. Alterum hoc vbique praeferebat Bentl. cf. ad A, 298.

Enimuero est in hoc versu valde insolens, quod περὶ πόλεως et περὶ γυναικῶν, pugnant obsidentes: atqui hoc faciunt obsessi, vbique, v. c. Θ, 56. 57. Possis laudare versum I, 327. vbi Achilles dies consumsit ἀνδράσι μαρνάμενος ὀάρων ἕνεκα σφετεράων. At loci corruptelam videbis et ibi in Obss. Totum versum rhapsodi vanam operam explendi sententiam redolere censeo.

266. ὧδε γὰρ ἔσται. vn. Vindob. in marg. ὡς γὰρ ἄμεινον.

267 — 283. Versus hi mihi semper visi sunt superius dictorum vim infringere, copia vana otiosaque, et iteratione eorum quae iam melius dicta erant. Insunt quoque nonnulla duriter dicta vss. 272. 274. 282. etiam vidi contra digamma peccari vss. 270. 274. Probabile itaque mihi sit, serius haec a rhapsodo assuta esse more sollenni declarandi vberius ac dilatandi breuiter et cum vi dicta.

268. νὺξ ἀμβροσίη. iam lecta B, 57 vbi v.

269. ὁρμηθεὶς σὺν τεύχεσιν „quippe nunc erat inermis“ aiunt Schol. A. B.

270. ἀσπασίως γὰρ ἀφίξεται Ἴλιον ἱρήν. violato digammo αφιξεται ϝιλιον. nec medela suppetit, nec suppetebat Bentleio. Verum nec quaerenda ea erat; v. ad vs. 267.

ἀσπασίως. Iam vidimus H, 118. Λ, 327. Eustathius: ἀγαπητὸν ἡγήσεται, οὐκ ἀνδραγαθῆσαι, ἀλλ᾽ εἰ καὶ μόνον οἴκοι ἐπανέλθοι.

271. ὅς κε φύγῃ. Cant. φύγοι.

272. αἲ γὰρ δή μοι ἀπ' οὔατος ὧδε γένοιτο. non poteſt eſſe, niſi: εἴθε μὴ τοῦτο ἀκούσαιμι. *ne hoc audiam*, ſcil. nuntiatum. Sic quoque Schol. br. εἴθε γὰρ μὴ ἀκούσαιμι. Infra X, 454 Andromache: αἲ γὰρ ἀπ' οὔατος εἴη ἐμεῦ ἔπος. hoc vero eſt melius dictum, quam h. l. ὧδε. quod non poteſt eſſe τοῦτο, vt ſolent reddere. Dura eſt ellipſis: γένοιτό μοι ἀπ' οὔατος, ὧδε γενέσθαι ταῦτα. In Schol. br fuere, qui ad Achillem referrent. Ita debebant ſaltem ſupplere: γένοιτο Ἀχιλλεύς. At illi aliter legerunt: τινὲς δὲ, ἀπούατον, τὸν κακόν. ἵν' ᾖ τὸν Ἀχιλλέα. ἀντὶ τοῦ· εἴθε γὰρ κακὸς ἐγένετο, (leg. γένοιτο) τουτέστι δειλός. Puto tamen vel ſic non ἀπούατον, ſed ἀπούατος homines legiſſe, quod acciperent ſupplendo ὁ Ἀχιλλεὺς, ſenſu modo diuerſo: vtinam ille mihi non ſit tam obominandus, ſed potius, imbellis. Contorte tamen omnia haec!

In Harlei. erat γένοιντο. De toto verſu quid ſentiam, dixi ad vſ. 267. ἀπ' οὔατος autem dictum vt ἀπὸ θυμοῦ. v. ad A, 562.

273. εἰ δ' ἂν ἐμοῖς ἐπέεσσι πιθώμεθα. „ἐν ἄλλῳ· πιθοίμεθα.“ ſicque Harlei. requirebatur πίθησθε.

274. 5. 6. νύκτα μὲν εἰν ἀγορῇ σθένος ἕξομεν, ἄστυ δὲ πύργοι — εἰρύσονται. Impedita oratio, nec ſatis idonea ad exprimendam ſententiam, quae eſſe debet: *intra vrbem noctu quidem, copias continebimus in ordinibus, vt reficiant vires ſomno.*

274. νύκτα μὲν εἰν ἀγορῇ σθένος ἕξομεν. ⌐ Schol. A. affert primo loco ſenſum quem verba per ſe fundunt: νύκτα κατισχύσομεν καὶ κρατήσομεν τῇ βουλῇ. Similia ſunt in Sch. br. et Euſtath. p. 1141, 41. Conuenit gloſſa Heſychii: εἰν ἀγορῇ σθένος ἕξομεν. βουλευσόμεθα δυνατῶς. Schol. Moſc. διὰ νυκτὸς κρατερῶς βουλευσόμεθα. τὴν δὲ πόλιν οἱ πύργοι σώσουσι. At haec aliena a re. Additur ἄλλως· διεσπαρμένην (excidit δύναμιν) συλλέξομεν — Etiam Schol. B. cum Sch. Exc. et Schol. Moſc. σθένος, τὴν δύναμιν, ὅ ἐστι, τὴν στρατιάν. Mox ſimilia ſuperio-

ribus apponit, aliis verbis. Nec procedit, quod Koeppen argute excogitauit, τὸ σθένος ἡμέτερον pro ἡμᾶς vt ἄνδρες βουληφόροι per noctem in conſeſſu maneant, vt ſup. K, 414 ſq. At enim intra vrbem ſe recipere eos iuſſerat, non ſub dio manere extra vrbem. Itaque nec hoc ſatis accommodatum σθένος ἕξομεν, ἐν ἀγορῇ, *manentes in ordinibus* habebimus robur, *validi et tuti erimus.* non enim ſub dio, ſed in vrbe noctem exigi vult Polydamas; aliter Hector 298.

Apparet τὸ σθένος hoc vno loco eſſe dictum pro *robore exercitus*, et pro ipſis copiis. *exercitum intra vrbem continebimus.* ἕξομεν, καθέξομεν. εἰν ἀγορῇ, vel in loco publico excubantes, vel ἐν ἀθροίσματι. quod ἐν τελέεσσι erat Λ, 729 et inf. 298.

Iam ἕξομεν ϝαστυ declarat poetam non Homericum; Bentl. tentabat, στένος ἕξομεν, ἄμμε δὲ πύργοι. vel ἕξετε, ϝαστυ δὲ πύργοι. At v. ad vſ. 267.

275. πύλαι. nunc διέξοδοι. notatum Sch. A. c. Schol. Moſc. Euſtath. quia ſequuntur σανίδες. Ea tamen notio eſt ſollennis.

276. ἐζευγμέναι εἰρύσονται. εἰρύσονται media longa: ῥύω, ἐρύω, *tueor* ita diſcernitur ab ἐρύω, *traho.* v. Excurſ. IV ad Jl. A. ἐρύσσονται tamen Harlei. Townl. Ven. fr. Moſc. Vindob. male.

277. πρωῒ δ' ὑπηοῖοι σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες. ὑπηοῖοι. Male et h. l. et inf. 303. Scriptum et editum paſſim ὑπ' ἠοῖοι. v. ad Θ, 530. ὑπ' ἠῷοι Cant. vt et inf. 303. ibid. quoque πρωῒ hoc ſenſu, de quo Sch. A. ad h. l. cum Euſtath. monet, pro *mane.* add. Ammon. p. 104.

278. στησόμεθ' ἂν πύργους. Ita ſcripſi, diuiſim, pro vulgari ἀμπύργους. ἂν πύργους eſt ap. Euſtath. ἀν πύργους erat in edd. ante Barnes: qui repoſuit ἀμπύργους, vt conueniret cum aliis locis: quae tamen et ipſa erant emendanda. Codices tamen, etſi in his ac ſimilibus haud audiendi, exhibent fere ἀμπύργους, etiam optimi, vt Harl. Townl. Mori. Moſc. fr. Venetus. Egi de his accuratius ad VIII, 441. Verum, vt video, nec ipſe mihi

ſatis conſtiti in ſingulis locis. Scripſeram recte ἀν πεδίον E, 87 et alibi: At N, 239 et Π, 726 reliqui ἀμπόνον ἀνδρῶν, cum eſſe deberet ἀν πόνον. In praeſenti loco eſt ἀν πύργους in Vrat. d.

279. ἐλθὼν ἐκ νηῶν. Mori. ἐκ νηός.

280. ἄψ πάλιν εἶσ' ἐπὶ νῆας, pro futuro, εἴσεται.

281. ἵππους παντοίου δρόμου ἄσῃ ὑπὸ πτόλιν ἠλασκάζων. Sch. A. et B. add. Sch. br. illuſtrant τὸ ἠλασκάζων ἀλώμενος. — μεθ' ἑλιγμοῦ ἐλαύνων et cum notione τοῦ ἐλεὸν, ματαίως, ἐλαύνειν — πλανῶν. Nihil monent de ceteris: ἐπεί κε ἵππους παντοίου δρόμου ἄσῃ. κορέσῃ. ἄδειν exſatiare et h. l. defatigare. v. ad K, 98. cf. Excurſ. I. ad E.

282. οὐ θυμὸς ἐάσει μιν ἐφορμηθῆναι εἴσω. parum commode ἐάσει. debebat eſſe ἐφήσει. ἐνήσει. *impellet, incitabit.* non virtute et animo elatus irrumpere in vrbem audebit. ὡς οὐ τολμήσει ἢ ὡς οὐ δυνήσεται εἰςελθεῖν, vt Euſtath. ἐάσσει et h. l. induxerat Barnes. Clarke iterum eiecit. Legi tamen in mſ. Flor. antiquiſſimo teſtatur Dorvill. ad Charit. p. 782. *Ern.*

283. οὐδέ ποτ' ἐκπέρσει. πρίν μιν κύνες ἀργοὶ ἔδονται. „quod ſenſus eſt: πρότερον αὐτὸν κύνες κατέδονται ἢ ἐκπέρσει. nec eſt elliptica ratio, vt nec in illis: Il. A, 29 τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω. πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν." Scilicet vno verbo dicendum erat, interpungendum eſſe poſt ἐκπέρσει, non continuandam verborum iuncturam; vt multi fecerunt, ſtatim in vſ. A, 29 vbi et grammatici hunc verſum laudant; Ven. B, et Lipſ. corrupte: πρίν μιν κύνες ἠδ' οἰωνοί.

284. κορυθαίολος Ἕκτωρ. κορυθαιόλος et hic Flor, Aldd.

285. Πουλυδάμα. debuiſſe eſſe Πουλυδάμαν, monet Sch. A. vide iam dicta ad M, 231. vbi hi duo verſus 284. 5. legebantur.

285 Hectoris argumenta petita ſunt, quod Schol. B. ad vſ. 290 bene monet, ab honeſto et ab vtili, refellitque Polydamantis ſuaſionem tanquam turpem et dam-

nosam; ipse aliorum virtutem incendit sua alacritate, et generoso animo se periculo congressus cum Achille offert.

286. κατὰ ἄστυ ἀλήμεναι. συγκλεισθῆναι. ab ἄλημι, quod fuit ϝάλημι, de turba confluente. v. sup. ad E, 823. Π, 714. Scribitur et hic ἀλῆμεναι et ἀλήμεναι.

287. ἦ οὔπω κεκόρησθε ἐελμένοι ἔνδοθι πύργων. ⸓ „quod Zenodotus scripserat κεκόρησθον, confuso duali cum plurali. Dawes Misc. Crit. p. 175 em. κεκόρεσθε, quod et vn. Vindob. legit, quia κορέσαι, κορέσασθαι et hinc ducta occurrunt. Verum quidem hoc; at praeteritum vbique η retinet, κεκορήμεθα Od. Θ, 98. Ψ, 350. κεκορημένοι Ξ, 456. Vnde et ductum ἀκόρητος Η, 117. Μ, 335 et alibi.

Porro ἐελμένοι cum sit ab ἔλω, quod fuisse ϝέλω dictum est ad Α, 409 et al. Μ, 38 debuit pronuntiatum esse ϝεϝελμενοι quod et Dawes notauit l. l. — ἐερμένοι Vrat. b. ἐεργμένοι Barocc. et Mori quod et ipsum foret ϝεϝεργμένοι.

290. κειμήλια καλά. pro hoc πολλὰ, Vat. quod praeferam; sic et inf. Ω, 381 ἠέ που ἐκπέμπεις κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλά.

291. ⸓ quod Phrygia diuersa est a Troia (respicit Γ, 184. et ibi Schol.) et quod supplendum est εἰς Φρυγίην“ Sch. A.

292. κτήματα περνάμεν' ἵκει. περνάμενα, πωλούμενα Hesych. πιπρασκόμενα Sch. br. Inf. Χ, 45 περνὰς occurrit. ἥκει Sch. br. Cant. Harl. Vrat. b. A. et edd. Flor. Aldd. ἵκει Rom. et inde H. Steph. cum codd.

293. ὅτε πέρ μοι ἔδωκε. ὅτε δή μοι Lips. et vn. Vindobon.

294. κῦδος ἀρέσθ' ἐπὶ νηυσὶ, vt iam aliquoties, παρὰ, in pugna ad castra et in castris.

θαλάσσῃ τ' ἔλσαι 'Αχαιούς. ἔλασαι vitium Ald. 2. et cod. Alter. ἔλσαι ex ἐλάσαι contractum indocte censuere grammatici vt h. l. Sch. Exc. At ἔλσαι fuit ϝέλσαι, v. ad Λ, 413. ita molestum est τὸ τ'. nec tamen copula videtur bene abesse. Interpolationem esse suspicor pro anti-

quo καὶ ἀμφ' ἄλα ἔλσαι 'Αχαιούς· vt eſt A, 409. Etſi quoque ſcribi potuit καὶ ειν ἀλὶ Ϝελσαι. Vix enim probare malis lectionem Barocc. et Mori: θαλάσσῃ τ' ὀλλέσ' 'Αχαιούς.

297. ἐγὼ εἴπω. Editum et hic erat ἐγὼν, quod male intulit, et tacite quidem, Barnes, reſpuentibus codd.

299. κατὰ στρατὸν ἐν τελέεσσι. Sch. A. ὅτι ἀντὶ τοῦ· μὴ λύσοντες τὰς τάξεις. Vidimus iam verſum ipſum cum ſequente H, 380. Λ, 729. et ἐγρήγορθε ſup. H, 371. — ἕκαστοι Lipſ.

300. ὅς κτεάτεσσιν ὑπερφιάλως ἀνιάζει. „εἴτις εὐλαβεῖται, μὴ ἀπολέσῃ τὰ ἴδια κτήματα — hactenus bene. Plura addunt Sch. A. B. br. Exc. quibus oſtendant dici haec in inuidiam diuitum et Polydamantis. Sane ἀνιάζειν, ἀνιᾶσθαι, κτεάτεσσι, non vno modo poſſunt homines; hoc tamen loco manifeſtum fit ex ipſis verbis, eſſe ὑπὲρ κτεάτων, de ſollicitudine, ne diripiantur bona ab hoſtibus; qua Polydamas ſcilicet permotus receptum copiarum in vrbem ſuaſerit. Si vſum loquendi in ἀνιάζειν probare poſſem de eo, qui nimis magna rerum copia oppreſſus ingemiſcit, vt quaſi geſtiat onere hoc liberatus eſſe: referrem ad vſſ. 287. vbi opes Troianorum hoc ipſo exhauſtas eſſe aiebat Hector, quod intra muros illi ſe per tot annos continuerant. ὑπερφιάλοις Harl.

301. λαοῖσι δότω καταδημοβορῆσαι. ὥς τε τὸν δῆμον τὸ πλῆθος καταναλῶσαι αὐτά. Notarunt vocem Heſychius, corrupte καταδημομερίσαι, et Euſtathius. Aliter dictus erat rex δημοβόρος A, 231.

302. ἧπερ 'Αχαιούς. Ald. 2. οὗπερ. lapſu haud infelici.

303. πρωῒ δ' ὑπηοῖοι recte h. l. Flor. et Ald. 1. Mutauit male Ald. 2. ὑπ' ἠοῖ. et inde aliae edd. ὑπ' ἠοῖοι. nec aliter codd. etiam meliores. Cant. ὑπ' ἠῷοι. v. modo ad vſ. 277.

304. ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα. pro futuro ἐγερῶμεν vel pro ſubiunctiuo.

306. *ἄλγιον αἴ κ' ἐθέλῃσι, τῷ ἔσσεται.* Lipſ. cum vno Vindob. *τὸ,* debebat ſaltem *τόδ'.* Bentl. ingenioſe ſcribit *τῳ* pro *τινι,* vt ſolet hoc poni.

308. *ἤ κε φέρῃσι μέγα κράτος, ἤ κε φεροίμην.* Subintell. *εἰ ἤ — ἤ.* Vrat. A. *ἠὲ φέρῃσι.* quod melius dictum arbitror. Formulam iam vidimus N, 486 *αἶψά κεν ἠὲ φέροιτο μέγα κράτος, ἠὲ φεροίμην.* vbi membra melius ſibi reſpondent; at in noſtro verſu *φέρῃ* et *φεροίμην.* vt adeo et h. l. actiuum et medium eodem loco habita ſint: *φέρειν* et *φέρεσθαι.*

309. *ξυνὸς Ἐνυάλιος. κοινὸς Ἄρης.* fortuna belli incerta. Sententia vulgo frequentata, quam Ariſtoteles Rhet. II, 22 pro exemplo memorat ſententiarum vulgarium, ſi loco ſuo poſitae ſint, magnam vim habentium. Clarke locum e Clemente Alex. (Strom. VI. p. 739 Pott.) memorat, e quo patet, Archilochum ex h. l. repetiiſſe: *ἔρξω. ἐτήτυμον γάρ· ξυνὸς ἀνθρώποις Ἄρης.* Huc quoque reſpexit Pindar. Nem. IV, 50 *ἀπειρομάχας ἐών κε φανείη, λόγον ὁ μὴ ξυνιείς· ἐπεὶ ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν.* vbi Schol. Homerica laudat, et ex Tragico addit illud: *τὸν δρῶντά που τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.* debitum ipſi eſt hoc, vt. Bene verſu noſtro vtitur Heſych. ad declarandum *τὸν ὁμοίιον πόλεμον* h. v. cf ſup. I, 440. et illuſtrat hinc Thucydideum VII, 61 *τὰ ἐν τοῖς πολέμοις παράλογα.* Etiam apud Cicer. ad Diu. VI, 4 eſt *omnis belli Mars communis.* Recitat verſum et argutatur Heracl. Alleg. c. 31 vbi legebatur *ξεινὸς Ἐνυάλιος.*

καί τε κτανέοντα κατέκτα. De vltima voce v. ad Δ, 319. At *κτανέοντα,* aut a futuro eſt, aut a noua verbi forma, quae forte obſoleuit cum aliis, *κτάω, κταίνω, κτανέω,* in eo ſum vt occidam. Et eſt in Schol. A. *τὸν κτανέοντα, τὸν κτείνειν βουλόμενον.* Euſtath. *τὸν ἐλπίζοντα, ἢ εὔελπιν ὄντα κτεῖναι.* Recitat *τὸν κτανέοντα* Lucian. Calumn. non tem. cred. 10.

Notandus quoque vſus temporis *κατέκτα,* cum notatione *τοῦ, εἴωθε κατακτεῖναι. συμβαίνει πολλάκις ὑπ' ἐκείνου ἀναιρεθῆναι.* vt reddunt Schol. br.

Subiecta eſt in Sch. A. longa nota alicuius Grammatici, Porphyrii ni fallor, (nec falli me video; nam in Schol. fragm. Moſc. in margine Πορφυρίου per compendium adſcriptum eſt) qua copiam orationis poetae in varianda oratione exemplis declarat, et primo loco hoc ipſum *καί τε κτανέοντα κατέκτα*, idem quod *κοινὸς Ἐνυάλιος*, et, ad vſ. 308. *ἤ κε φέρῃσι μέγα κράτος ἤ κε φεροίμην*, idem eſſe *ἤ τ' ἔβλητ' ἢ βάλεν ἄλλον* Jl. Λ, 410 et *ἕλοιμί κεν ἤ κεν ἁλοίην* X, 253.

310. *ὣς Ἕκτωρ ἀγόρευ'· ἐπὶ δὲ* T. Editum erat cum metri vitio *ἀγόρευεν, ἐπὶ* vsque ad Turnebum. Ita ne digitis quidem metiebantur.

311. *νήπιοι.* videndum eſt, an non ex euentu ſtultitiae hoc conſilium damnatum ſit. Nam per ſe illud non erat improbandum; inſtandum erat ſucceſſui; expellendi Troadis ſolo Achiui; quod haud dubie melius erat, quam incluſos muris ad ſummam rerum inopiam adigi.

Ad ſummam autem carminis haud dubie hoc Hectoris conſilium et aſſenſus Troianorum maximi erat momenti. Si enim intra moenia ſe recepiſſent, res iterum ad obſidionem rediiſſent, nec Hector ab Achille victus occumbere potuiſſet; vrbs autem ab Achille capi non poterat: quod per fata non licebat: vt ſupra vidimus. Ceterum et hic locus eſt ex iis, in quibus ſtultitia numini tanquam auctori tribuitur. Suopte ſatis ingenio deſipiebant Troiani!

312. *Ἕκτορι μὲν γὰρ ἐπήνησαν.* vn. Vindob. *ἐπήνεσσαν.* nil refert.

313. *Πουλυδάμαντι δ' ἄρ' οὔ τις.* Cant. *Πουλυδάμαντι γὰρ.* Ald. 2. *οὔτι* ſphalma, non lectio.

ὃς ἐσθλὴν φράζετο βουλήν. excogitauerat. vt bene monet Toll. ad Apollon. p. 698. Verſus egregii ſenſus, et pro ſententia paſſim adhibitus.

315. *ἀνεστενάχοντο γοῶντες.* Ald. 2. *ἀναστενάχοντες.* Lipſ. *βοῶντες* perperam.

316. *τοῖσι δὲ Πηλείδης ἁδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο.* Neque nunc de ſollennibus lamentis eſt cogitandum, quae vi-

debimus v. c. Ω, 723 ſqq. ſed, vt ſup. vſ. 51. de lamentis a dolore expreſſis; quibus auditis, contagione doloris, in lamenta prorumpunt et alii: vt T, 286. 301. X, 429 ſq. Scilicet, ſi recte video, trina ſunt lamentorum genera Graecorum antiquiorum more: primo illa, in quae ex luctu percepto natura erumpit; tum illa, quae a mulieribus appoſitis habentur; quae videbimus inf. 339 ſq. tandem, ſollennia lamenta, quae habebantur ante funus adſtante corpore: quorum locus eſt praeclarus Ω, 719 ſqq.

ἀδινοῦ γόοιο. de lamentis continuis, vt iam vſ. 124 praemonitum eſt. Mira comminiſcuntur grammatici. Schol. B. λεπτοῦ καὶ ἀσθενοῦς. alii, δαψιλοῦς, παρὰ τὸ ἄδην. Apollon. Lex. in voc. ἀδινὰ, poſt alia: ἐπὶ δὲ τοῦ, τῆς ἀδινὸν γοόωσα μετηύδα Πηνελόπεια, (Od. Δ, 421) τὸ γοερὸν καὶ οἰκτρὸν σημαίνει. καὶ, ὅτε φησί· ἀδινοῖο γόοιο, τοῦ ἀθρόως ἐκχεομένου. Heſych. ἀδινοῦ γόοιο. τοῦ ἀθρόως ἐρχομένου, ἢ σφαττομένου. Emendat Bentl. ἐφαπτομένου. Schol. A. ad Ψ, 17. ἀθρόου, οἰκτροῦ. δεῖ γὰρ ἐν τοῖς θρήνοις προϊέναι μὲν ἀθρόον τὸ πνεῦμα, μὴ δυνάμενον δὲ φέρειν, ὑπεκλύεσθαι. argutius, quam neceſſe erat: quia erumpunt per interualla effuſiores et acutiores lamentantis voces. Saltem dicerem, ſi crebriora audiantur lamenta. Schol. B. ad X, 430 πυκνοῦ καὶ συνεχοῦς. ἢ οἰκτροῦ, κατὰ Αἰτωλούς. an voluit Αἰολεῖς? verum etiam Schol. Townl. ad e. l. οἰκτροῦ, κατὰ Αἰτωλούς. Ἀρίσταρχος, ἀθρόου. Habet ita melior interpretatio aſſenſum Ariſtarchi. Nam haud dubie *continui* notio eſt vero propior. Proprie enim ἀδινὸν dicitur quicquid eſt continuum, denſum, confertim in vnum locum coactum; tum etiam ἀδινὰ ſunt ſeu crebra ſeu continua tempore et duratione. De vi vocis propria v. ſup. ad B, 87. p. 209.

317. χεῖρας ἐπ' ἀνδροφόνους θέμενος στήθεσσιν ἑταίρου. Notabile hoc, quod imponit Achilles manum pectori Patrocli. Dubito tamen an, quod Koeppen coniectabat, eo referendum ſit, quod pectori ſenſum et affectum tribuere nos ſolemus, tanquam propriae ſedi et officinae.

Poterat pari modo manum prehendere, humerum contingere, Achilles.

Schol. A. et e veteribus Eustathius, notant „ἀνδροφόνους, διὰ τοῦ σ ἅπασαι.“ Fuere itaque qui legerent ἀνδροφόνου — ἑταίρου. Aiunt eadem cum Schol. B. ambiguum esse, vtrum manus amici, an suas ipsius manus, pectori amici imposuerit; verius esse alterum hoc. Fiunt eadem iterum Ψ, 18. vbi duo hi versus repetuntur.

χεῖρας ἀνδροφόνους. in laude hoc dictum esse apparet, vt cum Hector ἀνδροφόνος toties dictus est. Etiam Ω, 478. 479 Priamus κύσε χεῖρας δεινὰς, ἀνδροφόνους.

318. ὥς τε λῖς ἠϋγένειος. Obseruant Schol A. et br. cum Eustathio ex veteribus perite hoc dictum esse, „nam leo mas habet iubam, leaena autem barbam, (pilos circa mentum) esse autem h. l. leaenam intelligendam; non enim leo mas catulos educit, οὐ σκυμναγωγεῖ; vox λέαινα autem recentior Homero vox est.“ Alterum hoc monitum iam erat sup. ad P, 133 vbi et Antimachus notabatur, quod leonem marem σκυμναγωγεῖν dixerat.

ὥς τε λῖς erat iam in edd. Flor. Aldd. Turnebus e Rom. edit. intulit ὥς περ λῖς. Enotarant ὥς τε Barnes e Barocc. et Ernesti e Lips. cuius suasu merito recepit Wolf. firmatur quoque lectio auctoritate optimorum codd. Cant. Mori. Harl. Vat. Townl. fragm. Mosc. Lips. Ven. Etiam in Gellio codicum auctoritate ὥς περ dudum eiecerat Iac. Gronou. Recitat Gellius XIII, 7 versus tres 318. 319. 320. de fetu leonis vno an pluribus.

λὶς et h. l. scribitur in aliis, et ipse Eustath. ὥς τε λίς, de quo v. ad Λ, 239.

319. ᾧ ῥά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνήρ. Schol. A. „quod ἐλαφηβόλος ἀνὴρ dictus est pro κυνηγός. (eadem sunt ap. Apollon. Lex. Hesych.) et quod σκύμνος scribitur, non σκυμνός.“ hoc etiam Schol. br. (etsi turbate) et Etymol. adde Hesych. h. v. cum Nota.

ᾧ ῥα θ' „cui scilicet“ Clarke. οὗ ῥα Harlei.

ἁρπάσῃ. Apud Gell. l. l. est ἅρπασεν. in vno Vindob. ἁρπάσει. Similem locum vidimus P, 134.

321. πολλὰ δέ τ' ἄγκε' ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν. „ἄγκεα, Φάραγγας, σπήλαια." Schol. A. prius recte. sunt conualles sinuosae. τοὺς συνδένδρους τόπους τῶν ὀρῶν reddit Schol. br. auctor. At hoc est a consequente ductum; prima notio est de sinu inter montes. cf. Etymol. cf. inf. Υ, 490. Χ, 190. Od. Δ, 337. Ρ, 128. vbi alia accedunt notionem declarantia.

δ' ἔτι Lipf. (immo πολλὰ δ' ἔτ')

μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν. Harlei. μετ' ἀνέρι. Lipf. μετ' ἀνέρ'. Male: forma loquendi est ἐρευνᾷν μετά τι. vel μετερευνᾷν, etsi non occurrit, vt μετελθεῖν, μετιέναι, μεθέπεσθαι.

323. ὡς ὁ βαρὺ στενάχων μετεφώνεε Μυρμιδόνεσσι. vulgo vna voce βαρυστενάχων vt sup. 70. 78. Α, 364. μετεφώνει Venetus. alterum in Scholiis.

324. ὢ πόποι, ἦ ῥ' ἅλιον ἔπος ἔκβαλον. — Ab hoc ad vs. 329 recitat Aeschines in Timarch. p. 150 ed. R. et Lamenta Achillis in progymnasma mutauit Libanius To. I. ed. Morell. p. 151. inter ἠθοποιΐας Opp. ed. Reisk. Vol. IV. p. 1024.

ἔπος ἔκβαλον. potest esse dictum simplici vsu pro ἐκφέρειν, emittere, efferre, proferre. Potest quoque videri ad ἀλαζονείαν referri, iactare.

326. Φῆν δέ οἱ εἰς Ὀπόεντα περικλυτὸν υἱὸν ἀπάξειν. Obseruat Schol. B. patere hinc, Achillem quamdiu Phthiae erat, fata sua nondum fuisse edoctum. Recte. v. sup. ad vs. 9. περικλυτὸν, ἔνδοξον γενόμενον ἐκ τῆς νίκης, ait Schol. B. noluit ergo pro epitheto ornante haberi.

327. λαχόντα τε ληΐδος αἶσαν. Apollon. Lex. h. v. versu laudato μερίδα, et Hesych. h. v. versu adscripto, μοῖραν interpretantur; habuere ergo pro voce exquisitiore hoc sensu.

328. ἀλλ' οὐ Ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ. fere vt Κ, 104 οὐ θὴν Ἕκτορι πάντα νοήματα μητιέτα Ζεὺς ἐκτελέσει. Ad Fatum refert grammaticus in loco diserto ad Ζ, 488. Abiit in locum communem; quem variis modis expressere alii. Laudat Clarke e Theogn.

(617) οὔτι μάλ' ἀνθρώποις καταθύμια πάντα τελεῖται. et Pindar. Ol. XII, 14 πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσε. Verum huius generis ſunt plurima in Tragicis et ap. Stobaeum videnda.

329. ἄμφω γὰρ πέπρωται ὁμοίαν γαῖαν ἐρεῦσαι. Harl. ἐρεύσειν cum Schol. φοινίξειν. Ap. Aeſchin. l. l. in Timarch. p. 150 ἐρεύθειν. At ἐρεῦσαι eſt quoque in Apollonii Lex. h. v. ἐρυθρὰν ποιῆσαι. ſicque Heſych.

330. ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ νοστήσαντα. receptum οὐδ' ἐμὲ ex melioribus Cant. Mori. Harl. fragm. Moſc. Ven. add. Vrat. b. d. A. et Euſtath. Vulgg. οὐδέ με, minore cum vi.

331. οὐδ' ἐμὲ δέξεται ἐν μεγάροισι γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς. Senectutis Pelei mentio aliquoties facta h. l. et T, 322. Od. Λ, 433. Quo, tanquam fundo ſubſtructo, Tragici etiam poſt fata Troiae in ſcenam produxere Pelea ſenem, v. c. Euripides in Andromache. Omnino non male aliquis argumenta fabularum tragicarum ſecundum tempora Anteiliaca, Iliaca, et Poſtiliaca ad certum recenſum reuocaret.

332. οὐδὲ Θέτις μήτηρ. ⊱ „ergo Thetis cum Peleo vixit (ſcil. nec, vt ſeriores poetae commenti ſunt, poſt natales Achillis cum eo diſcidium fecit. v. ſup. ad A, 396) „et quod oſſa peregre mortuorum non reportarunt in patriam." Alterum hoc verba poetae non ſuppeditant; γαῖα καθέξει αὐτοῦ ſimpliciter eſt, eum ad Troiam eſſe periturum. Fuere tamen oſſa Achillis ad litus Sigeum humata, nec in patriam reportata.

333. νῦν δ', ἐπεὶ οὖν, Πάτροκλε, — Aeſchin. in Timarch. l. l. p. 152. vbi vſſ. 333. 4. 5. recitantur, ſic recitat: Ἀλλ' ἐπεὶ οὖν, φίλ' ἑταῖρε, — vt variari ſimilia memoriter a recitantibus potuere.

334. 5. πρίν γ' Ἕκτορος ἐνθάδ' ἐνεῖκαι τεύχεα. Ἕκτορος τεύχεα ſunt eadem arma, quae Patroclo ademerat. ἐνείκω Barocc. Lipſ. Harl. vn. Vindob. et Aeſchines.

335. μεγαθύμου σεῖο φονῆος. σοῖο Harl. vulgari vitio.

337. *Τρώων ἀγλαὰ τέκνα.* Ex h. v. poeta vetus procuderat verſum, quo Romanos pronuntiauit: *Τρώων ἀγλαὰ τέκνα μεμιγμένα παισὶ Λατίνων* ap. Plutarch. Quaeſt. Rom. p. 284 B.

338. *τόφρα δέ μοι παρὰ νηυσὶ κορωνίσι κείσεαι αὔτως.* Schol. A. *αὔτως. διὰ τοῦ α πᾶσαι εἶχον.* Sch. A. Eſt tamen idem quod *οὕτως, ἄταφος* vt es. *νηυσὶ κορωνίσι.* quae ſint, dictum ad B, 392.

339. *Δαρδανίδες βαθύκολποι.* v. ſup. ad vſ. 122.

341. *τὰς αὐτοὶ καμόμεσθα.* Sch. A. „*ἐκ τοῦ παρεπομένου. οἱ γὰρ κτώμενοι κακοπαθοῦσι.*" Scilicet cum *καμεῖν* ſit *σὺν καμάτῳ τεύχειν*, et *καμέσθαι νῆσον*, Od. I, 130 pro *ἐργάζεσθαι γῆν*, (omiſſum puta *περί*, *κάμνειν περί τι*) potuit quoque dici *καμέσθαι*, pro *καμόμενον* vel *καμόντα κτᾶσθαι.*

342. *πιείρας πόλεις.* Sch. B. *εὐγείους.* vt illud: *ἐπεὶ μάλα πῖαρ ὑπ' οὖδας* Od. I, 135." Recte, ex etymo. Eſt tamen mox omnino opulenta vrbs *πίειρα*, vt *πίων δῆμος*, E, 710. et ſimilia. cf. Apollon. Lex. in *πιείρῃ.* et inf. 541 *πιείρας, πλουσίας. εὐδαίμονας* Sch. br. Euſtath.

344. *ἀμφὶ πυρὶ στῆσαι. ἀμφὶ πυρῇ* Vat. Repetitur hic verſus cum 346. 347. 348. in Odyſſ. VIII, (Θ) 434 —437.

345. *Πάτροκλον λούσειαν ἄπο βρότον αἱματόεντα.* *Πατρόκλου* pro var. lect. Harl. *βρότον αἱματόεντα* iam vidimus H, 425.

346. *οἱ δὲ λοετροχόον τρίποδ' ἵστασαν ἐν πυρὶ κηλέῳ.* Obſeruat Sch. A. tenues res poetam velaſſe *τῇ συνθέσει τῶν ἐπιθέτων.* (quae tamen pauca ſunt.) *τὸ δὲ, τὰ μικρὰ καὶ ἄδοξα μεγαλοπρεπῶς ἐξενεγκεῖν καὶ σεμνῶς ἀπαγγεῖλαι, θαυμασίας καὶ μεγίστης ἐστὶ δυνάμεως.* (Ne hoc quidem auſim de h. l. affirmare, vt nec de aliis ſimilibus. Conveniret ea laus Virgilio v. c. Aen. VI, 218 *Pars latices calidos et ahena vndantia flammis Expediunt* etc. Homerum decet ſimplicitas et copia ſuae aetatis, h. e. antiquitatis, et nos eam probamus, eaque delectamur, quoniam ea nos in aetates priſcas reuocat, et *ἐναργεία*

rerum ita delinit, vt inter homines illos viuere nobis videamur. Hoc vero tantum in poeta qui istis temporibus vixisse putatur, eaque non fingit, sed tanquam vera et ante oculos posita narrat, locum habet; neque vllus poeta recentior, etsi summa ingenii vi, idem assequi et efficere potest. Vnde etiam apparet, perperam id *ad artificium* aliquod Homeri referri, quod e nostri sensus natura declarandum erat. Homerica laus est ἐνάργεια cum simplicitate.

Ceterum τρίπους h. l. non est, quod alibi, cui imponitur aliquid, sed ipse lebes basi impositus. ἐν πυρὶ κηλέῳ epitheton ornans, *igni ardenti;* declaratum sup. Θ, 217.

347. ἐν δ' ἄρ' ὕδωρ ἔχεαν. vt Od. Θ, 436 vbi vss. repetuntur. Vitiose ἔχευαν edd. Flor. Aldd. emendate ἔχεαν Rom. et inde Turneb. Steph. cum melioribus codd. χεῦαν vn. Vindob. Venit Barnesio in mentem reponere ἐν δ' ἄρ' ἔχευον ὕδωρ quia et sic legi potest. ἔχεον Vrat. d. ἄρ „*deinceps.*" Clarke.

Possis mirari ὕδωρ in binis versibus 347. 348 occurrere modo priore breui, modo producta; refero hoc ad modum iteratas litteras pronuntiandi et sic syllabam producendi ὕδδωρ. Mox ἄμφεπε, περιέλαβε.

348. γάστρην μὲν τρίποδος πῦρ ἄμφεπε. Hemistichium legitur in Polluce II, 175 sed e margine, vt probabile sit. Erat quoque scriptum γάστριν. In Etymol. in γαστήρ. ἐκ τοῦ γαστὴρ γίνεται γάστρα, ἡ εἰς κῦτος γενηθεῖσα τοῦ λαμβάνειν. γάστρην μὲν τρίποδα. quod ex Homericis corrigitur.

349. αὐτὰρ ἐπειδὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ. Scriptum ζέσεν vbique fere. ζέσαν Vat. Pro ἐνὶ est ἐν in Harl. Vrat. d. et ἐπὶ in Vat.

ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ. *splendenti*, φαεινῷ. λαμπρῷ. Vocem vidimus ad Π, 408. cf. de Digammo in ϝηνοψ.

350. καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ. καὶ in apodosi. λίπ' ἐλαίῳ, pro λιπαρῷ, sed qua ratione, dictum est sup. ad K, 577.

351. ἐν δ' ὠτειλὰς πλῆσαν ἀλείφατος ἐννεώροιο. ξ-„propter ὠτειλὰς, (ab οὐτᾶν *cominus ferire*) quia ab Euphorbo βέβληται quidem Patroclus, ab Hectore tamen οὔτασται. (de quo vocum discrimine centies monitum iam vidimus.) Et omnino omnia vulnera ſylleptice ὠτειλαί." Sch. A. B.

ἀλείφατος ἐννεώροιο. Sch. A. οὕτως, ὡς φαρμακώδη δύναμιν ἔχοντος τοῦ παλαιοῦ ἐλαίου — quod rationem phyſicam habere videtur. Alio modo Sch. B. vim olei rancidi in ſiccandis humoribus quaerit: ξηραντικῷ δὲ ἐλαίῳ χρῆται, ὃ φυλάσσει τοὺς νεκρούς. ὡς κέδρινον. Eſt ἐννέωρος ἐννέα ἐτῶν. ἐνναέτης apud grammaticos. ὧρος γὰρ ὁ ἐνιαυτός· Etymol. h. v. Mirari ſane licet, quid veteres in nouenario numero in nonnullis rebus ſpectauerint. Poſſunt quidem recte ſe habere βοῦς ἐννέωρος *nouennis*, Od. K, 19. et βόε ἐνναετήρω ap. Heſiod. Ἔργ. 436. At Od. Λ, 310 Aloidae erant ἐννέωροι, ἐννεαπήχεες et ἐννεόργυιοι. Et multis commentis locum fecit Minos ἐννέωρος Διὸς ὀαριστὴς Od. T, 179. quod alii acceperant de Minoe nouem annos nato aut de Minoe nouem annos regnante (v. Apollon. Lex. h. v. et Etymol), alii de ſeceſſu nouem annorum, quibus leges ſuas meditatus eſſe fertur; alii ad myſticas rationes confugerunt, quas tamen quomodo explicarent, non habebant; niſi quod ſeptenarium et nouenarium numerum multis ſuperſtitionibus implicitum fuiſſe conſtat. Hoc tamen in loco in numero nouenario tanto minus haerere debebant homines, quandoquidem oleum erat domo apportatum, e Theſſalia, vnde Achiui ante nouem annos egreſſi erant. Haeſere tamen in eo; ſic Sch. B. ἐννεώρου interpretatur νέου. quod et ap. Euſtath. eſt. videntur de voce ἔνη, μία, cogitaſſe, vt vnius anni ſit oleum. Alio modo Euſtath. σιάλους ἐννεώρους Od. K, 390 interpretabatur ἐννέα ὡρῶν, h. e. duorum annorum et trium menſium; quatenus ὥρα anni pars eſt. Atqui ne partes quidem quatuor anni norant veteres.

352. ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν. λεπτῷ λίνῳ, h. ὑφάσματι, πέπλῳ. Esse λὶς, λιτὸς, λιτὶ, vidimus Obss. ad Θ, 441. Iis, quae Scholia ad e. l. habebant, sunt similia in Schol. A. Eustath. ad hunc versum, laudato loco Herodiani ἐν τῇ Ἰλιακῇ προςῳδίᾳ, ἐν τῇ ψ. et Aristarcho, aduersante Ascalonita.

Multo magis dissident grammatici cum aliis locis, tum h. l. in Schol. B. primoque loco Apollon. Lex. in ἑανός, in notione τοῦ ἑανὸς et ἑανὸν, de quibus egeram ad Γ, 385 partim tamen ea accuratius constituenda posthaec vidi, eaque reieci in Exc. de Digammo voc. ἑανός. Vt verbo dicam: ἑανὸς esse videtur omnino ductilis, tenuis, interdum τὸ ἑανὸν substantiue forte ex ellipsi τοῦ ἱμάτιον, aut similis vocabuli. Idem interdum pronuntiatum duplici littera, ἑαννός; atque ita censeo h. l. scribendum esse. Nostro loco est adiectiua forma; sicque accepisse videtur Apollon. Lex. l. c. ὅταν δὲ λέγῃ, ἑανῷ λιτὶ κάλυψεν, ἐπιβολαίῳ λιτῷ (linteo) σημαίνει. ποτὲ δὲ, τῷ λεπτῷ ὑφάσματι. Et per λεπτὸν fere ἑανὸν redditur; etiam ap. Suidam.

355. Πάτροκλον ἀνεστενάχοντο γοῶντες. ἀνεστονάχοντο Vat. perpetua varietate.

356—368. Hos versus a rhapsodo insertos esse, obvium est ad animaduertendum, et animaduersum est a viris doctis, in his a Koeppen, Wolfio. Nec vero est haec interpolatio e vulgari genere, verum respondet pluribus aliis locis similis generis, de quibus supra egi ad Π, 432 eo interpositis, vt iuncturae inseruirent eorum quae de decreto Iouis, de Iunonis calliditate in eo interuertendo, et concertatione ex hoc dissensu orta narrata sunt: siue haec recitantis alicuius rhapsodi aut plurium opera fuit, siue vnius ex iis, qui carmen totum e partibus numero pluribus aut e diuersis carminibus concinnarunt. Ariolari talia quidni liceat! etsi paullo prudentior facile concedat nihil ad liquidum perduci posse.

Extat quoque Scholion pereruditum in Ven. B. Porphyrii nomine praescripto, in quo Zenodoti, (male scri-

bitur Ζηνοδώρου) περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας, cuius X libri erant, iudicium de sermonibus deorum, per episodia inductis apposuit; inque iis etiam de his versſ. Pronuntiauerat ille repugnare hoc episodium, quippe extra argumentum (ἐκτὸς τῆς ὑποθέσεως) adsumtum, mori Homerico, qui nullas deorum confabulationes admittit, nisi vt doceatur aliquid ad Jliadem pertinens aut doceatur fabula antiqua; at enim altercationem hanc Iouis et Iunonis esse prorsus otiosam, cum nihil adiiciat iis quae exposita sunt: esse alienam, cum mox ad Thetidis et Vulcani sermones procedat poeta; eius morem esse, vt ab humanis rebus ad diuinas, et a diuinis ad humanas procedat; hoc loco autem importune interponi alium deorum sermonem; esse porro insipienter dictum: ἔπρηξας καὶ ἔπειτα, tanquam ea re sibi nuntiata (ἐκ πείσματος f. ἐκ πεύσματος) id egisset; non enim serius haec didicisse Iunonem, nec, quod rhapsodia A. docet, ignorasse; esse porro absurdum, Iouem irasci Iunoni, quod Iridem ad Achillem miserat: sup. Σ, 166 sq. nec pariter Mineruae, quae et ipsa Achilli studebat, et ignem eius caput ambientem excitauerat: (Σ, 217 sq.) cum tamen antea Iupiter dixisset, Iunoni se ignoscere magis quam Mineruae filiae (Θ, 406 sq.) absurdum et illud, quod Iupiter non aeque irascatur Iunoni noctem acceleranti 239. et cum antea Iupiter Patrocli corpus seruatum esse mallet, (P, 268 sq.) nunc autem irasci eo seruato; nam quod Achilles in medium est adductus, nullum alium effectum habuit, quam vt Patrocli corpus seruaretur. Tum, cur non memorauit, Iouem a monte Ida discessisse? etsi hoc potest κατὰ τὸ σιωπώμενον factum esse; verumtamen sunt reliqua vitiosa et suspecta (σαπρὰ καὶ ὕποπτα. an ὕπουλα?) Defensio autem, qua Iuno vtitur 362 sq. est prorsus insipida: cum enim deberet docere, nihil se mali Troianis intulisse, seruato Patrocli corpore, contra autem fecisse, quod ipse Iupiter fieri vellet; quaerit porro (Zenodotus), cur ea non sibi licere putare debeat, Troianis mala machinari? in verbis itaque vſ. 367 οὐκ ὄφελον Τρώεσσι κο-

τετσαμένη κακὰ ῥάψαι, eam ſibi ipſam praeuaricari. Hactenus Zenodoti reprehenſio; verſibus autem XIII ſublatis omnia bene conueniunt. Poſtrema e Schol. Exc. iam attulerant Cantabrig. et ex iis Barnes. Scholion in Ven. B. et in fragm. Moſc. legitur emendatius quam e cod. Leid. ap. Valken. Diſſ. de Scholiis p. 137. niſi quod in primis ſtatim Scholii verbis in vtroque excidiſſe videtur negatio: ἀποδεικνῦναι διεσκευασμένον τοῦτον τὸν τόπον. Legendum videtur οὐκ εὖ διεσκευασμένον. Niſi διασκευάζεσθαι omnino accipiendum eſt de interpolatoribus; idque videtur probabile, ſi Schol. A. ad T, 327 conferas.

Sunt in his multa ſubtiliter magis et argute, quam vere dicta. Tota autem argumentatione hoc tantum efficitur, quod male iſta ſcripta ſunt; an vero ab rhapſodo aut ab alio, quam a primo auctore, nondum per haec euictum eſt. Vtinam adiectum eſſet et illud, a codicum ne parte olim hi verſus abſuerint, an rhapſodi non omnes eos traditos acceperint. Nunc interpolationis probabilitas aliunde quaerenda eſt, in tota quidem rhapſodorum ratione ac more perpetuo, intexendi ea, quae ſupplere poſſent et locupletare Homericas narrationes; tum in ſtudio manifeſto nexum aliquem inferendi in conſilia Iunonis et Iouis, etiam per contortas rationes; fruſtra enim aſſeritur, omnia in Jliade mirifice eſſe inter ſe vincta et copulata. Legerat verſus Sext. Empir. nam recitat vſ. 356 Ζεὺς Ἥρην. Verum interpolationes huius generis a multo antiquioribus temporibus ante Alexandrinos grammaticos repetendae ſunt; neque ſeriorum auctoritas in alterutram partem vim et pondus habere poteſt.

356. Ζεὺς δ' Ἥρην προςέειπε. ⊱ „quod ſubintelligitur (κατὰ τὸ σιωπώμενον) Iunonem cum Ioue in Olympum rediiſſe.“ Schol. A. Iunonem rediiſſe, diſerte dixit poeta O, 77 ſq. At de Ioue nil monuit; etſi Iouis mentionem fecerat aliquoties P, 196. 268. 441. Π, 431. 644. loci tamen, in quo verſabatur, mentione facta nulla; quandoquidem tamen Π, 431 cum Iunone confabulatur, illa autem in Olympo ſedebat, neceſſe eſt, Iouem

quoque iam tum ex Ida ad Olympum rediisse. cf. Notam ad Π, 431. et Obss. ad 432.

Ζεὺς δ' Ἥρην προσέειπε. et vs. sequ. πότνια Ἥρη mirationem faciunt. Ἥρην modo sine, modo cum digammo esse pronuntiatum. v. de hoc Exc. ad A. et Exc. de digammo voc. Ἥρη. Cum tamen hanc particulam serius illatam esse pateat, ad principis poetae morem ea varietas referri nequit. Abest δ' a Sexto l. c. sed in poeta iunctura abesse nequit.

357. 8. ἔπρηξας καὶ ἔπειτα, βοῶπις πότνια Ἥρη, ἀνστήσασ' Ἀχιλῆα. Importunum est καὶ cum ἔπειτα. Bentl. emendat ἔπρηξας δ' ἤπειτα. Sollenne erat εἶτα ἔπρηξας. Schol. A. B. aiunt: καὶ abundare et ἔπειτα esse παραυτίκα, νῦν. ἔπρηξας, ἐτέλεσας, ἐπλήρωσας, Hesych. ad h. l. effecisti hoc, vt. ὥστε ἀναστῆσαι Ἀχιλῆα.

βοῶπι Venetus.

361. ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες. vn. Vindob. ἔειπας. varietas alibi obuia.

362. καὶ μὲν δή που τις μέλλει βροτὸς ἀνδρὶ τελέσσαι scil. τοῦτο vel ταῦτα, vt ad explendam iram in Troianos et ad tuendam caussam Achiuorum excitaret Achillem; seu verbo, vt efficeret hoc, quod effecit, studii vel odii caussa. Bentleius, qui sentiebat obiectum non bene esse omissum, emendabat μέλλει ἔπος ἀνδρὶ τελέσσαι sagaciter: vt Ψ, 543 εἴ κε τελέσσῃς τοῦτο ἔπος, vel, νόον, vt Ψ, 149 σὺ δέ οἱ νόον οὐκ ἐτέλεσσας.

363. ὅςπερ θνητός τ' ἐστί. valde pleonasticum videri debet post βροτός. Exciderat τ' Lips. Ven.

Versus iterum legitur Od. Υ, 46.

364. πῶς δὴ ἔγωγ', ἣ φημὶ θεάων ἔμμεν' ἀρίστη. Doricum ἐγὼν esse ap. Zenodotum ait Schol. A. παρὰ δὲ Ζηνοδότῳ καταδώριον, ἐγών.

ἔμμεν' et ἔμμεν scribitur.

Versus 364. 365. 366. lecti iam Δ, 59. 60. 61. vbi tamen pro ἀρίστη melius erat πρεσβυτάτη.

365. ἀμφότερον γενεῇ τε. Vat. ἀμφότερ' ἐν γενεῇ τε.

367. οὐκ ὄφελεν Τρώεσσι κοτεσσαμένη κακὰ ῥάψαι; Schol. B. οὐκ ὄφελον, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἔμελλον. κοτεσσάμενος recitat Schol. Eurip. Med. 1.

κακὰ ῥέξαι Vrat. d. vn. Vindob. a m. pr. et Schol. Leid. inf. ad v. 356.

369. Ἡφαίστου δ' ἵκανε δόμον. Ald. 2. cum hinc expressis, et cod. Canter. vnoque Vindob. Ἡφαίστοιο δ' ἵκανε praeferri potest forte vt auri suauius; at alterum codices optimos obtinet. Recte autem vtrumque se habet; est enim duplex forma verbi ἱκανω et ἵκανω. de quo v. Excurs. I ad P. de prosodicis. Sup. B, 16 καρπαλίμως δ' ἵκανε, at Z, 242 ἀλλ' ὅτε δὴ Πριάμοιο δόμον περικαλλέ' ἵκανε.

370. ἄφθιτον, ἀστερόεντα, μεταπρεπέ' ἀθανάτοισι. Schol. B. ἀστερόεντα, λαμπρὸν, οὐχὶ τὸν ἀστερώδη. monet quoque Etymol. Scilicet vt alibi: οὐρανὸν ἀστερόεντα. οὐρανοῦ ἀστερόεντος. nunc autem dictum, vt Π, 134 θώρηκα ποικίλον, ἀστερόεντα, fulgidum.

De vsu τοῦ ἄφθιτος vidimus ad E, 724.

μεταπρεπέα hoc vno loco, quod alibi ἐκπρεπής. μεταπρέποντα ἐν ἀθανάτοις.

371. Κυλλοποδίων de Vulcano dictum sine opprobrio, (vt ἀμφιγυήεις) et quod diminutiuum pro Κυλλόπους, ad indolem prisci sermonis est referendum. Κυλλὸς pro χωλὸς vox fuit Ionica, vt ex vsu ap. Hippocratem patet.

ὄν ῥα „*quem scilicet.*“ Clarke.

372. ἑλισσόμενον, ἐπιστρεφόμενον ὡς χωλόν. (nec tamen hoc quod additur necesse est; nam ἑλίσσεσθαι omnino de iis dictum, *qui suarum rerum satagunt, versantur aliqua in re.* itaque declaratur per σπεύδοντα. Sch. br. reddunt bene: ἐνεργοῦντα) ἢ μεμίμηται ἐπὶ τοῦ Ἡφαίστου τὴν τοῦ πυρὸς κίνησιν. Sch. A. hoc disertius in Sch. B. expositum, spectat ad ineptam allegoriam Vulcani. cf. inf. ad 473.

φύσσας scriptum in Lips. et aliis ἀμέτρως.

373. σπεύδοντα· τρίποδας γὰρ ἐείκοσι πάντας ἔτευχε. „quod σπεύδοντα est ἐνεργοῦντα (non autem ἐπὶ τοῦ

κακοπαθεῖν νῦν κεῖται. Sch. B.) et quod πάντας abundat" Sch. A. Sch. br. et Eustath. Alterum hoc verum non est; sed vt satis docui ad H, 161. K, 560 et alibi et ad h. l. Clarke, nam valde liberalis fuit in hac obseruatione inculcanda, vox exprimit numerum iustum ac plenum, *non pauciores quam viginti.* Latini dicunt: *tripodes ad viginti numero.*

374. περὶ τοῖχον ἐϋσταθέος μεγάροιο. Est εὐσταθὲς, quod alias est εὔπηκτον v. c. B, 661. εὐποίητον. nam ἱστάναι οἶκον est, ποιεῖσθαι οἶκον.

375. ὑπο — θῆκε iungenda esse patet. At fuere (ap. Sch. A. et B. sicque Vrat. A. cum Polluce, X, 79) qui ὑπόκυκλα iungerent, vt ὑπότροχα. Aliter dictum est τάλαρόν θ' ὑπόκυκλον Od. Δ, 131 (quod habet rotam subiectam; de quo v. docte disputantem *Boettiger. Vasengemaelde* I B. III Heft p. 34 sq. at h. l. manifestum est ὑπέθηκε κύκλα σφι ἑκάστῳ (ἐν) πυθμένι. πυθμὴν omnem fundum et basin declarat: v. ad Λ, 634. h. l. pedes tripodis. κύκλα sunt τροχοὶ, vt iam E, 722 vidimus.

χρύσεα δὲ in δὴ mutarat Barnes perperam.

376. ὄφρα οἱ αὐτόματοι θεῖον δυσαίατ' ἀγῶνα. ἕ- „quod οἱ pro αὐτῷ, ϝοι, non οἱ, ἐκεῖνοι; et quod θεῖον ἀγῶνα dixit coetum, consessum, deorum." ὁ τόπος, εἰς ὃν συνάγονται, versu laudato, reddit Apollon. Lex. voc. ἀγών.

δυσαίατ' ἀγῶνα. pro δύσαιντο. „ἐν ἄλλῳ· δύσονται ἀγῶνα." agnoscit alterum hoc ipse Apollon. Lex. in ἀγών. Schol. br. Cant. Harl. Vat. Vrat. d. vn. Vindob. et edd. ante Barnes. et potest videri in δυσαίατο mutatum esse, vt cum altero νεοίατο conueniret. Atqui mos Homericus in talibus membris copulatis variare tempora. Contra potest reponi, interpolatione illatum esse δύσονται ex H, 298 αἵ τε μοι εὐχόμεναι θεῖον δύσονται ἀγῶνα, quia δυσαίατ' in praestantissimis codd. reperitur, in Townl. etsi vitiose scriptum δυσέατ' fragm. Mosc. Veneto, vt taceam Vindob. cod. Alteri, cuius exigua aut nulla est auctori-

tas; petierat id Barnes et receperat ex cod. Mori. Ab Hefychio vtrumque in gloffarium relatum eft, *δυσαίατο* et *δύσονται*. habet quoque vtrumque Euftathius.

Supereft tamen tertia lectio, quam doctiorem vtrique praeferam *δύσωνται*, in Lipf. Vrat. b. vno Vindob. et in marg. Steph. nefcio vnde. Iungitur quidem *ὄφρα* trinis his modis omnibus; cum fubiunctiuo tamen inprimis, eo confilio, vt. v. Exc. de *ὄφρα* ad lib. IV. p. 666. 667.

Praeterea in vulgaribus, *ἐν ταῖς εἰκαιοτέραις*, olim quarta extitit lectio: „*θεῖον κατὰ δῶμα δέωνται*·" Schol. A. quam ex interpolatione illatam fuiffe, manifeftum eft.

ἀγῶνα „*νῦν τὸν ναὸν λέγει*" Schol. A. et paullo poft laudatis quinque fignificationibus huius vocis (Scholion hoc et alibi iteratur haud femel. cf. quoque Euftath.) de loco, vt Od. Θ, 260. de coetu, de multitudine, de certamine, vltimo loco fubiicitur, *τὸν ναὸν, ὡς ἐνταῦθα*. Vix affequaris, quomodo hoc alicui in mentem venerit, vt h. l. de *templo* cogitaret. Ita tamen et Schol. br. *τὰ θεῶν τεμένη*. Scilicet Scholion hoc transfcriptum eft ex alio loco H, 298 vbi Troianae mulieres *εὐχόμεναι θεῖον δύσονται ἀγῶνα*, quod reddiderunt grammatici *ναὸν*, cum tamen fit, facer coetus, vti *ἀγὼν* eft omne *ἄθροισμα*. v. Obff. ad e. l. Atque tenendum eft hoc exemplum, propter alias grammaticorum obferuationes ad certum locum fpectantes et temere ad loca disparia translatas, vnde tenebrae legenti obiiciuntur.

Ceterum alludit ad h. l. Ariftoteles de Rep. I, 4. *ἢ τοὺς τοῦ Ἡφαίστου τρίποδας, οὕς φησιν ὁ ποιητὴς, αὐτομάτους θεῖον δύεσθαι ἀγῶνα.*

378. *οἱ δ' ἤτοι τόσσον μὲν ἔχον τέλος, οὔατα δ' οὔπω.* (⳩) „*ὅτι ἐπὶ τῶν παρὰ μικρὸν τετελειωμένων οὕτως λέγει· ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον.* (Ψ, 454) *τοῦ δὲ καὶ ἄλλο τόσον μὲν ἔχε χρόα* (X, 322)" Sch. A. Scilicet fupplendum eft, quod non viderunt, *ἐπὶ τόσον ἐφ' ὅσον. in tantum; ex parte quidem, hactenus.* Commenta aliorum narrat Sch. B. *ἀντὶ τοῦ ὅλον* (fic et Schol. Exc.) *οἱ δὲ, ἐπὶ το-*

τοῦτον ἔσχον τὸ τέλος, ὥςτε τῶν ὠτῶν προςδεῖσθαι. τινὲς δὲ, τόσσον, τὸ λοιπόν (hoc et Sch. br. ariolando e contexto) Euſtath. παρ' ὀλίγον.

οἵ δή τοι Vrat. d. et vn. Vindob.

379. τά ῥ' ἤρτυε, κόπτε δὲ δεσμούς. „ἤρτυε, ἡτοίμαζε. (ἀρτύειν, ἀπαρτίζειν Euſtath. et καταρτίζειν) κόπτε δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἤλαυνε. (ἐχάλκευε Sch. br.) δεσμοὺς δὲ, τὰς λαβὰς, ἢ τοὺς ἥλους, οἷς ἐστήρικται ἡ λαβή." Sch. B. alterum hoc recte; etiam Sch. br.

προςέκειντο vn. Vindob. δεσμὰ Barocc. Mori.

380. ὄφρ' ὅγε ταῦτ' ἐπονεῖτο ἰδυίῃσι πραπίδεσσι. Lipſ. Vrat. b. d. et Barnes pro var. lect. ἐπονεῖτ' εἰδυίῃσι. cum vitio metri. nam eſt digammum: επονειτο ϝιδυιῃσι. v. ad A. 608. ταῦτα πονεῖτο vn. Vindob.

381. τόφρα οἱ ἐγγύθεν ἦλθε. Lipſ. ἐγγύθε ἦε.

382. τὴν δὲ ἴδε προμολοῦσα Χάρις λιπαροκρήδεμνος. Quaeſitum eſt, cur in Odyſſea *Venus* vxor Vulcani ſit (Od. Θ, 266 ſq.) hic *Charis*. Meras argutias reponunt grammatici in Schol. A. B. Dicendum erat, aut: ſequi Homerum diuerſos mythos: (qui ſane ad idem redeunt, nam propter operum venuſtatem Vulcano modo Venus modo Gratia iuncta eſſe dicta eſt. Hoc vtique ex mythorum interpretatione tenebimus.) aut diuerſis auctoribus deberi locum hunc Jliadis et alterum in Odyſſea. Alterum hoc ſtatuebant οἱ χωρίζοντες. cf. ad Φ, 416. Nam illud eſſe puto nimis acute dictum, Charin pro pellice a Vulcano habitam, Venerem pro vxore. λιπαροκρήδεμνος Charis a parte ornatus candida faſcia capitis totum habitum deſignat. Vox eſt ap. Suidam; et in Hymn. in Cerer. 438. Quid κρήδεμνον fuiſſe videatur, dictum ad Ξ, 184. Quaeri poterat, ſaltem notari, quod et Pauſan. IX, 35 p. 781 fecit, illud quoque, quod h. l. Χάρις tanquam vna memoratur, cum plures poeta memoraſſet, vbi Somno promittit Iuno Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων Πασιθέην, Ξ, 267 ſq. et Veneris miniſtrae Χάριτες Od. Θ, 364. Adeo diuerſos mythos e diuerſis forte carminibus, expreſ-

fiſſe videri debet Homerus. Niſi probabilius fuit, totam *ἀσπιδοποιΐαν* alium poetam habere auctorem.

383. *τὴν ὦπυιε.* etſi vox iam aliquoties lecta erat Θ, 304. N, 379. Ξ, 268. Π, 178 hoc tamen loco demum grammatici de eius etymo quaerunt, et a meris ariolationibus petunt, Sch. A. B. Euſtath. ad l. l. add. Schol. Apoll. I, 46. vt res digna non ſit, cui immoremur. Sufficit eſſe *γαμῆσαι*, *matrimonio tenere.*

385. *τίπτε Θέτις, τανύπεπλος, ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ;* Erat vbique editum et lectum: *τίπτε Θέτι τανύπεπλε ἱκάνεις.* Et alterum hoc etiam in optimis legitur; vt in Townl. Moſc. etiam in Ven. A. B. At Schol. A. *τανύπεπλος* praefixum habet, et addit: *παρὰ Ζηνοδότῳ· „ἡμέτερόν δε.“ καὶ· „Θέτις τανύπεπλος ἱκάνεις.“* Hic habemus iterum exemplum ignorati vel neglecti hiatus in poetae lectionem ab ipſo Ariſtarcho, vt videtur, illati. Vidit quoque emendandum ita eſſe Bentl. laudatis locis vſſ. 357. 424. Γ, 277 vbi idem vſus nominatiui obuius eſt. De *ἡμέτερόν δε* non aeque pronuntiare licet, cum illud *ἡμέτερον δῶ* cum ſimilibus frequentius occurrat. Vt H, 363 et al.

Θέτις, pro *Θέτι,* intulerat iam Barnes, etſi vana de ratione, ne vltima breuis produceretur. Verum primus caſus pro quinto frequentatur; et h. l. *Θέτις* in Mori. Barocc. nunc illud firmat Zenodotus. Memoranda adhuc eſt alia varietas: Scholio A. praefixum eſt: *τίπτε, θεὰ τανύπεπλος.*

Celeritatem alacritati et beneuolentiae conſonam in verbis agnoſcit Sch. B. Repetuntur vſſ. 385. 6. inf. 424. 5. et totus locus iterum expreſſus eſt in verbis Calypſus Mercurium excipientis Od. E, 87—91. eumque ante oculos habuit Apollon. Arg. III, 52. 53. 54. vbi quoque Schol. Homerica appoſuit.

386. *πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις. „ἀντὶ τοῦ, οὐδαμῶς“* Schol. A. B. *θαμίζοις* Vat. At *θαμίζεις* eſt quoque in altero loco Od. E, 88. et in Apollon. Lex. *θαμά;* verſu adſcripto, *θαμίζεις, πυκνῶς παραγίνῃ.*

Barnes: „γρ. θάμιζες.“ hoc eſt, putabat ille ſcribi ſic potuiſſe aut debuiſſe. Atqui ſolet hoc πάρος cum praeſenti tempore iungi, vt ſup. Δ, 264 οἷος πάρος εὔχεαι εἶναι, vbi male inualuerat εὔχεο. Eodem fere modo Latini *dudum* adhibent; v. c. *iamdudum* video.

387. ἀλλ' ἕπεο προτέρω. Schol. B. εἰς τὸ ἔμπροσθεν. Euſtath. προτωτέρω. Vidimus iam Γ, 400.

ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω. Lipſ. παρά.

388. ὣς ἄρα φωνήσασα πρόσω ἄγε. Cant. Vat. φωνήσασ' ἡγήσατο.

390. ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦε. non ἦεν, ſequente conſona in κέκλετο. Correxerat iam Turnebus.

392. Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε, Θέτις νύ τοι σεῖο χατίζει. ⊱ „πρόμολ' ὧδε. quod ὧδε, ὡς ἔχεις· οὐδὲν ὑπερθέμενος. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ· ἀμφίσταθ' οὕτως. (Il. Ω, 712 ἀμφίσταθ' ὅμιλος· quod quid huc faciat, haud aſſequor) Sch. A. οὕτως ὡς ἔχεις reddunt etiam ceteri; Sch. B. br. Euſtath. Suidas in Ἥφαιστε. Scilicet fuere qui ὧδε acciperent, *huc*. vt et ſolebant facere Od. A, 182. P, 544. vnde monent grammatici οὐδέποτε ὧδε τοπικῶς εὕρηται παρὰ ποιητῇ. de quo iam monitum eſt ſup. Obſſ. ad M, 346. Fuit ea Ariſtarchi doctrina, vt ex Apollonii Lex. in ὧδε diſcimus: κατὰ Ἀρίσταρχον οὐδέποτε συνήθως ἡμῖν κεῖται, ἀλλ' ἀντὶ οὕτως κεῖται. ὧδε δέ τις εἴπεσκεν — Od. Θ, 326. ἐπὶ δὲ τοῦ· Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε, οὕτως ἀκούει· πρόσελθε (πρόελθε) οὕτως ὡς ἔχεις, ἐκ προχείρου, οὐδὲν ἀναβαλλόμενος. Ex eo ſua habet Heſych. add. Etymol. h. v. ᾧδε cum iota ſubſcripto exhibent Schol. A. B. quod alibi vidimus in ᾧ τε pro ὥς τε. v. Obſſ. ad M, 433. p. 348.

πρόμολε pro πρόελθε, notatur non modo in Suida, Heſychio, verum ab ipſo Apollonio Lex.

Notiſſimus autem eſt verſus vſu Platonis, cum carmina ſua combureret, Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε, Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει. Sch. A. Euſtath. et antiquiores Laert. III, 6. cum Olympiodoro in vita Platonis (p. 585. ad calc. Laert.) add. Obſſ. ad P, 263. Narratur ſimilis huius ver-

ſus vſus de Metrocle Theophraſti commentarios comburente Laert. VI, 95.

„γρ. θεός τί νυ“ Barnes. inepte.

394. δεινὴ, νῦν, ἡ θαυμαστὴ, Sch. br. Ceterum etiam Schol. B. obſeruat Vulcanum haec dicere adhuc intra officinam morantem: ἐντὸς ἀναβοᾷ. Nam infra demum vſ. 410 opus e manu deponit, et ex officina prodit, vt ſe in cubiculum Charitis conferat.

395. ἤ μ' ἐσάωσ' ὅτε μ' ἄλγος. — In Scholiis de fabula ipſa nihil notatum occurrit. Ineptias Schol. B. cumulat; in his hanc, quod τῆλε πεσόντα, τεχθέντα interpretatur, ex illo, quod tamen valde discrepat, Iouis dicto: ὅς κε πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικός. Jl. T, 110. Aliis modis argutatur per allegorias Euſtath. p. 1149, 40 ſq.

Non minus inepte ille τῆλε ait poſitum eſſe ἀντὶ τοῦ τηλόθι. παρ' Ὠκεανῷ γὰρ ἐγεννήθη. potius τηλόθεν· ἤτοι ἀπ' οὐρανοῦ. vt Sch. br.

ὅτε μ' ἄλγος ἀφίκετο. (εἰς ἐμέ) Malis ἐφίκετο. vt ἐπῆλθε κακόν. Neutrum alibi in Homero occurrit ſed ſimplex ἱκάνειν ſaepe: ſic ἄλγος, ἄχος, πένθος, κῆδος ἱκάνει (ἐπί) τινα dicitur; vt Α, 254.

Videamus narrationem ipſam. Poetam mythum antiquiorem ad ſuum conſilium ingenioſe accommodaſſe, nec haec primum excogitaſſe, in aperto eſt. Mythus ipſe debuit eſſe hic: Iunonem Vulcanum ex ſe natum, cum claudicare videret, indignabundam proieciſſe ne partus tam deformis innoteſceret: haec in vſſ. 395. 6. 7. diſerte narrata ſunt; e Iunone ſola ſine Iouis congreſſu natum eſſe non narratur; contra vero Iouem ipſum ex Iunone Vulcanum ſuſcepiſſe ex tota narratione colligas, et voluiſſe eam Iouem partum celare. Narratur porro proiectum Vulcanum decidiſſe in mare, exceptumque a Thetide et Eurynome clam eſſe nutritum per nouem annos in Oceani fundo. vſſ. 398—404. quod additur de fabrili arte ibi per hoc tempus exercita, ad ornatum ſpectat. Non memoratur, quid poſthaec factum ſit, et quomodo in Olympum fuerit receptus Vulcanus: quo ipſo intelli-

gitur, narrationem hanc eſſe partem mythi alibi, in alio vt probabile ſit carmine, quod periit, diſertius expoſiti.

Discrepat narratio ab ea quam libro primo legeramus, vſſ. 587 per episodium intextam: vbi Vulcanus a Ioue proiectus et in Lemnum delatus, a Sintibus exceptus eſſe memoratur. In Nota ad e. l. ex aliis Jliados locis elicere licuit, ex Heraclea aliqua mythum eſſe deſumtum: v. Notam. Propius accedit ad alterum hunc locum, in quo nunc verſamur, modus, quo narratus et ornatus eſt mythus in Hymno in Apoll. 316 ſqq. ſeu in Apoll. Pyth. 138 ſqq. Eſt hic Vulcanus e Ioue natus a Iunone, (nihil enim video appoſitum eſſe vnde colligere liceat, iam tum Iunonem ſine congreſſu cum Ioue peperiſſe; immo vero propter hoc ipſum, quod tam deformem puerum ediderat, ab eius amplexibus ſe continuit Iupiter.) Vulcanus ſtatim a partu a matre irata propter deformitatem proiectus eſt in mare, a Thetide autem exceptus et educatus. Iupiter inde Mineruam ſolus e capite ſuo progenuit: quo eius conſilio Iuno exaſperata Typhonem ſola ſine Ioue procreat. Ita ſolebant antiqui poetae antiquiores fabulas nouis modis et commentis nectere et variare. Antiquiora fuere ſeorſum narrata: Vulcanum natum eſſe claudicantem; Mineruam e capite Iouis ortam; et Typhonem nouum naturae monſtrum a Iunone procreatum.

Iam in his videmus ſtabilita plura: primum, morem poetae, antiquiores mythos, ex carminibus antiquioribus, intexendi carmini ſuo; porro diuerſas quoque eiusdem mythi narrationes carmini inſertas eſſe: ſiue quod auctor carminis id ſibi licere putauerit, ſiue quod diuerſae partes a diuerſis auctoribus in vnum Jliados carmen coierint; videmus quoque cum Vulcanum exhibere vellet Thetidi beneficio aliquo in ſe collato obſtrictum, poetam antiquum mythum pro facto commode adhibere, ex more, quem in hoc carmine ſaepius ſeruatum vidimus, vt mythi antiqui pro re vere geſta, in hiſtorici facti ſpeciem narrarentur, etiamſi narratio ipſa haberet fundum non

factum, sed iudicium aliquod animi, sententiam vel phantasma, antiqui sermonis indole in factum mutatum. Habemus tandem exemplum mythi iam ante Iliadem conditam variis modis ornati.

Subest mytho pro fundo *Vulcanus claudicans:* quo iudicio, qua de caussa, hoc commentum antiquiore aevo in hominum animos venerit, nunc ignoramus. At claudicationis caussam videmus repetitam a lapsu graviore; congrue cum eo quod saepe fit; expositam tamen diuersis modis; ab aliis, vt in Lemnum insulam deciderit, ab aliis vt in mare prolapsus sit: haec duo tenenda sunt; porro altero modo a Ioue, altero a matre praeceps datus esse narratur.

Cum Lemnum ignibus subterraneis aliquando arsisse satis constet: non tam ineptum est, caussam mythi inde aliquando esse repetitam. Cum porro in cosmogonicis phantasmatibus ignis et aquae pugna, tum vtriusque consociatio, variis modis mythice sit expressa: non absurdum est, narratiunculam de Vulcano sub Oceano latente ex eo ipso ductam putare. Nam commenta haec antiqua ab aliqua vtique caussa probabili profecta esse necesse est; ineptum esset contendere velle, probabilius esse, homines temere, nulla re externa adductos, in hoc incidisse, vt narrarent, deum ex Olympo nulla de caussa delapsum in fundo maris fabricam instituisse. Licebit tamen, de his statuere quemque pro arbitrio aut ingenio suo, modo hoc faciat sine contumelia aliorum. Elementa autem rerum *iam ante auctorem Iliadis,* saltem certarum partium et locorum, per Iouem, Iunonem, Vulcanum, Oceanum, declarata esse, tam multis locis notauimus, vt de his omne certamen vanum videri debeat. Si alia antiquiorum carmina, saltem si philosophica, Empedoclis inprimis, superessent, tutius, vtique probabilius, iudicium criticum de his Iliados locis facere liceret, in quibus mythica huius generis interposita sunt.

396. *μητρὸς ἐμῆς ἰότητι κυνώπιδος.* de tali conuitio v. dicta ad Γ, 180. A, 225.

ἤ μ' ἐθέλησε. Intulerat Ald. 2. ἐθέλεσκε ex codice aliquo recenti, in qua classe est quoque cod. Alteri. Nam omnes meliores seruant ἐθέλησε. etsi per se nil refert, cum edd. Flor. Ald. 1. Rom.

397. τότ' ἂν πάθον ἄλγεα θυμῷ. Nam, tanquam deus, non poterat vita priuari aut a matre interimi; at cruciatus perferre poterat, quod vidimus Martis exemplo. cf. ad E, 380 dicta.

τότ' ἄρ' ἢ τότ' ἂν πάθον Eustath.

398. εἰ μή μ' Εὐρυνόμη τέ Θέτις τε. Quod Eurynome et Thetis puerum Vulcanum proiectum in mare exceperunt, nutrierunt et occultarunt, cum pluribus antiquioribus mythis conuenit: Ad Oceanum fere se recipere et confugere solent dii ab Olympo profugi et latebras quaerentes; accedente forte notione, quod ad extremam terrae et caeli oram Oceanus sedem habet. In Oceano clam educata fuerat Iuno ipsa Ξ, 303 Bacchus fugiens ad Thetidem se receperat Z, 135. 136. Est autem Eurynome inter Oceanides, vt ex vs. 399 patet, adde Hesiod. Θ. 358. Apollod. I, 2, 2. At Thetis inter Nereides. Cum altera haec non memorata sit eodem modo, quo Eurynome, Barnesius interponit pessimo exemplo versum a se procusum et inter fragmenta Homeri retulit post vs. 398. Νηρῆος πολιοῖο θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα.

399. ἀψοῤῥόου Ὠκεανοῖο. Vocem ἄψοῤῥον iam saepe vidimus, v. ad H, 413. nunc ἀψόῤῥοος vt istud ab ὄρω, sic forte hoc ab ὀρούω. Oceanum autem amnis more terram *circumfluere*, nota est antiquorum opinio. Vide vel Eustath. ad Perieg. pr. Notabile autem epitheton est h. l. quod Oceanus *deus* illud habet, vt Oceanus deus ἀψόῤῥοος sit; cum elementi sit epitheton; cuius generis epitheta passim in poetis reprehenduntur, vt *Vulcanus ardens* in Horatio.

400. τῇσι πάρ' εἰνάετες χάλκευον δαίδαλα πολλά. „τῇσι πάρ' non esse acuendum πάρ' retracto accentu, quia in synaloephe sit, Schol. A. et B. monent diligenter, et reuocant nos ad v. 191. Neutrum satis perspicio; hoc vi-

deo, si iungas παρεχάλκεον, (παρ — χαλκεον) posse παρ sine accentu scribi.

εἰνάετες χάλκευον. Potuit in antiquiore carmine mythus, forte cosmogonicus, certam notionem habere. Nunc id ignoramus; et nobis est numerus certus pro incerto."

δαίδαλα πάντα Zenodotus et Aristophanes." Sch. A. sicque Barocc. Varietas aliquoties obuia.

Ceterum mireris forte praecox Vulcani ingenium, quod ille statim ab infantia artem fabrilem exercuit. Sed cogitandum est, tam felicia omnino fuisse deorum ingenia; ita Apollo statim a partu sagitta matrem Latonam vltus est, et Mercurius e cunis elapsus furta commisit. Conuenienter sane et hoc; quandoquidem miracula tantum physica quae animos teneant miratione, quaeruntur; ethica haud curantur. Sapienter tamen in loco nostro concinnatum est hoc, quod puer Vulcanus per nouem annos in leuioribus occupatus, procudendo fibulas et alia ad mundum muliebrem pertinentia, grauioribus artis operibus praelusisse videri potest.

401. πόρπαι, ἕλικες, κάλυκες, antiqui mundi muliebris genera et nomina, quae iam Alexandrinorum grammaticorum aetate exoleuerant. Itaque notiones fere ex etymo constituunt. πόρπη, fibula, ἐκ περόνης, ait Etymologus. πόρπακα, ansam clipei comparat Hesychius. Legit quoque πόρπακας γναμπτάς θ' Lipſ. γναπτὰς passim scribi, vt in Townl. facile expectes, vt fieri solet in γνάπτω.

ἕλιξ declarat inflexum quid, seu inauris seu digiti (vt Apollon. Lex. γναμπτὰς ἕλικας, τοὺς δρακοντώδεις δακτυλίους) seu brachii, quod ceteris praestat, ornamentum: censente sic eodem Apollonio voc. ἕλικας et Schol. A. et br. Similia in Hesychio.

κάλυκες non minus varie explicantur in Schol. A. B. br. Eustath. Etymol. diuersis Hesychii locis, nec facile elicias aliquid, cui satis fidere possis: siue fistulam dixeris, cui fibulae acus immittitur, siue ornamentum cali-

ci rosae simile. Insertus est versus Hymno in Venerem vs. 164.

402. *περὶ δὲ ῥόος Ὠκεανοῖο.* Doruill. Vann. Crit. p. 335 ex antiquo codice memorat *δέῤῥοος.* Est sane antiquus deprauandi mos librariorum indoctorum; nihil amplius.

403. *ἀφρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος.* In sono verborum asperiore commendando multus est Eustath. et Suidas ad h. v. *μορμύρων ποταμὸς, ῥεύματα ἔχων.* Vidimus vocem iam E, 599. *μορμύρω, σὺν μ.*

404. *οὐδέ τις ἄλλος ᾔδεεν.* „*γρ. καὶ ᾔδειν*" Schol. A.

405. *Θέτις τε καὶ Εὐρυνόμη ἴσαν.* vulgatum erat in edd. et Eustath. *ἔσαν.* Sed alterum et ipsa res suppeditat et codd. meliorum consensus: vt Townl. fr. Mosc. Lips. Ven. Mori. Harl. cum Schol. *ἐγίνωσκον*, quod et in Lips. est. Adde Vrat. d. vn. Vindob. et potiorem his Apollon. Lex. in *ἴσαν. ἐπὶ δὲ τοῦ ἐγίνωσκον·* apposito hoc versu et Hesych. *ἴσαν, ᾔδεισαν.* Alludunt Cant. Vat. *ἶσαν.*

οἵ μ' ἐσάωσαν. Expectabam alicubi lectum Ionicum *οἵ με σάωσαν.*

406. *ἣ νῦν ἡμέτερον δόμον ἵκει.* Erat vulgatum *ἥκει*, perpetua varietate. Est tamen *ἵκει* in melioribus Barocc. Lips. Vrat. b. d. fragm. Mosc. Ven.

τῷ με μάλα χρεώ. Harlei. Vat. *χρή.* Sed alterum saepe occurrit, pro pleno: *ἐπί με ἱκάνει ἡ χρεώ.*

407. *ζωάγρια τίνειν.* Schol. A. „*μετὰ τοῦ ι τὸ ζωάγρια Ἀρίσταρχος.*" Non assequor, quomodo *ζωάγρεια* scribere potuerit. Vidimus *ἀνδράγρια* Il. Ξ, 509. Sunt simili modo *τὰ ζωάγρια* propter vitam seruatam praemia, munera, *ἄποινα*, vt Z, 46 *ζώγρει, Ἀτρέος υἱὲ, σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα.* Apollon. Lex. *ζωάγρια, τὰ τῆς ζωῆς ἀγρεύματα* reddit. Verum Scholion modo memoratum corruptum esse suspicor, et lectio Aristarchea spectauit ad alterum verbum; fuit enim *τείνειν* pro *τίνειν* lectum in Barocc. et in Veneto, et alibi quoque variatum.

408. *ξεινήϊα καλὰ,* Harl. *ξυνήϊα.*

410. *πέλωρ αἴητον ἀνέστη.* Vox antiquata *αἴητος*, in qua laborarunt grammatici, cum ſuper etymo tum ſuper accentu, nec minus de ſenſu. Aſcalonitam et Proteam cum Philoxeno, pro quo Philetam nominat Schol. Moſc. Scholion A. Herodianum Schol. B. Apionem Apollon. Lex. h. v. excitant. Abstineo tamen ab excerpendis commentis ieiunis et inanibus. Breuiter ea complexus eſt Etymologus: *αἰητὸν, ἐπὶ τοῦ Ἡφαίστου, πνευστόν· ἢ πυρῶδες.* (haec quoque ap. Heſych.) *οἱ δὲ μέγα. ἄλλοι, τὸ μεϑ' ὁρμῆς. οἱ δὲ, ὡς ἀετός.* Add. Euſtath. et Sch. br. in quibus narrantur quoque fuiſſe, qui vnam vocem facerent, *πελωραίητον.* Meo quidem ſenſu expedita res eſt, ſi ex *ἄατον αἴητον* ductum exiſtimatur; fuit enim *ἄτη, αϝατη, αὐάτη* ap. Pindarum. v. Excurſ. de Digammo vnde factum *αϝατος, ἄατος* et *ἄητος. ἄητον* videbimus infra Φ, 395 *ὦ κυνόμυια, ϑάρσος ἄητον, ingentem protervitatem, ἔχουσα.* Vt produceretur prior ſyllaba, factum eſt *αἴητον*, niſi hoc natum eſt ex digammo *αϝητον.* Ex eodem factum eſt *ἀάατον*, quod et ipſum eſt, magnum. Od. Φ, 5 *οὗτος μὲν δὴ ἄεϑλος ἀάατος ἐξετελέσϑη.* v. ſup. ad I, 116.

πέλωρ. τὸ πέλωρ, τί σημαίνει; τὸ ἐξαίσιον καὶ φοβερόν. Etymol. qui vana etyma affert. Vocatur autem h. l. *portentum ingens* Vulcanus ingenti corpore, tanquam deus, et qui graue opus fabrile exerceret, vnde 415 *ceruix praeualida* et *hirſutum pectus* ei tribuitur; grandior viſus nunc, cum aſſurgeret. Sitne *ὁ πέλωρ* recte dubitatur, etſi Euſtath. laudet Od. I, 428. alii Od. M, 87.

ἀπ' ἀκμοϑέτοιο. v. inf. 476. nam ad h. l. interpretantur vocem veteres non hic: expedita tamen res eſt, eſſe *τὸν τόπον ἐν ᾧ ὁ ἄκμων τίϑεται.*

411. *χωλεύων* ſc. non *τὸ πέλωρ*, ſed *ὁ Ἥφαιστος.* Idem verſus inf. Υ, 37.

ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί. Fuit *ῥώοντο ϝαραιαι.* Sic ſup. E, 425 de Venere, *χεῖρα ϝαραιην.* Neglexit, vt ſolent ſeriores, digamma Quintus in loco hinc expreſſo:

IX, 466 de Philoctete: ἔχεν δ' ἄρα χεῖρας ἀραιὰς Ποίαντος θρασὺς υἱὸς ἐπ' ἀνέρας, οἵ ῥά μιν ἄμφω Λυγρὸν ἐπισκάζοντα ποτὶ χθόνα (e naui) δῖαν ἄγεσκον Ἀμφοτέρων κρατερῇσιν ἐπικλινθέντα χέρεσσιν. Ignorauit quoque librarius Hesychii, in quo laudatur ῥώονται ἀραιαί. Schol. A. ait, δασύνεται τὸ ἀραιαί. quod ex digammate fluxisse videtur. Addit tamen Sch. B. λεπταί. εἰ δὲ ψιλοῦμεν, βεβλαμμέναι· (ergo duxerat ex ἀρά. add. Eustath.) Notatio est, ἀσθενῆ. ἀδύνατον ap. Etymol. et ἀραιαί. ἐπὶ τοῦ ἀσθενοῦς. Hesych. ex Apollon. Lex. h. v. ἀσθενεῖς καὶ λεπταί, Sch. br.

ῥώοντο, ὑπερεκινοῦντο. Schol. br. bene. iterum vs. 417. repetitur versus Υ, 37.

412. Φῦσας μέν ῥ' ἀπάνευθε τίθει. „ῥ' vt dixerat vs. 409." Clarke. Est pro ἄρα.

413. λάρναχ' ἐς ἀργυρέην συλλέξατο, τοῖς ἐπονεῖτο. ⊱ „quod λάρναξ pro κιβωτὸς, recenti vocabulo; et ἐπονεῖτο pro ἐνήργει" Schol. A.

συνελέξατο. συλλέξατο Vrat. d. quod antiquius fuisse censeo; est quoque in Cant. Mori. Harl. vno Vind.

414. σπόγγῳ δ' ἀμφὶ πρόσωπα καὶ ἄμφω χεῖρ' ἀπομόργνυ. Barocc. πρόσωπον ἰδ' nec male. ἀπεμόργνυ Lips. cum Ven. fr. Mosc. minus bene. v. Obss. ad B, 269 et E, 798. Bentleius adscripserat locum Aristoph. Acharn. (706) κἀπομορξάμην ἰδών. Iungenda sunt ἀπομόργνυ ἀμφί, circumcirca.

416. ἕλε δὲ σκῆπτρον παχύ. ⊱ „quod παχὺ non otiosum est; sed quia sustentat claudicantem scipio, igitur validus" Schol. A. propter claudicationem quoque puellae eum vtrinque sustinent.

417. ὑπὸ δ' ἀμφίπολοι ῥώοντο ἄνακτι. ὑπερρώοντο αὐτῷ pro ὑπ' αὐτοῦ. subeuntes simul eius humeros, sustinendo et fulciendo. Mox vs. 421 ὕπαιθα ἄνακτος ἐποίπνυον, h. e. ἐπονοῦντο. ῥώεσθαι est ὁρμᾶν, vt sup. vs. 411. et iam Λ, 50. et Ω. 616 Νυμφάων αἵ τ' ἀμφ' Ἀχελώϊον ἐῤῥώσαντο. Apud Hesiod. Sc. Herc. 230 Gorgones cum impetu ferebantur, ἐῤῥώοντο. Non est igitur simpliciter

συνεξώρμων αὐτῷ, vt reddunt Schol. br. Apollon. Lex. h. v. verſu laudato reddit ῥῶσιν ἐλάμβανον. quaſi eſſet a ῥώω, ῥώννυμι. ſic et Euſtathius. et Heſychius: ὤρμων, ἐῤῥωμένως ἐκινοῦντο. ὁρμὴν ἐλάμβανον. Nec aliter, quam vt a ῥώω pro ῥωννύω ducta ſit vox, eam accepiſſe videtur. Apollon. Arg. I, 385 de remigantibus ἐπὶ δ' ἐῤῥώσαντο πόδεσσιν. II, 663 ἀκαμάτῃσιν ἐπεῤῥώοντ' ἐλάτῃσιν. et III, 1257. Probabilius tamen eſt a ῥεῖν, ῥόος, ῥώειν, ductum eſſe. nam notio motus vbique eſt primaria in ἐῤῥώοντο et ἐῤῥώσαντο, et dictum quoque eſt de motu *infirmo*, Od. Ψ, 3. de vetula, γούνατα δ' ἐῤῥώσαντο, πόδες δ' ὑπερικταίνοντο h. e. ὑπὲρ δύναμιν ἰκταίνοντο, ἱκέσθαι ἐπονοῦντο.

418. χρύσειαι ζωῇσι νεήνισιν εἰοικυῖαι. Laudatur verſus in Schol. Theocr. I, 36 vbi νεανίσιν editur; et ap. Schol. Pindari Ol. VII, 95 corrupte νεηνίσιν ἔργ' εἰκυῖαι, ex recordatione eius quod alibi legerant ἔργ' εἰδυῖαι. ἐοικυῖαι in multis.

419. 420. τῇς ἐν μὲν νόος ἐστὶ μετὰ Φρεσὶν, ἐν δὲ καὶ αὐδὴ, καὶ σθένος, ἀθανάτων δὲ θεῶν ἄπο ἔργα ἴσασιν. αἱ μὲν ὕπαιθα ἄνακτος ἐποίπνυον. Memorantur ergo h. l. miniſtrae, ἀμφίπολοι, Vulcani ex auro factae, quibus tamen ineſt mens, vox, vis et ſollertia. Cum hoc nimis inſolens et portentoſum videatur, prudentius factu creditur, ſi haec praedicata τῇς ἐν μὲν νόος ἐστὶ non ad ſimulacra aurea, ſed ad puellas, quibuscum comparantur, referantur et iungantur: ζωῇσι νεήνισιν εἰοικυῖαι, τῇς ἐν μὲν νόος ἐστί. h. e. αἷς νεήνισι. vt ſit: puellis viuentibus ſimiles h. e. non aliter ac ſi verae eſſent mulieres, mentem, vocem, vires, et peritiam artium muliebrium habentes. Manet vel ſic prodigium quod illa ſimulacra incedunt, ſuſtentant claudicantem, vires exſerunt.

Enimuero ad antiquorum hominum ſenſum etiam in hoc eſt redeundum, et ad priſcum ſermonem, in quo ea, in quibus ars motum corporis, inceſſum, et actum, expreſſerat, ſe mouere, incedere, agere, narrabantur. Conſtat de hoc vſu multis exemplis, maxime Daedali, qui fecit ſigna mouentia ſe, videntia et incedentia, ξό-

ανα ἔμψυχα, de quibus plura addere nihil attinet. Ita quoque antiquiſſima circumſerebatur fabula de Pandora, ſimulacro feminae pulcerrimae, ex argilla facto, cui motus et inceſſus tribuuntur: Ἔργ. 60 ſq. Theog. 571 ſq. De Rhodiorum praeclaris operibus Pindarus Ol. VII, 95 ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόντεσσι θ' ὁμοῖα κέλευθοι φέρον, recte haec et ſimpliciter; at vide τερατολογίαν antiquiorum de Talo, ſigno ex aere facto in inſula Creta, in littore poſito, qui cuſtodis inſtar per littus ambulare et adeuntes ſaxis quoque emiſſis arcere dictus erat: de quo v. Apollon. Arg. IV, 1638 ſq. Apollod. I, 9, 26. Not. p. 220.

Secundum haec non mirabimur in Homero opera Ἡφαιστότευκτα per miracula illa artis declarari, multo magis, cum artis diuinae opera ſint. Itaque vidimus iam ante vſ. 376 tripodes ſponte ſe mouentes, αὐτομάτους accedentes, quia inſtructi erant rotis vt facile moueri et propelli poſſent. In Alcinoi domo Od. H, 91 ſqq. canes ad fores ex auro et argento facti, ad domum cuſtodiendam, et vſ. 100. pro lychnis ſunt ſigna puerorum in baſibus poſita, ardentes faces tenentium. Conueniunt cum iis h. l. puellarum ſigna ex auro Vulcanum incedentem ſubleuantia; quorum ſtatum et poſitum facile mente tibi fingas, ſi Silenos, Faunos, Bacchas, ipſumque Bacchum memineris ſaepe ita ex aere et marmore redditos, vt labantes ſuſtententur ab aliis. Poetae autem occurrere potuere exempla potentium et diuitum luxu diffluentium, ſeruis ita innixorum, vt ab iis ſuſtentati et ſuffulti incederent.

Secundum haec cenſui tamen interpunctionem poſt νεήνισιν εἰοικυῖαι eſſe tollendam, et referenda ſequentia non ad ſimulacra efficta, ſed ad puellas, quarum ſpeciem et adſpectum referebant. Iudicii huius mei reddam cauſſam. More iſto priſco loquendi quem memoraui, operibus artis tribuitur quidem mouendi ſe, incedendi, agendi, facultas; non autem vox et loquela: atqui h. l. eſt: τῇς ἐν μὲν νόος ἐστὶ μετὰ φρεσὶν, ἐν δὲ καὶ αὐδή. Reponas forte exemplum Pandorae: at in priore Heſiodi

loco Θ, 571 sq. nulla est loquela, alter autem locus Ἔργ. 70. sq. additis versibus tam foede est interpolatus, vt nihil inde doceri possit; inter spurios est vs. 79 habendus: τεῦξε Διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου, ἐν δ' ἄρα φωνήν. Omnino autem hoc fuisset παρατραγῳδεῖν, vocem tribuere si voluissent.

νόος ἐστὶ μετὰ φρεσίν. Vrat. b. ἐστὶν ἐνὶ φρεσίν.

420. θεῶν ἄπο ἔργα ἴσασιν. „ἔργα· τὰ γυναικεῖα scilicet; Schol. A. Obuium hoc in prisco sermone, vt, quidquid excellat, deorum munere datum sit; et in his quoque sollertia in muliebri opere: v. c. Od. Υ, 72. et saepe.

„γρ. ἔργ' ἴσασι" Barnes. sane sic corrupte Townl.

421. αἱ μὲν ὕπαιθα ἄνακτος ἐποίπνυον. Apollon. Lex. voc. αἱ· ἀναφορικῶς, ἀντὶ τοῦ αὗται (nunc in Homero scribitur αὖται) adiecto hemistichio: αἱ μὲν ὑ. De ὕπαιθα cf. Obss. ad O, 520.

ἐποίπνυον. Spectat ad h. v. glossa Hesychiana: ἐποίμνενον (quod iam correxere viri docti) διηκόνουν. ἐπορεύοντο. ἐθεράπευον. ἐνήργουν.

αὐτὰρ ὁ ἔῤῥων. Etiam h. l. grammatici quaerunt vim aliquam in hoc verbo. Schol. A. ὅτι ἔῤῥων οὐ ψιλῶς, πορευόμενος· ἀλλὰ, διὰ τὴν χωλότητα φθειρόμενος. Ipse Apollon. Lex. h. v. μετὰ φθορᾶς (Schol. br. accommodatius μετὰ κακοπαθείας) πορευόμενος, laudato versu: τὰ κάλλιπον ἐνθάδε ἔῤῥων I, 364. Similiter acceperant Θ, 239 vbi sacra fecit Agamemnon omnibus aris ἐνθάδε ἔῤῥων. Vbique argutantur grammatici, vt cum malo aliquo coniuncta sit notio: scilicet quia ἔῤῥε sic dictum est, abi in malam rem, ἔῤῥε κακὴ γλήνη Θ, 164. Certum tamen esse arbitror, ἔῤῥειν simpliciter esse ἔρχεσθαι. Sic Od. Δ, 367 ἥ μ' οἴῳ ἔῤῥοντι συνήντετο, facta mihi est obvia incedenti soli, erranti.

422. πλησίον, ἔνθα Θέτις περ, ἐπὶ θρόνου ἷζε φαεινοῦ. Bentl. coni. πλησίον, ἔνθα Θέτις, παρ' ἐπὶ θρόνου ἷζε. vt Od. Δ, 311 Τηλεμάχῳ δὲ πάριζεν.

423. ἐν δ' ἄρα οἱ φῦ χειρί. „ἄρα, vt ſolent amici, obuiam facti" Clarke.

424. τίπτε, Θέτις τανύπεπλος, ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ. Iterum pro Θέτι τανύπεπλε, ἱκάνεις, reponendum hoc erat Θέτις τανύπεπλος, vt ſup. 385. Sunt enim repetiti hinc verſus 424. 425. quod Zenodotus exhibuerat, et nunc legitur in Vrat. A. „παρὰ Ζηνοδότῳ, ἡμέτερόν δε. καὶ, Θέτις τανύπεπλος, ἱκάνεις."

425. πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις. Barnes: „γρ. θάμιζες" v. ad vſ. 386.

426. 427. reuocati ſunt ex Ξ, 195. 196. (vbi v. de ſententia) et Od. E, 89. 90.

τελέσαι δέ με θυμὸς ἄνωγεν. Barocc. Mori. ἀνώγει.

427. Verſum iterum, vt ſup. Ξ, 196 Bentleius concinnat: εἰ δύναμαι τελέσαι, τόδε καὶ τετελεσμένον ἔσται. niſi quod ibi ſcripſerat τὸ δὲ καί. Verſum omiſerat pr. m. in cod. Vindob. τετελεσμένον Schol. Moſc. explicat δυνατὸν, ſi quid eſt quod iam ante factum eſt, poteſt ſane illud fieri iterum.

428. Θέτις καταδακρυχέουσα. non dubito antiquitus ſcriptum fuiſſe κατὰ δάκρυ χέουσα.

429. ἦ ἄρα δή τις — Color orationis, qui erat ſupra in verbis Neptuni: Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥά τίς ἐστι βροτῶν; H, 446. add. Θ, 236 ἦ ἄρα δή. N, 446.

Pro ἦ alii ἢ perpetuo more. ἄρα male ed. Rom.

Aberrauit ad h. v. in Sch. B. Scholion, quod ad Od. Θ, 266 ſpectare debuit de Sole et Vulcano inter reges Aegypti annumeratos. Proſtat illud quoque in Suida voc. ἥλιος.

431. ὅσσ' ἐμοὶ — Ζεὺς ἄλγε' ἔδωκεν. At inf. Ω, 60 Iuno hoc ſibi arrogat, Thetidem a ſe mortali in matrimonium eſſe datam. Sch. B. Scilicet hoc inter ea eſt, quae libri auctorem diuerſum arguunt.

ἄλγεα δῶκεν debuit et h. l. ſcriptum eſſe Ionice. ἄλγε' ἔθηκεν vn. Vindob. varietate ſolita.

432. ἐκ μέν μ' ἀλλάων ἁλιάων ἀνδρὶ δάμασσεν.' ἁλιάων. ἐναλίων θεῶν. — Apollon. Lex. his verſſ. adſcriptis. ἀνδρὶ

δάμασσεν. cum dicatur γυνὴ δμηθεῖσα quae virum passa est, et ἀδμὴς puella virgo; potest et is, qui mulierem elocat, dici δαμάζειν γυναῖκα ἀνδρὶ, tradere coniugio habendam. Duxerat vetus aetas a boum iugo. Vnde et mansit τίκτειν ὑπό τινι, v. c. B, 714 et al. Vss. 432. 3 et 4 recitantur a Schol. Pind. Nem. IV, 103. corrupte in edd. ant.

434. οὐκ ἐθέλουσα. ὁ μὲν — Habemus hiatum, in medio tamen versu, in quo tolerari posse censeo: v. Excurs. de prosodicis ad P, 1. Possit alioqui succurri, οὐκ ἐθέλουσά γ'· ὁ μὲν, vt Od. O, 448 ἐγὼ ἐθέλουσα γε δοίην. Bentleius plura tentabat: ἐθέλουσ', ὁ μὲν ἤδη, aut ἐθέλουσ'. ὁ μὲν οὖν δὴ, quod rhetoricum est. Aut, idque admodum feliciter, πολλὰ μάλ' οὐκ ἐθέλουσαν· ὁ μὲν δή. vt iungantur οὐκ ἐθέλουσαν cum δάμασσέ με. Molesta tamen ita sunt in medio posita: καὶ ἔτλην ἀνέρος εὐνήν. vt dicendum potius sit, ex interpolatione totum versum 433 Αἰακίδῃ Πηλῆϊ insitum esse.

434. 435. ὁ μὲν δὴ γήραϊ λυγρῷ κεῖται ἐνὶ μεγάροις ἀρημένος. Negotium facessit voc. ἀρημένος. Nihil ad eam notauit Schol. A. Adscripsit Schol. B. et Mosc. qui vbique fere eadem Scholia exhibet, βεβλαμμένος τῇ ταπεινώσει τοῦ γήρως. Schol. br. παρειμένος, βεβλαμμένος. Schol. exc. κεκρατημένος. omnes ad sensum e contexto; nemo dixit, quae huius verbi forma sit: sitne ἀράω? et quale verbum hoc sit.

Legitur vox iterum Od. Z, 2 dormit Vlysses ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος. I, 403 τίπτε τόσον, Πολύφημ' ἀρημένος ὧδ' ἐβόησας; Σ, 53 ἄνδρα γέροντα, δύῃ ἀρημένον· idem versus iteratur vs. 80. et proxime ad versum nostrum Od. Ψ, 283 ὅς κε με πέφνῃ γήρᾳ ὑπὸ λιπαρῷ ἀρημένον. Apollon. Lex. ἀρημένος, βεβλαμμένος. ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος. (ex Od. Z, 2.)

Nihil monuere viri docti; ad Od. Z, 2 Ernesti notionem constituit, grauatus, confectus; recte e contexto, et sententia; non autem grammatice; laudat tamen Ety-

mologum: ἀρημένον, κατειλημμένον καὶ παραπεπεδισμένον. ἴσως ἀπὸ τοῦ ἀρηρέναι. οὐ γὰρ παρὰ τὴν ἀρὰν εἴρηται. αἱρῶ. αἱρήσω, ᾕρημαι καὶ ἀρημένον. Locum pro corrupto habebat Sylburg. Sunt faltem modi ad expediendam vocem tres a grammatico propofiti: vltimo loco, vt fit ab αἱρέω, ita erit captus, victus, a fenio, fomno et labore, aerumna: quod cum fenfu locorum conuenit; at docendum erat, quomodo feu ratione feu vfu mutari potuerit ᾑρημένος in ἀρημένος. augmento abiecto erat αἱρημένος et ἀραιρημένος, quae Ionica forma eft, apud Herodotum aliquoties obuia, vt I, 191 καὶ Βαβυλὼν μὲν οὕτω τότε πρῶτον ἀραίρητο. (quod ibi pro ἀναίρητο reftitutum eft,) et aliquoties, ἀραιρημένα ἄστεα αὐτῶν, vrbes captae. Euftath. ad Od. Z, 2. p. 1548, 44 memorat: ἕτεροι δὲ, δασύναντες τὸ ἁρημένος, νοοῦσιν ἀντὶ τοῦ ὕπνῳ καὶ καμάτῳ κεκρατημένος. duxere et hi ab αἱρέω, fed fcribere faltem debuere ἁρημένος ex ᾑρημένος.

Alterum, quod Etymologus apponebat, erat, ductum effe ab ἀρά, damnatum tamen ab eodem: οὐ γὰρ παρὰ τὴν ἀρὰν εἴρηκε. ἀρὰν, f. ἀρὴν, denotare duo, et preces feu imprecationem, et damnum, noxam, βλάβην, vidimus ad M, 334. differre tantum prosodia, prius habere priorem longam, pofterius breuem: A priore porro ductum effe ἄρημι precor, Od. X, 322 πολλάκι που μέλλεις ἀρήμεναι ἐν μεγάροισι, quod eft vulgo ἀρᾶσθαι. Ergo et ab altero ἄρημι, βλάπτω, ἄρημαι, βλάπτομαι, ductum effe credas, vnde ἀρήμενος, βεβλαμμένος. vt ἀκαχήμενος ex ἀκάχημι, ἀκάχημαι. Scriptum quoque in codd. effe ἀρήμενος teftatur Euftath. ad Od. Σ p. 1838, 16. Ruhnk. in Auctar. Hefych. ex tabula Heracl. memorat voc. τὰς ὁδὰς ἀράσοντι, (ἀρήσουσι, corrumpent.) Ita expedita facile funt omnia; nifi quod fcrupulum iniicit prosodia: nam ab ἄρα, βλάβη, neceffe eft effe ἄρημενος. Atqui hoc verbum vbique priore occurrit producta: etfi noftro quidem loco fuccurri poffit, κεῖται ἐνὶ μεγάροισιν ἀρήμενος; legitur quoque μεγάροισιν in Vatic. et vno Vin-

dob. Attamen ne fic quidem eft, cur trepides. Nam aut pronuntiatum eft et fcribendum ἀῤῥήμενος, vt in Ἄρης fit, aut fuit quoque ἀράρημι, ἀραρήμενος. Saltem vox alia vel ratio idonea non fuppetit nifi ab ἀρὰ, βλάβη, ducta fit, et negari nequit, grammaticam poftulare ἀρήμενος, non ἀρημένος. In Hefychio confufa funt duo verba: ἀρημένος (immo ἀρήμενος) βεβλαμμένος, ἢ εὐχόμενος. Nunc etiam licebit emendare Etymologum l. c. ἴσως ἀπὸ τοῦ ἀρηρέναι. leg. ἀρήμεναι.

436. υἱὸν ἐπεί μοι δῶκε. non iuncta haec cum ἄλλα δέ μοι νῦν probat Schol. A. fed nouam fententiam ab hoc verfu orditur.

437 vsque ad 443 lecti erant hoc ipfo libro fupra vf. 56 — 62 vbi v. notata. Nec bene nunc abeffe poffunt.

438. τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα. &c. „quod fecundum Homerum Thetis educauit Achillem, non Chiron, ὡς οἱ νεώτεροι." Schol. A. funt ergo inter hos non modo Tragici et ipfe Pindarus.

439. νηυσὶν ἐπιπροέηκα. Manifeftum fit, etiam h. l. grammaticos decompofitum de fuo intuliffe; nam fic effe, immifi eum in naues; at vero eft προέηκα εἰς Ἴλιον, ἐπὶ νηυσί. disiunxi ergo; fic et Catabr. fragm. Mofc.

440. Τρωσὶ μαχησόμενον. Etiam h. l. Bentl. corrigebat μαχεσσάμενον. In fine αὖθις pro αὖτις, alii, vt Mori, Barocc.

441. οἴκαδε νοστήσαντα. Verfum in nonnullis non legi notat Schol. A.

442. ὄφρα δέ μοι ζώει. Townl. ζώῃ, vt fup. vf. 61.

444. κούρην ἣν ἄρα οἱ. Harlei. κούρην δ', ἣν probe. „ἄρα, vt nofti" Clarke. Verfus hic et fequens repetiti funt ex Π, 56. et 58.

444. — ἀθετοῦνται στίχοι ιγ. vsque ad 456. ἔκταν — κῦδος ἔδωκε. Rationes fubiiciuntur hae in Sch. A. quia, quae copiofius iam expofita erant, breuiter in vnum locum contraxit aliquis ad imitationem iftorum: Ὠχόμεθ' ἐς Θήβην (male fcriptum Θήβας) ἱερὴν πόλιν (A, 366.)

quod sequentia, quibus Thetis narrat, Patroclum amisisse arma et se adesse ad petendum alia, prorsus otiosa sunt; et quod falsum est, ab Vlysse et Aiace (vs. 448 τὸν δὲ λίσσοντο γέροντες) permotum Achillem dimisisse in pugnam Patroclum. (hoc est calumniari; sed continuauerant, puto, illi vna iunctura ac structura vss. 450. 1. cum antecedentibus 448. 9. At enim ἔνθ' αὐτὸς μὲν et αὐτὰρ ὁ 450. 451. non in vnum idemque cum anteced. tempus erant coercenda.)

Ex Schol. B. et ex Schol. Exc. discimus „ Aristarchum auctorem τῆς ἀθετήσεως esse. Contra quem locus defenditur: nihil inepti inesse nec in ἀνακεφαλαιώσει nec in memoria priscorum euentorum." Miror grammaticum tam subtilem, et poetae tam studiosum fautorem, non addidisse hoc quoque, loquacitatem haud dedecere Thetidem deam, pro sexus feminei indole; et deum fabrili intentum multarum rerum ignarum esse potuisse. Verum tamen, vt rem serio agamus, non male auctor Schol. Exc. absurdum esse ait, tam antiqua, qualia illa sunt de nuptiis Thetidis, commemorari, taceri id cuius caussa ea venerat.

Verum contra haec reponi potest, ad ipsam Homeri simplicitatem et copiam saepe affluentem haec esse referenda; saltem haec esse improbanda, non resecanda. Hoc enim est illud quo plerumque summa criseos Homericae redit.

Quod caput erat, vt ab auctoritate codicum fides adderetur vel demeretur, non in memorationem adductum est. Forte tamen ne haec quidem auctoritas aduocari poterat. Nam ex rhapsodorum recitationibus calamo exceptos codices admodum variare necesse erat; ita vt ad acumen potius iudicis, quam ad librorum fidem, recurrere necesse esset.

Hactenus Aristarchi iudicium haud prauum aut vanum haberi potest. Probabilitate tamen haud caret, a primo auctore breuem appositam fuisse Thetidis orationem. etsi, vt nunc locus se habet, non apparet, quo-

modo verſibus, quos Ariſtarchus notauit, ſublatis ille ſibi conſtare poſſit, aut quot et qui verſus ab alia manu acceſſerint.

446. ἦτοι ὅ, τῆς ἀχέων, φρένας ἔφθιεν. animum aegritudine conſumebat, exedebat. reddunt Schol. br. τέτηκε, vt Γ, 176 τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα. Occurrit φθίειν φρένας hoc vno loco; alias ſollenne eſt φθινύθειν. φθινυθέσκειν κῆρ. vt A, 491 Achilles φθινύθεσκε φίλον κῆρ. Od. K, 485 ἑτάρων, οἵ μοι φθινύθουσι φίλον κῆρ. Porro turbare te poteſt φθίω h. l. media correpta; quae eſt producta Od. B, 168 ὥς κε δόλῳ φθίῃς, vt pereas, et inde φθῖσω. vt Z, 407 ſupra: δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος. Noli tamen turbari, nam etiam inf. Υ, 173 ἀνδρῶν ἢ αὐτὸς φθίεται. Ξ, 87 ὄφρα φθιόμεσθα ἕκαστος.

Scilicet eſt haec vox inter eas, quae plures habet formas, nec eadem proſodia, de quibus v. Excurſ. I. ad P. Fuit φθῖω, φθῖμι. vnde eſt ἔφθιτο. ἀπέφθιτο. φθίμενος. et φθῖω, φθῖνω. etiam φθινύω. φθινύθω.

448. οὐδὲ θύραζε εἴων ἐξιέναι. „γρ. ἐξίμεναι." Barnes. debebat dicere: alias ita variare lectionem; vt Od. Λ, 530. non h. l.

τὸν δὲ λίσσοντο γέροντες. recte ſic ed. Flor. Ald. 1. Rom. At Ald. 2. male mutauit δ' ἐλίσσοντο, quod et codd. habent Cant. Vat. vnus Vindob. τὸν δ' ἐλλίσσοντο Mori et ipſe Ven. De hac varietate v. dicta ad I, 570.

449. περικλυτὰ δῶρ' ὀνόμαζον. pro, promiſerunt. obtulerunt. Jl. I, 121 ὑμῖν δ' ἐν πάντεσσι περικλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω. pro quo vſ. 263 ὑπέσχετο δῶρ' Ἀγαμέμνων.

450. ἠνήνατο λοιγὸν ἀμῦναι. Ita legebatur, et ferri poterat. Erat ἠνήνατο in Flor. Ald. 1. Rom. ἠναίνατο Ald. 2. (quod vitium etiam in codd. habetur) iterum ἠνήνατο Turneb. ſubſcripto iota ᾐνήνατο Stephanus. Codices tamen meliores legunt ἠναίνετο. ſic Mori. Barocc. Townl. Vrat. b. fragm. Moſc. Ven. binis Vindob. Inf. vſ. 500 eſt ἀναίνετο.

452. πολὺν δ' ἅμα λαὸν ὄπασσε. Barocc. Harl. Cant. Mori. vn. Vindob. δ' ὄγε.

455. πολλὰ κακὰ ῥέξαντα· vn. Vindob. ῥέζοντα.

458. υἷ' ἐμῷ ὠκυμόρῳ. Mirae ſunt grammaticorum argutiae ad hoc hemiſtichium. Lectio antiquorum librorum quae ſeruata eſt in Vrat. b. A. (in cod. d. lacuna eſt) erat υἱεῖ ἐμῷ ὠκυμόρῳ· teſtantibus Schol. A. B. ad h. l. et ad Π, 177. quam cum non conuenire viderent metro, vitium vitio compenſantes correxerunt υἱεῖ ἐμ' ὠκυμόρῳ idque legitur in codd. Mori. Harl. fragm. Moſc. vno Vindob. Veneto. Vnde in Etymol. p. 337, 4. eſt: ἐμωκυμόρῳ. ἐμῷ ὠκυμόρῳ. Obuia tamen res erat, vitium latere in priore voce υἱεῖ, mutandumque hoc eſſe in υἷ' ex υἷι. nam eſt quoque υἷις, υἷς. υἷιος, υἷος. υἷιι, υἷι. Atque editum iam fuit υἷ' ἐμῷ inde a Flor. Aldd. Rom. conſentientibus codd. Mireris itaque Barneſium maluiſſe refingere υἱεῖ ἐμῷ ὠκυμόρῳ, vt υἱεῖ vna ſyllaba proferretur. Tandem tamen in vulgata acquieuit, comparando voces τῷμῷ, τῇμῇ, vt I, 650 quae tamen non ſatis conveniunt cum υἷ' ἐμῷ. Erneſti υἱεῖ ἐμ' ὠκυμόρῳ mollius ſonare ait, Bentleius emendabat υἷι μου ὠκυμόρῳ, quod ſaltem bene dictum erat.

Mirantur veteres ad h. l. et inf. ad vſ. 478. 609. quod inter arma Achillis nulla ſit *enſis* mentio; nam haſtam non memorari, in aperto eſt, quia eam Patroclo exeunti haud dederat Achilles: v. ſup. Π, 140. Soluit quaeſtionem Schol. A. ad vſ. 478. ὅτι ἡ μάχαιρα παντὶ ἁρμόζει. neſcio an ſatis feliciter.

459. ἐπισφυρίοις ἀραρυίας. de hoc v. ad Γ, 331.

460. καὶ θώρηχ', ὃ γὰρ ἦν οἱ, ἀπώλεσε πιστὸς ἑταῖρος. ⟝ „ἡ διπλῆ, ὅτι καταλλήλως εἴρηκεν, ὁ (vel ὃ, nam ad idem redit) γὰρ ἦν αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ· ὃν γὰρ εἶχεν.“ Sch. A. Ex eodem et Sch. B. apparet, alios retuliſſe ὁ ad ἑταῖρος. Ita videntur accepiſſe: ἑταῖρος γὰρ, ὃ ἦν οἱ, (pro ὃς) ἀπώλεσε (ταῦτα, τὰ ὅπλα). In Sch. Exc. durior adhuc modus eſt: οἱ μὲν ὃ, τοῦτο, ἀντὶ τοῦ· οὕτως ἦν αὐτῷ. Scilicet diſplicuit, quod ὁ, nempe θώραξ, ſolus memoratur, cum praeter eum reliqua quoque arma Patroclus amiſiſſet. Dubitarunt quoque ſitne ὁ arti-

culus praepositiuus an postpositiuus: de quo disputat Apollon. de Syntaxi I, 46. p. 97. Verum hoc est argutari in poeta. Est ὁ sc. θώρηξ, vt recte Eusiath. ὃς γὰρ θώραξ ἦν αὐτῷ, (τοῦτον) ἀπώλεσε πιστὸς ἑταῖρος. Bentl. emendabat ἃ γὰρ ἦν οἱ. vti legerunt quoque nonnulli veteres ap. Schol. B.

461. Τρωσὶ δαμεὶς, ὁ δὲ κεῖται ἐπὶ χθονὶ θυμὸν ἀχεύων. ⊱ „quod, cum iam antea (456) Patroclum interfectum narrasset, non altera vice hoc dicturus erat poeta (ideoque versus non sunt ab Homero. v. ad vs. 444) et quod Τρωσὶ δαμεὶς est pro ὑπὸ Τρώων." Sch. A.

463. μή τοι ταῦτα. Lips. μή τι.

464. αἲ γάρ μιν. Mori αἴ γάρ μοι.

465. μιν θανάτοιο — νόσφιν ἀποκρύψαι. Sch. B. ἀπαλλάξαι. recte: alterum forte respectum habet ad occultatum a Thetide Vulcanum sup. 395 — 405.

ὅτε μιν μόρος αἰνὸς ἱκάνοι. ἱκάνει Barocc. Vat. vn. Vindob. ἵκανε Lips. Verum optatiuus post ὅτε frequenter in Homericis occurrit. v. Excurs. II, ad Lib. XII. Locum inter praecipua *de fato* refert Porphyrius ad Z, 488. vbi v. Obss.

466. ὥς οἱ τεύχεα καλὰ παρέσσεται. „παρέξομαι Zenodotus et Aristophanes" Sch. A. Est ergo παρέσσομαι lectio Aristarchea; parum interest.

467. οἷά τις — θαυμάσσεται. Cant. Mori. Lips. θαυμάσεται.

468. ὡς εἰπὼν τὴν μὲν λίπεν αὐτοῦ. τὰς μὲν fr. Mosc. Thetidem cum Charite.

469. τὰς δ' ἐς πῦρ ἔτρεψε. ἐπὶ πῦρ Vrat. d. ἔστρεψε Vrat. d. et vn. Vindob.

470. Φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων. ⊱ „quod πᾶσαι abundat" Schol. A. non abundare, nunc constat. v. ad 373. Apollonius Lex. πᾶσαι. ἐπὶ μὲν τοῦ ἡμῖν συνήθως· (leg. συνήθους) ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων· καὶ ἐπὶ τοῦ ὅλαι. (scil. vt sup. B, 809.) voluit significare priore loco numerum, altero spatium. Bentl. malebat: ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσιν ἐφύσων.

ἐν χοάνοισιν. χόανος, vox antiquata, in cuius locum successerat χοάνη, χώνη. Exponitur ea varie; Apollon. Lex. ταῖς χώναις. οἷον τοῖς χωνεύμασιν, εἰς ἃ ἔγκειται τὰ χωνευόμενα. χωνὴ et χοάνη est vas, in quo metalla funduntur; secundum Apollonium hoc ipsum fuit χώνευμα appellatum, quod alias est id quod funditur vel fusum est. Hesychius: χοάνοις. τοῖς φυσητῆρσι, (hoc vero est interpretamentum τῶν φυσῶν, follium; nisi et ipsum vas φυσητὴρ fuit appellatum) ταῖς χώναις (quod vulgare est nomen) καὶ κοιλώμασιν (vasa caua, ἀγγεῖα) εἰς ἃ ἐγχεῖται τὸ χωνευόμενον. ἢ τοῖς πηλίνοις τύποις. (essent formae argillaceae, in quibus aes fusum excipitur; quae ab Homero sunt alienae; at vasa putabimus fuisse argillacea ad aes fundendum.) Disertius Eustath. et ex eo H. Stephanus: δηλοῖ δὲ ἡ λέξις τὰ φυσώμενα (a follibus afflata) ἀγγεῖα, ἐν οἷς αἱ ὕλαι τήκονται, ἅπερ ἡμῖν ἐστὶ πήλινα.

Habuere ita veteres ollas fusorias, in fornace puta, appositas, in quas directi erant folles. De fornace ipsa (καμίνῳ) nil memorat poeta. Videntur tamen recentiores notionem fornacis fusoriae substituere τῷ χοάνῳ. Attamen χόανος est vas etiam apud Hesiodum Theog. 863 vbi stannum liquescit τέχνῃ ὑπ' αἰζηῶν, ὑπὸ τ' εὐτρήτου χοάνοιο θαλφθείς. vbi epitheton εὔτρητος ad os vasi congruum referes; alia lectio est εὐπήκτου, de vase solido, bene cocto.

Incertum esse genus vocis, sitne ὁ χόανος, an τὸ χόανον, monent Schol. exc. et in Eustathio οἱ παλαιοί.

φῦσαι. ἐφύσσων. vitiose in multis. Versus est ap. Suidam in φῦσα.

471. παντοίην εὔπρηστον ἀϋτμὴν ἐξανιεῖσαι· „εὔπρηστον. nonnulli εὔπρηκτον. πρὸς πρᾶξιν ἐφαρμοστόν." Schol. A. Nemo hoc praeferet. Apollon. Lex. εὔπρηστον. εὐφύσητον. ἀπὸ τοῦ πρῆσαι. Paria Hesych. Suidas, Schol. br. Eustath. vim actiuam h. l. habere necesse est, εὖ πρήθουσαν, πνέουσαν, φυσῶσαν. In Vrat. b. est εὔπνηστον. saltem interpretamentum; nisi corruptela est.

παντοίην ἀϋτμὴν, modo intentiorem flatum, modo remiſſiorem; Schol. B. docent id vſſ. 472. 473.

472. ἄλλοτε μὲν σπεύδοντι παρέμμεναι. Schol. A. „εἰς τὸ παρεῖναι, καὶ ἕτοιμοι (ſic ſcribitur) εἶναι, καὶ σπεύδοντι καὶ μή·" (eſt Latinum, praeſto eſſe.) Porro: „ἄλλοτε δ' αὖτε. ἐλλείπει τὸ, μὴ σπεύδοντι." Tenue hoc, ſed bene obſeruatum: erroneum enim eſt, quod vulgo acceptum αὖτε, contra: quaſi eſſe poſſet τὸ ἐναντίον. at αὖτε eſt viciſſim, rurſus. ergo eſt ſupplendum aliquid: ὥστε παρεῖναι αὐτῷ ἄλλοτε μὲν σπεύδοντι, ἄλλοτε δ' αὖτε μὴ σπεύδοντι. modo opus vrgenti, modo non vrgenti parere. Eſt tamen vel ſic lenior iunctura, ſi ad ſeqq. retuleris: ἄλλοτε δ' αὖτε ſcil. παρέμμεναι αὐτῷ οὕτως, ὡς, ὅπως, Ἥφαιστος ἐθέλοι.

473. ὅππως Ἥφαιστός τ' ἐθέλοι καὶ ἔργον ἄνοιτο. Eſt γ' ἐθέλοι in Harl. Vat. ſicque edd. Flor. Aldd. Turn. Mutatum in τ' ἐθέλοι ex ed. Rom. ab H. Stephano. concinunt codices: niſi quod τε θέλοι Vrat. d. duo Vindob. τ' ἐθέλει Vrat. b.

καὶ ἔργον ἄνοιτο. Male habet quod in ἄνοιτο prima nunc corripitur, quae producta eſt K, 251 ἀλλ' ἴομεν, μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται. Od. B, 58. P, 537 πολλὰ κατάνεται· quo obſeruato Barnes arripiebat lectionem Cant. et Barocc. ἄνυτο. ſic quoque Lipſ. fragm. Moſc. et mutabat in ἀνῦτο, vt eſſet pro ἀνύοιτο vt λελῦτο pro λελύοιτο (v. ad Od. Σ, 237) δαινῦτο pro δαινύοιτο. Praeſtat forte dicere, aut ἄνω natura habere priorem breuem; et vbi producitur, pronuntiandum aut ſcribendum eſſe νὺξ ἄννεται, aut antiquitus duplicem fuiſſe formam ἄνω et ᾱνω. hocque eſt ἀναλόγως aliis pronuntiatum. v. Excurſ. I ad P de proſodicis.

De Scholio ſuper Clipeo v. inf. ad vſ. 478. nam ad h. v. pertinet.

474. χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλεν ἀτειρέα κασσίτερόν τε. πυρὶ non in ignem, ſed haud dubie τοῖς χοάνοις igni impoſitis, vaſis argillaceis fuſoriis.

χαλκὸν ἀτειρέα. vt Lat. indomitum ferrum, ſimpliciter, durum. De voce v. ad Γ, 60. Quis ſit κασσίτερος, v. ad Λ, 25.

Quatuor metalla a poeta memorantur, aurum, argentum, aes, caſſiteros. Etiam in hoc numero argutati ſunt veteres. Imitatoris ingenium in clipeo Herculis effingendo agnoſcas etiam in materiis parum probabiliter variatis, gypſo, ebore, auro et electro.

Argutatur Heraclides in eo, quod non totam πανοπλίαν fecit auream Vulcanus, cuiusmodi tamen Glauci erat Jl. VI, (Z) 236. ita eo delabitur, vt quatuor elementa in quaternis materiis reperiat. Debuit vtique metallorum miſtio maioris praeſtantiae et artis et operis olim habita eſſe, quam ſi ex ſolo auro opus confectum eſſet.

475. καὶ χρυσὸν τιμῆντα. vt αἰγλῆντα. pro τιμήεντα, quod et ſcriptum eſt in Vrat. d. et ap. Dionem Or. XII. p. 416 qui vſſ. 474. 475 excitat.

476. θῆκεν ἐν ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα. Cant. Barocc. Mori. Euſtath. pro var. lect. θῆκεν ἐπ'. Apollon. θῆκε δ' ἐπ'. in voc. ἀκμοθέτῳ, τῷ κοιλώματι, ἐφ' ᾧ τίθεται ὁ ἄκμων.

γέντο δὲ χειρί, εἵλετο. v. ad Θ, 43.

477. ῥαιστῆρα κρατερήν, ἑτέρηφι δὲ γέντο πυράγρην. ῥαιστῆρα κρατερὴν optimi codd. Cant. Barocc. Mori. Harl. Vat. Vrat. A. Lipſ. Moſc. fr. et Venetus: in quo Schol. A. „παρὰ Ζηνοδότῳ· κρατερὸν διὰ τοῦ ο.“ Occupauit hoc edd. Euſtathius: ῥαιστῆρα κρατερὴν ἢ κρατερόν, et p. 1154, 26 ῥαιστῆρα δὲ θηλυκῶς κρατερὴν λέγει, σφῦραν μεγάλην, οὐ λεπτουργόν, ἀλλ' οἵαν ἐξελαύνειν τὰ χαλκευόμενα. Ἰωνικῶς δὲ εἴρηται ἡ ῥαιστήρ. οὕτω καὶ Σοφοκλῆς σωτῆρα τύχην φησὶν (quod diuerſum eſt) ἐν τῷ· εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ σωτῆρι βαίη (Oed. T. 80. 81.) Parendum eſt auctoritati, etſi ſuſpicari licet, κρατερὸν diſplicuiſſe ante vocalem ſequentis vocis, ἑτέρηφι. Poteſt quoque dubitari, ſi κρατερὴν admittitur, an diſtinguendum ſit: ῥαιστῆρα, κρατερὴν ἑτέρηφι δὲ γέντο πυράγρην. etſi haec inſolentior verborum eſſet collocatio, et epithe-

ton magis proprie eſt: validus malleus. Sane alibi vbique eſt ὁ ῥαιστήρ. Attamen etiam Apollon. Lex. ῥαιστὴρ, σφῦρα. ῥαιστῆρα κρατερήν. add. Etymol. Schol. br. Heſych. vbi v. Not. In eodem eſt quoque ἰστὴρ, σφύρα, quod Bentl. quoque emendat ῥαιστήρ. Schol. A. ἄλλως. ῥαιστῆρα, σφαῖραν (σφύραν) σιδηρᾶν, παρὰ τὸ ῥαΐζειν (ex ῥαίειν) ὅ ἐστιν ἐνεργεῖν. (immo proprie profligere, protundere) et inde φθείρειν.

πυράγρην, forcipem, reddunt Schol. A. et Schol. br. τὸν χαλκευτικὸν καρκῖνον, τὸν ὀξύλαβον. παρὰ τὸ τὰ ἐκ πυρὸς ἀγρεύειν, ὅ ἐστι λαμβάνειν. Add. Heſych.

478. ποίει δὲ πρώτιστα. Peruentum eſt ad vnam ex nobiliſſimis partibus carminis, ἀσπιδοποιΐαν· in quam ſingulares libelli fuere, vt Philoſtrati iunioris, ap. Suidam: παράφρασιν τῆς Ὁμήρου ἀσπίδος.

Ad vſ. 473 inſertum eſt in Schol. B. longum Scholion, quod per allegoriam totum clipeum interpretatur, inepte, etſi docte; putat auctor clipeum rerum originem et quatuor elementa referre; etiam quinque πτύχας, ſeu ſuperficies quincuplas, ad quinque terrae Zonas refert. Scholion exſcriptum eſt ex Heraclide c. 43—51. et ſi quis cum edito libello comparet, multa critici vſus facile animaduertet. Nec tamen negari poteſt, ipſa inſoliti in clipeo argumenti natura et indole de vniuerſo exſculpto adduci potuiſſe ingenia ad allegoricam interpretationem. Fuere huius generis interpretationes clipei plures, quod vel ex Euſtathio diſcas p. 1154, 40 ὅτι δὲ, inquit, καὶ Φιλόσοφα ὁ ποιητὴς ἐνταῦθα πολλὰ ὑπεμφαίνει, δηλοῦσιν εἰς πλάτος φιλόσοφοι. Exempli cauſſa, pergit, αὐτίκα, ἡ Δημὼ τὴν Ὁμηρικὴν ταύτην ὅλην ἀσπιδοποιΐαν ἀνάγουσα (an, philoſophice interpretans?) τοιαῦτα φησί. recitat inde ex ea interpretamenta phyſica et coſmogonica plena ineptiarum ſubtilium. Demo illa haud dubie libro ſuppoſito nomen mutuata eſt; nam Pythagorae filia tales argutias nugatorias ſcribere vix potuit. Altera ex parte dolemus, Codicis A. Scholia tam pauca extare in hunc librum, in quo ea vel maxime deſiderabamus.

Paraphrafin in Homericam enarrationem clipei intexuit Philoftratus iun. tab. X. p. 876 ieiunam tamen et inani copia rhetorica dilutam; in pictura aliqua redditam narrat pugnam Pyrrhi cum Eurypylo; vbi Pyrrhus, Achillis filius, clipeum patris geftat; quem ille ab Vlyffe acceperat, in caftra Achiuorum accitus; Vlyffes autem in noto illo cum Aiace certamine fuffragiis exercitus abftulerat. Variauit quoque argumentum anaglyphi Quintus lib. V. cum arma in certamine funebri a Thetide propofita effent, interponendo plurima, quae ne boni quidem poetae funt.

At in Electra Euripidis vff. 452 fq. clipeus Achillis lyrico carmine defcribitur praeclare, verum diuerfus ab Homerico; nam in vmbone eft Sol in quadrigis et circa eum fidera; tum inter vmbonem et oram Perfeus comite Mercurio ferens Gorgonis caput. Eft tamen is clipeus Achillis in bellum ad Troiam profecturi, etfi et ille e Vulcani officina per Nereides ad Pelei aedes in Theffalia portatur. vf. 442 fq. Verum diuerfis modis pro diuerfo confilio haec tractari nemo in his litteris verfatus mirabitur. Gorgone fola infignitus clipeus cernitur in gemmis, in quibus Nereis Tritoni infidens portat clipeum. Nota in hoc genere eft vel ex Stofchii gemmis caelatis praeclara Pamphili gemma; eft alia Eckheli opera illuftrata in Mufeo Caef. Vindob. (*Choix des pierres gravées* tab. XV p. 38.) Viderat idem fimili Medufae capite infignitum clipeum in manu Achillis corpus Hectoris raptantis in Sarda.

Ceterum cum in huius Episodii de clipeo Achillis miratione defixa fuerint veterum et recentium ingenia, temerarium factu videbitur, fi illud, etfi praeclarum per fe, alienum tamen a loco et ab omni probabilitate edixero. Ita tamen rem fe habere, in propatulo eft. Quod in artis opere, feu glyptico feu carmine primo loco quaeritur eft inuentum eiusque, fi partem illud conftituat, ad totum opus ratio. Clipei autem huius omnino nulla eft ratio ad carmen eiusque argumentum; nihil

ineſt, quod coniunctum ſit cum ipſa Iliadis actione, nullam habet vim ad declarandam Achillis virtutem, facta, euenta; animum contra auocat a carminis ſumma; delectat vtique, ſed aliarum rerum ſuauitate et varietate; porro argumenta rerum expreſſarum ab opere eiusque vſu prorſus abhorrent: quorſum haec ſigna in manu pugnantis, quando ſingula contemplandi otium haud eſt. Satis erat vnam vel alteram ſpeciem, quae ornaret vel terreret, Gorgonis vel draconis, aut monſtri alicuius viſum offerre. Altera parte non minus aliena eſt clipei ſculptura ab Homerici aeui, ne de Troianis temporibus dicam, rudiore ſimplicitate; ipſa tandem episodii narratio et oratio multo maiore copia et ornatu elucefcit, quam in ceteris carminis partibus animaduertimus. Quanto ſimplicior, etſi ſatis ornata, eſt armatura Agamemnonis Il. Λ pr. Diomedis E pr. ipſius Mineruae E, 736 nusquam ornamenta tam longe petita, tam copioſe expoſita.

At ſeriorum poetarum ſtudium in armis heroum inſigniendis ornamentorum et ſignorum, etiam ſymbolorum copia et varietate, mirifice efferbuit. Ex poetarum cyclicorum conatibus coaluit Scutum Herculis Heſiodo tributum tanquam pars aliqua τοῦ Καταλόγου. Mutuati hinc ſunt inuentum clipeorum inſigniendorum Tragici in Septem ad Thebas. Traductum poſtea hoc ſtudium ad veſtium texta mythis ornanda: cf. Excurſ. IV ad Aen. V. tum in artis ſculptoriae opera migrauit; pro exemplis ſunt thronus Apollinis Amyclaei et arca Cypſeli apud Pauſaniam: coniuncta quoque ea cum poetarum verſibus operi adiectis. Atque ex hoc ſtudio ac more res illuſtrari et cauſſa idonea reddi poteſt, quare Phidias non veritus ſit clipeum Mineruae exteriore et interiore parte tanta ſignorum copia exornare: ap. Plinium XXXVI. ſ. 4. Exemplis ſcilicet artis tum proſtantibus tantum tribuerat politiſſimi homo iudicii, vt non perſpiceret, a re et conſilio id ſtudium ornatus eſſe alienum. Subſtitit hoc poſi-

ea in anaglyphorum in Zoophoris et fastigiis aedium varietate.

Quae ex his sequantur, exposita vide in Excursu de clipeo Achillis.

479. πάντοσε δαιδάλλων, Schol. br. reddit, εἰς πᾶν μέρος δαίδαλα ἐνθεὶς, ὅ ἐστι, ποικίλλων αὐτό. Enimuero hoc serius fit; nunc de crate tantum agitur, seu de lamina siue vna siue pluribus, quae clipei orbem constituunt: τὰ δαίδαλα, ornamenta, sequuntur demum vs. 482 αὐτὰρ ἐν αὐτῷ ποίει δαίδαλα πολλά. Nunc tantum de forma clipei apta et idonea in orbem fingenda agitur.

480. ἄντυγα τρίπλακα. reddit τρίπτυχον Schol. B. cum Schol. br. Apollon. Hesych. trinis puta laminis, sibi superpositis, τρισὶ πλαξὶ, munitam clipei oram; vt ictui extremae orae illato resisteret; erat enim, ipsa rei natura, ora laminae aereae malleo diductae tenuior, quam pars reliqua. Ita saepe ictus inferuntur ab hac parte: sic inf. Υ, 275 καὶ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἀσπίδα πάντοσε ἴσην, ἄντυγ' ὑπὸ πρώτην, ᾗ λεπτότατος θέε χαλκὸς, λεπτοτάτη δ' ἐπέην ῥινὸς βοός. erat ἄντυξ in ea δίπλαξ vt e vs. 280 intelligitur. Scilicet, praeter superficiem clipei eiusque cratem extrema ora in orbem muniebatur laminis circumductis, quibus simul coria et aereae laminae clauis impactis continebantur. Non autem ἄντυξ τρίπλαξ accipi posse videtur de trinis lineis, quibus ora aerea clipei esset distincta; ornatus caussa. Nam δίπλαξ est de duplicata re dictum, sic de veste duplicata Γ, 126 vbi v. Obss. et omentum duplicatum, δίπλαξ δημὸς, Ψ, 253. Multo minus ex hac voce ἄντυξ τρίπλαξ confici poterat opinio de trinis areae spatiis, seu septis, in quae aream cum anaglyphis dispescere voluere alii, in his d'Hancarville.

ἐκ δ' ἀργύρεον τελαμῶνα. Lips. Mori. Vrat. A. ἐν δ' ἀ. Firmatur tamen vulgatum ex Λ, 38 τῆς δ' ἐξ ἀργύρεος τελαμὼν ἦν. Esse in Homero τελαμῶνα non πόρπακα, sed balteum, e quo clipeus pendebat, humeris iniectum, vidimus sup. ad Θ, (VIII) 193. cf. E, 798. B, 388. M, 401. Ξ, 404. 5.

481. πέντε δ' ἄρ' αὐτοῦ ἔσαν σάκεος πτύχες. Antiquiores πτύχας acceperunt de fasciis seu zonis, in quas superficies clipei erat diuisa et distincta; ideoque quinas terrae zonas in clipeo expressas esse somniarunt, v. Heraclid. Alleg. c. 56. 51. Eustath. p. 1154 extr. ita quoque quatuor elementa per quatuor metalla vss. 474. 5. aurum, argentum, aes et cassiteron, ita vt res ad sphaerae terrestris arte factae morem rediret, in qua diuersis metallis zonae quinae essent expressae; mirabilis res, quam animo habebant! sphaera terrestris Homerica aetate iam nota! qualem legimus descriptam ab Eratosthene in fragm. τοῦ Ἑρμοῦ, ap. Heraclid. c. 50. At enim πτύχες sunt superficies diuersae altera alteri superiniectae siue ex corio siue ex metallo, plerumque ex aere, quibus clipeus firmitatem habebat, quominus tela traiecta penetrarent ad corpus. Recte sic Schol. B. τὰ ἐλάσματα reddit, et Etymol. τὰ διάφορα ἐπαλλήλως ἐλάσματα. Clarius res patet ex altero loco Υ, 269 vbi hasta Aeneae non penetrat clipeum Achillis: χρυσὸς γὰρ ἐρύκακε — ἀλλὰ δύω μὲν ἔλασσε διὰ πτύχας, αἱ δ' ἄρ' ἔτι τρεῖς ἦσαν. ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε Κυλλοποδίων, τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο, τὴν δὲ μίαν χρυσῆν. τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος. Ex hoc loco tota res in luce constituitur: apparet enim πτύχας in clipeo Achillis fuisse laminas alteram alteri super impositas, et quidem superius duas ex aere, inferius duas e cassitero, et medio loco laminam auream. Intelligitur quoque inde, e mente poetae superficiem superiorem, in qua anaglypha erant, fuisse ex aere. Etiam sup. H, 247 Hector hasta penetrat Aiacis clipeum, δεινὸν σάκος ἑπταβόειον, ἀκρότατον κατὰ χαλκὸν, ὃς ὄγδοος ἦεν ἐπ' αὐτῷ, ἓξ δὲ διὰ πτύχας ἦλθε δαΐζων χαλκὸς ἀτειρὴς, ἐν τῇ δ' ἑβδομάτῃ ῥινῷ σχέτο. Prauam acceptionem vocis πτυχῶν intulerunt quoque in Hesiod. Scut. Herc. 143 κυάνου δὲ διὰ πτύχες ἠλήλαντο, vbi de summa superficie agitur; versus haud dubie spurius.

αὐτὰρ ἐν αὐτῷ, ſc. ἐν τῷ σάκει, h. e. in ſumma clipei ſuperficie anaglypho opere ornata, ductili an fuſili. ἐν αὐτῷ ἢ ἐπ' αὐτῷ. Euſtath.

482. ποίει δαίδαλα πολλά, diuerſum hoc eſſe memento, a ſup. 479 πάντοσε δαιδάλλων. vbi de clipei forma; nunc de ſignis.

πολλὰ ἰδυίῃσι πραπίδεσσι, ἐπιστήμοσι, v. ad A, 608. Male Schol. Pindari N. IV, 95 ποίει δαίδαλα πόλλ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσι. vt fere aberratur in aliis locis Homericis.

483. ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ' ἐν δ' οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν. (÷) Memorabile eſt Scholion A. „ὅτι Ζηνόδοτος ἠθέτηκεν ἀπὸ τούτου στίχου τὰ λοιπὰ, ἀρκεσθεὶς τῇ κεφαλαιώδει προεκθέσει." Vtinam diſertiora appoſita eſſent, qua fide, qua auctoritate, quo iudicio haec pronuntiauerit Zenodotus; numne non omnes rhapſodi haec recitauerant? an fama proditum hoc erat? an ipſius aliorumue iudicio ita ſtatuebatur? Neque illud ſatis perſpicuum eſt, totumne clipeum et reliqua rhapſodiae ille damnauerit, an verſus tantum 483 — 489. Prius tamen probabilius, quoniam dicitur, ſummam rerum apponendo acquieuiſſe: h. e. vsque ad v. 482. Ipſe vtique adſcripſerat in codice ſuo reliqua, vt ex notatis ad vſ. 485 apparet. Subnaſcitur tamen, vel non lecto Zenodoto, ſuſpicio, inſerta eſſe ſequentia vsque ad 607, et iuncta proceſſiſſe haec: ποίει δαίδαλα πολλὰ ἰδυίῃσι πραπίδεσσιν. αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε. Sunt multa alia, quae ſuſpicionem firmant, quae reieci in Excurſum de clipeo. Schol. A. verſus defendit contra Zenodotum telo admodum obtuſo, ex eo nimirum, quod poeta ſimilem copiam iam adhibuerat in ſollibus et ceteris enarrandis inde a vſ. 470. Ceterum in ſingulis verſibus non expertus eſt locus tantas interpolationes, quot quantasque Scutum Herculis, coaceruatis importune pluribus a primo carmine alienis. Per ſe autem ſpectata tota haec clipei enarratio eſt tam inſignis artis et pulcritudinis, vt ea carere nemo velit, etſi alieno loco illatam conceſſerit.

Achilles Tatius Isagoge I, excitat ἔτευξεν ἰδ' οὐρανόν, Ita vero etiam ἠδὲ θάλασσαν legendum fuit.

ἐν μὲν γαῖαν τεῦξ' Vrat. b. A.

484. ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα vidimus iam vſ. 239.

σελήνην τε πλήθουσαν, esse πλήρη, plenam, docent Schol. A. B. τὴν πανσέληνον, Hesych. Alii argutati sunt, quos exscribit Eustath. p. 1155, 22. cum Schol. B.

485. ἐν δέ τε τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται. Legebatur in edd. ἐν δὲ τὰ τείρεα. praetulerat prius Ernesti e codd. Lipſ. Harl. et Achille Tatio l. l. probavit inde Wolf. cum nota res ſit, articuli vſum ab Homero esse alienum, neque vis h. l. insit; illa astra omnia.

Concidit tamen haec ratio, si, quod suspicari licet, totus hic locus est a seriore auctore. Et laborat nec minus vſ. sequ. τό τε σθένος Ὠρίωνος. quod esse deberet; ὑάδας τ' ἠδὲ σθ. Certe ἐν δὲ τὰ τ. est in optimis quoque, Mosc. fr. Ven. et Schol. etiam apud Iustin. Cohort. ſ. 28. Eusebium et in cod. Clementis Alex. Strom. V. p. 709. cui Homerus est κοσμοποιῶν κατὰ τὸν Μωσῆν, et in Paedagog. III, p. 310 vbi vſſ. 483. 5. ad λόγον transferuntur.

τείρεα. τὰ ἄστρα, notatum iam Apollon. Lex. et aliis. Addunt etymon a τέρας. Immo a τείρω, τερέω, sculptum, tum figura expressa.

τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται, h. e. καθ' ἅ· ας. „Zenodotus legerat: τά τ' οὐρανὸν ἐστήρικται. Aristarchus: τά τ' οὐρανὸν ἐστεφάνωκε.“ quem igitur auctorem vulgata lectio habuit?

486. Πληϊάδας θ' Ὑάδας τε τό τε σθένος Ὠρίωνος. Non placuit auctori Ὠαρίωνος. τὸ σθένος Ὠρίωνος dictum esse, vt βίη Ἡρακλείη vel Ἡρακληείη, pro Ὠρίων σθεναρός, in aperto est.

In Schol. A. et br. Moscov. et exc. add. Eustath. miror enim vbique haec esse inserta; exponuntur fabulae de Pleiadibus, Hyadibus et Orione, de quibus adeundi sunt libri mythologici, qui ad h. l. prouocant, v. ad Apollod. III, 10. I, 4, 3. Eratosth. Catast. loc. suis. Ad Ho-

merum ſpectat tantum hoc, quod illa iam aetate ſidera illa nota fuerunt. Eleuatur tamen ea obſeruatio obſeruatione alia, quod de auctore loci huius parum tuto pronuntiare licet. Ducta autem ex his vſſ. eſt laus aſtronomiae, quam Homero tribuit antiquitas, inprimis Crates, Apio et alii, in his Achilles Tatius in Iſagoge ad Arati Phaenom. Locus quoque interpretatione vel imitatione multorum expreſſus, Virgilii Ge. I, 137. 246. Aen. I, 742. Ouid. Met. XIII, 291. quos iam Clarke excitauit.

487. 8. 9. leguntur iterum Od. E, 273. 4. 5. verſus in doctrina de vtraque Vrſa notiſſimi; et maior quidem etiam Ἅμαξα dicta, variato cataſteriſmo; minor autem Homerica aetate an ignota fuerit Ionibus disputatur; aiunt enim eam ſerius per Thaletem Ionibus innotuiſſe, dudum obſeruatam Phoenicibus. Accuratior disputatio ad Homerum, quem nec locus auctorem habuiſſe videtur, haud ſpectat; ad eam v. Schaubach ad Eratoſth. I. et fabulam de Calliſto v. in Apollod. III, 8, 2. et Not.

487. *ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.* *ἅμαξαν*, non *ἄμαξαν*, etſi librorum disſenſu, quod iam vidimus ad H, (VII.) 426. Iterum ad h. l. monent Schol. A. et prouocant ad *ἐπ' ἄμαξαν* Jl. Ω, 711. et *ὑπ' ἁμάξῃσι*, item Euſtath.

488. *ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει.* Scholion A. *ἥτις περὶ τὸν ἄρκτον καὶ ἀεὶ φανερὸν καλούμενον κύκλον, ἤτοι πόλον, στρέφεται*" bene! vbi tamen polus arcticus in poeta memoratur? In hoc eſt *αὐτοῦ*, quod eſt vel ibi, vbi Pleiades, Hyades et Orion verſantur, h. e. in caelo, vel, *eodem ſemper in loco: περὶ τὸν αὐτὸν τόπον, ὡς μὴ καταδυομένη*, vt Schol. br. exponunt.

καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει. pergit Schol. A. „*καὶ ἐπιτηρεῖ τὸν Ὠρίωνα, νεύουσα εἰς αὐτὸν ὡς κυνηγέτην.* (non, *ὡς κυνηγέτις.*) Sunt haec quoque in Schol. br. Nunc ad Virgil. Ge. IV, 232 et in Excurſu ad e. l. ſatis diſerte expoſui morem poetarum, ſiderum ortus et occaſus ex poſitu ſignorum in ſphaera declarandi. *δοκεύειν*, ſimpl. ſpecu-

lari, adſpicere. ἐμβλέπειν, adiuncta tamen notione τοῦ ἐπιτηρεῖν, obſeruare, tanquam venatorem.

Ceterum neſcio an ex his recte colligas, cum haec a poeta memorabantur, iam tum adumbratam eſſe debuiſſe ſphaeram caeleſtem quantumuis rudem; quia in caelo ipſo has ſiderum formas vix ſibi fingat aliquis.

489. οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο. h. e. μόνη οὐ δύνει. Apollon. Lex. ἄμμορος, ἄμοιρος, ἀμέτοχος, et ex eo Heſych. Verſus notabilis propter criticam veterum multifariam exercitam Schol. A. B. Apollon. Lex. in ἄμμορος. Offendebat τὸ οἴη, cum Vrſa non *ſola* ſit, quae nunquam occidat; quippe ceteris quoque ſignis Circuli Arctici euenire hoc idem, vt nunquam occidant. Poterat ſimpliciter reſponderi, poetam ſui temporis notitias eſſe ſequutum; Vrſae autem ſidus tum vnice Ionibus notum fuiſſe, non aeque obſeruata reliqua Circuli Arctici ſidera; aut ſtellas nondum in ſidus aliquod eſſe collectas, vt factum eſt, ex quo in ſidus Vrſae minoris coiere etſi dudum hoc factum eſſet apud Phoenices, qui bene noſſent Vrſam minorem. Appoſuit quoque talem reſponſionem Strabo lib. I. p. 6 ſq. vbi copioſe de hoc verſu agit, damnat tamen, quoniam Homerum ignorantiae alicuius rei argui nolebat. Putes quoque ita ſtatuiſſe Ariſtotelem, qui Poet. 25, 8. inter λύσεις refert hoc quoque: vt per translationem dictum ſit aliquid; quod enim notiſſimum eſt, id haberi ac dici poteſt *ſolum*: τὸ οἴη δ' ἄμμορος. κατὰ μεταφοράν. τὸ γὰρ γνωριμώτατον, μόνον. Ita compoſita erat omnis controuerſia: quandoquidem veteres hos verſus ad antiquiſſimum carminis auctorem referebant.

Enimuero maluere viri docti ſequi ſubtilitates quasvis alias, maxime has tres: vel ἄρκτον pro toto Circulo Arctico dictum eſſe, et comprehendi ideo reliqua quoque ſidera Arctoa nomine ἄρκτου h. l. vel dictam eſſe Vrſam *ſolam* oppoſitione ante memoratorum ſiderum, Pleiadum, Hyadum et Orionis, vel corruptam eſſe lectionem. Comprehenſa haec ſunt a Strabone in l. l. et egregie de his diſputatum eſt a Tollio Excurſu V. ad

Apollon. Lex. p. 743 ad quem remittendi ſunt qui copioſiorem disputationem deſiderant. Attingam equidem pauca eaque praecipua.

Apud Apollon. l. l. eſt: ὁ δ' Ἡλιόδωρός (haud dubie Ἡρόδωρος) Φησι βέλτιον, λέγειν, ὅτι ἠγνόει. quod non vno ſenſu accipi poteſt, aut ignorauit ipſe, cum alii bene noſſent, aut quia omnino ignotum erat ea aetate, ſaltem inter Iones. Prius maxime ab Homero amoliri laborarunt; Strabo autem etiam alterum, in verbis: οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἦν που, τὴν ἑτέραν μὴ ἠστροθετῆσθαι, haud dubie enim μὴ eſt inſerendum, quod et in noua edit. Lipſ. p. 7. habent codd. et docebant ea, quae ſequuntur, negationem excidiſſe. At eius opinionis, qua ἄρκτος pro toto Circulo Arctico dictus eſſe creditus eſt, auctor memoratus Heraclitus, in eod. loco Strabonis, adſcriptis eius verbis. Altera ſententia, qua *comparatiue* οἴη accipitur, etſi parum ſatisfacit, nam manent ea, quae in reprehenſionem veniunt, quando Vrſa ſola dicitur occidere, reſpectu habito ad ſidera antea recitata „Pleiadas, Hyadas et Orionem" ea, inquam, occurrit ſententia ap. Apollon. l. c. tum in Ven. A. et B. in quo tanquam λύσις appoſita eſt, haud dubie ſecundum Porphyrium; eamque ſequitur Clarke. Non ſatis perſpicio, ſicne etiam in Schol. br. accepta res ſit: μόνη οὖν, δηλονότι τῶν κατηστερισμένων. an hoc accipiendum: inter ſidera illo tempore iam recepta in recenſum.

Cratetis notata Straboni eſt ſeu lectio ſeu emendatio οἶός τ' ἄμμορός ἐστι — dubitatur, quorſum οἶος referendum ſit? ſane ad voc. Ἄρκτος, quod durum eſt, cum ἥν καὶ — ἥτε ſequatur; accipit tamen ſic Caſaub. et pro Circulo Arctoo Ἄρκτον dictum cenſet. Apud Apollonium Crateti tribuitur lectio ῇ δ' ἄμμορός ἐ. quae vitioſa eſt; Tollius coni. fuiſſe ῇ τέ κεν, vbi (qua parte, quo loco) vt adeo tribuatur Vrſae aliquid, quod aliis quoque convenire potuit. Hoc enim Cratetis lectioni ſubiicit Apollon. l. c. ἵνα τὸ συμβεβηκὸς αὐτῇ καὶ ἑτέροις τῶν ἄστρων ἀκούηται. (iungenda ſic: αὐτοῦ, ῇ) Veſtigiis Cratetis ſi in-

ſiſtere licet, dicam potius, eum legiſſe: ἥ τε καὶ ἄμμορος. ita ſoluta eſt omnis quaeſtio. Male habet, quod in Cratetis lectione non conueniunt loca Strabonis et Apollonii.

Ante oculos fuit locus Manilio lib. I, 501. quod iam aliis notatum: *Iam tum, cum Graiae verterunt Pergama gentes, Arctos et Orion aduerſis frontibus ibant; Haec contenta ſuos in vertice flectere gyros; Ille ex diuerſo vertentem ſurgere contra Obuius et toto ſemper decurrere caelo.*

490. ἐν δὲ δύω ποίησε πόλεις μερόπων ἀνθρώπων. Suaue eſt ſomnium Agalliae Corcyraei, qui familiaris, ſeu diſcipulus, Ariſtophanis fuit, vrbes has duas eſſe Athenas et Eleuſinem: in Schol. A. Schol. br. et fragm. Moſc. Porphyrii eſſe ζήτησιν ſuſpicor. etiam ap. Euſtathium, e quibus etiam patet, reliqua clipei ad hanc opinationem accommodate enarrata fuiſſe. Ducta quoque hinc videtur opinio de patria Homeri Athenarum vrbe; et conueniebat hoc mori ingenioſorum hominum indulgendi Athenienſium vanitati. Phaeacum vrbem et Ithacam interpretatur Maximus Tyrius, tanquam exemplum duarum vrbium, alterius bene legibus conſtitutae, alterius ἀνάρχου· Diſſ. XXXII, ſub. fin. Alio modo nugatur Heraclides c. 49 referens vtramque vrbem ad elementorum pugnam et amicitiam. Mirari tamen licet, eſſe haec ita a poeta conſtituta, vt ad concordiam et discordiam haec ſint attemperata; ſequitur quoque poſtea primo 541 meſſis et vindemia, tum 573 leones armenta diripientes. In primigenio carmine poterant quoque haec habere rationem inter ſe.

492. νύμφας δ' ἐκ θαλάμων, δαΐδων ὑπὸ λαμπομενάων. ⸓ „quod ὑπὸ eſt pro μετά. et quod mos iſte fuit, vt cum facibus deducerentur ſponſae.“ Schol. A. Athenarum moribus hoc tanquam proprium vindicarunt alii.

Porro Schol. A. „Zenodotus εἰς θαλάμους, nec abſurda eſt lectio“ parum tamen, puto, intereſt; ductae enim fuere puellae ex thalamo in thalamum ſponſi.

δαΐδων ὑπὸ λαμπομενάων. feiunxi ὑπὸ, quod res poſtulat; addicentibus Schol. br. Ven. fragm. Moſc. Vrat. b. add. Schol. Pindari ad Ol. IV, 4 et Ol. VII, 23 vbi etiam ὑπὸ pro μετὰ dictum eſſe notat. Barnes: „γρ. δαΐδων ὕπο." male, cum epitheton ſequatur.

493. ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ. mſ. Mori. Vrat. b. a m. ſec. Apollon. Lex. in ἠγίνεον, ἦγον. Ed. Flor. κατὰ ἄστυ. recepit ἀνὰ ſtatim Ald. 1.

ἠγίνεον. melius eſſet ἠγίνευν. vt inf. 593 ὠμίλευν. et 594 ὠρχεῦντο. Cenſuerat quoque ſic Bentl. nam trinis ſyllabis pronuntiandum eſt; eſt enim ι ſyllaba natura longa, quod iam animaduerterunt Barnes et Clarke: ex Il. Ω, 784. Od. Ξ, 105.

πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει. vt vſ. 498 ἐξῆπτο. διεγήγερτο. Schol. A. B. br. Euſtath. hoc bene. ſed ſubiiciuntur inepta de ὑμέναιος. Non ille alibi in Homericis occurrit, et neſcio an inter ea ſit, quae ſeriorem aetatem carminis arguunt. Atticorum ritus hi putantur fuiſſe proprii; et memorantur plura ab Atticis potiſſimum frequentata vt mox iudicium περὶ τῶν Φονικῶν, quo Athenienſes tantopere gloriabantur a ſe primum conſtituto. Verſus 493 eſt quoque in Sc. Herc. 274 τοὶ μὲν γὰρ ἐϋσσώτρου ἐπ' ἀπήνης ἦγον τ' (non ἦγοντ') ἀνδρὶ γυναῖκα, πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει.

494. ἐν δ' ἄρα τοῖσιν. facile expectes repetitum a Clarkio; „ἄρα, vt fieri ſolet."

κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον. Excitat hemiſtichium Lucian. ſaltat. 13. et vſſ. 494. 5. 6. Dionyſ. Halic. VII, 72 vbi antiquioribus Graecis Romanorum ſaltationes aſſerit.

ἐδίνεον. inf. 605 δίνευον eodem modo ac ſenſu; noto vocis δινεύεσθαι vſu pro στρέφεσθαι. quem illuſtrarunt viri docti, in his Valk. ad Theocr. Adon. p. 376. Orithyiam rapuit Boreas Ἰλίσσου προπάροιθε χορῷ ἔνι δινεύουσαν· Apollon. I, 215 nam choreas illa agebat; eandem χορὸν ἁγνὸν ἐπ' Ἰλίσσοιο ῥοῇσι ἱσταμένην dixit Maximus

περὶ κατάρχων vſ. 418. loco iam ab Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. tum a Weſſel. et Ruhnk. comparato.

495. αὐλοὶ φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον. (⟝) „quod hic et K, 13 αὐλῶν poeta meminit" Sch. A. Addit Schol. B. „quod Phrygum, non Graecorum, erat tibia, (repetit quoque Euſtath. ex antiquis, vt ait, et Athenaeus lib. I. p. 16 A.) forte Troiam ipſam, qualis in pace erat, eſſe expreſſam."

Media obſeruatio, quod Phrygum, non Graecorum, erat tibia, ad Iliadem ſolam ſpectare poteſt; nam αὐλῶν et αὐλῳδίας vſus inter Graecos fuit notiſſimus, iam in primis Pythiis. Plura congeſſit ad h. l. Euſtath. maximam partem ex Athenaeo.

βοὴν ἔχον. ἐβόων. vt ſaepe ἔχειν, ποιεῖσθαι, in periphraſi.

496. αἱ δὲ γυναῖκες ἱστάμεναι θαύμαζον ἐπὶ προθύροισιν ἑκάστη. ⟝ „quod ἐθαύμαζον, pro ἐθεῶντο." Schol. A. et τὸ δὲ θαύμαζον ἀντὶ τοῦ, ἐθεώρουν, Schol. B. Paſſim a Grammaticis hoc notatum occurrit; etiam Heſych. θαυμάζειν, θεάσασθαι καὶ μανθάνειν. Cur tamen ſine miratione ſpectare mulieres contendant, non aſſequor.

γυναῖκες ſequente ἑκάστη, notatur Schol. Pind. P. II, 85.

498. δύο δ' ἄνδρες ἐνείκεον εἵνεκα ποινῆς. ποινὴ, λύτρον — ὑπὲρ τοῦ πεφονευμένου ἐπιτίμιον. res e vita priſca nunc a multis illuſtrata. cf. ad Γ, 290 et h. l. Schol. A. Atticis talem ποινὴν dici τὰ ὑποφόνια obſeruant; v. Harpocrat. h. v. vtitur ea voce Philoſtratus l. l. in hoc ipſo loco Homerico interpretando p. 877. Schol. br. et Moſc. an vox alibi occurrat, neſcio.

499. ἀνδρὸς ἀποφθιμένου. „apud Zenodotum ἀποκταμένου. et ſic in plerisque; nec eſt improbabilis lectio" Schol. A. nec tamen alibi memoratam vidi.

ὁ μὲν εὔχετο. Schol. B. ἐβεβαιοῦτο ſcil. πρὸς τοὺς παρόντας. pro hoc dixit vſ. ſq. δήμῳ πιφαύσκων.

500. δήμῳ πιφαύσκων. Apollon. Lex. h. v. ἐμφανίζων καὶ λέγων. ſic fere Schol. br. πιφάσκων et h. l. paſſim ſcribitur.

ὁ δ' ἀναίνετο, μηδὲν ἑλέσθαι ſcil. λέγων. Barnes: „γρ. ἀνήνατο" ſcil. ex vſ. 450.

501. ἄμφω δ' ἱέσθην, ἐπὶ ἵστορι πεῖραρ ἑλέσθαι. Ἵστορι ſcribitur paſſim ἴστορι, vt et in ed. Rom. recte ex etymo ab ἴσημι. Obtinuit tamen alterum, etiam in ἱστορεῖν. ἱστορία. abiit igitur in hac voce, vt in aliis, digamma (ϝίστωρ) in aſperum. Iam de ſignificatu vocis ambigitur; qui proprie eſſe debet aut *intelligens*, aut *conſcius*. Apollon. Arg. I, 188 ἴστορε δ' ἄμφω ἠμὲν ναυτιλίης ἠδ' Ἄρεος. periti. At IV, 258 μήτε τις ἴστωρ εἴη. conſcius. At noſtro loco Schol. A. B. reddunt ἐπὶ μάρτυρι. et Apollon. Lex. ἴστωρ, μάρτυς verſu adſcripto, etſi corrupte. Alii acceperant ἴστορα eſſe κριτήν. Memoratur vtrumque in Schol. A. μάρτυρι ἢ κριτῇ, et in Schol. br. Euſtath. Etymol. Cumulantur eadem in Heſych. in ἴστωρ et ἴστορας. Poſſit aliquis prouocare ad Ariſtot. de rep. IX, p. 361. ed. Gen. vbi haec leguntur verſu hoc praeſcripto: τοιγάρτοι ἴστορας ἐνταῦθα καλεῖ ὁ ποιητὴς τοὺς σοφοὺς ἄνδρας καὶ δεινοὺς καὶ τοὺς τῶν τε πράξεων καὶ τῶν παθῶν τῶν ἀνθρωπίνων εἰδήμονας καὶ ἐμπείρους καὶ τῇ φρονήσει πολὺ τῶν ἄλλων διαφέροντας. Verum ea Cyriaci Strozzae eſſe Ariſtotelem ſupplentis memineris. Ceterum locum in poeta per ſe habere poteſt vtrumque, ſiue teſtem ſiue arbitrum et iudicem probaueris. Lis enim deciditur ἐπὶ ἵστορι, viri prudentis auctoritate et ſententia, is autem eo ipſo iudex eſt; poteſt laudari inf. Ψ, 486 ἴστορα δ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα θείομεν ἄμφω, vbi de arbitro agitur. Altera ex parte cauſſa agitur quoque adhibitis teſtibus, ἐπὶ ἵστορι, teſte producto. Videturque hic vſus vocis apud Iones frequentatus eſſe, ſi recorderis verba ex iureiurando Hippocrateo: iuro θεοὺς πάντας καὶ θεὰς πάσας ἵστορας ποιούμενος. teſtes. ex antiqua formula: ἴστω. ἴστω νῦν Ζεὺς αὐτός. vt K, 329.

In Etymologo ſcribitur *ἐπιΐστορι*. vitio puto. etſi voc. *ἐπιΐστωρ* aliquoties apud Apollonium legitur vt ſit conſcius vel peritus: Arg. II, 874. IV, 16. 89. 1558. vbi v. Schol. et apud ipſum Homerum, Od. Φ, 26 *Ἡρακλῆα μεγάλων ἐπιΐστορα ἔργων*.

πεῖραρ ἑλέσθαι. Schol. B. *ἤθελον ἄμφω ἐπὶ τῷ μάρτυρι πέρας λαβεῖν τὴν δίκην*. Hic itaque ſic expleuiſſe dicta videri debet: *ἱέσθην*, h. e. *προεθυμοῦντο, ἐβούλοντο, ἔσπευδον*, vt Schol. br. reddunt, *τὸ νεῖκος* (ex vſ. 498 *ἐνείκεον*) *λαβεῖν πεῖραρ. πέρας*. ſane ſententia iudicis lis eſt diiudicata, finita, *ἔχει πέρας*. Vix enim illi, qui litigant, poſſunt dici *ἑλέσθαι πέρας*, obtinere cauſſam. Secundum Schol. A. *οἱ δικασταὶ* dicuntur *τίθεσθαι τὸ τέλος τῆς δίκης. τὸ πεῖραρ*. Eſt autem hoc idem, quod *νίκη*. Alii tamen alterum loquendi modum ſequuntur, quo tropice litigantes dicuntur tenere vtrinque *τὰ πέρατα* tanquam funis intenti: v. ſup. ad N, 359. Tandem etiam ad eum vſum ab aliis reuocatur, quo per periphraſin *τὸ πέρας, τὸ τέλος*, pro ipſa re ponitur, vt *τὸ τέλος ἐπέων, πολέμου*. v. ad Π, 630. H, 102.

Barnes: „*γρ. πεῖραρ ἱκέσθαι*" e coniectura, puto.

502. *λαοὶ δ' ἀμφοτέροισιν ἐπήπυον, ἀμφὶς ἀρωγοί*. „Zenodotus et Ariſtophanes *ἀμφοτέρωθεν*. Maſſilienſis: *ἀμφοτέρωθεν ἐπίπνυον*" Schol. A. An hoc alterum ductum putandum a *πνύω, ἐπιπνύω*, idem quod *ἐπιπνέω*, vt de vento ſecundo, adſpiro, et inde, faueo? Praeſtat manere in vulgata: *ἠπύειν*, clamare, eſt inter frequentata a poeta, vt ſup. Ξ, 399. Eſt ergo *ἐπηπύειν* acclamare, accommodate. Nam adſtantes vtrinque alii huic, alii alteri patrocinantur, cauſſamque eius probare ac tueri ſe ſignificant; et eo ipſo dici poſſunt *ἀρωγοὶ*, fautores. Bene Schol. B. *ἐπεφώνουν ἀμφοτέρωθεν ὡς βοηθοί*. Spectat ad h. v. gloſſa Heſychii: *ἐπήπυον, ἐπεβόων*. et *ἀμφὶς ἀρωγοί. κεχωρισμένως βοηθοῦντες, οἱ μὲν τῷδε, οἱ δὲ τῷδε*.

503. *κήρυκες δ' ἄρα λαὸν ἐρήτυον*. vt B, 96. 97 *ὅμαδος δ' ἦν. ἐννέα δέ σφεας κήρυκες βοόωντες ἐρήτυον*. Clarke: „*ἄρα*, vt par erat."

504. οἱ δὲ γέροντες εἵατ' ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις, ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ. locum appellari ait ἱερὸν Schol. B. διὰ τὸ δίκαιον. ὥςτε εἰς τὸ θεῖον ἀσεβοῦσιν οἱ παρακρίνοντες καὶ οἱ ἀπειθοῦντες. Etiam Schol. br. quod ius dicitur ἐν ἀφιερωμένῳ τόπῳ. Non video, vnde loci religio hic veniat, cum de loco iudicii agatur. κύκλον quidem de loco et pro ἀγορᾷ dici haud nego: docet Euſtath. ad Jl. Ω, pr. verſus, quem laudat, eſt ex Eurip. Oreſt. 917 ὀλιγάκις ἄστυ κἀγορᾶς χραίνων κύκλον. (Alienus eſt ὁ κύκλος ap. Polluc. X, 18 et Athenis proprius) Nunc vero κύκλος eſt ipſe conſeſſus τῶν γερόντων, qui iudices ſedent; illis debetur reuerentia; ſunt ideo θεῖοι. ἱεροί. fere vt θεῖος ἀγὼν ſup. vſ. 376 qui idem ἱερὸς χορὸς ap. Heſiod. Sc. Herc. 201. Sunt ἱεροὶ, eximii, praeclari, venerabiles. v. ad Θ, 66. Sup. K, 56 ἱερὸν τέλος, τάγμα. Sic ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο, ἱερὸν μένος Ἀλκινόου. et Od. Ω, 81 Ἀργείων ἱερὸς στρατὸς αἰχμητάων.

Sedile marmoreum comparant cum loco Od. Γ, 406 ſq.

505. σκῆπτρα δὲ κηρύκων ἐν χερσ' ἔχον ἠεροφώνων. (⸖) „ὅτι καὶ οἱ δημηγοροῦντες, καὶ οἱ δικάζοντες, σκῆπτρα ἐλάμβανον. laudato loco Od. B, 37. (quem v. mox ad vſ. 506.) ἠεροφώνων δὲ, ὧν ἡ φωνὴ μέχρι τοῦ ἐμφανοῦς ἱκνεῖται. vt et Jl. O, 686 φωνὴ δέ οἱ αἰθέρ' ἵκανε.“ Nec diuerſa Sch. B. additis his: ἢ τῶν τὸν ἀέρα φωνούντων. ἀὴρ γὰρ πεπληγμένος ἐστὶν ἡ φωνή. (Voluit eſſe ἀέρα φωνεῖν idem ac φωνεῖν φωνήν. quidni tamen dixeris eſſe φωνεῖν εἰς ἀέρα. δι' ἀέρος?) Vltima Apollonii verba fuere, vt ex Sch. br. apparet, etſi in Apollonii Lex. aliter nunc legitur: ἠεροφώνων. τὸν ἀέρα πληρούντων φωνῆς. vbi v. Toll. niſi et hic fuit τὸν ἀέρα πληττόντων φωνῇ. Mature tamen interpolatum eſt, quandoquidem etiam in Heſychio vulgata lectio repetitur. Etiam Zenoni haec ſoni definitio tribuitur, ὅτι φωνή ἐστιν ἀὴρ πεπληγμένος.

506. τοῖσιν ἔπειτ' ἤϊσσαν, ἀμοιβηδὶς δὲ δίκαζον. τοῖσιν. σὺν τοῖσι ſupplent Sch. A. et Sch. br. *hisce cum ſceptris.* Quidni: ἐν τοῖς ſ. λαοῖς omnino, ſ. γέρουσι h. e. δικα-

στάς. *in medio* eorum ſurgunt *dicturi* cauſſam. At mirum in modum a ſenſu loci aberrarunt veteres in Sch. A. et B. br. Euſtath. dum *ad iudices* haec retulerunt, ita vt nullum verbum ſatis conueniret. Non enim iudices ſurgunt nec ſceptrum accipiunt, ſed *dicturi* cauſſam. Sic Od. B, 37 de Telemacho dicturo: στῆ δὲ μέσῃ ἀγορῇ, σκῆπτρόν δέ οἱ ἔμβαλε χειρὶ, Κῆρυξ — add. inſ. Ψ, 567. 8. At iudices incedunt et ſedent cum ſceptris: quod notiſſimum eſt, cf. A, 238. 9. At ἀΐσσουσι *dicturi*, ἀνέστησαν, et ἀμοιβηδὶς ἐδίκαζον, *alter poſt alterum.* primo qui petit, tum is, vnde petitur. δικάζειν autem et δικάζεσθαι ſollennius, de cauſſam agentibus, et in ipſo Homero Od. M. 440 ἀνὴρ — κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν, *litigantium* hominum. et Vlyſſes Od. Λ, 544 νίκης — τήν μεν ἐγὼ νίκησα δικαζόμενος παρὰ νηυσί. Pro eo κρίνεσθαι in Theogonia 535 ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι. disceptarunt.

τοῖσι δ' ἔπειτ' Vrat. d. et vn. Vindob.

ἀμοιβηδίς. „αἱ 'Αριστάρχου, ἀμοιβηδόν. ὡς κλαγγηδόν. κατὰ τάξιν τῆς ἡλικίας." Sch. A. B. Eſt quoque hoc in Harl. Vrat. b. A. ἀμοιβαδὶς ſcribitur ap. Apollon. etiam in verſu adſcripto; perperam haud dubie.

δὲ δίκαζον. conſpirant Sch. A. B. Cant. Vulgo δ' ἐδίκαζον.

507. 8. κεῖτο δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα, τῷ δόμεν, ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἴπῃ. Recitantur verſus paſſim, etiam in Polluce IX, 54. at rem parum expeditam video. δύο χρυσοῖο τάλαντα cui deſtinata fuerint, quaeſiuere iam veteres. Ad iudices retulerunt illi, qui τὸ δικαστικὸν intellexere; Sch. A. B. Euſtath. etiam Philoſtr. iun. Imagg. 10. in loco de ſignis clipei, τὸ δ' ἐν μέσῳ χρυσίον, τάλαντα μὲν δύο ταῦτ', οὐκ οἶδ' ἐφ' ᾧ, ἢ νὴ Δί' εἰκάσαι χρὴ, ὡς μισθὸς τῷ ὀρθῶς ἐκδικάσοντι, ὡς ἂν μὴ πρὸς δῶρά τις τὴν εὐθεῖαν φέροι. eſſe tamen hoc ἀπίθανον ipſe Schol. A. monet. Subiicit poeta, deſtinari ei, ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἴπῃ. Iam δίκην εἰπεῖν de ſententia recte quidem dicitur, ſed et *de cauſſam agentibus* dici nil vetat; ἰθύντατα.

ἰθυτάτως, (ὀρθώτατα reddit Apollon. Lex. h. v.) dicit is, qui cauſſam obtinet, cum vera eum pro ſe dixiſſe apparuit. Nunc quaeritur, vnde illa duo talenta venerint, et quorſum vincenti iure dentur? Putes hanc eſſe illam ποινήν, a reo allatam et depoſitam, vt, ſi cauſſa ceciderit, alteri ea perſoluatur, ſin ipſe vicerit, eam recipiat. Veteres tamen Sch. A. B. br. ad 497. acceperant de ſacramento, h. e. pecunia, quae ab vtraque parte deponebatur in iudicio, vt eam amitteret vter temere litigaſſet. Habuiſſe illud locum in iure Attico, ſatis conſtat, et plura quidem eius genera, παράστασιν, παρακαταβολήν, et ſic porro: v. Harpocrat. h. v. et Polluc. VIII, 38. 39. At tam antiquis temporibus hunc morem in foro obtinuiſſe mirationem facit, et, ſi homines illi recte cenſuerunt, hunc locum omnium maxime ſeriorem auctorem prodere manifeſtum ſit.

Quale pondus talenti Homerica aetate fuerit, prorſus nos latet; nec ex comparatione locorum a Koeppenio inſtituta (Jl. I, 122. 264. Ψ, 269. 614. 751. Od. Δ, 526) quicquam efficias.

Feſtiue vſſ. 507. 8. vtitur Lucianus in contentione philoſophorum, Reuiuiſc. 41.

δύω Cant. Ven. Ald. 2.

ἰθύντατα. pro ἰθύτατα. Scilicet fuerat primum ἰθύνς, vnde quoque υ producta eſt in ἰθύς, ἰθύ.

εἴποι Barocc. Mori. Townl. Vrat. b. d. fragm. Moſc. vn. Vindob. et hic omiſſo δίκην.

509. Ambigua in ſequ. et impedita eſt narratio vitio narrantis, quod ſubiecta parum diſerte enuntiata ſunt. Iam inter veteres ἀμφιβολίας exemplum habitum eſt ap. Euſtath. p. 1159, 10. qui et trinas interpretationes ſubiicit. Mirum eſt, quod δύο στρατοί, duo exercitus, vrbem vnam obſident; et quod illi inter ſe diſſident, quando vrbs capta fuerit, ſintne eam direpturi an praedam diviſuri; tum autem quaeritur iterum qui ſint οἱ δ' 513 et 516. 520. 523. 525. 530. Magna itaque fuit de h. l. concertatio iam inter veteres. Eſt longum ζήτημα Porphyrii

ad h. l. in Quaest. Hom. 7. idem insertum Schol. B. Simplicissima ratio est, quam Alexander Cotyaeensis *ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐξηγητικῶν* proposuerat: *ὅτι δύο στρατοὶ περιεκάθηντο τὴν πόλιν πολέμιοι, ἢ πορθεῖν ἀξιοῦντες αὐτὴν, ἢ τὰ ἡμίσεα λαβόντες, ἀπιέναι. οἱ δ' ἔνδον ὄντες οὐκ ἐδέχοντο τὴν πρόκλησιν.* hactenus bene. sed sequentia male, in quibus insidias fieri putat ab obsidentibus, et turbat reliqua omnia: recte ea Porphyrius refellit, sed ad fastidium verbose; idem tuetur hoc, duo exercitus esse obsidentium: sic quoque Agallias Corcyraeus statuerat ap. Eustath. p. 1159, 8 qui etiam cum Porphyrio commemorat fuisse, qui alterum exercitum obsidentium, alterum *φίλιον εἶναι τῶν ἔνδον*, succurrentium oppidanis.

Schol. A. exercitum obsidentium in duo castra diuisum melius accipit, scilicet vt a diuersis partibus vrbs oppugnetur. Sic quoque Schol. br. Ita conuenit locus cum simili Hesiodeo in Sc. Herc. 239. 240. *ἄνδρες ἐμαρνάσθην — τοὶ μὲν ἀπὸ σφετέρης πόλιος σφετέρων τε τοκήων λοιγὸν ἀμύνοντες, τοὶ δὲ πραθέειν μεμαῶτες.*

Proponit aliam rationem Schol. A. vt alter exercitus sit obsidentium, alter oppidanorum; scil. eorum, qui ad insidias collocandas exierant. Impedita tamen sic multo magis sunt seqq. Etiam molesta est interpretatio a Schol. A. et B. proposita: deliberasse duo exercitus hostiles, qui praedam coegerant, velintne ea esse contenti, an etiam dimidiam bonorum partem ab obsessis exigere; vt ita res ad *σπονδὰς* rediret; aut: eos deliberasse, velintne discedere, dimidia bonorum parte sibi reddita ab oppidanis, an, conditione haud admissa, vrbem diripere; fuisse autem olim talem morem paciscendi de vrbe obsessa, vt dimidia parte bonorum tradita obsidionem hostis soluat, obseruatum videbis ad vs. 512. Apposui singula, vt, quanta trepidatio veterum in h. l. fuerit, cognitum habeas.

Quae simplicissima et maxime probabilia mihi visa sunt, apposui in Nota. Duo exercitus licet credere esse obsidentium exercitum in duo castra diuisum, vt vrbem melius copiis cingerent et commeatu intercluderent. Illa:

δίχα σφίσιν ἥνδανε βουλή, non referenda ſunt ad disſenſum et discordiam vtriusque exercitus, ſed: propoſitum ipſis fuiſſe, obſeſſione eo adducere oppidanos, vt aut direptionem expectarent, aut incolumem retinerent vrbem, parte bonorum per pactionem tradita. Interpoſita haec ſunt ex more priſci ſermonis, cum continuata eſſe deberet oratio: δύο στρατοὶ, οἷς βουλὴ ἥνδανε. quibus decretum erat, δίχα ἠὲ — ἤ. *vel. vel.* aut expugnare vrbem eamque diripere, aut abire, ſi dimidiam fortunarum partem ſponte redderent oppidani. Nec aliter videtur haec interpretari Philoſtrat. iun. Imag. 10. p. 877 ἐξίασι δὲ, τὴν τῶν ἐναντίων οὐ δεξάμενοι πρόκλησιν. νέμεσθαι γὰρ τὸν ἐν τῇ πόλει πλοῦτον, ἢ, μὴ νεμομένων, ἐν τοῖς ὅπλοις εἶναι.

510. τεύχεσι λαμπόμενοι. Harl. Vat. λαμπομένω. nec hoc male poſt δύο στρατοί.

δίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλή. quo ſenſu haec dicta videantur, v. ad vſ. ſup. Vti dicitur δίχα μερμηρίξαι, ita et poterat dici δίχα βουλεύεσθαι, et inde δίχα βουλὴ ἁνδάνειν. Etiam Od. Γ, 150 de Achiuis: δίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλή, aliis vt abirent, aliis vt manerent. male σφιν pro σφισιν Cant. Harl.

511. ἢ ἄνδιχα πάντα δάσασθαι κτῆσιν. non duo exercitus inter ſe diuidere voluere; ſed, vt vidimus, paciſci cum oppidanis, vt hi parte fortunarum dimidia tradita reliqua incolumia ſeruarent, obſidentes autem diſcederent. v. ad vſ. ſeq. ἄνδιχα, διχῶς cum verſu et interpretatione Suidas.

πάντα — κτῆσιν. Schol. B. τὸ δὲ πάντα πρὸς τὰ σημαινόμενα κτήματα ἀπέδωκεν, vt ſubintelligatur κτήματα ad voc. πάντα. Lenius, puto, eſt, aut per appoſitionem accipere πάντα, ſcilicet κτῆσιν, aut melius κτῆσιν δάσασθαι κατὰ πάντα, πάντως, vniuerſe.

512. ὅσην πτολίεθρον ἐπήρατον ἐντὸς ἐέργει. „quod notandus mos antiquus, dimidia bonorum parte obſidentibus tradita, vt illi ab oppugnatione deſiſtant“ Schol. A. et Schol. br. ad vſ. 510.

ἐπήρατον h. l. epitheton ſine vi. oppidum ſitu, aedificiis, aliisque rebus pulcrum et gratum adſpectu eſſe poteſt.

ἐέργει. ἔεργεν Mori. Barocc. Townl. Vrat. b. A. Lipſ. Vtrumque habet Heſych. Et ſolent fere in tali poſitu codd. variare; v. c. B, 617.

513. οἱ δ' οὔπω πείθοντο, λόχῳ δ' ὑπεθωρήσσοντο. Schol. A. „οἱ δὲ, οἱ ἔνδον." Et Schol. B. „ὅτι παρέλκει τὸ πω. vt in οὐδέ πω Π, 76." et ſaepe alibi οὔπω pro οὐ. nullo modo.

Vrat. d. λόχῳ ὑπὸ θωρήσσοντο. ſaltem deb. ὕπο. ſed λόχῳ eſt εἰς λόχον. κρύφα ὡπλίζοντο. fragm. Moſc. et vn. Vindob. ὑποθωρήσσοντο.

514. 515. τεῖχος μέν ῥ' ἄλοχοί τε φίλαι καὶ νήπια τέκνα ῥύατ', ἐφεσταότες, μετὰ δ' ἀνέρες, οὓς ἔχε γῆρας. Parmeniſcus diſtinguebat poſt ῥύατ', vt noua inde procederet ſententia: ἐφεσταότες μετὰ δ' ἀνέρες, ne ſoloecum ſit, ἄλοχοι καὶ τέκνα ἐφεσταότες. Schol. A. Memoratum quoque hoc Schol. br. et Euſtath. Recte monuere alii in Schol. A. B. Porphyr. ad vſ. 509 in τέκνα latere ἄρρενας. ἀνέρες, οὓς ἔχε γῆρας Sc. Herc. 245 ἄνδρες οἳ πρεσβῆες ἔσαν, γῆράς τε μέμαρπον. poteſt ſane aliquis poetico ſermone attingere curſu, ſenectutem, aſſequi; ſi tamen ad Homerica haec ſunt attemperata, ſcriptum fuit μέμαρπεν. ſcil. οὓς γῆρας ἐμέμαρπε.

ῥύατο, priore producta, eſt a ῥύω, ῥύομαι, ſeruo, tueor: vnde ἐρρύμην, ἔρρυντο. v. Exc. IV ad lib. A. p. 178 extr. Confundit vocem cum ἐρύω, traho, etiam h. l. Euſtath. cum aliis. Barnes malebat ῥύετ' vt eſſet pro ῥύεται vel ῥύετο.

Vtrumque verſum 514 et 515 excitatum videbis in Ariſtot. de Rep. IX, p. 362. vbi ſexus muliebris operam in defendenda patria commendat. At librum eſſe Strozzae iam ſupra monui. Verſus Heſiodei conueniunt in Scuto 245 ſq. vbi ἀθρόοι ἔντοσθεν πυλέων ἴσαν legendum eſſe, non ἔκτοσθεν, ipſa res ſuadet.

516. οἱ δ' ἴσαν. οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐξήεσαν εἰς τὸν λόχον. Schol. A. Alii, et ipſe Koeppen, malunt ad obſidentes referre. Locus qui ſequitur, eximiae eſt dignitatis.

517. χρύσεια δὲ εἵματα ἕσθην. ἐσθλὴν vitium ed. Amſtelod. et mſ. Lipſ aliud vitium ἧσθην eſt in Porphyr. Qu. Hom. 7. et in vno Vindob. ἧστο.

519. ἀμφὶς ἀριζήλω. circumcirca, vndique, conſpicui. Emendanda hinc gloſſa Heſychii huc ſpectans: ἀμφὶς ἀρίζηλος. ἄγαν περιφανής.

λαοὶ δ' ὑπολίζονες ἦσαν. — „quod vox ὑπολίζονες hoc vno loco occurrit, pro ὀλίγοι." Schol. A. tum Schol. B. ὑπολίζονες. ἥττους τῷ μεγέθει τοῦ σώματος. ὁ δὲ Ἐπαφρόδιτος· τῇ δυνάμει. περισσὴ δὲ ἡ ὑπό vix bene poſtremum: imminuit rem ὑπό. Tenendum autem, quod ὀλίγος Homero ſemper eſt, paruus, non, paucus.

Longum in Ven. A. inſertum eſt Scholion, ex Herodiano puto περὶ προσῳδίας, quo docetur, ὀλίζονες eſſe ſcribendum, et ὄλιζον. fuere ergo qui ſcriberent ὀλιζών. ſicque eſt ap. Stephan. Byz. in Ὀλιζών. add. Euſtath.

ὑπ' ὀλίζονες ἦσαν eſt ap. eund. Stephanum et Porphyr. Qu. Hom. 7. vt ſit ὑπῆσαν. Ita quoque Townl. Vrat. d. et ſic Apollon. Lex. legere debuit, nam recitat: ὀλίζονες. ἥσσονες, ἐλάσσονες. In Heſychio vtrumque eſt: ὑπολίζονες μεγέθει ἐλάσσονες, ὀλιγώτεροι. et: ὀλίζονες, ἥσσονες, ἐλάσσονες. eſt quoque in eo λίζονες, ἢ ὀλίζονες, ἐλάσσονες.

Forma ὑπολίζων vindicatur ab Heſiodo, in quo vſ. 258 Scuti eodem modo ἡμὲν (non ἡ μὲν) ὑφήσσων Ἄτροπος occurrit.

520. ὅθι σφίσιν εἶκε λοχῆσαι. εἶκε, ἔοικε, εἰκὸς ἦν. vbi conuénire viſum eſt, vt inſidias collocarent. „πρέπον καὶ ἐφικτὸν ἦν" Schol. B. ὅπου ἐνεχώρει, ὥστε ἐνεδρεῦσαι. Schol. br. At Euſtath. p. 1160, 18. τὸ δὲ εἶκε, διὰ διφθόγγου, ἔχουσι τὰ τῶν ἀντιγράφων ἀκριβέστερα. καὶ σημαίνει τὸ ἐῴκει, καὶ ἔπρεπεν. εἰ δέ που γράφεται διὰ τοῦ η, (ſcil. σημαίνει) τὸ καθῆκε. (ſcil. ab ἥ-

κω, ἧκον. vnde καθήκω. a quo eſt καθήκει μοι. conuenit. τὰ καθήκοντα. eſſet adeo οὗ καθῆκε λοχῆσαι. dubito tamen ſimplex ἧκε ita dictum eſſe.) Si vero ἧκε ab εἴκω ductum eſſe volebant, ſcribendum erat ἧκε cum iota ſubſcripto; v. Etymol. p. 419, 38. Eſt tamen ἧκε in Vatic.

521. ἐν ποταμῷ, ὅθι τ' ἀρδμὸς ἔην πάντεσσι βοτοῖσι. Schol. B. ἐν ποταμῷ, παρὰ ποταμῷ. inf. 533 ποταμοῖο παρ' ὄχθας.

ἀρδμὸς vulgo ſcribitur. et ἀρδμοὶ ἐπηετανοὶ Od. N, 247. Monent tamen Schol. A. et B. ſcribendum eſſe ἄρδμος, cum ſit ab ἄρδω. Etymologus, etſi hoc concedit, ait tamen: ἀρδμὸς, ποτισμὸς, παρὰ τὸ ἀρδῶ, περισπώμενον. qua analogia hoc fiat, haud addit. In Apollon. Lex. et hinc in Heſych. eſt ἀρδμὸς expreſſum ποτισμὸς, καὶ ἄρσαι καὶ ἄρδειν, τὸ ποτίζειν. Schol. br. ἀρδμὸς, ποτισμός. ἀρθμὸς δὲ, ἡ φιλία. βοτοῖσι, βοσκήμασι. vltima ſunt quoque in Apollonio c. verſu. Num ſit ϝαρδμος, v. in Excurſu de Digammo h. v.

522. ἔνθ' ἄρα τοί γ' ἵζοντ', εἰλυμένοι αἴθοπι χαλκῷ. Homericum eſt ϝειλυμενοι, v. Exc. de Digammo, et ſup. ad Λ, 156. M, 286. ergo ἵζοντ' locum habere nequit. Emendauit iam Bentl. ἵζον εἰλυμένοι, vt Jl. I, 13 ἵζον δ' εἰν ἀγορῇ, et ibid. vſ. 87. et de ipſis inſidiis, in quibus ἵζειν proprium eſt, N, 281 ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρου πόδας ἵζει.

εἰλυμένους, ſcutis tectos, vidimus iam P, 492 βοέῃς εἰλυμένω ὤμους. nunc χαλκῷ ſpectat ad ſitum ſedentis et inclinantis corpus, inſidentisque calcibus. Schol. br. omnino armatos, accipiunt, περιβεβλημένοι, κεκαλυμμένοι. Comparat Euſtath. εἱμένοι, ἐπιειμένοι, vt T, 233 ἑσσάμενοι χροῒ χαλκόν.

523. τοῖσι δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε δύω σκοποὶ εἵατο λαῶν. τοῖσι haud dubie iis qui in inſidiis latebant. Alii tamen τοῖσι ſcil. hoſtibus. Ita quoque Philoſtr. l. l. p. 878.

δύο σκοποὶ ſcribebatur in edd. ante Barnes, nec male. δύω ille repoſuit e Barocc. cui ſoli haud ob-

temperarem, nisi accederent alii boni codd. etiam Ven. et fragm. Mosc. Caussam ille memorat, quod *δύο* seruandum sit neutri: vt sup. 507 *δύο τάλαντα.* Repugnat tamen vsus, qui apud Homerum quidem est promiscuus in *δύο* et *δύω*. etsi multa commenta sunt grammaticorum. Hoc vtique loco poteramus carere *τῷ ω* ante *σκοποί.*

525. *οἱ δὲ τάχα προγένοντο.* Notatur hoc tanquam Homericum pro *παρεγένοντο*, ap. Hesych. Et disertius Eustath. *τὸ δὲ προεγένοντο ἀντὶ τοῦ, προέκοψαν τῇ ὁδῷ· ἤ, ἀντικρὺ καὶ ἔμπροσθεν ἐγένοντο.* Idem erat Δ, 382 *πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο.*

οἱ δὲ, οἱ βοῦς καὶ τὰ μῆλα, et 523. *τοῖσι δὲ, αὐτοῖς τοῖς ἐνεδρεύουσι* Schol. B.

526. *τερπόμενοι σύριγξι.* Vrat. A. *τερπομένω.*

527. *προϊδόντες ἐπέδραμον.* Vat. *ὑπέδραμον* vel *ἐπέδραμον.*

528. *τάμνοντ' ἀμφὶ βοῶν ἀγέλας.* esse dictum pro *ἀμφετάμνοντο* manifestum sit; at quaeritur sitne e poetae sententia *τάμνοντο* an *τάμνον τ'.* nam actiuum frequentatur in simplici *τάμνω*, et in compositis. *τάμνον τ'* maluisse videntur Aldd. et Turneb. Alterum *τάμνοντ'* pro *ἐτάμνοντο*, etsi scribitur fere sic vt discerni parum possit, in fragm. Mosc. et Veneto signate expressum est. Agnoscit quoque Eustathius. Et potest pro eo laudari Od. Ω, 112 vbi in simili re et notione: *βοῦς περιταμνομένους* (*ὑμᾶς*) *ἠδ' οἰῶν πώεα καλά.* et Λ, 401 *σὲ — βοῦς περιταμνόμενον ἠδ' οἰῶν πώεα καλά.* et, quod omnem controversiam conficit, copulae *τε* nullus est commodus locus. Est autem *ἀμφιταμέσθαι* quod etiam *ἀποταμεῖν*, de abigeis, qui partem armentorum intercipiunt, et abigunt: *ἀπήλαυνον* Sch. B. Apollon. in *τάμνεν.* — *ἐπὶ δὲ τοῦ ἐλαύνειν· τάμνοντ' ἀμφὶ βοῶν ἀγέλας καὶ πώεα μήλων.* ita, *μήλων*, pro *καλά.* de quo agit Toll. ad e. l. *τάμνοντ' ἀμφὶ, περιήλαυνον* Hesych. *περιέταμον. περιῄρουν. ἀπεχώριζον.* Sch. br.

529. ἀργεννῶν οἰῶν. ἀργενάων Mori. At Δ, 198. Z, 424 iam vidimus ἀργεννὰς eſſe λευκάς.

κτεῖνον δ' ἐπὶ — miror neminem ſcribere κτεῖνον δ' ἔπι, pro ἐπέκτεινον.

530. οἱ δ' ὡς οὖν ἐπύθοντο. οἱ πολιορκοῦντες. Sch. B. et recte; collocauerant illi ſtationes ante caſtra. At Sch. A. οἱ ἐν τῇ πόλει οὓς προύπεμψαν. quod non ſequar. Aberrat quoque ſic Philoſtratus l. l. p. 878.

πολὺν κέλαδον παρὰ βουσίν. περὶ βουσὶν Barocc. Lipſ.

531. εἰράων προπάροιθε καθήμενοι. In vulgg. male ἱράων, quod emendatum iam in Ald. 2. et hinc profectis, Turnebo quoque. Iterum corrupit H. Stephanus, Romanam ſequutus et ſcripſit ἱράων, quod in Barneſio miror, qui tamen Schol. br. appoſuit: ἀπὸ τοῦ εἴρειν καὶ λέγειν. ὡς Ἶρος. Poterat ἱράων teneri, et praetuliſſem, niſi auctoritas codd. potiore loco habenda eſſet, Mori. Harl. Vat. Veneti A. fragm. Moſc. in quibus ſcribitur εἰράων. Schol. A. ὅτι εἴρας λέγει τὰς ἀγορὰς σχηματίζων ἀπὸ τοῦ ἐρεῖν, ὅ ἐστι λέγειν. vt modo Schol. br. pronuntiare dixi. adde Apollon. Lex. in h. v. quae male ſcripta ibi eſt ἱεράων pro εἰράων (vbi v. Toll.) et Heſych. in εἰράων et ἱράων. Etymol. in εἴρην et ἶραι. cum Euſtathio. Legitur quoque vox ap. Heſiod. Theog. 804 δεκάτῳ δ' ἐπιμίσγεται αὖτις εἴραις ἀθανάτων. quod reſtituit Ruhnk. pro εἴρεας.

ἰράων eſt in Lipſ. at ἱράων in Ven. B. fragm. Moſc. Euſtath. Suida in ἱρὰ et in vulgaribus codd.

Enimuero quae ſunt h. l. αἱ εἶραι vel ἶραι? et quinam οἱ προκαθιζόμενοι τῶν εἰράων? interpretantur ἀγορὰς, ἐκκλησίας, βουλευτήρια. Sic Schol. A. br. Schol. B. βουλευτήρια. et Apollon. Lex. ἐκκλησιαστήρια. Scilicet non cogitandum eſt de caſtris foſſa et vallo munitis, ſed de campo, in quo exercitus tendit; eſt in medio locus, quo conuenitur vndique, forum, ἀγορά. vt Λ, 806 ἵνα σφ' ἀγορή τε θέμις τε ἤην. Iam εἶραι eſſe poſſunt loca illa publica, aut ipſi coetus in locis publicis collecti. οἱ προπάροιθε εἰρῶν καθήμενοι ſunt ergo iidem, qui dicuntur alias ante caſtra excubare ad ſpeculandum hoſtem. ſunt

iidem qui K, 180 *φύλακες ἀγρόμενοι* erant. Vulgo de concione, quae cum maxime habetur, vox *εἰράων* accipitur; nullo bono cum ſenſu.

532. *αὐτίκ' ἐφ' ἵππων βάντες ἀερσιπόδων.* vſu Homerico *ἐφ' ἵππων* accipiendum eſt de curribus. Equi *ἀερσίποδες* iam lecti ſunt Γ, 127.

533. *στησάμενοι δὲ μάχοντο.* diſerte fragm. Moſc. et Schol. B. ad vſ. 473 Ionice pro vulgato *δ' ἐμάχοντο.* Repetuntur verſus ſqq. in Heracl. Alleg. c. 48. tanquam Homerici.

535—540. Hi verſus multo ſimiliores ſunt venae Heſiodeae quam Homericae; leguntur quoque in Scuto vſſ. 156—159. et res repetita altero loco vbi *Κῆρες* foedo more ſaeuiunt 249 ſq. Extremi verſus 539. 540. mera repetitio ſunt.

535. *ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ὁμίλεον, ἐν δ' ὀλοὴ Κήρ.* Laudat verſum Plutarch. adu. Colotem p. 1152 extr. vbi eſt *ἐν δ' ὀλοὸν κῆρ* corrupte. idem non Homerum memorat, ſed: *ἀλλ' ὥςπερ οἱ ποιηταὶ πολλάκις ἀνειδωλοποιοῦντες λέγουσι.*

ὁμίλεον poteſt eſſe verſabantur; melius tamen, quo ipſa res vocat, pugnabant, vt iterum vſ. 539 *ὡμίλευν ἠδὲ μάχοντο.* et ſic ſaepe: v. ad E, 86. Apud Heſiodum eſt *ἐθύνεον.* grauius verbum. Laudatur imitatio Virgiliana Aen. VIII, 700 *Saeuit medio in certamine Mauors* etc. quem breuitate et numeris ſuperari cenſebat Erneſti; ſcilicet reſpiciens repetitum *ἐν δὲ,* et remittens ad Callim. Hymn. in Cer. 54.

Κυδοιμός. θόρυβος, τάραχος, in Apollon. Lex. Poſſis hinc colligere, locum noſtrum ei eſſe lectum; ſed legitur quoque *καὶ ἄσπετος ὦρτο κυδοιμὸς* K, 527.

536. 537. *ἄλλον ζωὸν ἔχουσα — ἄλλον τεθνειῶτα.* Accipitur in Schol. A. et Schol. exc. ac ſi eſſet *ἄλλη — ἄλλη.* Ita deberent eſſe *Κῆρες* plures, vt in Heſiodo v. 249.

Verſus laudat Plutarch. Quaeſt. Plat. ſub. f. p. 1010. ſed ſine nomine poetae: pro exemplo, quantam vim ad affectum et concitationem habeat omiſſio copulae.

536. ἄλλον ἄουτον. ἄτρωτον. Philoſtr. p. 878. quem vide παραφράζοντα verſus. Supra Δ, 540 erat ἀνούτατος.

537. ἄλλον τεθνειῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖϊν. Ex more ac praecepto ſuo τεθνηῶτα hic et vſ. 540 Ariſtarchus; eum ſequuntur Cant. Mori. Barocc. Lipſ. Townl. Vrat. b. d.

κατὰ μόθον. In Heraclide l. c. κατὰ χθονὸς ἕλκε ποδοῖϊν.

538. εἷμα — δαφοινεὸν αἵματι φωτῶν. Acui δαφοινεὸν monent Schol. A. et Euſtath. et eſſe φόνου πλῆρες, Schol. A. quod alias δαφοινόν. v. ad Β, 308.

539. ὡμίλευν δ', dubites, num de deabus accipias propter vſ. ſequ. νεκρούς δ' ἀλλήλων. quod de dea Parca dictum paullo ante vſ. 536. an de ipſis pugnantibus: ita vterque verſus mera eſt repetitio; probabile, memoriter ab aliquo rhapſodo intexta; ſaltem vltimus verſus eſt ſpurius. Philoſtratus ὡμίλευν ad pugnantes refert p. 878 extr. ὡμίλεον Harl. fr. Moſc. et Galen. ad Hippocr. de fracturis To. XII p. 293. cf. ſup. ad vſ. 493.

ὥςτε ζωοὶ βροτοί. Heſiod. Sc. Herc. 189 καί τε συναΐκτην, ὡςεὶ ζωοί περ ἐόντες; at qui ſequitur verſus 190. videtur eſſe inſititius.

540. νεκρούς τ' ἀλλήλων ἔρυον κατατεθνειῶτας. „ὅτι ἐπὶ τῶν τοιούτων τόπων οἱ γλωσσογράφοι τοὺς νεκροὺς τοὺς νέους ὑπέλαβον λέγεσθαι.“ Schol. A. Quaeras, quorſum haec notatio pertineat. Loca, in quibus multa corpora iacent proſtrata, νεκάδας dicta eſſe, et per grammaticos reddita τὰς τῶν νεκρῶν τάξεις, vidimus ſupra ad Ε, 886. Ad has obſeruat Etymologus p. 600, l. 5. οἱ δὲ νεώτεροι καὶ τὰς τῶν ὁπλιτῶν τάξεις οὕτω καλοῦσι. Vix aſſequaris, alicui in mentem veniſſe νεκάδας etiam viuentium militum ordines appellare; ſic tamen Callimachus, reprehenſus νεκάδας ψιλῶς τὰς τάξεις νενοηκώς, ap. He-

ſych. in *νεκάδεσσι*. (Fragm. CCXXXI.) Itaque Suidas: *νεκάδες, νεκροί. καταχρηστικῶς δὲ, καὶ αἱ τῶν ζώων τάξεις.* vbi vides nil eſſe mutandum. Et in Heſych. *νέκες. νεκροί. ἀνίαι. ἀρχαῖοι. νέοι.* apparet hinc, legendum eſſe: *νεκάδες. νεκροί. νεανίαι.* et forte totum Scholion refingendum: *νεκάδες, νεκροί. οἱ ἀρχαῖοι. νεανίαι, οἱ νεώτεροι.*

νεκροὺς κατατεθνειῶτας vidimus iam Z, 21. H, 409. K, 343. per *η* ſcriptum *κατατεθνηῶτας* modo vſ. 537.

541. *ἐν δὲ τίθει* Ionice fragm. Moſc. Vrat. b. Euſtath. p. 1135 f. et hoc in ſeqq. locis ſeruabimus. „*γρ. ἔνθ' ἐτίθει.*“ Barnes ex vſ. 561. Eſt idem quod *ἔτευξεν. ἐποίησεν. ἐνεποίησεν.* in ſqq.

νειὸν μαλακήν. Supra K, 353 *ἑλκέμεναι νειοῖο βαθείης πηκτὸν ἄροτρον.* vbi v. Obſſ. Spectat ad h. v. Apollon. Lex. *ἡ ἠροτριαμένη γῆ. νέα γὰρ φαίνεται.* et ex eo Heſych. h. v. vbi v. Notas. vtroque loco *νεῖος* ſcribitur. Schol. A. cum Schol. br. „*νειὸν, τὴν λεγομένην νεατὸν, ὅ ἐστιν, ἠροτριασμένην, ἁπαλὴν καὶ διακεχυμένην. ὡς γὰρ νέα φαίνεται ἡ τοιαύτη.*

542. *τρίπολον.* Apollon. Lex. *ἡ κυρίως τρὶς πεπολημένη γῆ. τουτέστι μεταβεβλημένη.* Similia Heſych. *τρὶς ἠροτριασμένην* Sch. B. et Sch. br. cf. Pollux I, 222. Iterum Od. E, 127. et ap. Heſiodum. Vnde apparet, cultum terrae iam tum eo fuiſſe adductum, vt ter ararent.

543. *ζεύγεα δινεύοντες ἐλάστρεον ἔνθα καὶ ἔνθα. ἐλάστεον* Vrat. d. *ἐλαστρεῖν* pro *ἐλαύνειν*, forma accurate notata ab Etymol. laudato hoc verſu; add. Heſych. Occurrit quoque vox ap. Herodotum. cf. Euſtath. Mſ. Lipſ. et Moſc. *ἐλάστρευον* quod Erneſti non contemnendum eſſe ait; eſt enim in Heſych. *ἐλάστρευον, ἤλαυνον.* Adverſatur tamen metro. Etiam in Heſych. eſt *ἔλαστρον,* vitioſe et hoc.

δινεύοντες, quod mox *στρέφοντες* ad finem ſulci.

544. *οἱ δ' ὁπότε στρέψαντες ἱκοίατο τέλσον ἀρούρης.* v. ſup. ad N, 707. Manifeſte h. l. terminus agri et ſulci ducendi.

τρέψαντες Harl. Vat. et 546 *τρέψασκον.*

545. *μελιηδέος οἴνου*. Cum *ϝοινου* ſcriptum fuerit, video iam Bentleium de metro ſollicitum fuiſſe; Tentauerat ille varia: *μέλανος ϝοίνοιο* vt Od. E, 265. vel *Τοῖσι δ' ἔπειτα δέπας μελιηδέος ἐν χερὶ ϝοίνου*. vel *ἐν χερσὶ τιθεὶς*, vel *ἐν χερσὶ ϝαλις μελιηδέα ϝοῖνον*. vel *ἐν χερσὶ ϝεκαστω ϝηδεα ϝοῖνον*. Supereſt, vt pronuntiando *εος* in vnam ſyllabam contrahenda dicas: — *μελιηδεος ϝοινου*, vt verſus ſit ſpondeacus. (*σπονδειακός*. non ſpondaicus, aut ſpondaeus.)

546. *τοὶ δὲ στρέψασκον ἀν' ὄγμους*. Vidimus vocem iam ſup. Λ, 68. vbi de meſſe *ὥστ' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν ὄγμον ἐλαύνωσι*, quaerebatur ſitne ſulcus agri, an ſegetis reciſae ſeries, an metentium ordines. Ambiguitatem faciebat vox *ἐλαύνειν*, et praue immixtum etymi voc. *ὄγμος* ſtudium. Videbatur apertum eſſe, ad ipſos meſſores *ὄγμον* ſpectare et tam *metentium ordinem*, quam *ſeriem cadentium ſtipularum* declarare. Ita inf. 552 cadunt manipuli *μετ' ὄγμον*, *ſerie* qua falce reciduntur, et 557 herus ſtat *ἐπ' ὄγμου* apud hanc *ſeriem* ſeu meſſorum ſeu meſſae frugis. At h. l. 546 non de meſſe, ſed de *aratione* agitur: an et hic *aratorum ordines* *ὄγμους* dictos putabimus? nam *πολλοὶ ἀροτῆρες* memorantur. Ita converſi in ſulci limite arantes iuga boum *ſerie*, per ſeries, agunt. tanquam in lato campo, multis iugis opus facientibus. Nam propria haec ac primitiua vocis vis eſſe videtur, vt ſit *ſeries τάξις*; et quidem primario *τῆς φυτείας*, tum et in metendo. Eo ducit Etymol. *ὄγμος ἡ ἐπίστιχος φυτεία τῶν δένδρων* (quae tamen *ὄρχος* communi nomine dicitur, etiam Od. H, 128) *καὶ κατὰ τάξιν ἀγωγή*. Si itaque de etymo quaerebatur, debebat non ab *οἴγω*, ſed ab *ἔχω*, *ἔχεσθαι* (de rebus continuis) vel ab *ἄγεσθαι*, duci *ὄχμος* et *ὄγμος*· quae recte ſubiungit Etymol. h. v. Tandem vox omnino ordinem incedentium deſignauit, vt docet Heſychii gloſſa in *ὄγμος*· vnde *ὀγμεύειν per ordines incedere*. Attamen accipi ſolet vulgo ſecundum Schol. br. *ἀν' ὄγμους*, *per ſulcos*. Euſtath. *ὄγμοι δὲ φανερῶς ἐνταῦθα αἱ τοῦ ἀρότρου τομαί*.

In Apollon. Lex. ὄγμους. τοὺς τῶν θεριζόντων στίχους. καὶ τοὺς αὔλακας. Spectat ad locum noſtrum alterum, nam de aratione, non de meſſe, agitur. Heſych. ὀγμούς, τοὺς αὔλακας. διὰ τὸ ὀγμοὺς εἶναι f. οἰγμούς, nam ab οἴγω ducunt. At in Schol. B. Epaphroditus memoratur, qui nec τὴν ἐπίστιχον τάξιν, ſed τὰς ἑλκύσεις intelligebat: ſi *boum tractus eadem ſerie* actos intellexit, haud male; verum idem tricatus eſt in etymo, ab οἴγω, et additur: ἢ τὴν συνέχειαν τῶν αὐλάκων.

οἱ δὲ τρέψασκον Harl. Vrat. d. vn. Vindob. vt modo 544. οἱ δὲ eſt quoque in Cant. Vrat. b. in Flor. Aldd. omnibus. τοὶ δὲ ex ed. Rom. fluxit in Turn. probatque Ern.

547. ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι. Sic ſup. N, 707 boum iugum: τὼ μέν τε — Ἱεμένω κατὰ ὦλκα, ad q. l. vide Obſſ. τέλσον ἀρούρης debet accipi vt modo 544 de altera ſulci extremitate; at ſolent ad finem operis totiusque arationis referre duce Euſtathio.

βαθείης ambiguum quo ſenſu dictum ſit: l. de agri magnitudine, l. de ſoli mollitie, vt alte deſcendat vomer.

548. ἀρηρομένῃ δὲ ἐῴκει. ἀρηρομένῃ. vnde ducta vox ſit, plura cumulat Sch. B. praeſtat ab ἄρω vel ἄρωμι, ἄρομαι. ἀρήρομαι, aro, ducere. Sch. br. ἠροτριασμένῃ reddunt quod et in Apollon. Lex. h. v. reſtituendum eſſe pro ἠροτριαμένῃ iam monitum eſt. In iisdem iota ſubſcriptum excidit, vt et in edd. Flor. Aldd. Turn. Additum in Rom. et hinc in Steph. In nonnullis exemplaribus ἀρηρεμένῃ offenderat Euſtath. καὶ ἴσως οὐκ ὀρθῶς. Scriptum ſic etiam in Veneto legitur. Ita dicendum, fuiſſe quoque formam ἀρήρημι. ἀρήρεμαι vt τίθεμαι. In Apollon. I, 787. et IV, 677 etiam occurrit ἀρηρεμένας· poterat emendari ἀρηρομένας et ἀρηραμένας. alterum hoc firmarunt codices. Eſt ibi ἀρήρω, ab ἄρω iungo.

549. τὸ δὴ πέρι θαῦμα τέτυκτο. περὶ an πέρι ſcribas, idem eſt: eſt *admodum*. θαῦμα τέτυκτο. Euſtath. Vat, Vrat, b. d. fragm. Moſc. vn. Vindob. Lipſ. Ven.

et ad eum Sch. A. *οὕτως τέτυκτο, Ἀρίσταρχος. Ἰακῶς.* pro vulgari *θαῦμ' ἐτέτυκτο.*

550. *ἐν δὲ τίθει τέμενος βαθυλήϊον·* ⟝ „quod *τέμενος* dixit *τὸν ἀποτετμημένον τόπον*" Sch. A. Eſt h. l. ſimpl. ager.

Porro *τέμενος βασιλήϊον* Ven. A. B. quo ſpectat Sch. B. *δεσπότην τοῦ κλήρου βασιλέα φησί·* recte hoc; ſed ſpectat ad vſ. 556. ex quo aliquis hoc *βασιλήϊον* commentus eſt, quod et fragm. Moſc. habet, et Euſtath. norat p. 1162, 19 et lectum iam erat in Ald. 2 et ſequacibus. In Flor. et Ald. 1. erat *βαθὺ λήϊον*, quod Euſtathius norat ab aliis ſcribi, et lectum eſt ſup. B, 147. Reſtitutum *βαθυλήϊον* a Turnebo ex ed. Rom. Spectat ad h. l. in Heſych. *βαθὺ λήϊον* vel *βαθυλήϊον, πολύκαρπον πεδίον.* et Etymol. *βαθυλήϊος, ἀντὶ τοῦ, πολυλήϊος, πολύσιτος·* Suidas, *σιτοφόρον πεδίον.*

ἔνθα δ' ἔριθοι ἤμων. Schol. A. „*ἔριθοι. νῦν ἐργάται, γεωργοί.*" ſimilia Heſych „*καταχρηστικῶς δὲ καὶ οἱ μισθοῦ ἐργαζόμενοι.*" pars horum eſt quoque in Schol. br. altero tamen modo de mercenariis interpretatur Schol. B. iterum ad vſ. 560. cum Etymol. et Euſtath. add. Polluc. I, 221. Argutantur omnes in etymo ex *ἔρα*, terra, vel *ἐρίζω. συνέριθος* Platoni et aliis ſimpliciter eſt *συνεργός.* v. Timaei Lex. h. v. cum Nota. et ſic Od. Z, 32 *καί τοι ἐγὼ συνέριθος ἅμ' ἕψομαι* de Nauſicaae amica et comite.

ἐν δὲ τίθει in capite verſus, Ionicum quod et codd. habent, vt Vrat. b. erat *ἔνθ' ἐτίθει* in edd. Flor. Aldd. emendatum a Turnebo ex Rom. *ἐν δ' ἐτίθει.*

551. *δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες.* „*δρεπάνας Ἰακῶς.* vt *τάφρη. ἀστραγάλη.*" Schol. B. Scilicet vulgare eſt *τὸ δρέπανον.*

552. *δράγματα δ' ἄλλα μετ' ὄγμον ἐπήτριμα πῖπτον ἔραζε. μετ' ὄγμον* v. ad vſ. 546. Erneſti: „*ἄλλα μὲν* Flor. Ald. 1. non ſpernendum; *ἄλλα μὲν, ἄλλα δέ.*" Quid tamen faciemus *τῷ, ὄγμον*? tum eſt in iſtis edd. manifeſtum vitium typographicum, *ἄλλα μὲν μετ' ὄγμον. δράγματα, τὰ τῶν χειρῶν πληρώματα* Schol. Moſc.

ἐπήτριμα. ἐπάλληλα. πυκνά. Schol. br. et hemiſtichio adſcripto Apollon. Lex. ἄλλ' ἐπ' ἀλλήλοις. De voc. vide ſup. vſ. 211.

πίπτον ἔραζε Vrat. d. vn. Vindob.

Poſt hunc verſum 552 memorat Euſtath. p. 1156 extr. ad vſ. 490. ex Agallia Corcyraeo recitans, olim nonnullos adſcripſiſſe alium verſum: καρπὸν Ἐλευσινίης Δημήτερος ἀγλαοδώρου. apparet hoc interpolatum ſtudio eorum, qui clipei argumentum ad Athenas et Eleuſinem referebant: quod ad vſ. 490 vidimus. Retulit tamen verſum inter fragmenta Homeri Barneſ. et emendauit Ἐλευσῖνος.

553. ἄλλα δ' ἀμαλλοδετῆρες ἐν ἐλλεδανοῖσι δέοντο. ἀμαλοδετῆρες vno λ edd. Flor. Ald. 1. emendatum in Ald. 2. ſunt οἱ τὰς ἀμάλλας τῶν ἀσταχύων δεσμεύοντες, vt Apollon. Lex. Similia Heſych. Et Etymol. ἄμαλλα δὲ ἡ ἐκ πολλῶν δραγμάτων συναγωγή. Collegit plura ex antiquis lexicis Euſtathius.

ἐν ἐλλεδανοῖσι δέοντο. Etiam in Scuto Herc. 291 οἱ δ' ἄρ ἐν ἐλλεδανοῖσι δέον. Apollon. Lex. ἐλλεδανοί. οἱ δεσμοὶ, οἷς συνειλούμενα δεῖται τὰ δράγματα. paria habet Etymologus. Appellari hos οὐλοδέτας addit Sch. B. οὐλαὶ γὰρ αἱ κριθαί. et Etymol. in ἀμαλλεύειν. δραγμεύειν. ἀμάλλιον τὸ νῦν οὐλόδετον. Aſperatur prima ἑλλεδανοῖσι in Etymol. et Heſych. ἑλλεδανοῖσι, δεσμοῖς. εἰλεδανοῖσι eſt in Ald. 2. et ſequ. tum in mſ. Lipſ. de quo egit Erneſti in nota. Forma potuit eſſe multiplex: nam ducta vox eſt ab εἰλέω, quod et εἱλέω, ex ἕλω, ἑλέω, ϝελω, ϝειλεω. Ita potuit quoque olim ſcriptum eſſe ἄλλα δ' ἀμαλλοδετῆρες εϝειλεδανοισι δέοντο.

555. παῖδες δραγμεύοντες. Mori vitioſe δραγματεύοντες.

556. βασιλεὺς δ' ἐν τοῖσι. herus, antiquo more. ſollennior tamen vox ἄναξ.

557. σκῆπτρον ἔχων ἑστήκει. Ita Ariſtarchus, (vt alibi: v. ad Δ, 329.) Alii εἱστήκει" Schol. A. hoc in Euſtath, Lipſ. binis Vindob.

ἐπ' ὄγμου. Vat. ἐπ' ὄγμον. ſicque Flor. Aldd. mutatum ex Romana.

559. βοῦν δ' ἱερεύσαντες. ἱρεύσαντες de ſuo intulerat Barnes: iterum eiecit Clarke.

560. δεῖπνον ἐρίθοισι. — „ὅτι τὸ ὑφ' ἡμῶν ἄριστον" Schol. A. et Heſych. Vidimus iam B, 381 et al. Addit Schol. A. καὶ ὅτι ἔριθος πᾶς ὁ μισθοῦ ἐργαζόμενος. v. ad vſ. 550 ſicque Schol. B.

λευκ' ἄλφιτα πολλὰ πάλυνον. Schol. A. ἄλλως· πόλλ' ἐπάλυνον. (ſicque vn. Vindob.) fragm. Moſc. πόλλ' ἄ. λευκ' ἐπάλυνον. Nunc πολλὰ πάλυνον vbique obtinet: niſi quod πάλυναν vn. Vindob. De voce παλύνειν v. dicta ad K, 7. ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνε in potione paranda, Λ, 639.

561. ἐν δὲ τίθει Vrat. b. d. vn. Vindob. „γρ. ἔνθ' ἐτίθει Barnes ex vſ. 550.

σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν. proprie αἱ ἄμπελοι βρίθουσι σταφυλαῖς. Homerica expreſſit quoque Theocr. Id. I, 46 πυρναίαις σταφυλαῖσι καλὸν βέβριθεν ἀλωά.

562. μέλανες δ' ἀνὰ βότρυες ἦσαν. Barocc. Mori. ἄρα. ſed ἀνὰ abſolute pro ἀνὰ τὴν ἀλωὴν, τὴν ἄμπελον. Quale autem e ſermonis proprietate discrimen ſit inter σταφυλὴν et βότρυν non magis definitum video, quam inter racemum et vuam; videtur tamen βότρυς eſſe ipſa congeries τῶν ῥαγῶν, acinorum, vua; σταφυλὴ autem proprie eſſe racemus, pediculus, cui inhaerent ῥάγες, e quibus βότρυς conſtat.

563. ἑστήκει δὲ κάμαξι διαμπερὲς ἀργυρέῃσι. εἱστήκει alii, vt fragm. Moſc. Vrat. d. quod paullo ante vidimus vſ. 557. et δι' ἀμπερές. ἑστήκει κάμαξι ſcil. ἡ ἀλωὴ, αἱ ἄμπελοι ἑστήκεισαν ἀνὰ, ἐν, ταῖς κάμαξι.

κάμαξι — ἀργυρέῃσι. Zenodotus ἀργυρέοισι. ſicque Barocc. Harl. fr. Moſc. Vtroque genere ὁ καὶ ἡ κάμαξ fuit frequentatum; vt tamen grammatici tradunt, ſenſu diverſo; ὁ κάμαξ, vallus in foſſa depactus: τοὺς ἐν τάφρῳ πεπηγμένους πασσάλους, in Etymol. At ἡ κάμαξ, pa-

lus, cui vitis alligatur; laudato hoc verſu, et altero Heſiodi in Sc. Herc. 298. qui locus miſere eſt laciniis alienis foedatus 292 — 301. Simile exemplum eſt ὁ καὶ ἡ χάραξ apud Ammonium, Moeridem, alios. Ceterum h. l. conueniunt omnes κάμακας eſſe palos, quibus vites ſuſtinentur: Schol. Etymol. Heſych. Euſtath.

564. ἀμφὶ δὲ, κυανέην κάπετον, περὶ δ', ἕρκος ἔλασσε. Supra H, 450 ἀμφὶ δὲ τάφρον ἤλασαν. vt Latini foſſam ducere. Euſtathius: κάπετον ἔλασσεν, καὶ νῦν, ἀντὶ τοῦ, ἐξέτεινε.

565. μία δ' οἴη ἀταρπιτὸς ἦεν ἐπ' αὐτήν. Zenodotus ἐς αὐτήν. et habet rationem ea lectio, addit Schol. A. ἐπ' αὐτῇ fragm. Moſc. adſcripto ῷ.

566. τῇ νίσσοντο φορῆες. νείσσοντο Sch. br. Harl. Lipſ. Townl. Vrat. A. b: duo Vindob. et τὴν εἴσσοντο inde factum in Vrat. d. νίσοντο fr. Moſc. perpetua varietate. v. ad I, 381.

567. ἀταλὰ φρονέοντες. Sch. A. Moſc. et br. cum Suida τρυφερὰ, νήπια, πρᾶα. eſt mera ſollennis Homero periphraſis pro ἁπαλαί. Supra Z, 400 ἀταλάφρων παῖς erat.

568. πλεκτοῖς ἐν ταλάροισι φέρον μελιηδέα καρπόν. Vt nunc verſus legitur, adſcriptus eſt in Heſych. voc. τάλαροι qui alias κάλαθοι ἐρίων ſunt. „Ariſtarchus πλεκτοῖσι ταλαροῖσι" Schol. A. (ſicque Vat.) Laudat hoc ex altero loco Od. I, 247. at pergit: ἐπὶ δὲ τῶν τρυγητικῶν· πλεκτοῖς. ἐν ταλάροισι φέρον μελιηδέα καρπόν.

569. Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι. Variatum in Sc. Herc. 201 ἐν δ' ἄρα μέσσῳ Ἱμερόεν κιθάριζε Διὸς καὶ Λητοῦς υἱὸς χρυσείῃ φόρμιγγι.

570. Ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε. Apud Zenodotum: λίνος δ' ὑπὸ κ. ἀ (quo ſenſu acceperit, non adiectum eſt; haud dubie: cantus, Linus dictus, ſuauiter reſonuit.) Ariſtarchus *genus cantus* intelligi volebat, vt ſi dicas: Παιᾶνα ᾖδεν, ſic Λίνον. Improbabat ille rationem eorum, qui λίνον eſſe volebant

chordam. Monetur porro λίνον esse scribendum, non λινόν. (Apud Herodot. II, 19 Λῖνος est editum. Sed Λίνος priore breui iam in fragm. Hesiod. et alii; ipse Virgil. *Nec Linus; huic mater etc.* Aliud Schol. in Ven. A. et in Schol. br. ἤτοι τὸ λίνον (sic leg.) ᾖδε, ὃ ἐξῆπτο ἀντὶ τῆς νευρᾶς τῆς κιθάρας. Additur: primos homines fidibus e lino vsos esse, chordas intestinorum indignas deo iudicantes; (hoc ex suo ingenio adiecit grammaticus) — ἢ τὴν ἐπὶ Λίνῳ, τῷ Ἀπόλλωνος υἱῷ, ᾠδήν. — (Atque haec aut his similia repetunt alii, in his Eustathius et Suidas.) — In Sch. B. et fragm. Mosc. adiicitur fabula e Philochoro de Lino ab Apolline occiso, quod lineis fidibus chordas substituerat; in eius mortem θρήνους esse factos Thebis. Pergit: ἐστὶ δὲ μέλος θρηνητικὸν ὁ Λίνος μετ' ἰσχνοφωνίας ᾀδόμενος. ἆρα οὖν ὁ νεανίας διὰ τῆς μιμήσεως ταύτης τὰ κατὰ τὸν Λίνον ᾖδεν; (In fr. Mosc. ὁ νεανίας οὖν ἄρα διὰ τῆς μιμήσεως ταύτης τῆς κατὰ τὸν Λίνον ᾖδε.) ἐθρηνεῖτο γὰρ οὗτος παρὰ τῶν Μουσῶν οὕτως· ὦ Λίνε, θεοῖς (vel θεοῖσι) τετιμημένε· σοὶ γὰρ πρώτῳ μέλος ἔδωκαν ἀθάνατοι ἀνθρώποισι φωναῖς λιγυραῖς ἀεῖσαι. Φοῖβος δέ σε κότῳ ἀναιρεῖ. Μοῦσαι δέ σε θρηνέουσι. Vix membra carminis in his agnoscas, nisi forte in vltimis: φωναῖς λιγυραῖς ἀεῖσαι. Φοῖβος δὲ κότῳ σ' ἀνῄρει, Μοῦσαι δέ σε θρηνέουσι. Verum aut conficti illi sunt ex epigrammate, aut huius epigrammatis fundus fuerunt, quod ex Eustathio p. 1163, 59 habemus etiam in Analectis To. III p. 252 CCCCLXXX. Memoratu digniores sunt versus ap. Eustath. l. c. qui omnino h. l. pleniora ex antiquioribus apposuit, seruati ex Hesiodo: qui et in fragmentis Hesiodi habentur. De ipsa fabula nunc non laboramus; v. apposita in Fabric. Bibl. Gr. Harles. To. I. Sufficit Lini, vt Orphei, nomen fuisse celebratum inter antiquissimos ἀοιδούς, fuisse carmen antiquum quod Λίνος appellatum erat; comparatum et confusum esse threnum Aegyptiorum (ap. Herodot. II, 79.) Omnia haec sunt seriorum poetarum: neque in Homero fundum habent.

Sepositis grammaticorum opinationibus et decretis exigamus nunc versus ad rationes grammaticas. Difficultas loci oritur ex ambiguitate structurae et veri vsus vocis *λίνον*. Creditur enim hoc esse posse et ab *ὁ Λίνος*, quod carminis genus est, et *τὸ λίνον* pro chorda dictum, quia linea chorda antiquitus in vsu fuisse narratur. Porro subiectum esse potest *ὁ παῖς* et *τὸ λίνον*.

Iam si *λίνον* pro chorda dicitur et subiectum est, *λίνον ὑπ' ἄειδε, ὑπῆδε, καλὸν (σὺν) φωνῇ λεπταλέῃ*, chorda accinebat cantu suo; ita *φωνὴ* tribuitur fidibus, non absurde. potest quoque *φωνὴ* esse pueri, vt chorda succinat voci pueri cantillantis submissae. In hac interpretatione vsus vocis *λίνον* pro chorda referendus est ad antiquitatem; exemplis enim probare eum non possum.

Sin, quod malis, puer est subiectum, quod recte post *κιθάριζε* fit, continuatur: *ὑπῆδε δὲ ὁ παῖς λίνον φωνῇ λεπταλέῃ καλὸν*, duplex locum habet interpretatio; prior, vt *Λίνος* sit aut priscus ille Linus, *ἀοιδὸς*, quem ille *cantu celebrauit*, *ita ὑπάειδε, ὑπῆδε, Λίνον καλόν*, pulcrum puer Linum cecinit; aut, vt *Λίνος* sit carmen illud sollenne in Linum. Threnos tamen in vindemiatorum sollenni hilaritate saltantibus accinuisse puerum, admodum abhorrens est; etsi ita multi acceperunt cum Aristarcho, et Pausanias IX, 29 p. 766 hoc vel priore modo, duobus versibus adscriptis. Praesidium huic interpretationi petitur ex Hesiodeo fragmento de Lino: *ὃν δή, ὅσοι βροτοί εἰσιν ἀοιδοὶ καὶ κιθαρισταί, πάντες μὲν θρηνοῦσιν ἐν εἰλαπίναις τε χοροῖς τε*. recte, in choris festis locus tali cantus argumento esse potuit, non autem in vindemiatorum saltatione rustica, quae describitur vss. 570. 571. Potest tamen dici Linum etiam aliud idque laetius carmen designasse; *Λίνον* autem et *Αἴλινον* ita dictum esse, ex Euripide et Epicharmo assertum dari posse, pronuntiat Eustath. p. 1164, 8. *Λίνον* ergo, credi potest, simpliciter esse *ᾆσμα* atque ita accepisse videri potest Philostratus iun. c. 10 l. l. p. 879 *παρθένοι τε γὰρ καὶ ἠΐθεοι εὔϊον καὶ βακχικὸν ἐν ῥυθμῷ βαίνουσιν, ἐνδιδόν-*

τος αὐτοῖς τὸν ῥυθμὸν ἑτέρου, ὃν οἶμαι, ξυνίης ἀπό τε τῆς κιθάρας καὶ τοῦ λεπτὸν προςᾴδειν δοκεῖν τοῖς φθόγγοις.

Praeſtat altera interpretatio, vt *λίνον* ſit chorda: puer ἄειδε καλὸν (σὺν) φωνῇ λεπταλέῃ ὑπὸ τὸ λίνον. *puer accinuit ſuauiter voce ſubmiſſa*, vel *tenera, ad fides*: Quod vulgo eſt ὑπᾴδειν λίνῳ, τῇ κιθάρᾳ; Traduxit ex h. l. Hymn. in Merc. 499 ἡ δὲ (κίθαρις) ὑπὸ χειρὸς ἱμερόεν κονάβησε, θεὸς δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισε. Callimach. in Dian. 242 στησάμεναι χορὸν εὐρὺν, ὑπήεισαν δὲ λίγειαι λεπταλέον σύριγγες, ἵνα πλήσσωσιν ὁμαρτῇ etiam ex h. l. Eodem modo in Sc. Herc. 277 τοῖσιν δὲ χοροὶ παίζοντες ἕποντο· τοὶ μὲν ὑπὸ λιγυρῶν συρίγγων (ad fiſtulas) ἵεσαν αὐδὴν, αἱ δ' ὑπὸ φορμίγγων (ad lyram) ἄγαγον χορὸν ἱμερόεντα. ἔνθεν δ' αὖθ' ἑτέρωθε νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ, τοίγε μὲν αὖ παίζοντες ὑπ' ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ, — ὑπ' αὐλητῆρι δ' ἕκαστος πρόσθ' ἔκιον. vbi vides hoc variari diverſis caſibus. Notus vſus τοῦ ὑπὸ, (quem ignorauit grammaticus Ven. B. dum ait, ἡ δὲ ὑπὸ περιττεύει) etſi non vbique omnino idem, vt putabant, a viris doctis ſaepe illuſtratus, vt a Graeuio ad e. l. et a Bach. ad Xenoph. Sympoſ. 6, 3. Conſenſere in hanc interpretationem duo noſtri, Koeppen et Heinrich Obſſ. p. 36. aduerſante tertio, Lenz in Supplem. Sulzeri To. II. P. I, p. 16.

571. λεπταλέῃ φωνῇ. Vrat. A. λεπτείῃ. Callimach. l. c. ὑπήεισαν δὲ λίγειαι λεπταλέον σύριγγες. quod alias λεπτόν. τύπτοντες. et Heſych. Melius per πλήσσειν reddas, vt eſt in Callimacho l. c. quem locum ex noſtro eſſe expreſſum notauit quoque Erneſti, vt et πλήσσειν in Del. 306. Od. Θ, 264 πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν. ibid. 251. et παίειν. Ad ῥήσσοντες ſubintelligendum eſt πέδον. γῆν. Harl. Vat. male πρήσσοντες. Athenaeus lib. I. p. 15 D. hanc ſaltationem ad ὑπορχηματικὸν τρόπον refert, nimis docte. Notum ex Horatio, pulſare tellurem.

ἁμαρτῇ. ὁμαρτῇ vulgo legitur; at ἁμαρτῇ antiquam fuiſſe formam, vidimus ad E, 656. eamque h. l. Venetus ſeruauit. Ante oculos locus fuit Apollonio Arg. I,

539 χορὸν στησάμενοι Φόρμιγγος ὕπο, περὶ βωμὸν, ὁμαρτῇ ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσωσι πόδεσσι.

572. μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο. Apollon. Lex. ἰυγμῷ, ἰαχῇ, Φωνῇ. hoc hemistichio laudato. Nec ignorata vox ceteris glossographis, ἀπὸ τοῦ ἰύζειν. ἰυγή. Eustathius: μολπὴ δὲ ἰυγμοῦ διαφέρει, ὡς καὶ λόγος ἐμμελὴς βοῆς ἀμελοῦς. μολπὴ μὲν γὰρ καὶ μέλπειν μεμελισμένον ἔπος· ἰυγμὸς δὲ καὶ ἰύζειν, Φωνή τις ἄσημος. ὁποῖος καὶ ὁ συριγμός.

σκαίροντες. σκιρτῶντες. Cum cognata sint σπαίρειν, quod nostro est ἀσπαίρειν Γ, 293. K, 521. M, 203. N, 571. et σκαίρειν, quaerunt grammatici de discrimine, idque sic definiunt: esse σπαίρειν ἄμουσόν τινα κίνησιν, e quo genere est quoque σφαδάζειν, σκαίρειν autem ἔμμουσον κίνησιν ὀρχηστικὴν καὶ εὔρυθμον. Schol. B. et Etymol. qui locum excitant Alexidis; emendatum a Grotio Excerpt. Trag. p. 597. In hunc modum acceptam vidimus πολύσκαρθμον Myrinnam de saltatione bellica sup. B, 814. Minus tamen respondent πόρτιες σκαίροντες Od. K, 412 et ἵππος εὔσκαρθμος sup. N, 31. a quibus τὸ εὔμουσον abest. Locum Homeri expressum putabat, et pro χαίρουσα, σκαίρουσα νεβρὸς legebat Wakef. in Eurip. Alcest. 594—8.

573. βοῶν ὀρθοκραιράων. Memoratum epitheton de bubus Θ, 231. et de nauibus sup. Σ, 3. A κραῖρα ductum fatentur omnes, at volunt κραῖραν esse κεφαλὴν, sic Etymol. Hesych. Eustath. ad h. l. Σ, 3 et Od. M, 348. Atqui boues non habent caput erectum, sed cornua. Necesse ergo est, κραῖραν fuisse cornu ex κέρας, κέραιρα. vt ex γέρας, γεραίρω.

574. αἱ δὲ βόες χρυσοῖο τετεύχατο κασσιτέρου τε. Bentl. emendat χρυσοῦ τε τετεύχατο κασσιτέρου τε.

575. μυκηθμῷ δ' ἀπὸ κόπρου ἐπεσσεύοντο νομόνδε." ἀπὸ κόπρου. βοοστασίου. Schol. A. vt et Od. K, 411. Schol. br. τῆς ἐπαύλεως. τοῦ βουστάθμου. Apollon. Lex. h. v. λέγει δὲ καὶ τὴν στάσιν τῶν βοῶν, versu adscripto, et ex eo Hesych. adde Etymol. Eustathius: λέγει τὴν βοῶν ἐπ-

αυλιν, monetque alios ſcripſiſſe κοπρου. ὡς ἐν τύπῳ περιεκτικῷ. h. e. κοπρὸν eſſe congeriem τοῦ κόπρου.

νομῆνδε. Vrat. A.

576. πὰρ ποταμὸν κελάδοντα, περὶ ῥοδανὸν δονακῆα. Ita verſus vulgo lectus et editus et latine redditur: „praeter fluuium reſonantem, admodum rapidum, cannis abundantem.“ Quoties in hunc locum incidi, offendi ad haec duo ſibi repugnantia, fluuium rapidum, eundemque cannis obſitum. Grammaticis nunc inſpectis vidi me perperam laborare in lectione corrupta exponenda: Iuuabit exponere primo loco ea, quae ad lectionem ex antiquis enotaui.

Magnam eius varietatem fuiſſe iam ex Euſtathio et Etymologo conſtabat, neglectis ab editoribus, nunc multo magis ex Schol. A. B. Moſc. Dabo pleniora ex Schol. A. παρὰ Ζηνοδότῳ· „διὰ ῥαδαλόν.“ ὁ δὲ Ἀριστοφάνης, „παρὰ ῥαδαλόν.“ ῥαδαλὸν δὲ ἀκουστέον τὸν εὐκράδαντον δι' ὕψος. Apparet vocem fuiſſe antiquam ῥαδαλὸς, mobilis. Emendandus hinc Schol. B. et Moſc. vbi Zenodotus fertur ſcripſiſſe κραδαλόν. (immo vero ſcripſerat ῥαδαλὸν) ἀντὶ τοῦ εὐκίνητον. οἱονεὶ κραδανόν τινα ὄντα, παρὰ τὸ κραδαίνεσθαι. Apparet quoque veteres iunxiſſe ῥαδαλὸν δονακῆα, non ποταμόν. Porro fuiſſe non παρὰ, ſed διὰ, et ſic habemus ſententiam idoneam et probabilem: *boues properantes ad fluuium ſonantem, per arundinetum mobile, a vento agitatum.* eſt enim amnis ripas euagatus, paludoſas habens ripas, arundinibus obſitas: in quibus armenta paſci amant. Dictus talis locus εἰαμενή. Sic O, 631 boues αἵ ῥα τ' ἐν εἰαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο νέμονται. Schol. B. poſt ea, quae paullo ante adſcripſeram: λέγει δὲ, ὅτι πορεύονται ἐπὶ (in Zenodoto erat διὰ) τὸν καλαμῶνα. καὶ, δι' ἰσχνέτητα καλάμων ἢ ὕψος, εὐκράδαντον. Etymologus: ῥαδαλὸν δονακῆα. οὕτω Ζηνόδοτος. Ἀρίσταρχος δὲ ῥαδηλόν. (hoc corruptum; Ariſtarchea lectio erat ῥοδαιὸν, quod poſthaec videbimus) ῥαδαλὸν δὲ ἀκουστέον τὸ εὐκράδαντον καὶ εὐδιάσειστον διὰ τὸ ὕψος. (ſcil. τῶν δονάκων.) Non tamen perceperat grammaticus, ve-

teres iunxiſſe δονακῆα cum ῥαδαλὸν, itaque ille ineptit in ſeqq. p. 1165, 19.

Scilicet δονακεὺς eſt nomen, et ῥαδαλὸς epitheton; deſignatque δονακεὺς arundinetum. Conſentiunt gloſſae Heſychianae: δονακῆα. τὸν διάσειστον καλαμῶνα. complexa iam eſt gloſſa epitheton ῥαδαλὸν, quod ſuo loco exponitur: ῥαδαλὸν, ἁπαλὸν, εὐ διάσειστον.

Ex ῥαδαλὸν ſubnata eſſe debuit altera lectio ῥαδανὸν et ῥαδινὸν δονακῆα. Ita legiſſe videtur Schol. B. etſi praeſcriptum eſt ῥοδανόν. nam ait: „τὸν ῥαδίως ἀναφύοντα. ἢ τὸν εὐκίνητον διὰ λεπτότητα. Apollon. Lex. ῥαδινόν. λεπτὸν, οἱονεὶ ῥαδανὸν (f. ῥαδονὸν) παρὰ τὸ ῥαδίως δονεῖσθαι. Mixtae hinc ſunt gloſſae Heſychianae: ῥαδινὸν, λεπτὸν, ἰσχνὸν, εὐκίνητον, ἁπαλὸν, εὐδιάσειστον. Hoc ῥαδινὸν videri poterat apte conuenire, ſunt enim κάλαμοι ῥαδινοὶ, λεπτοὶ, ἰσχνοὶ, graciles, mobiles, leues. ῥαδανὸν tamen nec minus videri potuit conuenire, cum ex κραδαίνω, κραδανὸς et κ abiecto ῥαδανὸς analogiam haberet, vt in καυχᾶσθαι, αὐχᾶσθαι. erat quoque in vſu vox ῥαδανίζειν, τὸ τινάσσεσθαι καὶ κινεῖσθαι, τὸ παρὰ ταῖς γυναιξὶ λεγόμενον. ὡς Ἡρακλέων ἐν ὑπομνήματι σ Ἰλιάδος. Verba ſunt Etymologi h. v. et in fine Ὦρος. ex eo itaque haec ſunt ſeruata, quae partim etiam Euſtathius recitat. Etiam Heſych. ῥαδανίζεται, τινάσσεται. Inde emendandus eſt Schol. B. „καὶ ῥοδανίζειν γὰρ αἱ γυναῖκές φασι τὸ συνεχῶς τὴν κρόκην τινάσσειν. idem quod alias κρέκειν. κατακρούειν σπάθῃ. de quibus adeundus eſt Schneider in Ind. ad Scriptt. R. R. Videtur itaque etiam ῥαδάνη fuiſſe, non ῥοδάνη, in Batrachom. 182 πέπλον — ὃν ἐξύφηνα καμοῦσα ἐκ ῥοδάνης λεπτῆς, ſi quidem dictum eſſe apparet pro ſubtemine.

Deuentum tandem eſt ad lectionem ῥοδανὸν, probatam vt ſuſpicari licet Ariſtarcho, parum ſagaciter. Forte praeceſſerat quoque ῥοανὸν, ſaltem ῥοδανὸν hinc deducere placuit. Schol. B. οἱ δὲ ῥοανὸν, ἤτοι ῥευστικὸν καὶ πλεονάσιμον. quod et ap. Euſtath. τὸν οἱονεὶ ῥευστικόν. ὡς ῥοάδη. πλεονασμῷ τοῦ δ'. Locum forte lectioni probandae de-

dit, quod amnis huius nominis est: quem etiam nonnulli intulerant. Verba Etymologi sunt: γράφεται δὲ καὶ παρὰ Ῥοδανόν. ἐστὶ δὲ ποταμός.

Ita ῥοδανὸν δονακῆα lectio facta est vulgata quae omnes codices insedit; non aeque περὶ, quod edd. occupauit; nam παρὰ habent codd. saltem meliores, cum Eustathio: Townl. Vrat. d. A. fragm. Mosc. Ven. et παρα! Cant. Vat. Harl. natum vtrumque ex antecedente πὰρ esse videtur; melius conuenit διὰ ῥ. quod Zenodotus legerat; nam repetitae praepositionis παρὰ non apparet quae vis sit; multo accommodatius esset περὶ, inprimis si iungitur κελάδοντα πέρι.

Vt tam variis modis aberraretur, caussa prima fuisse videtur, quod δονακῆα pro adiectiuo accepere; (atqui hoc erat δονακώδης, Apollon. II, 821 κεῖτο γὰρ ειαμενῇ δονακώδεος ἐν ποταμοῖο. At δονακεὺς, vt Δωριεὺς, χοεὺς et al.) ita videbant ποταμὸν δονακῆα amnem arundinosum bene dici; at τῷ ῥαδαλὸν quid facerent, non aeque constabat. Itaque accepisse videntur primo, δονακῆα ῥοδαλὸν esse arundinosum tenuiter, ἰσχνῶς δονακώδη. vnde absurde pro vna voce habuere ῥαδαλονδονακῆα, et exposuere ἰσχνοκαλαμώδη, quod ap. Schol. B. est, et ap. Eustath. p. 1165, 22.

Dummodo hoc tenuissent δονακῆα esse arundinetum, admitti poterat nec minus lectio ῥαδανὸν, et dubitare licet, annon ea habeat auctoritatem parem quam ῥαδαλόν. Ex quo vero δονακῆα accepere pro arundinosus, turbarunt grammatici reliqua omnia, vt Schol. B. qui ῥαδαλὸν vel ῥαδανὸν legerat, et recte exponit εὐδιάσειστον. εὐκίνητον. διὰ τοὺς ἐν αὐτῷ πεφυκότας καλάμους, mox subiicit: δονακῆα, δόνακας ἔχοντα ἤτοι καλάμους. Quod apud Hesychium est, ῥοδανὸν, τρυφερόν. spectat ad ῥαδανόν.

Legerunt quoque δονακῆεν ap. Schol. A. Φησὶ δὲ Διονύσιος (Thrax) γράφεσθαι καὶ δονακῆεν, κατὰ τὸ οὐδέτερον. ὡς καὶ τὸν πευκῶνα πευκᾶεν. Fuit igitur in aliquo lyrico πευκᾶεν (τὸ πευκῆεν) pro loco pineis consito; et

eodem modo in Homero ſcripſerunt δονακῆεν. vt ſit τὸ δονακῆεν idem quod ὁ καλαμών.

δονακῆσαι indocte vn. Vindob. Philoſtratus iun. l. c. p. 880 pr. vbi reliqua παραφράζει, bene ſibi conſuluit hemiſtichium omittendo.

579. σμερδαλέω δὲ λέοντε δύ' ἐν πρώτῃσι βόεσσι. Zenodotus: κυανέω δὲ λέοντε. minus bene; nam hi colore fuluo debuiſſent reddi.

δύ' ἐν πρώτῃσι βόεσσι. Venetus cum fragm. Moſc. Barocc. Vat. Vrat. b. ἐν πρώτοισι. In Veneto Schol. A. docet, in altera Ariſtarchi fuiſſe δύο πρώτῃσι. melius hoc quam in Lipſ. δύω πρώτῃσι. nulla enim cauſſa τοῦ ω in δύο ante πρ. Memorari autem duo leones praedatum egreſſos, ex more leonum, bene notauerat Koeppen, comparato altero loco E, 554.

580. ταῦρον ἐρύγμηλον ἐχέτην. „μυκώμενον ἐρύγμηλον ſcribendum eſſe multis docetur in Schol. A. contra Tyrannionem qui ſcripſerat ἐρυγμηλόν. Eſſe autem vocem ἀπὸ τοῦ ἐρύγω. ἤρυγεν ὡς ὅτε ταῦρος ἑλκόμενος Il. Y, 404 vnde ἐρύγηλος et ἐρύγμηλος. Sch. A. B. addit hic: ἐρύγω, τὸ ὑπερισχύω. ἐξ οὗ καὶ ἐρυγεῖν, τὸ μετὰ βίας ἀνασπᾶν τὸ πνεῦμα. Similia Euſtathius. Videntur conſtituiſſe vocem primitiuam ἐρύγειν de quacunque exſuperantia, vti ἐρυγὴ eſt ἔκβρασις ap. Heſych. vnde ἐρεύγειν *eructare cibum*, et *vocem*, h. e. vociferari. ἐρύγμηλον. Heſychius: ἐρευγόμενον καὶ μεγάλως μυκώμενον. legendum f. ἢ μ. μ. ſic fere Sch. br. vtrumque iungunt — ἐρίγμηλον Lipſ. Vrat. b. A. ἔχετον Harl.

μακρὰ μεμυκώς v. ad Ω, 420.

581. ἕλκετο. Addit Sch. A. „Sic ſine Iota.“ Fuit ergo et εἵλκετο.

τὸν δὲ κύνες μετεκίαθον. ita vulgo lectum. Zenodotus ediderat: τοὺς δὲ κύνες. et hoc vnice verum; non taurum, ſed *leones* perſequuntur canes et paſtores; et iterum ſequitur: οἱ δὲ νομῆες αὔτως ἐνδίεσαν ταχέας κύνας ὀτρύνοντες. Male igitur hoc quoque loco obtrectandi ſtu-

dio deseruit Zenodotum Aristarchea schola. μετακίαθον Barocc.

582. βύρσην pro βοείην habet Vrat. d. et vn. Vind.

583. τὼ μὲν — ἔγκατα καὶ μέλαν αἷμα λαφύσσετον. ⟜ „quod λαφύσσετον permutato tempore dictum est pro imperfecto ἐλαφυσσέτην." Sch. A. Melius haec, quam quae Sch. B. et grammatici ad K, 364 λαοῦ ἀποτμήξαντε διώκετον, quod pro ἐδιωκέτην positum esse volebant, disputabant: de quibus v. ad eum vs. Praesenti vtitur poeta in re praeterita, vt ipsi scriptores facere solent. — Dicta haec de leone vidimus iam sup. Λ, 175. 176.

584. οἱ δὲ νομῆες αὔτως ἐνδίεσαν, ταχέας κύνας ὀτρύνοντες· ⟜ „quod Zenodotus οὕτως legerat, non videns αὔτως esse κενῶς καὶ πρὸς οὐδὲν, διὰ τὸ εἴδωλα εἶναι." postrema absurde. nam pastores frustra insequuntur, non assequendo leones. „ἐνδίεσαν, παρὰ τὸ δίεσθαι, ὅ ἐστι, διώκεσθαι" (διώκειν) sic sup. vs. 162 accuratius dixisset, παρὰ τὸ δίημι, vnde fit ἐδίην, ἐδίεσαν. Sic ad M, 276 dixerat ἐνδίεσαν, ὡς ἐπίθεσαν. (pro ἐνεδίεσαν.) „σημαίνει δὲ τὸ, ἐπώτρυνον. Et Hesych. ἐνδίεσαν, ἐπώτρυναν. ἐσπούδασαν, et ante eum Apollon. Lex. loco sic corrigendo: ἐνδίεσαν ταχέας κύνας ὀτρύναντες. δύναται εἶναι κυρίως τὸ δίεσαν τῶν ἐπακτήρων, ἀνῆκαν τοὺς κύνας πρὸς τὸν διωγμόν. Pergit Schol. A. „καὶ οὐ προσεκτέον ἐστὶ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ δασύνοντι το ι, καὶ πλεονασμὸν τοῦ ι δεχομένῳ. legendum est τοῦ δ δεχομένῳ. Scripserat Ptolemaeus ἐν δ' ἵεσαν ab ἐνίημι. quod verbum et ipsum esset accommodatum. sed nullus sic locus est particulae δέ. Ex tali codice scriptum est vitiose in Lips. ἐν δ' ἵεσαν, et in Vrat. A. ἐνδύεσαν. Lectionem respicit Eustathius: τινὲς δὲ ἐνίεσάν φασιν ἀντὶ τοῦ ἐνέβαλον, πλεονασμῷ τοῦ δ. ἄλλοι δὲ ἐδίωκόν φασι τὸ ἐδίεσαν, ἀπὸ τοῦ δίω, δίημι, τὸ διώκω.

ὀτρύναντες ed. Flor. ms. Mori. Apollon. Lex. l. l.

585. οἱ δ' ἤτοι δακέειν μὲν ἀπετρωπῶντο λεόντας, pro ἀπετρωπῶντο τοῦ δακεῖν τοὺς λέοντας, dictum est ἀπετρωπῶντο τῶν λεόντων, ὥστε μὴ δακεῖν αὐτούς.

οἵ δή τοι Lipf. Vrat. d. fragm. Mofc. non male. alii οἱ δ' ἤτοι. vt ed. Rom. Euftath. perpetua varietate.

586. ἱστάμενοι δὲ μάλ' ἐγγὺς ὑλάκτεον ἔκ τ' ἀλέοντο. ἐξέκλιναν δακεῖν. Oppofito μάλα ἐγγὺς ὑλάκτεον melius refponderet δὲ, ἐκ δ' ἀλέοντο. Similem locum iam vidimus fup. P, 65. 66. 67. de leone bouem laniante.

587. 8. 9. Hi tres verfus emblemati aliunde illato perquam fimiles funt; funt nimis nudi et ieiuni poft fuperiores tantopere ornatos.

588. νομὸν — μέγαν οἰῶν ἀργεννάων. videtur νομὸς, propter epitheton μέγας, non tam pafcua, quam ipfum gregem declarare.

οἰῶν contra morem antiquiorem oϝιων trinis fyllabis quem paullo antea vidimus vf. 529. ἀργεννῶν oϝιων. de quo v. Excurf. de digammo fub hac voce, vt fup. ad Λ, 677. Poterat tamen facile verfus in folitum morem efferri, ἐν καλῇ βήσσῃ oϝιων μέγαν ἀργεννάων.

589. σταθμούς τε κλισίας τε κατηρεφέας ἰδὲ σηκούς. „σταθμοὺς, τὰς κατ' ἀγροὺς στάσεις τῶν θρεμμάτων· σταθμῶν ῥυτῆρα γενέσθαι (Od. P, 187) καὶ παρὰ σταθμὸν μεγάροιο (Od. P, 96) κλισίας δὲ τὰς τῶν ποιμένων οἰκίας. καὶ σηκοὺς, (bene Sch. br. περιβόλους reddunt) ἔνθα κοιμῶνται τὰ θρέμματα. Sch. A. B. Non autem κατηρεφέας, vt vulgo fit, ad σηκοὺς trahi poteft, nam caules ac fepta ouium non funt tecta, verum σταθμοὶ et κλισίαι, vnde Sch. br. κλισίας reddunt καταστέγους. v. ad B, 137. et cf. ad e. l. Porphyr. Ceterum ingratus eft verfus in fine, et placeret multo magis κατηρεφέας σηκούς τε. Etiam Bentl. ad h. v. offendebat, et hanc ipfam lectionem in Euftathio fe reperire putabat, qui memorat: κατηρεφέας τε σηκοὺς, ἤ, ἰδὲ σηκούς. attamen, vt dixi, κατηρεφεῖς σηκοὶ nefcio an recte dicantur: nifi admodum improprie.

590. ἐν δὲ χορὸν ποίκιλλε. „τὸν τόπον χορὸν εἴρηκεν, οὐ τὸ σύστημα τῶν χορευόντων" Sch. A. non affequare cauffam, nifi in Sch. B. iisdem traditis adiectum effet, *apertum hoc effe* ex fubiecto ἔνθα 593. Quid ni

tamen ἔνθα, *in qua chorea, in quo choro*, esse possit? atque hoc ipsa res postulat. Melius adeo in eo ipso Scholio et in Sch. br. ἄλλως. ἐγκατεσκεύασεν ἐπιμελῶς ὁ Ἥφαιστος καὶ χορὸν ὁμοίαν τάξιν ἔχοντα χορευόντων τῷ ὑπὸ Δαιδάλου τοῦ μηχανικοῦ κατασκευασθέντι τῇ Ἀριάδνῃ, ἐν Κνώσσῳ, πόλει ἐν Κρήτῃ. Probe, nisi quod Daedalum *mechanicum* edit, et opus hoc mechanicum habet, quasi arte redditus fuerit verus chorus. Atqui de opere statuarii agitur, nec tam singulorum signorum, quod nimis amplum et numerosum fuisset, sed de anaglypho opere, satis memorabili.

Ex ipsis enim carminis verbis manifesta fiunt haec: vidisse vel nouisse poetam, qui haec dixit, opus artis apud Cnossios in Creta, quod chorum puerorum et puellarum exhiberet; elaboratum opus audierat esse a Daedalo in gratiam Ariadnes. Alterum hoc ex fama antiqua ductum erat, nec aliud quid declarat, quam, opus illud pro antiquo habitum esse iam poetae aetate. Declarat hoc itaque vestigia artis valde antiqua: modo haberemus accuratiorem operis notitiam! Anaglyphum fuisse facile credas; verum qua arte chorum expressum esse putabimus? puto, rudi, pro rudi antiquitate; potuit tamen vel sic famam habere antiquum monimentum.

Pausanias quidem inter Daedali opera, quae adhuc superesse ferebantur, memorat etiam chorum Ariadnae, opus anaglyphum lib. IX, 11. p. 793 παρὰ τούτοις (τοῖς Κνωσσίοις) δὲ καὶ ὁ τῆς Ἀριάδνης χορὸς, οὗ καὶ Ὅμηρος ἐν τῇ Ἰλιάδι μνήμην ἐποιήσατο, ἐπειργασμένος ἐστὶν, ἐπὶ λευκοῦ λίθου. Serioris tamen manus fuisse opus hoc, Pausaniae visum, saltem memoratum, facile odoreris. Idem Pausanias ex h. l. duxit, quod lib. VII, 4. p. 531 memorat: Daedalus, inquit, ad Minoem fugerat καὶ αὐτῷ τε ἀγάλματα Μίνῳ, καὶ τοῦ Μίνω ταῖς θυγατράσιν ἐποίησε. καθότι καὶ Ὅμηρος ἐν τῇ Ἰλιάδι ἐδήλωσε. De memoratis multis in terris Daedali operibus v. ad Virgil. Aen. VI, 20. Fit quoque probabile Pasiphaes infamiam non aliunde ortum duxisse, quam ab homine aliquo, qui

Daedali artem in tauro ex aere fabricando ad miraculum celebrare voluit, dum eum tam perfecta arte elaboratum diceret, vt in amorem sui raperet. Non apparet poetae nostri animo insedisse imitationem Labyrinthi per choreae flexus esse factam; id quod, vna cum Thesei per Ariadnen liberatione seriorum poetarum commentum esse videtur; etsi verum est, esse passim choreas celebratas, Labyrinthi flexibus similes, referri solitas ad Thesei institutum: sic in Delo, v. Plutarch. Thes. p. 9 D. cf. Pollux IV, 101. Lucian. Salt. s. 34. Fabulati sunt et hoc veteres, οἱ παλαιοὶ apud Eustathium, choreas puerorum cum puellis mixtas originem ab hoc Daedali inuento habuisse: p. 1166, 16.

ποίκιλλε. ποικίλῃ τορνεύσει ἐποίει. Schol. br. variauit arte et figuris; ita enim τὸ ποικίλον dicitur, quod arte, figuris, statu, colore, materia, varium est: vt vidimus aliquoties: v. c ad Δ, 432.

Totus, qui sequitur locus, legitur apud Dionys. Hal. VII, 72 vbi saltationis morem vetustissimum Graecis vindicat, et ap. Athen. IV, p. 181. cf. inf. ad vs. 605.

591. 592. τῷ ἴκελον, οἷόν ποτ'. Schol. B. „πολυθρύλλητον ἐνθάδε τὸ ζήτημα· πῶς ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον μιμεῖται. Absurdam ad quaestionem absurda respondentur. Atqui non Vulcanus dicitur opus Daedali ante oculos habuisse, sed poeta dei opus cum Daedaleo comparat, quia hoc notius erat. Dubitatio tamen ista induxerat Eustathium et alios, vt Daedalum vere chorum instituisse putarent, quem Vulcanus nunc arte expressit; quasi non hoc modo pariter imitatus esset deus hominem. At enim ἀσκεῖν χορὸν nec esse potest instituere chorum, sed ἀσκεῖν est vocabulum artis, ἐργάζεσθαι, elaborare, vt Γ, 388 ἤσκειν εἴρια, interdum adiuncta notione sollertiae et elegantiae, vt Δ, 110. K, 438. Ξ, 179. Odyss. Γ, 438. Ψ, 198. cf. Porphyr. Quaest. s. 11. Ceterum memorabile hoc est haud dubie, in poeta antiquo, quod comparationem cum opere artis instituit; faciunt id poetae seriores passim; sed fere sic vt ea, quae non arte facta sunt, cum

artis opere comparatione facta illuſtrent. At in clipeo artis opus comparatur cum alio artis opere.

593. ἔνθα μὲν ἠΐθεοι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι ὠρχεῦντ'. ἔνθα μὲν poſſit ad Daedali opus referri, ſed primo loco de Vulcani opere eſt cogitandum.

παρθένοι ἀλφεσίβοιαι. Apollon. Lex. ἀλφαίνουσαι βόας, τοῦτ' ἐστιν, ἀναλαμβάνουσαι, et ſubiicit cum verſu Homerico notationem noti moris τῶν ἕδνων, quae parentibus puellae ſoluebantur, repetitam a multis; ſimilia ſunt in Etymol. Schol. br. Heſych. Suida. Apud Timaeum in Lex. voc. τιμαλφέστατα legitur: ἄλφειν εὑρίσκειν ἐστίν· ἐξ οὗ Ὅμηρος ἀλφεσιβοίας καλεῖ τὰς εὑρισκούσας εἰς τιμὴν βόας. accuratius dixeris, eſſe acquirere; vt inf. Φ, 79 ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον, per λύτρον, quo a parentibus Lycaon redemtus fuerat. In Schol. B. miro modo redduntur ἀλφεσίβοιαι, αἱ τέλειαι, θρέμματα ἤδη δεξάμεναι παρὰ μνηστήρων. Et Schol. br. αἱ ἔντιμοι. cf. ſup. ad Λ, 244.

594. ὠρχεῦντο — ἐτεχνήσατο Ὅμηρος. εἰ γὰρ ὠρχοῦντο ἔφη, λογοειδὴς ἂν ὁ στίχος ἦν καὶ εὐτελής. inepta ſubtilitas!

ἐνὶ καρπῷ Vrat. d. vn. Vindob. ἔχουσα f. ἔχουσαι Vat. ap. Dionyſ. l. c. Apud Philoſtratum l. c. eſt, παρθένοις ἠΐθεοι τὰς χεῖρας ἐμπλέξαντες χορεύουσι.

595. τῶν δ' αἱ μὲν λεπτὰς ὀθόνας ἔχον, οἱ δὲ χιτῶνας. ⊱ „quod ex more poſterius priore loco iterauit, αἱ μὲν ſc. παρθένοι, οἱ δὲ ἠΐθεοι. Porro, ἐν ἄλλῳ· καλὰς ὀθόνας." Sch. A. et dixit ὀθόνας, πέπλους. Philoſtratus reddidit αἱ δὲ μὲν ὀθόναις ἤσθηντο. Ap. Suidam: ἤσθητο, ἀντὶ τοῦ περιεβέβλητο. neceſſe eſt fuiſſe formam ἐσθέω vel ἔσθημι.

596. εἶατ' ἐϋννήτους lectum iam erat in ed. Flor. deprauatum cum vitio metri εἵατο εὐνήτους in Ald. 1. 2. et hinc in ceteris. Euſtath. et Ed. Rom. εἶχον ἐϋννήτους. Sed Florentinam lectionem firmant codd. etiam Venetus ſcribendo εἶατ' εὐνήτους, item Barocc. Cant. Mori. Harl. Vat. Townl. Vrat. b. d. A. fr. Moſc. vn. Vindob. ἐϋνή-

τους fuit antiquitus; ferius geminatum *ν*, *ἐΰννήτους*. *εἴα-ται εὐνήτους* Schol. br. praefixum; addita tamen interpretatio: *ἠμφιεσμέναι ἦσαν*. Porro *εὐνήτους* autem, *εὖ νενησμένους*, *καὶ εἰργασμένους*, *λεπτούς*. Philoftratus l. c. *εὐήτριοι καὶ λεπτοὶ χιτῶνες*.

ἦκα στίλβοντας ἐλαίῳ. Sch. B. *οὐκ ἄγαν λαμπροὺς, ἀλλ' ἡσυχῇ ὡς ἔλαιον ἀποστίλβοντας*. (Eadem fere Sch. br.) *Ὅμοιον δέ ἐστι τῷ· ἠΰτε λεύκ' ἐλέφαντι*. (E, 583. ad q. l. vide) *ἀντὶ τοῦ ἐμφερῆ ἐλέφαντι. λείπει οὖν τὸ ὡς ἐλαίῳ*. Eodem modo melius, quam vllo alio, expediri creditur locus Odyff. H, 107 de textorum linteorum candore cum fplendore: *καιροσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον*. pro *ὡς ἔλαιον* et Od. Γ, 408 *ξεστοὶ λίθοι — λευκοὶ ἀποστίλβοντες ἐλαίῳ*. v. Clarke et Ern. Antiquus dicendi modus; etfi fatis diferte ille declarari nequit; fubftituto *ὡς* exponi quidem poteft; videri tamen poffunt voces *ἄλειφαρ*, *ἔλαιον*, pro ipfo nitore, quia fimilis eft oleo et adipi, et *ἀποστίλβειν ἔλαιον* vfu antiquo dictae effe.

597. 598. — *ἀθετοῦνται οἱ δύο* (*στίχοι*), *ὅτι οὐδέποτε μάχαιραν εἶπε τὸ ξίφος. ἄλλως τε καὶ οὐ πρέπον, χορεύοντας μάχαιραν ἔχειν. οὗτοι δὲ οὐδὲ παρ' Ἀριστοφάνει ἦσαν*. Extitere igitur hi verfus in nonnullis tantum exemplaribus. Pro genuinis laudat eos Dionyf. Hal. VII, l. c.

Credendum vtique eft, fingularem alicubi talis faltationis morem fuiffe, vt gladiis cincti faltarent, et quidem in Creta; fi quidem cum Daedaleo exemplo hanc Vulcani choream comparauit poeta. Aliud genus fuit faltatio Corybantum, fcuta gladiis pulfantium. Alia faltatio erat cum armis, fi pugnantes imitarentur; ex quo genere pyrrhiche fuit, et aliae faltationes barbarorum, v. c. ap. Xenoph. de Cyri exped. lib. VI, 1. Quot non effe potuere *Νύσσια Κνώσσια ὀρχήματα*! vt Sophocl. Ai. 709 ea appellat.

καί ῥ' αἱ μὲν καλὰς στεφάνας ἔχον. Recitat verfum Schol. Pindari Nem. pr. vt doceat, Homerum *στεφάνας*

nouiſſe, *στεφάνους* vero ignoraſſe. Pollux autem lib. V, ſ. 96 verſum recitans inter genera mundi muliebris *πλεκτὰς στεφάνας* memorat, ſiue memoriae vitio, ſiue librarii incuria, forte ex *πλεκτὴν ἀναδέσμην*, quae modo praeceſſerat ex Il. X, 469. niſi olim ita lectum fuit, et doctius quidem.

οἱ δὲ μαχαίρας εἶχον. Philoſtratus: *μαχαίρας δὲ τῶν χειρῶν ἐξήρτηνται.* immo vero ex balteo pendebant gladii.

599. *οἱ δ' ὅτε μὲν θρέξασκον ἐπισταμένοισι πόδεσσι.* primo loco ponam bonam interpretationem e Schol. B. *ὅτι ποτὲ μὲν κυκλοτερῆ τὸν δρόμον ἐποιοῦντο. ποτὲ δὲ ἀντιμέτωποι ἀλλήλοις γενόμενοι, κατ' ὀρθὸν δι' ἀλλήλων ἔθεον.* Iam ad verba.

θρέξασκον, nouam formam a *θρέξαι, τρέχειν*, cum Euſtathio notauit Etymologus.

ἐπισταμένοισι πόδεσσι. „*ἐπιστημονικοῖς.*" Schol. B. an voluit pro *ἐπιστημονικῶς*? discurſitarunt ſcite. pro hoc, doctis, argutis, pedibus. inceſſu ſcito. tanquam poeta pro *ἐπισταμένως*, h. e. *ἐμπείρως*, vt eſt ap. Heſych. dixit *ἐπισταμένοισι πόδεσσι.* Schol. br. *ἐπιστήμοσιν. ἐμπείροις.*

600. 1. *ῥεῖα μάλ', ὡς ὅτε τις τροχὸν ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν ἑζόμενος κεραμεὺς πειρήσεται αἴ κε θέῃσι.* „*τροχὸν ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν. εὖ ἡρμοσμένον πάντοθεν.*" ſc. *τῇ χειρί.* Schol. A. et br. *ἐνάρμενον παλάμαις* manui vel manu habilem rotam diceret Virgilius. Sic Od. E, 234 *δῶκε μέν οἱ πέλεκυν μέγαν ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν* ſecurim quae bene tractari poſſet.

Recitat verſum Strabo VII p. 464 C. ad refellendum Ephorum, qui Anacharſidem rotam figulinam inueniſſe tradiderat. Seneca Ep. XC Poſidonius, *Anacharſis*, inquit, *inuenit rotam figuli, cuius circuitu vaſa formantur; dein, quia apud Homerum inuenitur figuli rota, mauult videri verſus falſos eſſe quam fabulam.* Habemus hic exemplum critices veterum in Homero. Parum tuta vtique eſt criſis in omni fama antiqua de rerum inuentoribus et auctoribus; quid tamen ſi, in-

verſa ratione, ex hac ipſa fide veterum argumentamur: hos ipſos verſus non niſi circa Solonis tempora inſertos eſſe videri? v. Excurſ. de clipeo. Ceterum narratio illa Ephori alia de cauſſa eſt memorabilis: reuocat enim nos in hiſtoria operum figulinorum, forte et vaſorum pictorum, inter Graecos, ad multo ſeriora, quam vulgo creditur, tempora.

ἅρμενον ſcribitur paſſim etiam apud Etymol. cum in ἅρμενον tum in τροχὸς, verſibus his adſcriptis; ſpectat id ad disputationem de adſpiratione in ἅρω, εἵρω, et ſimilibus. ἅρμενοι adiectiua forma eſt vt ὅρμενος. Laudat vſſ. vtrumque Apollon. Lex. in τροχὸς, — ἐπὶ δὲ τοῦ κεραμικοῦ. ῥεῖα μάλ' etc.

πειρήσεται αἴ κε θέῃσιν. Schol. br. ἀποπειρώμενος ἀνακινήσει. Schol. B. καὶ τὸ πειρήσεται θαυμάσιον. ἐν γὰρ τῷ ἐργάζεσθαι, ὁ πηλὸς βαρύνων ἐμποδίζει πρὸς τὸ ὀξύ. Paria habet Euſtathius. Retulere igitur ad ipſum opus figulinum. Videndum tamen, an ſit, explorare rotam, antequam aggrediatur figulus ipſum opus.

αἴκε θέλγσι Vrat. d. vn. Vindob. ed. Flor. manifeſta corruptela, nam vocem θέλειν Homerus ignorat. αἴκ' ἐθέλῃσι Harlei. et Lipſ. „hoc forte melius, ait Erneſti; πειρᾶσθαι τροχὸν non eſt experiri rotam, ſed tractare, (quod per ſe verum eſt, etſi nec alterum falſum; nam πειρᾶν, πειρᾶσθαι, etiam alteram vim habet, et proprie) vt ſit: quam celeriter mouetur a figulo rota, quoties ei lubet, eam tractare." Enimuero in hac criſi vix accedet aliquis viro docto; nam ἐθέλῃσι corruptum eſſe, apparet. Exquiſitius quoque αἴ κε θέῃσι, et de celeritate motus agitur; etſi liberum eſſe cenſeo, velisne πειρᾶσθαι accipere proprie, experiri, an tractare. πειρᾶσθαι autem εἰ, εἴ πως, frequentia: N, 607 ἐπιπειρᾶτο — εἴπως. T, 70. 71 πειρήσομαι, αἴ κ' ἐθέλωσι. Philoſtr. l. c. corruptus eſt in his interpretandis, quae forte ſic emendari poſſunt: ἀλλ' ἐν κύκλῳ μὲν ἰόντων, (τοῦτ' ἐκεῖνο τροχοῦ περιδίνησιν ὁρᾷς) νοήσεις κεραμέως ἔργον τινὸς, εἴ τῃ δίσκον λειοῖ, μήπου περιδεῖν ἔχοι πειρῶντος· στοιχηδὸν δὲ

ἰόντων αὖθις, πολύ τι χρῆμα ἐπιῤῥεῖ, ὅπως ἔχουσι τέρψεως, ἐπιδηλούντων. est *χρῆμα* quod in poeta vs. 603 *πολὺς ὅμιλος.*

602. *ἄλλοτε δ' αὖ θρέξασκον ἐπὶ στίχας ἀλλήλοισι.* Eustathius *κατὰ τοὺς παλαιοὺς* reddit: *κατ' ὀρθὸν δι' ἀλλήλων ἔθεον καὶ ἀντιμέτωποι ἀλλήλων γινόμενοι.* vti ad vs. 599 ex Schol. B. adscripsi. *ἀλλήλοισι* videtur supplendum esse *ἐν ἀλλήλοις.* Ita Od. Γ, 151. a *νύκτα μὲν ἀέσαμεν, χαλεπὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντες ἀλλήλοισιν,* inter nos inuicem. Koeppen supplebat *ἐπεθρέξασκον ἀλλήλοις κατὰ στίχας.*

603. *πολλὸς δ' ἱμερόεντα χορὸν περιίσταθ' ὅμιλος.* Cant. *πολλὸν* et „*γρ. πέρι ἵσταθ'*" Barnes.

604. 605. *τερπόμενοι.* ⊱ „quod *τερπόμενοι* post *πολλὸς,* numero mutato succedit." Schol. A. Notatum quoque ap. Suidam in *ὅμιλος.* Est tamen *τερπόμενος* apud Athen. IV, 28. p. 181 B. et in cod. Mori.

δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσους. κυβηστῆρε duo Vindob. Townl. vitiose *κυβιστῆρες.* Vidimus iam Π, 745 *κυβιστᾷν.* ex quo *κυβιστητὴρ,* restituendus quoque Hesychio in voc. *κυβηστῆρες.*

μολπῆς ἐξάρχοντες sunt illi qui chorum ducunt, *οἱ κορυφαῖοι,* et ceteris praeeunt et cantando et saltando. hoc enim est *ἐξάρχειν,* quod satis constat: vide vel Athen. IV, p. 180 E. etsi serius, cum poeta et choragus, essent diuersi, solus lyricen *ἐξάρχειν* dicitur, qui non saltat, nec chorum ducit. Mirum autem, h. l. ducere chorum *κυβιστητῆρας, τοὺς μετὰ κυβιστήσεως ὀρχουμένους,* et cantus exordium facere eos qui non canunt. Lucianus qui de Saltat. c. 13 versus hos respicit, nihil offensus esse videtur: *καὶ τοὺς ὀρχηστὰς δὲ τοὺς δύο, οὓς ἐκεῖ ὁ ποιητὴς κυβιστητῆρας καλεῖ, ἡγουμένους τοῦ χοροῦ.* At ap. Athenaeum IV, 28. p. 180. 181. docta est de h. l. disputatio, comparatione facta cum altero loco Odyss. Δ, 18. 19. vbi hi iidem versus leguntur; Telemachus et Pisistratus ap. Menelaum hospitio excepti post Hermio-

vt nunc quoque non male fcriberes. Redditur h. l. μαλακοῦ. λεπτοῦ. λαμπροῦ. Schol. B. λαμπροῦ. εὐχύτου. ἁπαλοῦ in Schol. br. Interpretatur quoque Apollon. Lex. σημαίνει δέ ποτε καὶ τὸ εὐδιάχυτον, ὅταν λέγῃ· ἑανοῦ κασσιτέροιο· ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν χωνείαν ἀνίεσθαι. Similia funt in Etymol.

Nos ignorare, quale metallum fit ὁ κασσίτερος iam aliquoties monitum eft: v. ad Λ, 25. apparet ex epitheto fuiffe ductile ac molle. quod agnofcunt quoque Schol. A. B. Apud Hefiod. in Sc. Herc. 122 κνημῖδες funt ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ, quod non magis nouimus accurate.

615. ἡ δ', ἴρηξ ὥς, ἆλτο κατ' Οὐλύμπου νιφόεντος. non ἴρηξ, vt eft in Flor. Aldd. de quo v. fup. ad N, 62. κατ' Οὐλύμποιο νιφόεντος Townl. Nifi merus lapfus librarii eft, νιφόεντος trinis fyllabis pronuntiari debuit.

616. τεύχεα μαρμαίροντα παρ' Ἡφαίστοιο φέρουσα. Schol. A. „γράφεται· τεύχεα καλὰ φέρουσα παρ' Ἡφαίστοιο ἄνακτος. ficque Townl. fragm. Mofc. Vrat. b. d. A. fr. Mofc. vn. Vindob. et pro var. lect. Harlei. recitat quoque verfum fic Euftathius. forte ex vf. 137 fupra, vbi fic iam lectus erat verfus.

EXCVRSVS AD LIBRVM XVIII (Σ)

EXCVRSVS I

de computatione dierum in Jliade et pugnarum per eos distributione.

Σ, 125 γνοῖεν δ', ὡς δὴ δηρὸν ἐγὼ πολέμοιο πέπαυμαι cum Schol. et Obſſ. ad h. v.

A poeta epico diligentem et exactam temporum notationem expectari non poſſe, per ſe patet, quia non annales condit, quibus fida rerum memoria tradatur, ſed factum aliquod memorabile, narrat, quod admirationem mouendo animos teneat. Hoc vnum tamen iure poſtulatur, ne quid in narratione occurrat, quod rerum temporumque ordini aperte repugnet; ne praeſtigias, quibus audientem tam ſuauiter delinitum tenet, ipſe dispellat, et de animi errore moneat. Poſtulari hoc poteſt tanto magis, ſi poeta, quam omittere potuerat, temporum notationem interpoſuit; ita enim ipſe iudicii ſeveritatem in ſe prouocauit. Hoc erat, quod me permovere potuit, vt in Virgilio in annos errorum Aeneae, (Excurſu II ad Aen. III.) et in annorum poſt Aeneae aduentum in Italiam computum, (Excurſu III ad lib. XII) accuratius inquirerem. Ita hoc quoque, quicquid eſt iuris, indagandi temporum rationes in Jliade, permiſſum eſt lectori moroſiori per temporum notas, paſſim carmini inſertas et diſertis verbis expreſſas. Quod niſi ita ſe haberet, omnem vtique hanc diſputationem a poe-

ta ſemouendam eſſe dicerem. Nunc autem tanto aequius ferendam eſſe hanc quaeſtionem cenſeo, quoniam tam liberales, ac tantum non prodigi et effuſi, fuere veteres in celebrando diſpoſitionis artificio, artiſſimo narrationis nexu in Jliade accuratiſſimaque rerum temporumque deſcriptione et notatione; vt hoc vno vel maxime demonſtratum eſſe autumarent, non niſi ab vno et a primo auctore, diuini alicuius ingenii ope, incredibilem hanc epeos vnitatem proficiſci potuiſſe. Fuere viri docti, per omnes forte aetates, qui ad multa offenderent, nec tamen aut ad ſingula deſcendere aut receptam opinionem cum malo ſuo impugnare auderent. Interea, etſi a lacunis et confuſionibus rerum narratarum epos hoc omnino immune non eſt, vel ſic tamen Jliacum carmen, etiamſi ſolam rerum narratarum ſeriem et ordinem ſpectes, ſummae artis opus eſſe fatendum eſt. Non agimus de chronologia rerum Troianarum vniuerſe, quae ab hac quaeſtione eſt aliena, nec quaerimus, ad quos annos, reſpectu reliquarum hiſtoriarum antiqui aeui, geſtae et narratae res ſint reuocandae; multo minus de rerum narratarum fide. Etſi nolim perſuadere aliquem ſibi hoc, omne hoc quaeſtionum genus eſſe vanum et inane; magnam enim vtilitatem habet ad recte conſtituendas notitias, de iisque iudicium firmandum, ſi ſaltem probabilis aliqua ratio inuenta eſt, qua certis temporum epochis illae ſint affixae et aſſignatae. Sequimur in his iudicium idem, quod inter Graecos viri docti, qui antiquos mythos et rerum memorias certis annis probabiliter innectere ſtuduerunt; hinc iudicia eorum tam diuerſa de Homeri aetate inter belli Troiani tempora et Olympiadum initia opportuno aliquo loco collocanda. Nos, ſi idem agimus, atque alia aliter, quam ipſi, conſtituimus, veſtigiis eorum inſiſtentes, non eorum iudicium eleuamus aut contemnimus, ſed, rerum harum naturae conuenienter, inchoata ab ipſis perſequimur; verſantur enim omnia haec in docta aliqua probabilitate: dummodo nemo ſibi vni arroget iudicium, irriſis omnibus, qui aliter

ſentiant; adeo abeſſe debet ab hoc litterarum genere omne dictatoris arbitrium, vultus, ſupercilium, ſanna.

In Jliade temporum notatio poteſt ſingularem adhuc vſum habere, ad indagandas carminis interpolationes, cum in ſingulis verſibus et partibus, tum in ipſo conſilio iungendarum rerum plurium ad carminum ſummam; quid? quod forte ex his ipſis ſuſpicari licebit, omnem hanc interpoſitam temporum notationem arguere manum ſeriorem, quae diuerſa ſeu carmina ſeu partes in magnum aliquod epos compingere allaborauit. Verum nihil horum eſt, cui opinione praeiudicata indulgere licebit, antequam tempora diligenter eruta et digeſta fuerint, quae in ipſo carmine diſerte notata ſunt.

Nonus belli annus memoratur diſerte in ipſis rerum gerendarum principiis ab Vlyſſe: Jl. B, 295 *ἡμῖν δ' εἴνατός ἐστι περιτροπέων ἐνιαυτὸς ἐνθάδε μιμνόντεσσι*, et ab Helena annus *vigeſimus*, ex quo Troiam a Paride ſuit abducta: hoc quidem Jl. Ω, 765 *ἤδη γὰρ νῦν μοι τόδε εἰκοστὸν ἔτος ἐστὶν, ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην, καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης*. Haec nemo a poeta requiſiuiſſet, niſi appoſuiſſet is, qui haec narrauit, neſcio an ſatis caute. Jliadis actionem ad tempus vernum referre voluere multi ex Ξ, 346 — 351. v. Clarke et Erneſti ad Jl. A, 425. nimis acute; verſibus enim ineſt poeticum phantaſma, quo Iouis et Iunonis amoribus reſpondiſſe narratur ipſa rerum natura e tellure procreans nouas herbas et flores, quod alias illa facere ſolet tempore verno aut pluuia fecundata. quae res ipſa in amores Aetheris et Telluris a Marone verſa eſt. v. Notam et Obſſ. ad vſ. 346. Alii Jliadis tempora ad aeſtatem reuocarunt, propter luem, quae cauſſas a calore aeſtiuo, inprimis in terris paludoſis, ducere ſolet. Sic Wood cenſuit p. 227. Fit quoque ſic probabile, caſtra Achiuorum ab amnium illuuie tuta manſiſſe, quae per auctumnum et hiemem camporum planitiem aquis obruere ſolet.

Alia disquiſitio occupatur in *dierum, actionis epicae numero:* eam iam Boſſu, Dacier, Pope, inſtitue-

runt, et Wood attigit p. 223. In ea quidem duplex iniri poteſt ratio, alia, ſi omne poematis argumentum ſpectamus, alia ſi e poſitis intervallis otii et induciarum, dies tantum, quibus res geſtae ſunt, computamus. Vtrumque genus non niſi ex diſertis poetae verbis conſtituendum eſſe arbitror, quia has dierum notationes aperte in eo occurrere videmus.

Luem igitur, ex piaculo in ſacerdotem Apollinis, eumque ſupplicem, *ἱκέτην*, factum commiſſo, Achiuis immiſſam vnus ſaltem dies antecedere debuit, quo Chryſes in Achiuorum caſtra venit et contumelioſe ab Agamemnone habitus, mox domum redux Apollini ſupplicavit. En *diem primum!*

Lues *per IX dies* eſt graſſata: A, 53 ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο

X die concio ab Achille habita: vſ. 54 τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς. in ea iurgia inter Agamemnonem et Achillem; miſſa Chryſeis ad patrem, Briſeis abducta ab Achille; qua iniuria ille permotus ſeceſſionem ab Achiuis facit, Thetidem matrem exorat, vt vltionem iniuriae a Ioue efflagitet; ait illa Iouem *heſterno die* ad Aethiopes abiiſſe, nec niſi *die duodecimo* rediturum eſſe ad Olympum vſſ. 423 ſq. Ita a die nono computus proceſſit ad diem

XXI. qua Thetis Iouem conuenit: vſ. 493. Finitur ea dies in A. extr.

Nocte inſequente ſomnium mendax immittitur Agamemnoni: B, 1. quo permotus ille

XXII die orto concionem habet; *) tentat Achiuorum animos ſtolide ſimulans belli taedium; repreſſo concionis ad reditum feſtinantis impetu copias in aciem educit, paratque pugnam.

Ita *prima pugna* facta; primusque ad rerum ſummam ſpectans dies, qua res geritur: lib. III — VII (Γ

*) Schol. A. ad B, 48 computat dies XXIII. δέκα μὲν μέχρι τῆς μήνιδος, δώδεκα τῶν θεῶν ἐν Αἰθιοπίᾳ ὄντων. ἡ δὲ ἀνατολὴ αὕτη τρίτη καὶ εἰκοστή ἐστι.

ad H, 380) primo e prouocatione pugnant Menelaus et Paris libro III. inde commissae manus promiscue Δ, 446 sq. Pugnatur varia fortuna, ipsis diis pugnae se ingerentibus; pugna inter Aiacem et Hectorem diremta nox superuenit VII (H) 293 νὺξ δ' ἤδη τελέθει. agitantur vtrinque consilia de induciis paciscendis.

XXIII. Conuenit de induciis: VII, 381 ἠῶθεν δ' Ἰδαῖος ἔβη κατὰ νῆας Ἀχαιῶν. Inde a vs. 421 (v. Obss. ad h. v.) tolluntur corpora et noctu insequente cremantur — 432. tum

XXIV illa humantur, simulque Achiui vallum ducunt vs. 433 sqq. vsque ad vesperam — 465. *) Ceterum haec est vnica ἀναίρεσις τῶν νεκρῶν, nec post sequentia praelia facta corporum sepultura alia memoratur. Obseruatio haec contra Istrum facta est in Schol. ad K, 298.

XXV. Orto die habetur concilium deorum (VIII, Θ, 1.) **) quo diis a Ioue interdicitur ne prodeant in pugnam; ad res inspiciendas ipse in Idam secedit; redintegratur praelium.

*) Non facile haec omnia die XXIII et XXIV perpetrata ad vnum diem reuocari possunt; cremantur corpora non nisi noctu; extrema nocte sub diluculum rogi deflagrauerant: tunc demum de humatione cogitari poterat: quomodo igitur et hoc et valli eductio ad eundem diem et noctem referri posset?

**) Eustath. ad Θ, 1. p. 693 l. 51. obseruat diem hanc esse XIII. inde ab Achillis ira; alteram praeliorum; sin quis nouem pestilentiae dies annumeret, esse inde ab Iliadis primordiis dies XXII. hunc quidem in modum: decimam diem esse postridie profectionis Iouis ad Aethiopes, et primam irae Achillis; duodecima die Ioue redeunte, Thetidem Ioui supplicasse; esse hanc diem irae vndecimam; postridie, die XII irae, commissum esse praelium; quo, eodem die finito, (Il. H.) sequentem diem esse XIII τῆς μήνιδος, II τῆς κατὰ μῆνιν ἔριδος, XXII τῆς τοῦ βιβλίου τῆς Ἰλιάδος καταρχῆς." Debebat Eustathius haec commemorare sup. ad lib. VII (H, 290) nam in istam diem haec conueniebant; intercessere post illam duo dies induciarum, de quibus ille non cogitasse videtur.

Pugna *altera* VIII, 53 ſq. fugati Achiui in caſtra redeunt — 349. ſuperuenit nox vſ. 485. *ἐν δ' ἔπεσ' Ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.* Pernoctant Troiani ſub dio ante caſtra. At Agamemnon cogit conſilium principum et iterum deſcendit ad ſuaſionem reditus; increpatur a Diomede; tum Neſtoris ſuaſu ad placandum Achillem legatio miſſa re infecta redit IX. (I)

Nocte inſequuta exploratum eunt caſtra Troianorum Vlyſſes et Diomedes lib. X. (K)

XXVI. Pugna *tertia* lib. XI — XVIII. (Λ — Σ) poſt variam pugnae fortunam, repreſſis Achiuis, irrumpunt in caſtra Troiani; iniecto iam in vnam nauem igni. Patroclus, exorato Achille, Myrmidones in aciem educit, Troianos fugat, perſequitur incautius et viribus exhauſtus occiditur. Pugnatur de corpore Patrocli. Conſpecto e vallo Achille fugiunt Troiani. Thetis arma filio procurat *) fabricanda. Confecta res eadem nocte: quam Troiani ſub armis ante Achiuorum caſtra exigunt Σ, 298 — 303.

XXVII. Thetis apportat arma: XIX, (T) 9 *ἠὼς μὲν κροκόπεπλος* etc. ex promiſſo Σ, 136 *ἠῶθεν γὰρ νεῦμαι.* Concione facta Achilles redit in gratiam cum Agamemnone a quo ipſi ſatisfit pro iniuria illata: Σ, 40 — 137 — 154.

Pugna *quarta*, qua Hector cadit; corpus in caſtra abstrahitur — vsque ad lib. XXII (X) extr. Facit lamenta Achilles et Patroclo iuſta in diem alterum indicit lib. XXIII (Ψ) ad vſ. 109. Hoc die vltione de caede Patrocli ab Hectore ſumta, cum Achilli ab Agamemnone ſatisfactum eſſet, finita eſt actio Jliadis primaria.

*) Apud Euſtath. p. 1054, 17. ad Π, 193 *ἐν τούτοις δὲ κεῖται σημείωσις τῶν παλαιῶν, ὡς ὁ τῆς Ἀχιλλέως μήνιδος χρόνος μετὰ τῆς παρούσης ἡμέρας ἑκκαιδεκάτη ἦν.* Recte; quippe inde a die decima Jliadis. Conuenit fere Schol. A. ad Σ, 125. *πῶς δὲ δηρόν φησι; δεκαπέντε γάρ εἰσιν ἡμέραι, σὺν αἷς οἱ θεοὶ εἰς Αἰθιοπίαν διέτριψαν.* Memoratur huius diei meridies, Π, 779. alieno puto loco.

XXVIII mane rogus exſtruitur; noctu corpus Patrocli crematur vſ. 110—225.

XXIX Patrocli cineres et oſſa leguntur. Ludi funebres habentur vſ. 226 ad fin. libri.

Pergit Achilles per dies inſequentes Hectoris corpus raptare circa Patrocli tumulum. Die *duodecimo* a diis ineuntur conſilia de ſubtrahendo iniuriae corpore: Ω, 31 ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς. Narrati erant ludi, itaque ἐκ τοῖο ad diem XXIX referendum putes. Corpus tamen Hectoris raptatum iam erat inde a die XXVII quo caeſus fuerat: ſi XII dies inde computes, vsque ad diem XL redemtio Hectoris prorogatur: At vſ. 107 *nouem* dies numerantur: ἐννῆμαρ δὴ νεῖκος ἐν ἀθανάτοισιν ὄρωρεν Ἕκτορος ἀμφὶ νέκυι. Scilicet contentio inter deos per plures dies agitata non ortum habere debuit, niſi poſtquam per aliquot dies expectatum fuerat, Achillem animo placato deſtiturum eſſe a foedando Hectoris corpore. Videtur itaque conſentaneum eſſe, vt die XXXIX vel XL reliqua Jliadis ad exitum properaſſe dicamus; forte hunc in modum:

XL die Priamus ad caſtra Achiuorum proficiſcitur; aduentu ſub veſperam facto v. 351. Achillem exorat; muneribus pro redimendo corpore datis Achilli ſatisfacit, corpus filii impetrat; altero mane

XLI in vrbem redit; pactis in diem XII induciis: qui eſſet dies Jliadis LII vel LIII. Conſumti lamentis et funere inſtruendo dies IX. die X rogus exſtructus et XI tumulus; vt inde die XII induciis finitis iterum bellandum eſſet: Ω, 664—670. 781. 784 et 785 ſqq.

Haec quidem ex ipſo poeta ducta vides, notatis ab ipſo diſerte diebus. Nolo perſequi computum aliorum, nec admodum a noſtro diuerſum. Boſſu XLVII dierum geſta comprehendere Jliadem aiebat, alius vir doctus (in *Mémoires de Trevoux* 1708. *m. Maii Art.* 58) numerat dies XLIX. Wood in priore editione XL. in altera nil diſerte pronuntiat p. 223.

Summa rerum et praelia non nisi a die XXII ad diem XXVII procedunt; ita vt vix sex dierum actio sit primaria. Nuper haec pro consilio suo persequutus est doctiss. Lenz (*Ebene von Troia* p. 267 sq.) exorsus inde a die quo Achiui in aciem educti sunt; quod est inde a d. XXII actionis Iliacae.

Iam huic rerum et temporum dispositioni inesse mirabile aliquod acumen, facile patet; haud multum tamen absum quin profitear, subtilitatem hanc esse maiorem quam quae poetam deceat; nec nisi a grammatico, qui pro iudice sedeat, expectandam. Altera tamen ex parte is, qui tempora sic dispescuit, sibi ipse pedicas et laqueos parauit in congerendis vnum in diem rebus gestis, quae vno die euenisse aut euenire potuisse, omnem probabilitatem excedit. Vix vllus est dies, in quo non morosius inquirenti hoc in oculos incurrat; multo autem maxime in actis diei XXVI qua *tertia* pugna facta est.

EXCVRSVS II

de rebus in pugna tertia gestis temere in vnum diem cumulatis.

Σ, 239. Ἠέλιον δ' ἀκάμαντα βοῶπις πότνια Ἥρη πέμψεν ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοὰς ἀέκοντα νέεσθαι· ἠέλιος μὲν ἔδυ, παύσαντο δὲ δῖοι Ἀχαιοὶ φυλόπιδος κρατερῆς etc.

Narrationem actorum huius diei exorsus poeta lib. XI. vsque ad h. l. continuauit. Agamemnon ἀριστεύει· pugnatur inter castra et θρωσμόν; versus meridiem lib. XI, 84 sq. perrupta Troianorum acie fuga fit sub vrbis moenia; receptis animis Troiani iterum fugant Achiuos versus castra; oppugnant vallum; irruunt, lib. XII. (M) fit pugna intra castra; incensa tandem naue Patroclus in aciem prodit lib. XVI (Π) Troianos foeda fuga ad vrbis

moenia reiicit; mox ipſe cadit; pugnant Achiui de corpore eius in caſtra reportando.

Expoſita haec ſunt diligenter in Excurſu I. ad lib. XI (Λ) et Excurſu I. ad lib. XII (M) ſimulque disputatum eſt p. 360 ſq. de discurſatione vtriusque exercitus in tanto locorum interuallo et mira hac rerum varietate in vnum diem cumulata. Dubitationes de fide narrantis nemini non, ſi ſemel ad temporis computum deſcenderit, occurrunt; Occurrunt quoque, vt ibi expoſui, rationes variae et modi, quibus id euenire potuerit: omnis tamen res intra ariolationes ſubſiſtit. Lenz l. c. p. 273 ſqq. ingenioſe in plures dies acta diei diſpeſcuit; *) conſtituet ea alius aliter. Quod ſi ab initio hae rhapſodiae XI — XVIII. ſine temporis notatione fuere narratae, nemo in hanc quaeſtionem incidere potuit. Potuit quoque carmen aliquod ſingulare extare, quod partem Troiani belli complecteretur, quae hoc loco interpoſita eſt. Omnis tamen haec intercalatio mature ſatis tentata eſſe debuit, quandoquidem eius rei memoria ita interciderat, vt Ariſtoteles nullam ne ſuſpicionem quidem haberet. Etſi de hoc aliisque multa disputata et tradita eſſe potuere in libris de Homero Ariſtotelis aliorumque deperditis.

Interea mirationem facit hoc, quod quisquis haec tractauit, temporum notationes tam parum caute interpoſuit. Primo diei congreſſu fortunam pugnae ait fuiſſe parem vtrinque vsque *ad medium diem;* inde inclinatur pugna et fugantur Troiani. lib. XI. (Λ) 84 *ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξατο ἱερὸν ἦμαρ, τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἥπτετο, πίπτε δὲ λαός· ἦμος δὲ δρυτόμος περ ἀνὴρ ὡπλίσσατο δόρπον οὔρεος ἐν βήσσῃσιν* etc. poſt multas alias pugnae viciſſitudines poſtmeridianum tempus iam ad

*) Vt primus dies finiatur lib. XII extr. caſtris expugnatis; alter lib. XVI, 776 ſub medium diem pugna Patrocli virtute egregie adminiſtrata; tertius Patrocli corpore in caſtra reportato lib. XVII, 735. 736.

vesperam vergens memoratur lib. XVI, (Π) 777 sq. ὄφρα μὲν ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει, τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἥπτετο πίπτε δὲ λαός. Ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσσετο βουλυτόνδε, καὶ τότε δὴ ὑπὲρ αἶσαν Ἀχαιοὶ φέρτεροι ἦσαν. v. ad eos vss. Obss. Patroclus nunc occumbit et pugna acris fit, ne eius corpore potiantur Troiani. Achilles de vallo conspectus terret Troianos vt recedant; corpus Patrocli intra castra recipitur. Nunc tandem ἠέλιον δ' ἀκάμαντα βοῶπις πότνια Ἥρη πέμψεν ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάς. Haud dubie haec interposita inuitant legentem ad comparationem rerum in his interuallis gestarum. Porro Agamemnone orto die copias ducente cum Troiani sub vrbis moenia se recepissent, praecipitur Hectori per Iridem a Ioue, vt quamdiu Agamemnon pugnae intersit, ipse ne ei se obiiciat; eo vero e vulnere accepto se recipiente iterum in pugnam prodeat: Il. XI, 186 — 197. et 201 — 209. τότε, ait Iupiter, οἱ κράτος ἐγγυαλίξω, εἰςόκε νῆας ἐϋσσέλμους ἀφίκηται. Sufficiebant haec; vulneratur paullo post Agamemnon (XI, 253) et e pugna recedit. (vs. 273 sq.). Nunc vertit Hector Achivos, compulsos in castra reprimit vsque ad naues, quarum vnam incendit; Il. XV. (O) sub f. XVI, (Π) 112 sq. atque ita decretum esse a Ioue, iteratur O, 596 — 602. At pergit poeta: δύῃ τ' ἠέλιος καὶ ἐπὶ κνέφας ἱερὸν ἔλθῃ. At quam multa intercesserunt inter haec! a Patroclo repressi Troiani, et ad vrbem fugati; vbi nunc illud κράτος a Ioue promissum? tum ipse Patroclus occumbit et in castra reportatur; Achille autem conspecto iterum fugiunt Troiani. Ad haec quis offenderet: nisi ista Iovis promissa meminisset. Multo magis importune, lib. XVII (P) et quod censeo in loco interpolato vss. 450 — 455 repetuntur iidem versus, Patroclo iam caeso.

EXCVRSVS III

de clipeo Achillis.

478 ποίει δὲ πρώτιστα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε sqq.

De clipeo hoc, nostris maxime temporibus, tam multa sunt disputata, *) vt breui commentatione ea persequi haud liceat, neque etiam ea res ad consilium nostrum pertineat, quod ea tantum postulat, quae cum *carmine ipso*, cum *carminis auctoritate*, cum *poetae inuento*, eiusque *probabilitate*, coniuncta sunt. Nam ea quae ad carminis summam eiusque singulos versus iam monita sunt, in hac disputatione tanquam ei praemissa et inde nota omitto. Est inter haec, quae mihi omittenda sunt, illa quoque obseruatio, quod *descriptio*, etsi operis arte facti, tamen non ad ipsam artem est comparata, sed quod *poetica* est: hoc est, quod res a poeta narrantur non sic, vt ab arte redditae sunt ac reddi possunt, sed quomodo eaedem res in phantasma poeticum versae narrari possint ac debeant. Quae res generali illa obseruatione continetur, qua docemur, ab arte plastica, sculptoria et pictoria, rerum non nisi vnam faciem, et vnum momentum, reddi posse, eamque speciem permanere; at poetam cum oratore procedere posse in actionis momentis et progressibus, et succedere res in expositione alias aliis. Itaque in poeta, vt statim in binis vrbibus, plura, diuersis temporibus, alia

*) Inde a Boiuino et Popio; quos olim lectos vel inspectos nunc iterum singulos excutere haud vacabat; et, si vacasset, alienum tamen a consilii summa fuisset. Insigniores sunt Comes de Caylus, (*Hist. de l'Acad. des Inscript.* Vol. XXVII.) Lessing in Laocoonte, Nast in diss. cum aliis a Koeppen memoratis; d'Hancarville, ingenio nimis indulgens (*Antiquités Etrusques* To. IV, p. 114 sqq.). Attigit haec Schlichtegroll in comparatione clipei Herculis ap. Hesiodum; adde dicta de clipeo Aeneae ad Virgil. Aen. VIII. Excursu.

ex aliis, memorari, cum ab ipsa arte vnum tantum apponi et exprimi potuerit. Haec inter nos decantata sunt; veteres sensu ac iudicio assecuti sunt; attamen quomodo haec constituerent et enuntiarent non habuisse videntur; ad artem poetae ea referre satis habent, et mirantur in clipeo rapidam rerum progressionem. Inter grammaticos ineptientes sunt, qui argutentur et ad diuinam Vulcani artem hoc referant. Apud Eustath. p. 1148, 16 video fuisse Dionysium aliquem, qui putaret *αὐτοκίνητα καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ζῶα* fuisse, quippe *Ἡφαιστότευκτα*, renuente Aristonico. Ridendum aliud commentum nescio cuius apud eund. p. 1160, 49. qui putaret, sigilla clipeo inserta fuisse ita vt intus moueri possent: *ἴσως δὲ καὶ μηχανῇ τινι ἐκινοῦντο, ἔκκρουστα ὄντα, καὶ οὐ διήλου προσηλωμένα τῷ σάκει.* ita scilicet intelligi putauit, quod narrat poeta, nuptam ductam per forum, homines saltasse etc.

Etsi vero haec clipei *descriptio poetica* est: est ea tamen *operis arte facti*, vt iure quaeri possit, *quid tandem illud fuerit, quod ante oculos habuerit:* Aut dices fuisse verum aliquod opus, vel ei simile, quod viderat, aut esse merum ingenii commentum. Recte quidem; attamen vel hoc commentum ad artis normam et *ad exemplum*, quod animo sibi proposuerat, effinxisse poetam necesse est. Nam quicquid fingimus, ad similitudinem alicuius rei, quae natura vel arte naturam adumbrante, variante, perficiente, iam sensui obiecta fuerat, animo conceptum est. Cogitur itaque ex his, iam tum, cum poeta clipeum Achillis animo conciperet, extitisse clipeos caelatos, magna argumentorum varietate, ideoque iam et elaborata arte; aut, si dixeris, non necesse fuisse, vt tales clipei extarent, potuisse caelaturam alicubi alio in opere conspectam ad clipeum a poeta transferri, sequitur, saltem tam doctae artis opera iam tum extitisse. Verbo, clipeus Achillis a poeta fingi nequiit, *nisi iam tum similis artificii opera extarent:* quaecunque tandem illa essent.

Iam autem, re ita conſtituta, quaeſtio ſuboritur et grauiſſima et difficillima, quae cum hiſtoria originis artium inter Graecos artiſſimo vinculo coniuncta eſt. Quicquid enim de ea disputatur, ex hac maxime clipei fabrica ductum eſt, ideoque ad Homeri auctoritatem prouocatur. Pro explorato enim habitum eſt, quicquid in Homericis carminibus memoratur, quandoquidem Homerum auctorem habeat, ad tempora antiquiſſima eſſe referendum; itaque inuenta artium ab iisdem aetatibus repetenda eſſe, quae in Jliade memorantur. Inde virorum doctorum conſenſu repeti coepere artium origines ab ipſis Troianis temporibus, cumque iidem viri docti artium incrementa et profectus ad noſtrorum temporum modulum metirentur, turbatum eſt mirifice in omni artium hiſtoria; fecitque res magnam mirationem, cum inter Troiana tempora et artium in Graecia auctus tot ſaeculorum interuallum eſſe viderent. Qui magis ſobrie et caute de hisce rebus cenſebant, ad Homericam ſaltem aetatem haec retrahebant; potuiſſe eum inuenta aetatis ſuae ad tempora rerum narratarum retrahere iisque inſerere. Alii tamen ſubſtitere in ipſis Troianis temporibus. Omnes in hoc ſtudio referendi artium ortum ad primas rerum origines ſuperauit d'Hancarville, ingenioſus et ſagax vir, artiumque peritus, criticae ſeu hiſtoricae ſeu grammaticae parum curioſus. Erat tamen ante omnia vtraque haec critica adhibenda, et cum de carminis tum de ſingularum partium natura et ratione ac fide, tum de auctore, ſubtilius quaerendum; eo fere modo quo viri docti in exquirenda Moſaicorum reliquorumque librorum hebraicorum aetate et auctoritate verſati ſunt. Vnde intelligitur, ab ſubtiliore carminis Homerici critica, cum multarum rerum, tum hiſtoriae artium inter Graecos antiquioris aetatis, fidem et auctoritatem fere omnem pendere.

Videamus igitur primo loco, cum clipeus hic variis metallis conflatus ſit, variaeque in eo ſpecies expreſſae, quam perfecta et pene abſoluta ars iam tum eſſe debue-

rit, ſiue *materiem* ſpectes, ſiue *rerum formas et argumenta*, ſiue *ingenium* eius, a quo talis rerum compages proficiſci potuerit, omninoque operis vim et rationem cum conſilio ſeu artificis ſeu poetae.

Veſtigia artis ſpectant alia ad *materiam* alia ad *eius tractationem* pro certo conſilio. Arma et clipeos Troianis iam temporibus ex aere facta variisque ornamentis inſignita fuiſſe nemo mirabitur. In hoc tamen Achillis clipeo non modo fundere metalla, ſed fuſa variis modis miſcere, coloribus ea imbuere, eaque inter ſe conſociare, norant. In clipeo ex aere coruſcante videmus eminuiſſe ex auro factum Martem cum Minerua: 517. *ἄμφω χρυσείω, χρύσεια δὲ εἵματα ἕσθην.* Ager flaueſcente ſolo ſulcis nigricantibus vſ. 548. 9. (ſolum agri) *μελαίνετ' ὄπισθεν ἀρηρομένῃ δὲ ἐῴκει χρυσείη περ οὖσα.* vides ſolum rubricoſum auro redditum eſſe, eique ſuperinductum aliqua parte colorem fuſcum: aliqua itaque arte aut ipſum aurum colore fuit imbutum, aut aliud metallum fuſci coloris ſuperadditum, forte fuſura aliqua mixtum. Vinea eſt ex auro, vuis purpureis, palis argenteis, foſſa caerulea, ſepto ex caſſitero vſſ. 562 ſq. Iterum nouae fuſurae ars occurrit; color purpureus et caeruleus: *μέλανες βότρυες*, et *κυανέη κάπετος*. Porro in loco de armentis boues auro et caſſitero efficti, vt color fuluus et candidus redderetur, tum paſtores ex auro vſ. 574. 577. Tandem in choreis pugiones ſaltantium aurei ex argenteis balteis ſuſpenſi vſ. 598.

Rudiorum hominum ſenſibus colorum, inprimis lucidorum, varietatem mirifice probari, etiam nullo iudicio factum, nota res eſt; adſtupuiſſe eos etiam metallis varie compoſitis conſentaneum eſt; et metalla aliquando ea cum arte tractata eſſe, haud negamus; quaerimus tantum qua aetate. Sane etiam in Agamemnonis thorace Jl. XI, 19 ſq. videmus virgas diuerſorum metallorum iuxta ſe poſitas cyani, auri, argenti. Narratur illud Cinyrae ex Cypro munus fuiſſe. Apparet Phoeniciae artis opus hoc fuiſſe, et diuerſa metalla iam tum fuſa et per virgas

ac ſtrias a Phoenicibus ſaltem elaborata eſſe. Aere, auro et argento fuſas multas res videmus in Alcinoi domo Odyſſ. VII, 86 ſq. At in Achillis clipeo habemus artem multo ſubtiliorem metallorum tractandorum in ſignis ſeu figuris exprimendis et ipſo colore variandis; mirabiles itaque iam tum fuiſſe artium et ingeniorum profectus facile cenſeas, ſi metallorum tractandorum exempla expenderis hoc in clipeo proliantia.

At, quod maius eſt, hanc eandem metallorum tractandorum rationem non Phrygia aut Babylonica, ſed Graecanica ſollertia, inuento, argumento, adhibitam videmus *ad ingentem rerum et ſignorum copiam et varietatem vno in hoc loco.* Qua tandem arte exquiſitiſſima haec reddita eſſe putabimus? Verba poetam declarant artis aut prorſus ignarum aut parum curioſum, quum nihil aliud narret quam, metalla in fornace fuſa, incudem et forcipem, deum operi aſſidentem, clipeum fabricantem; pergit ſtatim vſ. 481 *αὐτὰρ ἐν αὐτῷ* (*τῷ σάκει*) *ποίει δαίδαλα πολλὰ ἰδυίῃσι πραπίδεσσι.* agitur de opere anaglypho plurimarum figurarum ex aere reddendarum; quaſi vero hoc incude poſita, arrepta forcipe, confeſtim procudi poſſit. Enimuero ſi quis artifex tali operi fabricando ſe accingebat: primo loco delineationi operis erat opera danda; ſaltem protypum aliquod ad certam rationem et delineationem ex argilla aliaue materia fictili factum. Quo facto, ſi fuſione res efficienda erat, porro de forma ex argilla aliaue materia erat videndum, cui aes liqueſcens erat infundendum. (ſeriores Graeci *λίγδον* appellarunt) Aere iam fuſo, qua arte et ratione reliqua metalla inſeri aut immiſceri potuere? Non ſane haec poetae erant enarranda; verum, ſi opus erat faciendum, haec eadem arte fabrili ac plaſtica erant procuranda. Ergo iam tum tanta artis fuere incrementa!

Qua quidem via tale opus tam antiqua aetate perfici potuerit, haud licet aſſequi. Verum dicamus non fuſile opus fuiſſe anaglyphorum; probabiliorem eſſe alteram viam ac rationem, vt fuerit opus ductile; conuenit

hoc cum narratione: incude posita Vulcanum arripuisse malleum et forcipem. Cogitemus itaque ex aere fusas laminas seu plures, seu vnam: in qua excusa sunt signa malleo. Conuenit hoc arti etiam minus doctae; potuere sigilla diuersorum metallorum singulatim procudi, et occultis hamulis ac fibulis iungi; potuere sigilla diuersis laminae locis in superficie affigi, vel infigi, includi, vel aurum fusum incrustari, et sic porro. Vides ita opus ratione saltem aliqua probabiliore elaboratum, quam si fusione, multo magis, si vna fusione, perfectum illud putaueris. Attamen tale quoque malleo ductum opus sine formis effici haud potuit, quibus imposita lamina accepta anaglypha plus minusue eminentia redderet. Vides itaque hac quoque via si ingressum esse putauerit poeta Vulcanum, quanta artis peritia iam tum inter Graecos vigere debuerit, cui simile quid opus inter barbaros, Asiaeue populos, haud memoratum meminimus.

Iam, si carminis auctor fuit Homerus, qui, quamvis incerta aetate, tamen aliquot saeculis, duobus saltem, prima artium inter Lydos et Iones rudimenta antecedere vita debuit, mirari subit, quomodo artium notitiae adeo non modo obscurari, sed tantum non extingui potuerint, vt a primis iterum elementis illam educi necesse esset, quantum quidem ex iis apparet, quae de primis plastices, sculpturae et picturae originibus et inuentoribus inter Iones et Lydos narratum legimus; ad hos enim ea, quae de Graeciae cultura, in artibus quoque, memorantur, reuocare necesse est. Dixeris, inter populos Asiae, Phoenices forte et Babylonios, artes floruisse, serius inter Iones innotuisse; poetam tamen inter barbaros similia opera vidisse, e quibus clipeum adumbraret. Atqui ex omni Asiae antiquitate opus tali cum sigillorum copia et artis elegantia ex metallis fusum, nullum opus anaglyphum, ex aere quidem, memoratur. Tum artem Graecanicam inesse operi vides; si barbarorum arte effictum fuisset, longe diuersi generis figuras, monstra, terriculamenta, hieroglyphica expressa videremus. Quae autem

prima e metallis opera inter Asiae littoralis populos memorantur, magna cum simplicitate artis sunt elaborata, nec nisi insigni pondere, magnitudine ac pretio metalli memorabilia; sunt vasa ex auro, rarius ex argento, sunt signa et simulacra, serius vasa ex aere cum signis in templo Iunonis Samiae. Memorantur dona Delphos missa a Gyge, cuius anni procedunt inde ab Ol. XV, 3. ante C. N. 718. ducentis ad minimum ab Homeri aetate saltem anno ante C. N. 905. assignanda, saeculis; primus ille talium apud Delphos munerum auctor dictus erat a Theopompo: Athenaeo ex eo narrante lib. VI p. 231 E. et ab antiquiore auctore, Herodoto I, 14 qui munera ea enarrat, additque iam ante eum Phrygem, Midam, Gordii filium, thronum aureum Delphis dedicasse; aetate hominis saltem superiorem. Anaglyphorum autem mentio multo serior est; Corinthiorum arti debita esse videtur arca Cypseli, Olympiae dedicata ante Ol. XLIX, 1. a. C. 584. attamen iam ante Ol. XXX, 3 elaborata, ex cedro facta, aureis et eburneis signis distincta; Apollinis Amyclaei thronus e saxo qua aetate sculptus fuerit, ignoratur. Ista quidem in lapide; simile autem anaglyphum plurium figurarum ex aere nusquam memoratur, nam Rhoeci et Theodori, qui primi aere fundendo inclaruerunt, aetas est incerta, nisi quod probabiliter ante Olymp. XXX, Rhoecus vtique, vixisse censendi sunt; verum nec illi, nec alii post eos anaglypha ex aere effinxisse memorantur. Subsequuntur tempora Ioniae opibus, litteris artibusque excultae, Lydorum metallis ad luxum et ad artium ministerium vocantibus inprimis inde ab Ol. XL et multo magis a Croesi regno inde ab Ol. LIV, 3. a. C. 562.

Peruentum nunc est ad ea tempora, in quibus in omnibus hisce oris Asiae littoralis, insularum et Graeciae ingenia ad nouos nisus et conatus excitata videmus. Nunc saltem probabile videri potest, extitisse artis opus aliquod, quod complurimum signorum anaglyphorum clipeum animo poetae alicuius obiiceret; quandoquidem hoc sequi par est, poetae fingenda esse probabilia, atque

ea ipſa, quae mirabilia ſunt, protypum aliquod habere debere, vnde phantaſmatis lineae ductae ſint; vbi enim nulla eſt probabilitas, nec ad oculorum ſenſum nec ad animum eſſe poteſt voluptas. In Cypſeli arca plura erant argumenta mythica per areas ordine poſitas, etſi nullo inter ſe nexu, expreſſa; pariter in throno Apollinis Amyclaei. Potuit ars delineandi, protypa ex argilla fingendi et formas operis ſeu fundendum illud ſeu malleo procudendum erat, elaborandi paſſim frequentata eſſe.

Poſt haec tamen alia miratio animum ſubit, quomodo poeta aliquis eo deuenire potuerit, vt *in clipeo* tale tam varium et multiplex, tamque alienum a natura et vſu clipei argumentum expreſſum fingeret. Extant multorum clipeorum memorationes; at in illis ſunt expreſſa ſigna ſingula, vt Gorgonis caput: ita in clipeis Minervae, Agamemnonis lib. XI. tum in clipeis Tragicorum, vt Septem ad Thebas apud Aeſchylum et Euripidem. At ſignorum tantus numerus, nusquam memoratur. Ipſa vero anaglypha quam otioſa, quam ἀπροσδιόνυσα in clipeo! quam aliena a perſona Achillis, non minus quam ab Jliadis argumento! quomodo hoc poetae in animum venire potuit, vt in clipeo herois, etſi ornatiſſimum eum clipeum eſſe vellet, vrbes, agros, paſcua, choreas, cumulatiſſimis figuris excuſas eſſe narraret!

Quisquis haec legerit, facile mihi concedet, probabilius eſſe, artificem ſeorſum de tali anaglypho cogitaſſe; non vero in clipeo bellicis vſibus deſtinato: quid enim? an putare potuit auctor hoſtem, contra quem clipeus tolleretur, aut perterritum figuris tam operoſae artis, aut in iis contemplandis occupatum fore? At potuit artifex in opus anaglyphum tam variae artis et argumenti incidere, dumque Orbem terrarum exprimere vellet, formam rotundam, clipeiformem arripere. Tale argumentum, tali opere expreſſum, nihil haberet, quod dilectu ſuo mirationem faceret.

Si tamen artifex ad ipſum opus acceſſerat, nullo modo probabile ſit, eum ad illud eo modo, quo poeta ex-

posuit, elaborandum aggressum esse. Sunt enim singulae areae tam numerosis figuris, vt aere eas seu fundere seu malleo extundere diuturni et immensi operis res fuisset; si autem effectum esset, oculorum delectationem nullam habiturum fuisset; tam paruae enim ac variae et obscurae figurae tam multis in areis, operis quamuis magni et lati, visu vix discerni potuissent.

Delati nunc tandem sumus eo, vt clipeus Homericus, etsi ad artis opera accommodatus, putandus sit esse *mere poeticus*, nec ex artis opere aliquo simili petitus aut ad artis morem et indolem, descriptus. Probabilius vtique videbitur statuere: fuisse *carmen aliquod*, quo ingenium poetae alicuius se exercuisset in partibus nonnullis et casibus vitae humanae adumbrandis; orbem terrarum seu vniuersum cum exprimere vellet, ad formam orbicularem facile ille fuit adductus.

Quomodo autem fieri potuerit, vt *ista aetate* aliquis tale argumentum carmine reddendum animo conciperet, sunt vtique nonnulla, quibus doceri potest, haud improbabile illud videri. Graecorum philosophandi conatus ab ea, quam nos physicam generalem appellamus, a cosmogonia et theogonia, processisse satis constat, nec modo antiquiorum aeuo, verum etiam ea aetate, qua in Italia et in Ionia ad rerum caussas inuestigandas excitata sunt sapientum ingenia, carmina de natura rerum scripta esse plura. Expressa sunt elementa cum eorum coagmentatione variis modis symbolicis aut tropicis, tum ipsa corpora caelestia et terrestria descripta variis modis, modo per lusus ingeniorum, modo per allegorias, modo etiam mystica aliqua adumbratione. Ita cum peplo variis coloribus picto prospectus mundi comparatus est, vti nos quoque coelum stellis consitum cum veste expansa comparamus; E Pherecyde superest versus: *Ζὰς ποιεῖ φᾶρος μέγα τε καὶ καλὸν* apud Clement. Alex. Strom. VI, p. 741. Pott. quod ille cum vss. 483. et 606 *ἀσπιδοποιΐας* nostrae comparat. Notus est similis pepli vsus in teletis Orphicis; notus quoque peplus Mineruae Athenis in

pompa Panathenaica duci solitus. Ita vero nec minus orbis terrarum in tabula seu in plano aliquo ex aere per artem expressus cogitari ab aliquo poeta potuit; vt formam rotundam praeferret, caelum et oceanus, qui terram includeret, inuitare potuit, ex mente veterum poetarum; cum caelum memoraretur, necessario sidera quoque exhibita sunt. Multum a physica aliqua subtiliore hominum ingenia aberant; itaque hemisphaerium ita expressum legimus, vt vna et eodem in plano memoret poeta diem et noctem, Solem et Lunam, cum aliris nonnullis notabilioribus; vt tamen Vrsae minoris notatio nulla facta sit; circumdat terram Oceanus in amnis morem ex antiquiorum opinione.

Quod si ita statuimus, plura inter se bene conueniunt: peruentum erat ad illa tempora, in quibus et opera similia sculpturae edita iam erant, et poetarum ingenia ad eiusmodi argumenta ferebantur; erat quoque vitae cultus per Ioniam et insulas aliquis paullo elegantior et opulentia, qualem in anaglyphis clipei propositam spectamus; haud multum ante Pisistratidarum et Solonis tempora, cuius ἄρχοντος ἐπωνύμου annus est Ol. XLVI, 3 a. C. 594 ad quae tempora concinnandae rhapsodiarum compagis studium referri posse videtur non sine magna probabilitate. Tenue est, commemorandum tamen, quod fama acceptum tradiderat Ephorus, Anacharsidem rotam figulinam inuenisse, hoc est, in Graecorum notitiam adduxisse; de quo v. Obss. ad 600. Adiit autem Anacharsis Graeciam Solonis aetate, circa Ol. XLVII, 1.

Iam si tale carmen extiterat, quod in clipei formam et speciem formatum vniuersum orbem describeret: quid mirum, cum in Iliade insignis operis arma Achillis a deo facta memorarentur, et in his clipeus, aut rhapsodus aut ex iis, qui rhapsodias in corpus aliquod redegerunt, aliquis carmen illud antiquum, aut eius partem, etsi alienissimo in loco, Iliadi inseruit! Assequi ita licet, quomodo haec assuta sint tantum ornatus et delectationis caussa, nullo respectu habito τοῦ πρέποντος. Si poeta iam

ab initio clipeum Achillis, qualem Jlias desiderabat, effinxisset: an vnquam ille ad tantam rerum copiam euagatus esset, ad quam nihil erat, quod duceret; repugnante contra carminis, rerum, narrationis, ordine et ratione. Substitisset ille in vs. 482. Sed δαίδαλα πολλὰ ingenium alterius hominis ad interpolationem mouerant. Idem saltem non processisset vltra vs. 489. nisi iam elaboratissimum carmen de vrbibus et reliquis ad manum fuisset, quod coagmentari cum ceteris posse putasset. Sane quidem haec, ex multarum notitiarum nexu collecta, vltra probabilitatem haud assurgunt; verum nec improbabilia haec sunt, nec alia video probabiliora, ea autem quae vulgari opinione ac fide circumferri solent, omni, quod vidimus antiquitati repugnant.

Ceterum ex his manifestum fit, omnem disputationem de clipeo tot tantarumque rerum capace, de arte, qua res expressae sint aut exprimi potuerint, disputationem esse vanam; poeticum esse ingenii lusum ab arte nunquam opere aliquo expressum, et nos alium ingenii lusum meditari, si quaerimus, quomodo nostra arte clipeus Achillis anaglypho effingi possit, aut quomodo eius argumentum delineari. Quod vero grauius obseruatu est: cum carminis hanc partem Homerum auctorem vix habere posse constet, perperam artis inter Iones, aut omnino inter Graecos, alicuius exquisitae specimina tanta in decimo ante C. N. saeculo quaeri.

Veteres dulcedine carminis deliniti nihil nec de sculpturae probabilitate, nec de episodii ratione ad ipsum carmen, nec de carminis veritate quaesiuisse videntur. Ex eo autem, quod Virgilius similem Aeneae clipeum adornauit, apparet, nec saeculum Augusteum ad rem tam parum probabilem et idoneam offendisse. Tam procliues sunt hominum animi ad probandum id, quod mirationem facit cum dulcedine aliqua, et tam tarda et timida sunt ingenia ad excutiendum id, quod mirantur. Spectatur tamen in hoc ipso summa poetices vis ad hominum animos, quod ipsis commentis suis eos delinit et

phantasmatum ornamentorumque voluptate detinet, vt ne in ea quidem satis inquirere audeant; multoque magis si antiquitatis commendatione ea se insinuent. Hoc illud est, quod Pindarus pronuntiat: *καί που τι καὶ βροτῶν φρένας ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον δεδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις ἐξαπατῶντι μῦθοι.* Olymp. I. et Nem. VII, 31 vbi *τὸν ἀδυεπῆ Ὅμηρον* memorat, *ἐπεὶ ψευδέεσσίν οἱ, ποτανᾷ μαχανᾷ, σεμνὸν ἔπεστί τι. σοφία δὲ κλέπτει παράγοισα μύθοις.*

Recentiorum studia occupata fere fuere in clipei adspectu, rerum effictarum formis et arte, qua eae expressae fuisse creduntur. Inprimis quaesitum est, quomodo in clipei superficie tot rerum argumenta reddi ab arte possint. Itaque laboratum est in iis commode disponendis; quod pro suo quisque ingenio est expertus. Clipeus esse debuit oblongus, quippe *ἀνδρομήκης*, etsi formam *τοῦ σάκεος* diserte nusquam tradidit Homerus. Ad formam orbicularem accedere debuit plus minusue, quod ipse terraquei orbis et Oceani circumfluentis habitus suadet. Nihil occurrit in carmine, vnde colligi possit, quo situ ac positu expressas figuras apud animum suum finxerit poeta; vtrum ita, vt, si Achilles clipeum rectum manu teneret, rectis pedibus illae starent; an vt circumductis orbibus figurae intra oram et vmbonem ita starent, vt seu pedibus versus oram, seu ad vmbonem conuersis illae essent; probabilius visum postremum. Alia quaestio agitur, num signorum seu figurarum series in lineis ac striis rectis, an in fasciarum modum circumducta, an vna area inter vmbonem et oram latiore, sed per plures areolas ac septa distincta, pro argumentorum numero ac varietate res exhibitae fuerint. Probabilius habitum hoc vltimum. Nunc autem iterum in diuersa itum est, in constituendo argumentorum, exinde arearum et septorum numero. Operis ratio videtur satis diserte esse declarata; exhibita est hominum vita, in pace et in bello; per duas vrbes, alteram pacis bonis fruentem, alteram obsessam ab hoste; inde vitae rusticae studia per arationem, mes-

ſem, vindemiam, paſtionem; tandem per choreas ſaltantium; argumenti pars quae ceteris parum reſpondet. In reliquis iudicium poetae probes et dilectum mireris. Dionyſ. Hal. de Homeri poeſi 11. obſeruat, Homerum in hoc clipeo propoſuiſſe τὸν πολιτικὸν βίον vſ. 491. τὸν στρατιωτικὸν 599. et τὸν γεωργικὸν 531 ſq.

Noti quoque ſunt virorum ingenioſorum conatus in adumbrandis his argumentis et ad certum numerum revocandis; praeiuerat artis exemplo Philoſtratus iun. Imag. 10. parum tamen feliciter in hoc, quod Neoptolemum effictum eſſe narrat clipeum paternum manu tenentem; non autem ipſum clipeum picturae ſummam conſtituit; in clipeo tamen omnia expreſſa eſſe narrat, quae carmine narrata ſunt. Alioqui pictura multo melius adumbrari poſſit clipei tale argumentum, quam in aere. Opportunior tamen vel ſic eſt delineatio graphica, a pluribus tentata; ſuperſtructa fere conatui Boiuini in clipei Achillei apologia, quem adoptauit Pope, emendauit Comes de Caylus, inde Leſſingius, qui, numerum arearum nimis auctum a Boiuino ad decem reuocauit, computo fere ad formulas ἐν μὲν ἔτευξε, ἐν δὲ ποίησε, ἐν δὲ τίθει, ἐν δὲ ποίκιλλε inito. Iterum XVII argumenta diuerſa conſtituit d' Hancarville; alio modo Court de Gebelin, (*Monde primitif* To. VIII) qui Calendarium rebus per XII menſes dispertitis exhibitum eſſe ſibi perſuaſerat. Poteſt arearum numerus ad quatuor vel quinque reduci; ſequamur tamen id, quod ſponte ſe offerre videtur. Sub ora clipei ambire ſuperiore plaga ſuperficiem infra poſitam debuit Oceanus; probabile fit ipſum vmbonem occupare caelum cum Sole, Luna et aſtris. Mediam inter caelum et Oceanum ſuperficiem Terrae Marique relictam putabimus, etſi, qua parte mare locum ſuum habuerit, haud dixero. In areas haec media ſuperficies dispertita apud animum noſtrum cogitari poteſt has, vt eſſet I. vrbs pacatis rebus, vſ. 490. II. vrbs ab hoſtilibus copiis, binis caſtris, obſeſſa, et pugna ex inſidiis commiſſa, vſ. 509 ſq. III. IV. V. aratio, meſſis, vindemia,

511. 550. 561. VI. VII. pascua armentorum et ouium, 573. 587. VIII. chorus cyclicus Creticus, 590.

In his tamen constituendis ne animo dimittamus, nos lusum ingeniosum exercere, in reuocando lusu poetico antiquiorum aetatum ad artis opus aliquod ex nostris delineandi et plures figuras. actiones et rerum genera dispertiendi praeceptis et regulis.

Praeclara erat Lessingii obseruatio, multis laudibus commendata, quod clipeum descripsit poeta, non, qualis arte iam erat elaboratus, sed, quo operis progressu ille procudebatur; quod delectationem habet, cum ita singula deinceps cognoscantur discreta inter se et se deinceps excipientia; Quod aliter se habet in descriptione rerum iam vna existentium, in quibus enarrandis ab alia ad aliam iuxta positam procedere cogeris. Nec tamen haec tantam mirationem facere aut possunt aut debent. Ipsa enim res, narrandi modus et ordo, cum Vulcanus ad arma fabricanda accedisset, poetam eo adducebant; nec aliter ille narrationem instituere potuit, cum semel ita narrare exorsus esset, vt diceret, Vulcanum fecisse primum hoc, tum illud, et sic porro; nec magna ingenii subtilitate ad hanc rationem excogitandam opus erat.

Virgilianum clipeum Aeneae inferioris et artis et ingenii esse vno ore pronuntiarunt omnes. Lessingius quoque in eo inprimis Virgilium peccasse censuit, quod non fabricando per singulas partes clipeo legentes admonet, sed clipeum iam factum ante oculos ponit. Atqui diuersissima vtriusque poetae ratio est pro consilii diuersitate. Virgilius ea, quae in clipeo expressa sunt, *animo tantum et mente fingi* a lectore vult, non ipse enarrat; itaque tantum potiora nonnulla subiicit commemorando, sed tanquam poeta, nec nisi in pugna Actiaca ad veram sculpturam animum reuocat; in Homericis autem *sensui oculorum* singula cognoscenda proponuntur, vt in adspectu morari oculi possint. Quam diuersa autem haec sunt! alterius clipei res *ad cogitationem* reuocandae sunt, alterius *ante oculos positae.* Virgilius autem hoc

ipſo laudem ſuo clipeo quaeſiuit, quod omnis hiſtoriae Romanae complexum aliquem cogitationi mentis ſubiicere voluit; mentione artis prorſus nulla facta. Habebat autem cauſſam grauiſſimam, cur hoc ſequeretur, *argumenti* enim in clipeo expreſſi *voluit eſſe concentum aliquem cum argumento carminis:* res enim Romanae ſculptura expreſſae a deo rerum futurarum prouido habebant quod cum Aeneide conueniret; adducere porro ille voluit rerum ſeriem ad pugnam Actiacam, quae primarium ſculpturae argumentum conſtitueret. At ſigna in Achilleo clipeo prorſus nihil habent, quod cum Iliade, cum Achillis rebus, commune ſit; conſtituunt digreſſionem prorſus alienam a carmine, et abducunt animum a rerum ſumma, ideoque pro episodio quidem ſuaui per ſe et iucundo haberi poſſunt, ſed alieno, inutili, et cum rerum tractandarum ſumma omni vinculo, cognatione, neceſſitate deſtituto. Haec ſi Leſſingii acumini ſe obtuliſſent, non ille de vtroque clipeo ea iudicaſſet, quae in Laocoonte XVIII ſub f. p. 188. 189. pronuntiata ſunt. Verum de Virgiliano clipeo ſatis dictum eſt in Exc. IV. ad Aen. VIII.

IN LIBRVM XIX. (T) ILIADIS
VARIAE LECTIONES
ET OBSERVATIONES

Μήνιδος ἀπόρριψις apud antiquos inſcripta haec rhapſodia, nec male, a parte potiore.

1. ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων. Harlei. ἐπ'.

ῥοάων. non modo haec forma in αων, ſed et ipſa vox ῥοάων aliquoties fuit obuia, primo loco Γ, 5. notatur tamen nunc a Schol. B. qui ait, eſſe eam formam Boeoticam, eamque non modo in femininis, verum et in maſculinis, καὶ ἀπὸ τῶν εἰς ες ἀρσενικῶν, vt Ἄρτεμι Κρητάων πότνια, (in Victor. additur: τοξοφέρων. λαοὶ τοξοχίτωνες ἀκούετε σειρηνάων. Ἐπίχαρμος.) et ab ος· καλοὶ νησάων ἀστέρες. et in neutris occurrere, vt: βλεφάρων ἀπὸ κυανεάων. de quo quidem dubitare licet.

Eſſe antiquam hanc formam nominum primae declinationis certum eſt; ſic vidimus μελισσάων. αἰχμητάων. cf. ſup. B, 87. Aeolicam eſſe pronuntiat Etymologus p. 40 f. et alibi, vnde ſit quoque αἰχμητᾶν. Ionicum εων. add. Gregor. p. 271. Flecti vero alia quoque nomina in eum modum, non conſtat alio exemplo, quam quod laudatur νησάων Callimachi in Del. 66. et 275. vbi affertur quoque e Suida κολωνάων a κολωνές. Si tamen memineris multorum nominum duas fuiſſe formas, non improbabile ſit fuiſſe quoque ἡ νήση, ἡ βλεφάρη. Κρητάων a Κρήτη. quod et, vt Ἀθῆναι, fuiſſe videtur Κρῆται. Od. Ξ, 199 Κρητάων εὐρειάων.

2. ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι. vſus et ratio ſubtilior poſtulat ἵνα φέρῃ ſicque legitur in Harlei. et Lipſ. vide tamen ad Λ, 2 vbi idem verſus iam lectus eſt.

3. θεοῦ πάρα δῶρα φέρουσα. θεοῦ πάρα ſcribendum eſſe monet Schol. B. vt et mox vſ. 10. „Ex h. l. Ienſius colligebat, Homerum vno tenore ſcripſiſſe carmina, nec ipſum in libros diuiſiſſe; nam ἡ δ' manifeſte refertur ad libri praecedentis verſus vltimos. Facile acceſſerim; nec id primo Ienſio in mentem venit.“ Haec Erneſti. Distributionem Jliadis in XXIV libros nemo facile a primo auctore profectam eſſe crediderit; id vero ex h. l. quenquam probare velle, miror; nam ἡ ἐς νῆας ἵκανε reſpondet τῷ ἠὼς μέν. et diuerſa ſunt a vſſ. extr. ſuperioris libri. Thetis deſcendit Olympo; nunc cum die orto ad caſtra peruenit.

Ceterum arma per Thetidem et Nereides portata et ad Achillem allata argumentum conſtituit nobile nonnullarum gemmarum, aliorumque operum antiquorum; ſic nuper Muſei Pio Clem. To. V, t. 20. vbi memorata videbis alia; gemmasque memoratas a Winckelm. *Cabinet de Stoſch* et in Taſſie. Praeiuit omnibus anaglyphum arcae Cypſeli ap. Pauſan. V, 19 p. 426. vbi Nereides curribus ſunt vectae cum Thetide, quae arma a Vulcano accipit; anteit Centaurus, Chiron, tanquam conſolaturus Achillem.

4. εὗρε δὲ Πατρόκλῳ περικείμενον ὃν φίλον υἱόν. Scripſerant nonnulli Πατρόκλῳ πέρι. vt in illo ἀμφ' αὐτῷ χυμένη (inf. 284) cum quibus ſentit Apollon. de Syntaxi p. 303. aliis contradicentibus, Aſcalonita in his et Herodiano: docentibus Schol. A. B. ἔμφασις γὰρ μείζων νοεῖται. quam equidem non video.

Barnes: „γρ. παρακείμενον.“ neſcio vbi. In vitium περικείμενον conſentiunt edd. Aldd. et Rom. quod miror.

At peccat verſus in digamma: περικειμενον ϝον. itaque verſus aut non eſt Homericus, aut eſt ille corruptus; medicina quidem facili et expedita, quam Bentleius etiam vidit: εὗρε δὲ Πατροκλῆϊ φίλον περικείμενον υἱ-

όν. praeſtatque haec ratio prae altera ab ipſo appoſita: εὗρε δὲ Πατρόκλῳ περιφύντα ϝεον φίλον υἱόν. et laudat inf. 132 ὅθ' ἑὸν φίλον ὁρῷτο. Od. Π, 21. Τ, 416. Ita dicere malim gloſſema inuolaſſe pro voce vera: εὗρε δὲ Πατρόκλῳ χύμενον πέρι ϝον φίλον υἱόν. vt inf. 284.

5. κλαίοντα λιγέως. „ὀξέως ἢ ἡδέως." Sch. A. B. vt variare vidimus ſententias ſup. Γ, 214. de oratione Menelai. At h. l. alienum eſt ἡδέως. etſi affertur illud (ex Odyſſ. O, 399) μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνήρ. variat hunc verſum Schol. Moſcou. hoc modo: μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσιν ἥδεται ἀνήρ. Eſt in Od. Θ, 527 de muliere conſpicata maritum caeſum ἀμφ' αὐτῷ χυμένη λίγα κωκύει. Saepe de acutis lamentis λιγύς, λιγέως. Obſervant eadem Scholia, etiam h. l. procliues eſſe ad lacrimandum heroes Homericos; ἀφ' οὗ καὶ ἡ παραβολή. — αἰεὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες ἐσθλοί.

6. μύρονθ'. ἡ δ' ἐν τοῖσι. „μύροντο. ἐθρήνουν." haud dubie *flerunt.* Miro tamen modo argutati ſunt veteres, dum voluere eſſe ἐχέοντο et varia commenta admouerunt, in Schol. B. et Euſtath. Iunxerant ſcilicet ἀμφὶ — μύροντο, quaſi ἀμφεχέοντο. circumfluxerunt. confluxerunt circa eum. ἤδ' Barnes; idem vſ. 8. male ἐάσσομεν vt vbique.

7. ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί. „ἄρα *vt fieri ſolet*" Clarke.

8. τέκνον ἐμὸν, τοῦτον μὲν ἐάσομεν. „quod ἐάσομεν pro ἐάσωμεν.

9. ἐπειδὴ πρῶτα θεῶν ἰότητι δαμάσθη. „ἐπειδὴ πρῶτα" Sch. B. ἅπαξ. Recte; vt iam vidimus A, 235 ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπε. Monuit quoque Erneſti. — ἰότητι δὲ (pergit Sch. B.) ὁρμῇ. παρὰ τὸ ἰέναι. immo ſimpl. *voluntate.* v. ſup. ad E, 874. Ex Schol. Townl. diſco. lectum quoque fuiſſe: θεοῦ ὑπὸ χειρί.

10. τύνη δ' Ἡφαίστοιο πάρα κλυτὰ τεύχεα δέξο. „notant nonnulli, quod τύνη eſt Doricum" Schol. A. praeſtabat dicere, eſſe vocem antiquam, cuius vſus manſit inter Dores. Obuia tamen ea fuit iam aliquoties, primum E, 485 τύνη δ' ἕστηκας. Addunt Schol. A. dici

ſemper ἀρσενικῶς. Eadem iubent ſcribere Ἡφαίστοιο πάρα. Poteſt tamen cum Vrat. b. etiam παρὰ — δέξο iungi παράδεξο pro παραδέδεξο. In Moſc. fr. παρακλυτὰ iunctim.

11. οἷ' οὔπω τις ἀνὴρ ὤμοισι Φόρησεν. proprie ad ſolum thoracem ſpectat, qui humeris induitur.

12. θεὰ κατὰ τεύχε' ἔθηκε. Barocc. Harl. Mori. καλὰ τεύχεα. Nusquam Ionicum notatum video τεύχεα θῆκε.

13. τὰ δ' ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα. ἤχησε. quod tenendum ex Schol. B. vocem iam vidimus Δ, 420. Ε, 859 et al. Apollon. Lex. ἀνέβραχε. ποιῶς ἐψόΦησε. iungitque cum h. l. alterum ἀνέβραχε θύρετρα Od. Φ, 48. 49. Heſych. ἀνέβραχεν, ἤχησεν. in eodem corrupte ἀνάβρεχε et ἀνήβραχεν. Ii, qui arma a deo fabricata ἔμψυχα eſſe ſtatuerant, ἀνέβραχεν expoſuerant ἐΦώνουν, Φωνὴν ἀΦῆκαν.

πρόσθεν Ἀχιλλῆος. „γρ. αὐτοῦ πρόςθε ποδῶν. vt Π, 742“ Barneſii commentum. In δαίδαλα autem non cauſſa latet τοῦ ἀναβράχειν. ſed dicendum h. l. ſimpl. poſitum eſſe pro πάντα τάδε τὰ τεύχεα. Legit pro eo τὰ δὲ Φαίδιμα Barocc. Mori.

14. Μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἕλε τρόμος. ⸖ „quod Zenodotus legerat ἕλεν Φόβος. At apud Homerum Φόβος eſt Φυγή.“ Sch. A.

15. ἀλλ' ἔτρεσαν. ⸖ „quod Zenodotus refellitur, qui Φόβον legerat, (v. ſup. vſ.) per ἔτρεσαν. τὸ γὰρ τρέσαν ἀπὸ τοῦ τρόμου.“ Sch. A. nimis argute; poterat enim variare poeta.

16. ὡς εἶδ' ὥς μιν. Sic: *vt vidi vt perii.* Laudat, et alia ſimilia affert, Clarke ex Theocr. II, 82. III, 42 quae nunc nota ſunt. Add. inf. Υ, 424. vbi Euſtath. e Tryphone affert vſum τοῦ ὡς pro ἡνίκα ἂν — p. 1214, 41. Alii ὣς altero loco reddunt εὐθέως. recte alii οὕτως vt Sch. Theocr. III, 42. Cur ira inflammetur Achilles, Sch. A. cauſſam ſubiicit: „ἠρέθισται γὰρ, τῇ ὁμοιότητι. ἤ, ὅτι — αὐτὸς γὰρ ἐΦέλκεται ἄνδρα σίδηρος. Od. Π, 294

„Praeclarum hoc et ex mentis humanae natura: adſpectu armorum inflammatur animus virtute, ira et vlciſcendi ardore.

17. ἐν δέ οἱ ὄσσε δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων ὡςεὶ σέλας ἐξεφάανθεν. „Sic Ariſtarchus. Alii ἐξεφαάνθη.“ ſicque Ven. B. vn. Vindob. fr. Moſc. Vrat. d. Hoc idem erat in ed. Rom. et Euſtath. vnde repoſitum erat in ed. Turneb. Stephan. et al. Reuocauit iterum ἐξεφάανθεν, quod antea in Flor. et Aldd. legebatur, Barnes. Conſpirant in hoc codd. ſicque in aliis locis, vt A, 200. poſſe tamen etiam ἐξεφαάνθη ferri, contendebat Clarke, quia ὄσσε φαεινὰ, αἱματόεντα N, 435. 617. occurrunt. Sic tamen ὄσσε pro plurali accipiendum erit; nam dualem cum ſingulari verbi iungi non noui. Melius Harlei. (vt A, 200 aliqui) ἐξεφαάνθην. ὑπὸ βλεφάροις Barocc. Harl.

18. ἐν χείρεσσιν ἔχων. ψηλαφῶν Sch. B.

19. φρεσὶν ᾗσι τετάρπετο. Legebatur ἧσιν ἐτάρπετο. — niſi quod ἐτέρπετο Euſtath. vt paullo ante τέρπετο. Occurrit quidem aliquoties ταρπώμεθα. At φρεσὶν ᾗσι τετάρπετο Lipſ. „male,“ addit Erneſti; immo bene noua forma, τετάρπομαι, aliquoties in Odyſſea obuia. Accedit Venetus; et cum hoc Harl. Townl. Vrat. A. b. d. fragm. Moſc. et vn. Vindob. Et hoc voluit Cant. ᾗσι τ' ἐτέρπετο.

21. τὰ μὲν ὅπλα θεὸς πόρεν, οἷ' ἐπιεικές. Schol. br. Euſtath. εἰκός. πρέπον. Gloſſa Heſych. πόρεν οἱ ἐπιεικές· παρέσχεν αὐτῷ τὸ πρέπον. accepit οἱ pro αὐτῷ.

23. νῦν δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ θωρήξομαι. Barocc. ἀλλ' ἤτοι. Monet Clarke eſſe θωρήξομαι vi medii propria, armabo me.

24. Μενοιτίου ἄλκιμον υἱόν. „τὸν τότε, οὐ τὸν νῦν, addit Schol. B. ſcil. ἄλκιμον ὄντα. Schol. Townl. et Victor. τινὲς, ἀγλαὸν υἱόν. ἵνα ἁρμόζῃ τῇ αἰκίᾳ ἡ ὑπόμνησις τοῦ κάλλους.

25. κατὰ χαλκοτύπους ὠτειλάς. Suidas: χαλκοτύπους τὰς ἐκ σιδήρου πληγὰς γινομένας. Heſych. reddit χαλκοπλήκτους. et Etymol. τὰς ἐκ σιδήρου πληγάς, vulnera.

26. *μὴ μυῖαι — εὐλὰς ἐγγείνωνται.* ⊱ „quod in Zenodoteis erat *ἐγγίνωνται.* at requiritur *ει*, eſt enim hoc pro *ἐγγεννήσωσι.* quod et Apollon. habet et Heſych. Etymol. Schol. br. Euſtath. *γεννήσωσι*, Suidas. Sic: *οὐκ ἐλεαίρεις ἄνδρας, ἐπὴν δὴ γείνεαι αὐτός.* ὅ ἐστι γεννήσεις. (Od. Υ, 202)" Schol. A. Puta fuiſſe *γένω, γέννω, γείνω*, eodem ſenſu, quo *γεννάω, γεινάω*, vt tamen etiam *γείνομαι* idem ſit, vt ſaepius *ἐγείνατο*, generauit. *τὸν υἱὸν γείνατο εἶο χέρηα* Δ, 400. et *ἐγγείνομαι* pro *ἐγγεννάω.* Barnes: „ γρ. *ἐγγεννῶνται*, et *ἐγγεινῶνται.*" Scribitur paſſim *ἐγγίνωνται.* Deprauatius Lipſ. *ἐγγίνονται.* Heſych. *ἐγγυῶνται γεννῶσι.* quod Bentl. corrigit *ἐγγίνωνται.*

εὐλάς. σκώληκας. Apollon. Lex. Heſych. Etymol. At *εὐλὰς* eſſe acuendum, Schol. A. multis docet e vetere grammatico, e quo ſua quoque petiere Etymol. et Euſtath.

27. *ἐκ δ' αἰὼν πέφαται* in medio poſita ſunt; oratio enim continuatur *μὴ ἀεικίσσωσι δὲ νεκρὸν, κατὰ δὲ χρέα πάντα σαπήῃ. Ἀττικῶς δὲ ἔχει ἡ σύνταξις* (ſcil. in omiſſione *τοῦ κατά. ὁ νεκρὸς κατασαπῇ τὸν χρόα.* ad morem antiquum ſeruatum ſerius ab Atticis) Schol. B. Sch. Exc.

κατὰ δὲ χρόα πάντα σαπήῃ. σαπήῃ Ariſtarchea eſt lectio, pro *κατασαπῇ.* Vulgata lectio erat *σαπείη.* quae etiam in Euſtathio occurrit; per ſe haud praua, nam poſt *μὴ* etiam optatiuus locum habet. v. Excurſ. II. ad lib. VII. p. 403. qui defendere velit, poſſit memorare morem Homericum variandi modos, poſt *ἐγγείνωνται.* Attamen codicum auctoritas tuetur lectionem *σαπήῃ.* De forma coniunctiui, *ῶ, εω, ειω, ηω*, vidimus iam *στήῃ, θήῃ*, et ſimilia legebantur: v. c. ad E, 598.

ἐκ δ' αἰὼν πέφαται. non aliter poteſt dictum eſſe quam *ἐκπέφαται ὁ αἰὼν, ἡ ζωὴ*, exciſa eſt vita, a *φάω, φονεύω.* Ita *αἰὼν γλυκὺς καταλείβεται* et *φθίνει* Od. E, 152. 160. *τήκεται*, ap. Apollon. III, 1132 et *φθινύθειν τὸν αἰῶνα* Od. Σ, 203 dictum eodem modo, quo *φθείρειν τὸν θυμὸν*, vnde *θυμοφθόρος, θυμοραϊστής*, et vt *ὤλεσε θυμόν.* Duxit hinc auctor Hymni in Mercur. *κακό-*

ζῆλος vſ. 42 αἰῶν' ἐξετόρησεν et 119 δι' αἰῶνας τε τορήσας. Mirum eſt, quod Sch. B. adſcripſit: ἀπογυμνωθῇ δὲ καὶ φανερωθῇ ὁ αἰὼν, ἢ ὁ νωτιαῖος μυελός. vt φάω ſit pro φαίνω. vnde eſt quoque inter Sch. br. τέτρωται. ἀνήρηται. ἠφάνισται. Arridebat hic vſus vocis Ruhnkenio in Hymni in Merc. l. c. qui tamen medicorum fuiſſe videtur, non vulgaris. αἰὼν vulgari vſu vbique ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου Apollon. Lex. h. v. at medico „αἰὼν λέγεται καὶ ὁ νωτιαῖος μυελός. ὡς καὶ Ἱπποκράτης. Ἄνθρωπός τις, νοσήσας τὸν αἰῶνα, ἑβδομαῖος ἀπέθανεν" Etymol. Sicque Erotianus in Lexico. Heſychius eadem notat, ſed *recentiores* locum Homericum ita interpretatos eſſe ait: τινὲς δὲ τῶν νεωτέρων τὸν νωτιαῖον μυελὸν ἀπέδωκαν. vbi v. Not. Scholia autem breuia: ἤτοι, ἀνήρηται ὁ βίος. ὅ ἐστι, ζωῆς ἐστέρηται. ἢ, ὡς οἱ γλωσσογράφοι, αἰὼν ἔφθαρται, ὅ ἐστιν ὁ νωτιαῖος μυελός. prius haud dubie vere; alterum ne tum quidem, ſi Ionicum fuit, locum habet, nam in ilibus vulneratus conciderat, non in tergo, Patroclus Π, 820. 1. Tollenda igitur eſt omnis ſubtilitas; et ſenſus eſt: *nam exanime iacet corpus.*

29. μή μοι fragm. Moſc.

30. 31. τῷ μὲν ἐγὼ πειρήσω ἀλαλκεῖν ἄγρια φῦλα, μυίας. ἄγρια φῦλα. ἄγρια νῦν τὰ θρασέα καὶ ἀναιδῆ καλεῖ. Sch. A. et addit: ἀρηϊφάτους δὲ τοὺς ὑπὸ σιδήρου πεφονευμένους. Mirum cur de ferro cogitauerit. Melius Apollon. Lex. ἀρηΐφατοι, οἱ ἐν τῷ πολέμῳ πεφονευμένοι. πειρήσομαι ἀλαλκεῖν Flor. Aldd. 1. 2. nec emendatum niſi e Rom. inde a Turn. Steph. Poterat ferri: πειρήσομ' ἀλαλκεῖν. Procliuior quoque in hoc Bentleius, vt Od. Θ, 184 πειρήσομ' ἀέθλων. Succurrebat tamen, etiam πειρήσω occurrere Od. B, 316. addebatque Jl. Θ, 8. I, 345. Tenue eſt, mirum tamen, quod inde a Flor. editur ἀλαλκεῖν, cum alias vbique ἀλάλκειν ſit. Eſt tamen ἀλαλκών, vt I, 601. et ἀλαλκήσει Od. K, 228. ἀλαλκέμεν Barocc. nec male vt Od. Γ, 237. Fuiſſe eam Ariſtophaneam lectionem diſco e Schol. Townl.

„αἵ ρα τε *quae ſcilicet*" Clarke.

32. ἤν περ γὰρ κῆταί γε. Editum erat vulgo et lectum κεῖταί γε cum vitio grammatico, etiam alibi obuio, vt ἐὰν cum indicatiuo a librariis illatum ſit. Recte inf. X, 487 ἤν περ γὰρ πόλεμόν γε φύγῃ. Emendabam εἴπερ γὰρ κεῖταί γε. Videbam quoque ſic legi in Harlei. Nunc in Veneto vidi legi κῆταί γε. non itaque dubitandum erat, an reciperetur. quod, inſpecto Wolſio, video iam ab eo factum eſſe.

τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν. Aliquoties in Odyſſea, hoc vno loco Jliadis lectum. τὸν εἰς τέλος φέροντα τὰ φυόμενα Schol. B. τὸ τέλος eſt maturitas. Melius ſic, quam alii modis aliis. Fere ſic dicta Ceres τελεσφόρος, quae maturat fruges. Paullo latius Horat. IV, 8 f. Liber *vota bonos ducit ad exitus*, τελεςφόρος. niſi de vitium maturitate accipias, quae agricolarum in votis eſt.

33. αἰεὶ τῷδ' ἔσται χρὼς ἔμπεδος. τῷγ' ἔσται magna codd. pars exhibet, Barocc. Cant. Vat. Harl. Vrat. d. fragm. Moſc. et edd. Flor. Aldd. mutatum a Turnebo ex ed. Rom.

χρὼς ἔμπεδος. nil monitum de vſu vocis, qui h. l. eſt, qui non mutatur, non corrumpitur, incolumis. quod alias poetae dicitur σῶς. vt bene Koeppen comparat. Verſum apponit Galenus, ad lib. de fracturis To. XII. Chart. p. 193 vt doceat χρῶτα eſſe corpus totum, exceptis oſſibus, cartilagine et ligamentis.

34. κκλέσας ἥρωας Ἀχαιοὺς ⸗ „quod ἥρωες omnes Achiui ſunt, non ſoli reges, vt Iſter volebat." Schol. A. repetitum aliquoties. v. ad B, 110.

35. μῆνιν ἀποειπὼν Ἀγαμέμνονι. remittens. condonans iram, iniuriam, irae cauſſam. Aliter nunc dictum ἀποειπεῖν, atque aliis locis. v. ad I, 309. niſi forte quodammodo comparari poteſt Γ, 406 θεῶν τ' ἀπόειπε κελεύθους. Nec notatum hoc gloſſographis, praeterquam Euſtathio.

Barnes „γρ. ἀπαιειπὼν" quod eius commentum eſt. Laborat tamen quoque Clarke in ratione productae litterae ο. Ait Erneſti productum eſſe in caeſura, ſeu in

arsi, vt cum Hermanno loquaris. At vera caussa latet in digammo quod geminabatur pronuntiando.

36. *δύσεο δ' ἀλκήν.* Schol. B. *τινὲς τὴν πανοπλίαν.* (mireris acumen!) *ἔστι δὲ ὅμοιον τῷ· ἀναιδείην ἐπιειμένε*" (A. 149). Vidimus iam I, 231 *εἰ μὴ σύγε δύσεαι ἀλκήν.* Et sic similia, induere, pro sumere, adhibere, exserere.

38. 39. Compara inf. 347. 348.

39. *στάξε κατὰ ῥινῶν.* per nares. Eustath. mira affert: *διὰ ῥινῶν· ἀντὶ τοῦ κατὰ ῥινοῦ,* (per cutem) *ἤτοι τοῦ δέρματος. καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ὠτειλῶν. τί γάρ, φασιν, ἔδει κατὰ τῆς ῥινὸς ἀμβροσίαν στάξαι τῷ ἀναισθήτῳ, καὶ οὕτω δόξαι μυρίζειν τὸν νεκρόν;* Eodem spectare debuit, quod Schol. Townl. ait nonnullos scripsisse *στάξε κατὰ βυρσῶν.* Probe factum, quod saltem dubitarunt de nectare per nares infuso. Haud dubie poeta resciuerat seu visu seu auditu morem Aegyptiorum condiendi corpora: nam inter alia conditura hoc ferebat, vt ferro extraheretur per nares cerebrum, tanquam pulpa ad putredinem maxime procliuis, vtque infunderentur liquores: *τὰ μὲν αὐτοῦ οὕτω ἐξάγοντες, τὰ δὲ φάρμακα ἐγχέαντες* Herod. II, 86. Ad eum morem videtur nunc vnguentum et nectar, vinum rubrum aemulans, infundi. Sin huc descendere nolis, sufficere potest, si dixeris homines illos meminisse odorum et vini austeri naribus admoti vim ad recreandos eos, qui deliquium animi passi erant; simili ratione poterat videri vigor aliquis et vis vitalis in corpus reuocari, ne putresceret.

ἵνα οἱ χρὼς ἔμπεδος εἴη. τὸ σῶμα ἄφθαρτον bene reddunt Schol. br.

Inter vs. 39 et 40. insertus erat versus in Harl. et fragm. Mosc. *ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἔρξασ' ἀπέβη Θέτις ἀργυρόπεζα.* aliunde suppletus, nec tamen male.

40. *αὐτὰρ ὁ βῆ παρὰ θῖνα.* E Schol. br. ad h. v. et e Schol. A. et Mosc. ad vs. 83. discimus fuisse *ζήτημα,* cur Achilles non per praeconem, sed ipse, conuocet copias ad concionem. Recte a festinatione Achillis et studii impatientia id repetitur; etsi primo quoque libro vs.

54 fecerit idem hoc Achilles. Conuocare autem concionem licuiſſe cuiuis principum, non conſulto antea rege, ſatis ex his patet.

42. *καί ῥ' οἵπερ τὸ πάρος γε νεῶν ἐν ἀγῶνι μένεσκον.* Recte notatum: *καί ῥα* vsque *δοτῆρες* iungenda eſſe cum ſeqq. vt ſit: *ὅσοι πρότερον ἐν τῷ ναυστάθμῳ ἔμενον, καὶ οὗτοι τότε παρῆσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.* *καί θ' οἵπερ* Vrat. d. vn. Vindob. haud dubie comtius!

νεῶν ἐν ἀγῶνι. ἀθροίσματι τοῦ ναυστάθμου. v. ſup. ad O, 428. Apollon. Lex. *ἀγών. ὁ τόπος, εἰς ὃν συνάγονται* (*νῆες*) hoc verſu adſcripto. *μένεσκον manere ſolebant.* Clarke.

43. *οἵτε κυβερνῆται* ſc. *ἔσαν,* qui mox declarantur, *καὶ* (*οἳ*) *ἔχον οἰήϊα νηῶν,* (pro epitheto: *κυβερνῆται ἔχοντες* (regentes) *τὰ οἰήϊα.* et porro *καὶ οἱ ταμίαι ἔσαν.* vt monitum in Schol. Exc.

Facile eſt ad ſenſum, ineſſe aliquid duri in *καὶ ἔχον* omiſſo *οἱ.* pro *καὶ οἱ ἔχον.* Inde exortae variae corruptelae. In Barocc. cum Mori et vno Vindob. *καὶ οἳ ἔχον ἤϊα νηῶν.* interpolate. — *ἤϊα* erat in Harl. *καὶ οἳ ἔχον οἶια* Vat. Comminiſcitur Barnes *οἳ ἔχον τ' οἰήϊα.* Etiam in edd. Flor. Aldd. erat *καὶ οἳ ἔχον,* interemto metro. Corrupit alio modo Turnebus, dum emendare voluit, *κ' οἳ ἔχον·* deb. *χ' οἱ.* Reſtituit e Romana, quod habemus et codd. tuentur, cum Euſtath. etſi eſt oratio paullo horridior. Vltimae in *ἔχον* cauere volens Bentl. em. *ἔχοντ' οἰήϊα.* Sane: *πρὸ δὲ δούρατ' ἔχοντο* ſup. P, 355 etiam actiue. Vox hoc vno loco occurrit, aliquoties in Odyſſea: et ap. Apollon. Arg. I, 401. vbi v. Schol. Apollon. *οἰήϊα.* (vt legendum) *τοὺς οἴακας. τὰ πηδάλια.* et Heſych. cum Etymol. qui verſum laudat qualem habemus.

44. *ἔσαν* deletum erat in Vat. vix cauſſa certa, puto. nam deſideraretur ſic vox, v. c. *μένον.*

45. *καὶ μὴν οἱ τότε γ' εἰς ἀγορὴν ἴσαν.* ⸓ „quod exercitus ad Ilium dux erat Achilles, etiam antequam iratus erat; quare nunc eius imperium (*ἡγεμονία*) reſti-

tuitur." Sch. A. Mirum Scholion, quod eo ſpectare videtur, quod Achilles exercitum eduxit in pugnam et diſpoſuit, non Agamemnon. Attamen fortiſſime quidem pugnauit, et inter principes primo forte loco fuit, non autem exercitus dux dici poteſt.

46. *δηρὸν δὲ μάχης ἐπέπαυτ' ἀλεγεινῆς.* Sch. B. „*δὲ, ἀντὶ τοῦ γάρ.*" non puto recte. Eſt modus antiquus enuntiandi: *ille autem.* pro, *ὃς δηρὸν ἐπέπαυτο.* vel *ὁ πεπαυμένος.*

ἐπέπαυτ' a *πέπαυμαι* reuocatum eſt hoc quoque loco, vt ſup. Σ, 248. vbi vid. Obſſ. conſenſu codicum.

47. *Ἄρεος θεράποντες.* Townl. *ἄρεως.*

49. *ἔγχεϊ ἐρειδομένω.* ⸖ quod per ſyllepſin haec dicta ſunt, (*τὼ δὲ δύω σκάζοντε*) nam ſolus Diomedes pede vulneratus erat (Λ, 376. 7. Vlyſſis autem coſtas haſta Soci perſtrinxerat Λ, 436 ſq.) Haec Sch. A. cum Sch. br. Aliud acumen mirum eſt in Sch. A. Dionyſii (haud dubie Thracis) qui diplen fuiſſe additam dixit, quod tanquam cum irriſione dicta ſunt illa: *ἔτι γὰρ ἔχον ἕλκεα λυγρά.* (*ὅτι οἷον μυκτηρίζοντός ἐστι τό· ἔτι γὰρ ἔ. ἕ. λ.*) tardiores enim adueniunt vulnerati. Dici autem haec, quoniam paullo poſt (Jl. Ψ) educturus eos eſt poeta in certamen funebre: Cui rei nunc ſubuenit innuendo eos iam tum conualeſcere coepiſſe. (ſatis celeriter; nam vulnerati erant ſuperiore die ante meridiem; at tertio abhinc die habentur ludi.)

ἔτι γὰρ ἔχον ἕλκεα λυγρά. Emendat *γάρ ῥ' ἔχον* Bentlei. Non ſequar; pronuntiatione hoc fit, vt geminetur *τὸ ρ.* *ἄλγεα* pro *ἕλκεα* Barocc. Mori.

50. *μετὰ πρώτῃ ἀγορῇ.* *in primis ordinibus.* *ἐν τῇ προεδρείᾳ* Schol. br. et Euſtath. *διὰ τὸ προλαβεῖν διὰ σπουδῆς,* cum Agamemnon ſerius veniret. Alioquin e vulnere feſſi *in primo aditu* conſidere potuere.

κιόντε Vrat. A. b. et vn. Vindob. praefert Ern. *κιόντες* propter ſequentem vocalem verſus ſeq.

51. ⸖ quod *ὁ δεύτατος* eſt *ὁ ἔσχατος.* *ἀπὸ τοῦ δεύεσθαι, ἐνδεῖν,* Sch. A. cf. Etymol. h. v.

53. *οὔτα Κόων Ἀγηνορίδης.* Male in aliis *οὖτα* vt in Vrat. b. d. v. ad Δ, 319. Ad voc. *Κόων* eſt Scholion Townl. *Φερεκύδης Κόωνά φησι.*

55. *τοῖσι δ' ἀνιστάμενος.* Iterum *δὲ* in apodoſi. Orationem, quae ſequitur, ante oculos habuit Iulian. Or. II. pr.

56. *Ἀτρείδη, ἦ ἄρ τι τόδ' ἀμφοτέροισιν ἄρειον ἔπλετο.* Eſſe *ἦ* circumflexo notandum monet Schol. A. et Herodianum ita cenſuiſſe, diſcimus ex Schol. B. Alii per hyperbaton iungenda *ἦ περ* (ex *νῶϊ περ*) cenſuerant, vt eſſet per interrogationem: *ἆρά τι τοῦτο ἀμφοτέροις ἔπλετο ἄρειον, ἦπερ ὅτε ἡμεῖς ἀχνύμενοι μενεήναμεν.* Similia Schol. Exc. quibus nihil durius eſſet. Scilicet non viderant eſſe ellipſin in priore membro: *ſane ſatius fuiſſet τόδε*, hoc, quod nunc facimus, *τὸ ὁμονοεῖν*, nos feciſſe tum, *τότε, ὅτε νῶΐ περ ἐμενέημεν ἔριδι.*

Barnes *ἄρτι* vna voce legit et repoſuit; idque reddit: nuper. dudum. Atqui hoc non *ἄρτι* eſt, ſed, nunc. Nec alius quisquam videtur ita legiſſe; etſi Euſtath. monet eſſe diſtinguendum *ἄρ τι.* Habet *τό τι* vim ſuam, quam Erneſti reddit: non paullo ergo hoc vtique vtilius erat.

τό γ' pro *τόδ'* erat in Barocc. Mori.

ἀμφοτέροισιν ἄρειον. Chia *ὄνειαρ.* Maſſilienſis *ἄμεινον.* Vulgata eſt ap. Iulian. Or. II, p. 50.

58. *θυμοβόρῳ ἔριδι μενεήναμεν.* Harlei. pro var. lect. *θυμοβόρου ἔριδος.* Inſederat forte hoc ex H, 210 *θυμοβόρου ἔριδος μένεϊ ξυνέηκε μάχεσθαι.*

59. *τὴν ὄφελ' ἐν νήεσσι κατακτάμεν Ἄρτεμις ἰῷ.* Schol. B. *ἐν νήεσσιν* accipit, cum nauem conſcenderet cum praeda reliqua. puto ſimpl. in caſtris, quo illa auehebatur.

60. *ὅτ' ἐγὼν ἑλόμην Λυρνησσόν. ἐγὼν* grammaticis debetur; fuit *ἐγώ. Λυρνησσόν* Flor. Aldd. *Λυρνησόν*, recte, ſi more antiquo.

61. *ἄσπετον οὖδας.* ornans epitheton terrae, vt *ἀπείρονα γαῖαν* alibi.

62. δυςμενέων ὑπὸ χερσὶν, ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος. „quod ὑπὸ χερσὶν est pro ὑπὸ χειρῶν, et quod in ἀπομηνίσαντος abundat ἀπό." Schol. A. vt fane fit multis in vocibus; fic ἀπομνημονεῦσαι. ἀπαντᾷν. Ita quoque Euftath. ad h. l. accepit cum Schol. Excerpt. et auctor gloffae apud Hefych. ἀπομηνίσας, χολωθείς. quae ad B, 772 fpectat.

Nicias ἐμεῦ ἄπο fcribebat: (vt effet, propter me irafcentem.) Addit Schol. A. nec tamen neceffe effe.

Afcalonita ἀπομηνίσας accipiebat vt ἀποΦοιβήσαντος; ficque receptum effe inter grammaticos; καὶ οὕτως ἔχει ἡ παράδοσις. Quorfum hoc pertineat, obfcurum eft. ἀποΦοιβάζων. ἀποκαθαίρων. ἢ χρησμῳδῶν. μαντευόμενος. apud Suidam legitur. At Afcalonita hoc fenfu accepiffe videtur, vt fit, a furore remitto.

Ptolemaeus videtur amplexus effe id, quod verius habetur de ira implacabili: quam in ipfa voce μῆνις quaerunt grammatici. Etymol. in μῆνις. ἀπομηνίσας, τὸ μνησικακήσας. ὀργισθείς.

Difertiora funt in Sch. B. ἡ δὲ ἀπὸ ἀντὶ τῆς ἐπί. ὡς τό· Πριάμῳ ἐπεμήνιε δίῳ (N, 460) ἢ παντελῶς μηνίσαντος. Mirum tamen nunc demum hac de voce moneri, cum ea iam frequentata fit B, 772. H, 230. I, 426. vbique eft *peruicaciter iram retinere.* Quae loca nifi effent, poffis forte accipere h. l. *non tot Achaei periiffent, fi ego reuocaffem me ab ira,* ceffaffem. vt mox 75 μῆνιν ἀπειπόντος. Ap. Apollon. Lex. eft ἀπομηνίσει (ad Od. Π, 378. vbi opp. οὐ μεθήσει, ἀλλ' ἀπομηνίσει) τὴν μῆνιν ἀπαγγελεῖ. (immo vero, nifi locus mancus eft, οὐκ ἀπαγγελεῖ) καὶ εἰς τὸ μέλλον ἐπιστέλλεται· Hefych. ἀπομηνίειν, τὴν μήνισιν ἀπαγγέλλειν. poteft hoc in alio contexto ita fe habere, vt ἀπὸ ceffationem notet.

63. Ἕκτορι μὲν — quod Neftor dixerat ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες etc. Il. A, 255. Profuit Troianis iurgium, quod Achillem ab armis auocauit.

65. ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν. — Excidit Scholion: fpectauit illud, puto, ad προτετύχθαι, de quo iam vidimus ad Π, 60. vbi idem verfus occurrebat.

67. *νῦν δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ παύω χόλον.* ⊱ „quod χόλον oppofuit τῇ μήνιδι." Sch. A. hoc eft quod Apollon. Lex. refpicit in χόλος. ἤτοι πολυχρόνιον πάθος καὶ τὸ αὐτὸ τῇ μήνιδι, ἢ τὸ ὀλιγοχρόνιον verfu adfcripto. Νῦν δήτοι Harl. cum vno Vindob. nec male. νῦν δ' ἤδη Apollon. l. l.

οὐδέ τί με χρή. Vrat. A. b. οὐδ' ἔτι.

68. *ἀσκελέως αἰεὶ μενεαινέμεν.* ἀσκελέως hoc vno loco occurrit. Sch. B. cum ceteris Schol. inde ductis, etiam Victor. ἀντὶ τοῦ ἄγαν σκληρῶς. σκέλλειν γὰρ τὸ σκληροποιεῖν. Sic fere Od. K, 463 Vlyffis focii viribus exhaufti: νῦν δ' ἀσκελέες καὶ ἄθυμοι. Fuit σκέλω. σκελέω. σκλέω. ἱμάντες ἐσκληῶτες ap. Apollon. II, 53. ibid. χρὼς οἱ ἐσκλήκει, 201.

Pergit Schol. B. οἱ δὲ ἀπέδωκαν ἀσκελέως ἀδιαλείπτως — τὸ γὰρ ἀσκελὲς ἄβατον, ἀπόρευτον (fcil. quafi a τὸ σκέλος ductum effet.) Etymon ineptum, fed res vera; ita ἀσκελὲς pofitum occurrit pro continuo, fine mutatione ac fine; ἀμεταστρεπτὶ Sch. br. Etiam Apollon. Lex. h. v. σκληρῶς. ἀμεταστρέπτως. Sic Od. A, 68 ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰεὶ Κύκλωπος κεχόλωται. et Δ, 543 μηκέτι, Ἀτρέος υἱὲ, πολὺν χρόνον ἀσκελὲς οὕτω κλαῖε. Pleraque ex his iam a Stephano video conftituta ex Euftath. ἀσκαλέως fcribit vn. Vindob. vt in Scholiis quoque fcriptum paffim vidi. — μενεαίνειν, ὀργίζεσθαι. vt modo 58. Apollon. h. v. ἐπὶ μὲν τοῦ χολοῦσθαι verfu adfcripto.

70. *ὄφρ' ἔτι καὶ Τρώων πειρήσομαι ἀντίος ἐλθών.* Euftath. ait καὶ abundare; fed eft, etiam. Miror monitum non effe, ἔτι nullam vim habere; et effe forte fcribendum ὄφρα τι καὶ, aliqua ex parte. aliquatenus. τειρήσομαι eft vitium Ald. 2. et hinc in aliis excufum.

ἀντίος. „Ariftarchus ἀντίον." Schol. A. ficque Mori. Harlei. fr. Mofc. Ven. perpetua varietate: v. c. P, 8. Alias tamen Ariftarchus tuebatur ἀντίος, vt Z, 54. Λ, 94. Idem tamen ἀντίον praetuliffe ferebatur Λ, 219. Eft quoque ἐλθεῖν in Cantabr.

71. *αἴ κ' ἐθέλωσ' ἐπὶ νηυσὶν ἰαύειν.* ⊱ „quod ἰαύειν nunc non eft dormire, (vt Ξ, 213 et al.) fed ἐπαυλίζε-

σθαι, vt I, 325. Sch. A. χλευάζεσθαι. σαρκαστικὸς δὲ ὁ λόγος Sch. B.

αἴ κ' ἐθέλωσι pro αἴ κ' ἐθέλοιεν, ait Sch. A. αἴγε Lipſ. (forte in vſ. ſequ. pr. ὅς γε Φ.)

72 73. Lecti iam ſup. H, 118. 119. γόνυ κάμψειν. ἐναργῶς declarat laſſitudinem ex curſu. Schol. B. οἱ Φεύγοντες τεταμένον ἔχουσι τὸ γόνυ, οἱ δὲ καθήμενοι, κεκαμμένον. ἀσπασίως οὖν, Φησι, καθεδεῖται τῶν Φευγόντων τις ἐκ πολέμου, ὃς καὶ ἀναπαύσει αὐτὸν, καὶ τὸ σκέλη, ἐκ τοῦ συντόνου τῆς Φυγῆς δρόμου, καθίσας. (cf. Od. E, 453. 4.) Habent eadem Schol. Moſc. Townl. Victor. petita e Porphyr. Qu. 22.

αἴ κε Φύγῃσι vn. Vindob. αἴκεν ἢ ὅς κε Φύγῃσι Euſtath. ἀ. αὐτὸν Vat.

73. δηΐου ἐκ πολέμοιο ὑπ' ἔγχεος ἡμετέροιο. In Ven. eſt Φεύγων ἐκ πολέμοιο. Mirum poſt ὅς κε Φύγῃσι. Sch. A. tamen: „γράφεται· δηΐου ἐκ πολέμοιο." Alia deprauatio ſequitur: ἐκ πολέμοιο ὑπ'. hiatu manifeſto. Supra H, 119 erat Δηΐου ἐκ πολέμοιο καὶ αἰνῆς δηϊοτῆτος. Verſum aſſutum eſſe patet. Vncis quoque incluſit Bentl. etſi ſimul coniecit: Δηΐου ἐκ πολέμου ὑπό τ' ἔγχεος ἡμετέροιο.

74. οἱ δὲ χάρησαν Vrat. b. quod poſtulat Ioniſmus, pro οἱ δ' ἐχάρησαν.

75. μῆνιν ἀπειπόντος μεγαθύμου Πηλείωνος. ⸓ „ἀπειπόντος. Ἀρίσταρχος ἔξω του ε, ἀπειπόντος, καὶ αἱ πλείους." Sch. A. Scilicet ἀποειπόντος eſſe debebat, vt paullo ante 35 μῆνιν ἀποειπών. nam eſt αποϝειπων. Sic quoque legimus I, 309. 506. et al. Et facile verſus ſic conſtitui poterat μῆνιν ἀποειπόντος ἀγαυοῦ Πηλείωνος. At recte videtur cenſuiſſe Bentleius totum verſum eſſe ſpurium.

76. ⸓ 77. ⸓ τοῖσι δὲ καὶ μετέειπεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων αὐτόθεν ἐξ ἕδρης, οὐδ' ἐν μέσσοισιν ἀναστάς. „Zenodotus tantum vnum verſum habebat:"

Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέΦη κρείων Ἀγαμέμνων.

Fuit idem versus in Massiliotica et Chia', vna cum altero:

. . ἀναστενάχων καὶ ὑφ' ἕλκεος ἄλγεα πάσχων.

Deficit caput versus, quod fuisse suspicabar: Πυκνὰ μάλα στενάχων. — At in Townl. video fuisse: μῆνιν ἀναστενάχων. Ex his omnibus versus 77 αὐτόθεν ἐξ ἕδρης prorsus exulauit.

Versus, qui nunc leguntur, Schol. A. ait *esse apud Aristophanem.* Paullo post tamen *ex Alexandro Cotyaeensi* narratur *Aristarchus* 77 αὐτόθεν ἐξ ἕδρης *inseruisse, ex falsa opinione,* ac si vulnus impedire debuisset surgere Agamemnonem. Atqui, pergit Schol. *manu erat vulneratus, non pede:* (v. sup. Λ, 252) et mox *porcum ferit, iam sanatus.* Similia iterantur mox in alio Scholio, quod *Porphyrii* esse intelliges, si memineris idem haberi in Quaest. Hom. s. 23. Translatum illud quoque est in Schol. Mosc. vt tamen pro exemplo manifesto sit, quomodo seu librarii seu grammatici antiquiora Scholia exscribere solebant: omissis veterum doctis argutiis omnibus, adscripta tantum sunt ea, quae Porphyrius ex sua sententia ad interpretationem apposuit. Importunum hoc Aristarchi acumen, dum vulneratum Agamemnonem non stantem dicere potuisse statueret, miras, vt statim videbimus, turbas in h. l. fecit. Potuit tamen Aristarcho fieri iniuria, cum postulatus sit versus inserti, si eum iam Aristophanes forte in antiquioribus repertum adsciuerat, prauo quidem iudicio, nec tamen a se procusum. Vt procuderetur, suspicor praua interpretatione versus 79. ἑσταότος μὲν καλὸν ἀκουέμεν, quasi Agamemnon sic excusare voluerit se sedentem dicere. Atqui sententia nulla alia est, quam, par est eum audire, qui ad dicendum surrexerit.

Versum agnouit Apollon. Lex. in ὑββάλλειν. ἐξέδρης Ald. 2. cum grege suo. „γρ. ἐν μέσσοισι παραστάς. Barnes.“ nec addit vbi. Legitur sic in Cant.

78. Δαναοὶ θεράποντες Ἄρηος notatum ab Etymol. in θεράποντας. esse πάντας τοὺς θεραπευτικῶς ἔχοντας.

79. *ἑσταότος μὲν καλὸν ἀκουέμεν, οὐδὲ ἔοικεν ὑββάλλειν.* Ariſtarchus *ἀκούειν*, ſicque Apollon. Lex. et Barocc. Sententia verſus per ſe eſt ſatis aperta, ſi memineris *ἑσταότος* nihil aliud eſſe quam *τοῦ εἰπόντος, λέγοντος*: Is qui ad dicendum ſurrexit, eſt *ἑστώς*. Sequitur *οὐδὲ ἔοικεν ὑββάλλειν*, *nec eum dicentem interpellare fas eſt* h. e. nolite me ſtrependo interpellare. Nihil his clarius et apertius. Quibus tamen ſemel in animum venerat, vulneratum Agamemnonem non ſtantem, ſed *ſedentem* dicere debuiſſe, mira commenti ſunt.

Primo ſupplere debuere apodoſin: *ἑσταότος μὲν καλὸν ἀκουέμεν* — *ſtantem quidem audire aequum eſt* — aequum tamen eſt quoque, nunc et me e ſede mea dicentem audire. Nunc haerebant in verbis: *οὐδὲ ἔοικεν ὑββάλλειν, ὑποβάλλειν.* quod eſt *ſuggerere, monere,* tum et *interpellare.* Diſceſſere itaque in partes et alii aliam viam ingreſſi ſunt. Primo ordinem verborum in vſ. 77 duplici modo inſtituerunt; aut *ἐξ ἕδρης ἀναστὰς, οὐδ' ἐν μέσσοισι (στὰς)*, *ſtans, ſed iuxta ſedem ſuam, non in medium progreſſus*, aut *μετέειπεν αὐτόθεν ἐξ ἕδρης, οὐδ' ἐν μέσσοισιν, ἀναστάς.* vt vulgo interpungitur, *ſedens dixit, nec ſtans in medio*, vel *nec in medio, cum ſurrexiſſet.* Haec elicias ex Sch. B. et Euſtath. qui et addunt: *Epaphroditum* commentum eſſe cauſſas facti, quod ſedens dixit Agamemnon, non ſtans, ne ab omnibus audirentur tam humiliter ab eo dicta, et quod vulnus ſurgere impediret.

Suppleri haec poſſunt ex Apollonii Lex. in *ὑββάλλειν. ὁ μὲν Ἀρχίας ἀκούει κυρίως, καθήμενον, καὶ μήδ' ἀνιστάμενον μηδὲ προεληλυθότα.* (ſic leg.) *Archias* Epaphroditi fuerat magiſter, vt diſcimus e Suida in *Ἐπαφρόδιτος.* At ſectae huius auctor eſſe debuit *Ariſtarchus*, quippe qui, e falſa perſuaſione (v. modo ad 77) verſum 77. *αὐτόθεν ἐξ ἕδρης* interpoſuerat. Quod et in Euſtathio eſt p. 1172, 12 *ὅτι καθεζόμενος δημηγορεῖ — καὶ Ἀρίσταρχος δὲ οὕτως οἴεται.*

Pergit Apollonius l. l. οἱ δὲ περὶ τὸν Σιδώνιον ἑστῶτα μὲν λέγουσι τὸν Ἀγαμέμνονα παρὰ τῇ καθέδρᾳ, οὐδ' ἐν μέσῳ ἑστῶτα. Fuit haec Dionyſii Sidonii ſententia, vt paullo poſt videbimus, eadem quam Alexander Cotyaeenſis amplexus erat.

Fuere ergo duae grammaticorum ad h. v. ſectae; altera ſtatuentium Agamemnonem *ſediſſe* dicentem: cui praeiuerat *Ariſtarchus*, tum in ea fuit *Archias* et *Epaphroditus*; altera eorum, qui *ſtantem dixiſſe* contenderent: in his *Dionyſius Sidonius* et *Alexander Cotyaeenſis*.

Fuere quoque qui ἑσταότως legerent, ἀντὶ τοῦ εὐσταθῶς. ἀρκούντως. ἐθελόντως. Sch. B. et Euſtath. p. 1172, 56.

Taedium facit haec operoſe perſequi; video tamen officii, quod ſemel recepi, eſſe, tricas quoque et laqueos, quos ſibi ipſi implicuere grammatici, explicare.

80 ὑββάλλειν, χαλεπὸν γὰρ, ἐπιστάμενόν περ ἐόντα, ⊱ „quod ὑββάλλειν eſt ὑποβάλλειν — ὑββάλλειν leniter ſcribendum eſſe cum ſit Aeolicum, contenderat Herodianus ἐν τῇ ϰ' τῆς καθόλου." ſubtiliter, ſed vere.

In interpretatione huius vocis iterum in duas ſectas diſceſſerunt veteres: cum ea et eſſe poſſit *ſubiicere, monere*, dicenda, et *interpellare*. Accedit quod obſcura eſt altera verſus pars: χαλεπὸν γὰρ, ἐπιστάμενόν περ ἐόντα. Scilicet voluit poeta ſubiicere: λέγειν, εἰπεῖν, ἐὰν ὑποβάλλωσιν αὐτῷ οἱ ἀκούοντες. *difficile enim eſt, virum etiam eloquentem dicere, ſi interpelletur ſtrepitu audientium,* quod mox diſertius: βλάβεται δὲ, λιγύς περ ἐὼν ἀγορητής. ἐόντα adiectum ſollenni more; aiunt abundare Attico more: v. Porphyr. ad h. v. Qui *ſtantem* dixiſſe Agamemnonem ſtatuerant, expeditam habebant ſententiam: οὐδὲ ἔοικεν ὑββάλλειν, *nec aequum, conſentaneum eſt interpellare* eum dicentem: ſcil. ſtrependo. Eſt enim ὑποβάλλειν, ὑποκρούειν. ἐμποδίζειν. ὑποκρούεσθαι θορύβῳ τὸν λέγοντα. vnde ὑποβλήδην A, 292 vbi Schol. ſimilia afferunt. Bene haec expoſuit Alexan-

der ap. Porphyr. *καλῶς ἔχει τοῦ ἑστῶτος καὶ δημηγοροῦντος ἀκούειν, καὶ μὴ ὑποκρούειν, μηδὲ ἐμποδίζειν. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ὑββάλλειν. χαλεπὸν γὰρ καὶ τῷ πάνυ δεινῷ, ἐν ταραχῇ εἰπεῖν.* Et in Euſtath. ſimilia p. 1172, 37 ſq.

At qui *ſedentem* dixiſſe volebant Agamemnonem, ſtatuebant eum ſtatuiſſe alium in medio, qui pro ſe diceret, ei tamen *ſubieciſſe dicenda:* hoc eſſe *ὑποβάλλειν*, et hominem *ὑποβολέα*, *ἢ ἑρμηνέα*, cui Agamemnon praeiret in iis quae dicenda eſſent. Ita rex partes eius ſuſcepit, qui per interpretem loquitur. Ita intellige Euſtath. p. 1171, 58 ſq. qui et addit *τοῖς χαριεστέροις* haec parum placuiſſe, cum de eo more heroica aetate nihil conſtet.

Secundum Porphyrium Apollonius, qui tamen et ipſe *ſtantem* Agamemnonem dixiſſe cenſuerat (at 77. accipere debuit: *eum ſtetiſſe iuxta ſedem*, non, in medium progreſſum) *τὸ ὑποβάλλειν* etiam hoc ſenſu acceperat, diuerſo tamen modo locum erat interpretatus: nolle Agamemnonem dicere ea, *quae ſibi ab alio ſubiecta et monitu ſuppeditata ſint: παραιτεῖσθαί φησιν* (Agamemnonem) *τὸν ὑποβολέα, ὡς ἂν ἐκ τοῦ αὐτοσχεδίου λέγειν μέλλων. ἐμοῦ γάρ, φησιν, ἀκουσάτω, καὶ μηδείς μοι ὑποβαλέτω ἵνα εἴπω·* (*quamdiu dicam*) *χαλεπὸν γὰρ τὸ ὑποβαλλόντων ἀκούειν* (*eos, qui monent:* fere quales *Einhelſer, Souffleurs*) *τῷ ἐπιστήμονι τοῦ λέγειν. καὶ πῶς ἄν τις ἐν πολλῷ ὁμάδῳ ἀκούσει τοῦ ὑποβάλλοντος; ἢ ὁ ἀκούσας εἴποι; ὥστε καὶ λιγὺν ὄντα δημηγόρον, καὶ δύναμιν ἔχοντα τοῦ αὐτοσχεδιάζειν, βλάπτεσθαι ἐμποδιζόμενον τῷ ἐξ ὑποβολῆς λέγειν ἐν πολλῷ θορύβῳ·* Contortiſſima ratio! nec tamen video, quae alia ſententia Apollonii elici poſſit. Nam *ὑποβάλλειν* de eo dicendi genere, quod per altercationem fit, accipi quidem poſſit; reliqua tamen Apollonii verba hoc haud admittunt. Subiicit Porphyrius, aut quem ille exſcripſit: *εἶχε δ' ἄν τινα λόγον ἡ ἐξήγησις, εἰ ἐγίνωσκεν Ὅμηρος τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς δημηγορίας. λέγω δὲ τὸ ἐξ ἀναγνώσεως καὶ γραφῆς ὑποβαλλόμενον* (cum quis alteri ſcripto vel lecto ſuggerit dicenda.)

In Porphyrio *Apollonius* hic inducitur *ὁ διδάσκαλος ἡμῶν*. Haec addita valde turbant. De Apollonio aliquo, magiſtro Porphyrii, nihil aliunde conſtat In Apollonii Lexico nihil horum omnium reperitur. Suſpicor ſcholion illud ab Porphyrio transſcriptum eſſe aliunde; et quidem a grammatico e ſchola Apollonii Sophiſtae: in cuius Lexico eſt gloſſa voc. *ὑββάλλειν. καὶ κατὰ μὲν Ἀρχίαν ἡ διάνοια αὕτη· ἑστῶτος μὲν καλόν ἐστιν ἀκούειν, οὐδὲ ἔοικεν ὑββάλλειν ἑτέρῳ.* (ſi ſcil. Agamemnon alii pro ſe dicenti et in medio ſtanti, ſubiiceret eumque moneret dicenda) *χαλεπὸν γὰρ τοῦτο* (ſupplendum *τὸ ἀκοῦσαι τοῦ ὑποβάλλοντος*) *καὶ ἐπιστήμονι λόγων. ἀνδρῶν δ' ἐν πολλῷ ὁμάδῳ πῶς κέν τις ἀκούσειεν τοῦ ἑτέρου ὑποβαλλομένου;* (pro *ὑποβάλλοντος*). Prorſus haec conueniunt cum iis, quae in Porphyrio tribuuntur Archiae, vt adeo, ſi Apollonii gloſſa illa in Lexico voc. *ὑββάλλειν* eſt, Archia quem laudat, ſerius eum vixiſſe et Epaphroditi aequalem fuiſſe neceſſe ſit, quem ſub primis imperatoribus vixiſſe modo vidimus. Ab eadem ſecta profectum eſſe ſuſpicor aliud Scholion, eodem modo interpretandum, in Sch. A. *χαλεπὸν γὰρ, ἑτέρῳ ὑποβάλλειν τὸν λόγον ὃν αὐτός τις εἰπεῖν βούλεται, κἂν ὅτι μάλιστα ἐπιτιμῶν* (*increpando?* an *ἐπιτείνων* ſc. *τὴν φωνὴν*, *intenta voce ſuggerendo dicenda)* Contra cum Alexandri ratione prorſus conuenit interpretatio Dionyſii Sidonii diſerte propoſita in Apollonio; *οἱ δὲ περὶ τὸν Σιδώνιον ἐκ τοῦ ὑββάλλειν τὸ ὑποκρούειν ἀκούουσιν. ἡ δὲ διάνοια οὕτως· ἑστῶτος μὲν καλὸν ἀκούειν. οὐδὲ ἐοικός ἐστιν ὑποκρούειν τὸν λέγοντα. Χαλεπὸν γάρ ἐστι καὶ τῷ ἐπιστήμονι λέγειν ὑποκρουομένῳ διὰ τὸν θόρυβον λέγειν. ἀνδρῶν γὰρ ἐν ὁμάδῳ πολλῷ πῶς ἄν τις ἀκούσειεν ἢ εἴποι ὑποκρουόμενος ὑπὸ τῶν θορυβούντων. καί φησιν ὁ Σιδώνιος, ὅτι τῷ ὑββάλλειν ὅμοιόν ἐστι τοῦτο· τὸν δ' ἄρ' ὑποβλήδην ἀμείβετο.* Vides omnem Alexandri interpretationem, omnemque meliorem rationem ad Sidonium referri auctorem.

Vt verbo abſoluam, duplex fuit, quod iam dixi, ratio interpretandi voc. *ὑββάλλειν* inter veteres, et ex eo

constituendi sententiam, vt esset vel *strependo interpellare*, vel *suggerere dicenda.* Prius verius, habent quoque Sch. br. Et sic interpretati sunt *οἱ χαριέστεροι* ap. Eustath. p. 1172, 12—21. Alterum Sch. Exc. attingunt: *τινὲς κακῶς ἤκουσαν· τὸ δι' ἑτέρου λέγειν.* Mature e disputatione grammaticorum sublatam esse controuersiam necesse est; nam in Hesychio nihil notatum est, praeterquam *ὑββάλλει. ὑπερτίθεται* (leg. *ὑποτίθεται*) *ὑποβάλλει.* et in *ὑποβάλλει, ὑποκρούει.* Nec in Etymol. habetur nisi in *ὕβρις — ἢ παρὰ τὸ ὑββάλλω, τὸ ἐμποδίζω ὕβαλις καὶ — ὕβρις.* Et in Suida hoc vnum: *ὑποβαλλόμενοι — ἢ ὑποβλήτως λέγοντες.*

Subiungit Porphyrius suam interpretationem: *μὴ θορυβεῖτε, ὦ ἄνδρες, ἀκούοντες, διὰ τί συνεληλύθαμεν. ἐπίστασθε γὰρ τὰ πάντα. καὶ ὁ λόγος μοι τὰ νῦν οὐ πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα ἔχει τὴν ἀπότασιν. Χαλεπὸν γὰρ τοὺς εἰδότας τὴν αἰτίαν τῆς συνόδου, ὡς μὴ εἰδότας, θορυβεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἐμποδίζειν καὶ τῷ λέγοντι καὶ τῷ ἀκούοντι* — eiusmodi prooemia contra tumultuantes multa occurrere in oratoribus. Scilicet Porphyrius *ἐπιστάμενόν περ ἐόντα* ad *audientem* retulit, et ad Achiuos, qui iam nossent, cuius rei caussa concio haec populi habeatur: vt sit *χαλεπὸν γὰρ*, *molestum enim est*, eum, qui nouit cuius caussa conuenerit concio, tumultuari sciscitando tanquam illud ignoret; legebat quoque mox 84 *Ἀργείων ἢ μὲν νέοι ἠδὲ γέροντες.* Totam hanc interpretationem contortam esse, facile quilibet sentiat. Multo verius alius grammaticus in Sch. B. et Sch. Exc. *εἰδὼς ὁ Ἀγαμέμνων, ὅτι μέλλει θορυβεῖσθαι, ὡς αἴτιος γεγονὼς φθορᾶς τῇ Ἑλληνικῇ στρατιᾷ, ἡσυχίαν ἑαυτῷ προκατασκευάζει.* — et alii eodem modo: eum dicere haec *πρὸς τοὺς φιλαχιλλεῖς κραυγάζοντας καὶ ὑποκρουομένους.* (apud Porphyr. et ap. Eustath. p. 1172, 30 sq.)

ἐπιστάμενόν περ ἐόντα. Pro hoc Aristarchus *ἐπισταμένῳ περ ἐόντι.* Sch. A. Koeppen olim noster ingeniose eam viam inceſſerat, vt diceret, plures cum Agamemnone ad dicendum surrexisse, et hos eum silere iussisse;

nec orationem initium habere, nisi cum v. 85. tum demum eum surrexisse. Sed reliqua 79—82. non bene conueniunt. Video quoque ab eo memorari aliam iuncturam verborum v. 80. χαλεπὸν γάρ, (τινα) ὑποβάλλειν καίπερ ἐπιστάμενον ὄντα. *molestum nobis est, alium, etsi disertum, nos interpellare.*

81. ἀνδρῶν δ' ἐν πολλῷ ὁμάδῳ πῶς κέν τις ἀκούσαι ἢ εἴποι; Primum, δὲ est pro γάρ. nec bene abest ab vno Vindob. Tum ad πῶς κέν τις ἀκούσαι ἢ εἴποι Aristarchus supplebat: οὕτως χρώμενος. E Didymo Sch. A. Scilicet plenum esset, quomodo quis in tanto tumultu aut audiat dicentem aut ille dicat ita vt audiatur. ἀκούσειεν est ap. Apollon. in ὑββάλλειν extra metrum. πῶς κ' ἄν τις ἀκούσῃ Maximus Tyr. Diss. XVII, p. 333.

82. βλάβεται δὲ λιγύς περ ἐὼν ἀγορητής. Vox βλάβεται noua forma. βλάπτεται. ἐμποδίζεται redditur in Sch. br. *excidit oratione,* male caussam agit. Iterum inf. 166. occurrit.

βλ. γὰρ λιγύς περ. Lips. inuito metro. forte ex interpretamento τοῦ δέ.

83. Πηλείδῃ μὲν ἐγὼν ἐνδείξομαι. Occurrit vltimum hoc vno loco, e contexto declarandum: Sch. A. et Sch. br. οἷον, τὴν ἀπότασιν (non ἀπόδοσιν, vt in Sch. A. est) τῶν λόγων πρὸς Ἀχιλλέα ποιήσομαι φανερῶς, ἢ ἀπολογήσομαι. Sch. B. οἷον διαλέξομαι καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπερείσω τὸν λόγον· vnde et ἀριδείκετος ad quem quis propter dignitatem orationem conuertit: de hoc v. ad Il. Λ, 248. Obscura haec. Rem sic expediendam arbitror: ἐνδείξομαι sc. τὸν μῦθον v. seq. ἐνδεῖξαι est *monstrare, declarare,* τὸν λόγον τινί, (Koeppen τὸ πρᾶγμα. et hoc bene) *alicui rem accuratius declarare,* ἀποδεῖξαι. Hesych. ἐνδείξει. ἐπιδείξει. ἔνδειξις, ἀπόδειξις. ἐνδείξομαι, ἀπολογήσομαι ex contexto huius loci. Et Suidas p. 737. ἐνδειξαμένῳ, ἀντὶ τοῦ, ἀπολογησαμένῳ. Ἔνδειξις in vocabulum forense abiit alio sensu.

ἐγὼν ex Grammaticorum officina prodiisse et h. l. autumo.

84. Σύνθεσθ'. κρίνατε, δοκιμάσατε Sch. A. Melius Schol. B. τὸ δὲ σύνθεσθε δηλοῖ τὸ, κατὰ νοῦν λαβέτε. Quod iam A, 76 vidimus, σὺ δὲ σύνθεο. Barnes adſcripſit vſ. Jl. H, 44. Od. A, 328.

Porphyrius ſup. ad v. 80 laudatus recitat: Σύνθεσθ' Ἀργείων ἢ μὲν νέοι ἠὲ γέροντες.

85. πολλάκι δή μοι τοῦτον Ἀχαιοὶ μῦθον ἔειπον. ⊱ Schol. A. „σημειοῦνταί τινες, ὡς ἂν λεγόντων τινῶν, ὅτι ἠδίκησεν ἀφελόμενος Βρισηΐδα. h. e. apparere ex h. v. fuiſſe, qui Agamemnoni hoc exprobrarent. Et Schol. B. quaerit ποῖον τοῦτον τὸν μῦθον; reſpici ille putat ſup. verba Achillis vſ. 56 ἢ ἄρτι τόδ' ἀμφοτέροισιν ἄρειον. Verum dicendum erat, non plene eloquutum eſſe Agamemnonem prauo pudore prohibitum, qualis ille μῦθος fuerit: ſcilicet eum increpantium, tanquam qui Achillis iram ſua iniuria prouocauerit et culpam ſuſtineat tantorum malorum, quae Achiuis euenerint. Subiicit itaque: καί τε με νεικείεσκον, obiurgarunt.

In verbis permutant Vrat. d. et vn. Vindob. μῦθον A. τοῦτον.

86. καί τε με νεικείεσκον. „Apud Ariſtophanem et in Chia νεικειοῦσιν.“ Fuiſſe in obiurgantibus Neſtorem, recte obſeruat Schol. B. v. I, 111 ſqq. at idem iis annumerat Therſiten B, 239 ὃς καὶ νῦν A. vix bene.

ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι. Verſus ſqq. exagitati ſunt propter impiam ſententiam; vt ab Ammonio in Ariſtotel. περὶ Ἑρμηνείας p. 91. b. ed. Ald. Maximo Tyr. XIX p. 375. cf. Excurſ. I. ad h. libr.

87. καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννύς. memoratam hanc iam vidimus I, 567. Fuere, qui ſcriberent ἡ Ἐριφοῖτις. (memorat quoque Etymol. ſed ἡ ἐροφοῖτις. ab ἔρα, ἡ γῆ, ἡ ἐν γῇ φοιτῶσα.) Hos refellit Herodianus: Schol. B. et probat Schol. A. etymon ab ἀὴρ, τὸ σκοτεινὸν, ἐπεὶ ἀοράτως φοιτᾷ. Euſtathius quoque ἀφανῶς φοιτῶσα. et Schol. br. ἡ διὰ τοῦ σκότους φοιτῶσα. ἢ ἀόρατος. (paria in Etymol. ἠεροφοῖτις Ἐριννύς. In Suida autem et ad ἀέρα et ad ἔραν videtur reſpici: ἡ ἀοράτως ἐρχομένη κατὰ τὰ

ἔργα) ἢ ἡ ἀπροοράτως φοιτῶσα καὶ ἐπερχομένη, ὡς τιμωρὸς τῶν ἀδικημάτων. ἐστὶ δὲ καταχθονία δαίμων, ἡ Ἐριννύς. Eſt quoque Scholion in Townl. vbi inter alia: ἔνιοι δὲ ἰροπῶτις παρὰ τὸ Αἰσχύλειον· οἱ δὲ, ειαροπῶτις ἐγκειμένου τοῦ εἶαρ, ὅπερ ἐστὶ κατὰ Σαλαμινίους αἷμα. Mirum acumen! e quo tamen illuſtrari et emendari poteſt gloſſa Heſych. h. v. Quale ſit hoc Aeſchyleum, docebunt nos editores Aeſchyli. Reliqua vero ſic ſunt emendanda: ἰαροπῶτις — οἱ δὲ εἰαροπῶτις, ἐγκειμένου τοῦ ε. εἶαρ, ὅπερ ἐστὶ κατὰ Σαλαμινίους αἷμα. Callimachus etiam τὸ ἔαρ pro λίπος dixerat in Schol. Nicandri Alexiph. 87. vnde in fragm. CCI. Corrigendum quoque in Etymol. p. 421 extr. ἠεροφοῖτις Ἐριννὺς — ἢ παρὰ τὸ ἔαρ, ὃ σημαίνει τὸ αἷμα. ὁ αἱματοπότης, ἠεροπότης. leg. ειαροπότης. Fuit vtique vox antiqua varie ſcripta ἔαρ, εἶαρ, ἶαρ, ἦαρ, αἷμα. Occurrunt ap. Heſych. omnes hae formae ἶαρα quidem corrupte; at recte ἔαρ, αἷμα, Κύπριοι (iidem qui Salaminii) vbi v. Notam. In eodem v. εἰαροπότης et ἰαροπότης. εἶαρ notum ex Etymologo, et verſu Callimacheo fragm. CCXLVII. etiam ex Suida in ἔαρ.

Ἐριννὺς in Townl. Vrat. b. ſcriptura antiqua.

88. ἄγριον ἄτην. Payne Knight, vir doct. qui αϝάτην antiquiorem formam eſſe putat, offendit ad hunc verſum, et malit οὖλον αϝάτην, vel αϝτην. Enimuero aſſertam videbis antiquiorem formam ἄτην et ἄτω, in Excurſu II. ad lib. IX. proceſſit ex ea cum eſſet ἄτη, αϝάτη, ἀάτη, ἄτη.

90. ἀλλὰ τί κε ῥέξαιμι. Sic αἱ Ἀριστάρχου ap. Schol. A. recte. quorſum enim ante ῥέξαιμι κεν?

θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ. Miris modis ineptierunt veteres in verbis his, quae nobis expeditiſſima ſunt, bonae interpretationis ſaepe multo magis gnaris in patrio eorum ſermone; culpam ſtultitiae attribuit deae, cui a ſe reſiſti non potuerit, Agamemnon. hoc extulit generaliter: ἡ θεὸς Ἄτη διατελευτᾷ, διατελεῖ, πάντα. At vide mihi veteres grammaticos.

Ascalonita διὰ abundare censebat; Didymus διὰ vim τοῦ διόλου habere, ὥςπερ ἐπὶ τοῦ διηλίτης, ὁ δι' ὅλου ἁμαρτάνων." Schol. A. at Schol. B. Leid. Townl. et Mosc. pro ista voce habet ὁ διαλείτης. (Suppeditat scriptura haec verum etymon, quod non assequi liceret ex Hesychio in διηλίτης et δειελίτης κακοῦργος. ἀπατεών.)

Addit Schol. A. οὐ προςεκτέον δὲ τοῖς ὑφ' εν ἀνεγνωκῶσιν. Quam tandem rationem hanc esse putabimus? Scilicet spectant haec ad lectionem Hellanici θεόςδια legentis: Schol. Townl. Ἑλλάνικος δὲ θεόςδια, τὰ θεόςδοτα. spectat eo quod alio loco apponitur: οὐδεμία λέξις ἁπλῶς κατὰ τὴν Ἰάδα καὶ τὴν Ἀτθίδα κατ' ἐπιπλοκὴν ἔχει το σδ. Rem uberius declarat Scholion ab Eustathio seruatum p. 1173, 24. οἱ δὲ παλαιοί φασιν, ὅτι Ἑλλάνικος ὑφ' ἓν ἀνεγίνωσκε θεόςδια, οὕτω λέγων τὰ θεόςδοτα, καὶ νοῶν, ὅτι τὰ θεόςδοτα πάντα τελειοῦται καὶ οὐ διαπίπτουσιν. Vix assequi licet, quomodo aliquis prudentior, isque natione Graecus, et antiquus scriptor, tam absurde statuere potuerit. Sturzium, virum doctum, Eustathii locus haud fugit, in Fragm. Hellanici p. 31. et sagaciter cogitat de Hellanico grammatico, Alexandrino, ap. Suidam. Verum de antiquiore Hellanico satis probabile est, potestque hoc pro exemplo esse tenuium critices elementorum prisca aetate. Exposuerat ille mythum Ates ex Homero, et aut versum ita recitauerat, aut sententiam poetae ita expresserat, vt eum θεόςδια iunxisse appareret. Simili modo statuebam de altero loco Jl. O, 651. Obss.

Lesbocles alio modo ineptiebat distrahendo διὰ, vt esset θεὸς δ' ἴα h. e. μία δὴ θεὸς (leg. μία δ' ἡ θεὸς) ἡ Ἄτη τὸ πάντων ἔχει τέλος. Schol. B. Townl. Mosc. Attulerat hoc iam Valken. ad Ammon. p. 247 e Cod. Leid. sed postrema corrupte, μία δὲ θεὸς ἡ εἴτε τὸ πάντων ἔχει τέλος. leg. ἡ Ἄτη.

In nonnullis fuit θεοὺς διά. h. e. διὰ θεοὺς τέλος πάντα λαμβάνει. Alii vero θεοὺς διὰ πάντα τέτυκται legerant. Schol. A.

In tot tantasque salebras se induxerant homines, quod non viderant διατελευτᾷ iungenda esse, et esse pro διατελεῖ, vt τελευτᾷν pro διατελεῖν iam vidimus Θ, 9. Σ, 328. Quod autem πάντα dixit, non erat vrgendum; nam respectu Ates restricte est accipiendum; ad exitum adducit omnia ea, quae meditatur in eum, cum mala machinatur; quemadmodum vs. sequ. πάντας ἀᾶται, qui stultitiam aut scelus admittunt.

Haec cum non expedirent dicto modo, Schol. A. B. Townl. Mosc. post ῥέξαιμι et post τελευτᾷ interpungere iubent, vt sententia sit absoluta et generalis, inde autem noua sententia exordiatur: Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη scil. ἐστί. perquam ieiune. Sicque τελευτᾷ accepere dictum διὰ πάντα, per omnes res numen τέλος ἔχει summam potestatem exercet; nescio quo vsu. Sequuti sunt interpunctionem Schol. br. Eustath. recentiores edd. et interpretes. Ne in fraudem induamur, interpunctionem post τελευτᾷ sustuli, nam θεὸς Ἄτη τελευτᾷ iungenda esse videntur.

91. πρέσβα Διὸς θυγάτηρ, ἣ πάντας ἀᾶται. Schol. B. κατ' εὐφημισμὸν ὁ λόγος· οἷον, καθ' ὃ θεὸς, πρέσβα πᾶσι καὶ τίμια (Schol. br. ἔντιμος) etsi eadem οὐλομένη. Etiam Hesych. πρέσβα. ἔντιμος. πρεσβυτάτη. σεμνή. Nec aliter Etymol. Potest sane nec minus vna esse e deabus natu maioribus, vt sunt Titanides. Est quoque eo sensu πρέσβα Κλυμένοιο θυγατρῶν, pro πρεσβυτάτη, Od. Γ, 452. Firmauit tamen vsus notionem alteram: vti Iuno πρέσβα θεά, v. sup. ad E, 721. Sic πρέσβα Δίκη ap. Quintum XIII, 378 et al.

Volunt grammatici πρέσβα contractum esse ex πρέσβεια, malim dicere esse formam antiquam.

ἣ πάντας ἀᾶται. ἀάεται, βλάπτει. ex ἄω. ἀάω. v. Excurs. II. ad IX. (J.) addit tamen Apollon. Lex. et Hesych. ἀᾶται, ἄγαν βλάπτει. perperam. ἄαται nonnulli in Schol. Townl. vt sit pro ἆται, διῃρημένως ἄαται. sicque Vrat. d. male. Schol. Pindari P. II, 52 hoc versu probat Pindaricum ἀάτη esse idem, quod mox contracte factum ἄτη.

92. οὐλομένη, τῆς μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες. vulgo lectum; at τῇ μὲν meliores codd. Barocc. Harl. pro lect. var. Vat. fr. Mosc. Townl. Ven. Sic Aristarchum legere ait Schol. A. Aristophanem vero τῇ μὲν sine θ' Schol. Townl.

τῇ μέν τε. respondet, non κατὰ δὲ vs. 94. sed ἀλλ' ἄρα τήγε.

ἁπαλοὶ πόδες. „λανθάνει γὰρ ἐπιφοιτῶσα" Schol. B. ἀψοφητὶ ἐπιφοιτῶσα Eustath. Supra tamen I, 501 eadem σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος alio respectu. Schol. B. Ludit in ἁπαλοὶ πόδες, quos ad Amorem transfert, Plato Sympos. p. 195. Expressit locum Rhianus ap. Stobaeum Serm. IV. p. 54. (Schow p. 115) ἡ δ' Ἄτη, ἁπαλοῖσι μεταтρωχῶσα πόδεσσι ἄκρῃς ἐν κεφαλῇσιν, ἀνώϊστος καὶ ἄφαντος ἄλλοτε μὲν γραίῃσι νεωτέρῃ, ἄλλοτε δ' αὖτε ὁπλοτέρῃσι γρηῦς ἐφίσταται ἀμπλακίῃσι, Ζηνὶ θεῶν κρείοντι Δίκῃ τ' ἐπὶ ἦρα φέρουσα.

οὐ γὰρ ἐπ' οὔδει πίλναται. οὐκ ἐπιπίλναται οὔδει. οὐ προςπελάζει τῇ γῇ, Schol. br.

93. ἀλλ' ἄρα ἥγε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει. ⊱ excidit tamen Scholion A. κάτ' ἀνδρῶν Schol. B. reddit per ἐπί. Et Schol. br. κατὰ τὰς τῶν ἀνθρώπων κεφαλὰς ἐπιβαίνει. Laborant quoque in explicando incessu deae per capita: item Eustath. Ad contemtum trahebat Koeppen, vt est quoque inter alia ap. Schol. B. Enimuero volat Ate, vt ap. Horatium atra Cura, cira laqueata tecta, vt haud animaduersa inuolet et incautum opprimat.

ἀλλ' ἄρα ἥγε. turpis hiatus; fuit haud dubie τή γε. Eum tamen video vbique, etiam sic editum in Platon. Sympos. p. 195. Steph. vbi hic locus memoratur; et in Stobaeo Serm. LXI p. 396 extr. vbi exscriptus extat. Bentleium vitium haud fugit, sed tentat ille: ἀλλὰ γὰρ ἥδε. ἀλλ' ἄρα τῇδε. vel ἠερίη δὲ, vt est ἠεροφοῖτις.

94. βλάπτουσ' ἀνθρώπους. κατὰ δ' οὖν ἕτερόν γε πέδησε. — ἀθετεῖται ὡς περισσὸς καὶ κακοσύνθετος. quid enim aliud facere potest, quam βλάπτειν, Ate? (reprehendam potius otiosum ἀνθρώπους post ἀνδρῶν) non bene autem positum ἕτερον, debebat esse ἄλλον. Instant

nonnulli dicendo Agamemnonem de se et Achille dicere, et hoc respectu esse ἕτερον. Atqui dicitur generali modo: itaque mox ad Iouem digreditur. (Schol. B. ita occurrit vt dicat: ἕτερον esse alterutrum irascentium; sic quoque Eustath. qui illustrat per illud: εἰ γοῦν ἕτερός γε φύγῃσι. E, 258. vel, non me solum sed et alium.) Alio modo Schol. br. ἕνα γοῦν τινα ἔβλαψεν, ὅτι μὴ πολλούς. voluit, puto, dicere, κἂν μὴ πολλούς. Apollon. Lex. p. 387. οἷον. εἰ καὶ μὴ πολλοὺς, ἕνα γε ἔβλαψε. περὶ γὰρ τῆς Ἄτης ὁ λόγος. valde ieiune. Sed, pergit Schol. A. omnino, inquit, παρᾴδηται ἐκ τῶν Λιτῶν· βλάπτουσ' ἀνθρώπους· αἱ δ' ἐξακέονται ὀπίσσω. (sup. I, 503) „Concedam haec, etsi non probem. Nam ἕτερόν γε comparatiue dictum recte: *alium quam nos.* Non nos soli hoc sumus experti; opprimit ea non minus alios. Iunctura tamen est antiquo more paullo durior. Quod hemistichium βλάπτουσ' ἀνθρώπους iam lectum est, non sufficit ad fraudem arguendam. Poterat etiam alterius hemistichii fons detegi Od. Λ, 291 χαλεπὴ δὲ θεοῦ κατὰ μοῖρα πέδησε. Versum ad iuncturam necessarium esse arbitror; eo enim sublato nexum non video: *Ate etiam alium quam nos duo, ipsum Iouem, constrinxit, h. e. corripuit, oppressit, et in fraudem induxit.* κατεπέδησε καὶ ἕτερόν τινα, *prudentiorem et maiorem ambobus nobis;* non solos nos. At illud quaeri potest, vtrum cum proxime antecedentibus iungenda sint, an cum superioribus: ἣ πάντας ἀᾶται, κατὰ δ' οὖν ἕτερόν γε πέδησε. hoc Ernesti faciebat. Sin versum eiiciendum censeas, alio modo totus locus erit constituendus et interpungendus: 90. θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἣ — βαίνει, καὶ γὰρ δή νύ ποτε Ζῆν' ἄσατο. Ate etiam vtique Iouem in fraudem induxit, vt stolide ageret et malum sibi arcesseret.

ἕτερόν γ' ἐπέδησε, Eustath. Barocc. Cant. Mori. Vrat. A. b. d. vn. Vindob.

95. καὶ γάρ δή νύ ποτε Ζῆν' ἄσατο. Ita, Ζῆν' ἄσατο, Ven. A. et B. Townl. Lips. Cant. Harl. Vrat. d. fragm. Mosc. vn. Vindob. Adiectum Scholion A. „'Αρί-

σταρχος· Ζεὺς ἄσατο. καὶ οὕτως ἐν ἁπάσαις· Ζεὺς ἄσατο. καὶ γὰρ ποιητικώτερον. ἐν δέ τισι τῶν εἰκαιοτέρων· Ζῆν' ἄσατο." At in hoc vulgares (*εἰκαιότεροι*) probandi ſunt; nec ſequendi ſunt Ariſtarchus et ceteri, qui non viderunt, *Ζεὺς ἄσατο* eſſe *ſtultitiam commiſit*. At h. l. requiri *Aten laeſiſſe Iouem*, hoc ſenſu deberet eſſe *Ζεὺς ἀάσθη*. Nam *βλάπτουσι ἀνθρώπους*, aut hoc verſu excluſo, poſt *πάντας ἀᾶται*, ſequi debet: *ἔβλαψε καὶ τὸν Δία*, atque hoc eſt *Ζῆν' ἄσατο*. pro *ἆσε*. quod occurrit Od. Λ, 61 *ἆσε με δαίμονος αἶσα*. vnde *ἄσας. βλάψας. ἔβλαψας. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ* Heſych. Alio modo dictum eſt inſ. 137.

Iam pro *ἄσατο* erat *ἄσσατο* editum. Poſſet et hoc ferri; nam vt ad I, 116 vidimus, ſunt plures formae: *ἄω, ἄσω, ἄσατο* priore breui. et *ἄτω, ἄσατο*, priore longa.

Vitioſe editum erat *καὶ γὰρ δή νύ ποτε Ζῆν' ἀάσσατο* in Flor. Aldd. Rom. Turn. quod et in codd. nonnullis occurrit. Coepit Steph. edere *Ζῆν' ἄσσατο* in marg. *γρ. δή ποτε Ζῆν' ἀάσσατο*. Hoc Euſtath. habet; qui tamen et prius nouiſſe videtur: p. 1173, 31. *καὶ γὰρ δή ποτε Ζῆν' ἀάσατο*, (quod Clarke praeferebat et erat in Schol. Townl.) *ἢ Ζῆν' ἄσατο*. Idem in ſqq. agnoſcit *ἆσε, ἀᾶσθαι*, et *ἀπὸ τοῦ ἀᾶσθαι, ἀάτη* et *ἄτη*. perturbate. v. ad I, 116. Mirum Apollon. et Etymol. de hac voce tacere niſi quod hic de *ἆσαι, βλάψαι*, verbo monet. Sch. br. *ἀάσσατο, ἔβλαψεν ἡ Ἄτη*.

Bentl. variis modis tentabat verſum; quod nolim factum: *καὶ γὰρ δήποτε Ζῆν' ἀϝάσατο*. vel *καὶ γὰρ δή νύ ποτε Ζεὺς ἀϝάσαθ' ὅν περ*. vel *καὶ γὰρ δή νύ ποτε Δί' ἀϝάσσατο*.

96. *ἀνδρῶν ἠδὲ θεῶν φάσ' ἔμμεναι*. Chia *φάμεν ἔμμεναι* (prior in *φάμεν* eſt breuis v. c. O, 735 *ἠέ τινάς φαμεν εἶναι*) ſed interpolationem hoc redolet ab eo qui *τόν φασι* de Ioue ferre nequibat. Atqui *φασὶν* eſt *aiunt communi conſenſu. ὁμολογοῦσιν*, vt bene reddit Euſtath. p. 1174, 5. — *φασὶν* eſt vitiato metro in Aldd. et in Rom. *φάσ'* recte Flor. et Turn. H. Steph. Ad Iouem *ἄρι-*

στον ἀνδρῶν ἠδὲ θεῶν, bene monet Koeppen, quod fortiſſimum Iouem eſſe *inter homines* dicit, id quod per ſe patet, ſi inter deos excellit, ex antiqua formula adiectum eſſe: ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Ita apud Heſiod. Theog. 220 Moeras punire delicta ἀνδρῶν τε θεῶν τε et in Sc. Herc. 28 Hercules eſt ἀλκτὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

ἀλλ' ἄρα, καὶ τόν. Pro hoc, ἀλλά νυ καὶ τὸν Ariſtophanes. Sch. A. Ceterum ex h. l. Apollon. IV, 817 vbi Iuno Thetidem placat Peleo: Ἀάσθη. καὶ γάρ τε θεοὺς ἐπινείσεται ἄτη.

97. Ἥρη, θῆλυς ἐοῦσα. δολοφροσύνης ἀπάτησεν. ⸓ „quod θῆλυς vt πῆχυς. θήλεας vt πήχεας.“ Sch. A. Reſpicit Scholion ad E, 269 vbi v. Obſſ. θῆλυς pro θήλεια iam K, 216 vidimus.

Quod καὶ τὸν eſt τοῦτον, obſeruat Apollon. Lex. p. 651. δολόφροσύνῃσ' Euſtath. vt alibi alii; ſane accuratius; nam eſt — αις et — ῃσι. In Flor. erat δολοφροσύνῃ. — ύνῃ Vrat. A. b. et in Cant. — ύνην.

99. ἐϋστεφάνῳ ἐνὶ Θήβῃ. Interpretatur vocem Heſych. in εὐστέφανος — εὔπυργος, εὔτειχος. vbi v. Notam. Sch. br. κατατετειχισμένη ſimpliciter. Recte. Thebis hoc epitheton tribuitur quoque apud Heſiodum et Pindarum.

Poterat hic ſubſiſtere Agamemnon; at ſubiicit ille longam narrationem, ad ſenſum noſtrum prorſus alienam a re et conſilio et tempore. Verumtamen defenditur illa more rudium et antiquorum hominum, et exemplo Phoenicis. Pronuntiet itaque aliquis me audentior, potuiſſe totum locum ſerius eſſe interpoſitum ex aliqua Heraclea.

102. ὄφρ' εἴπω laborat metrum per digamma ὄφρ' ϝείπω. Profpexerat vitio iam Bentleius emendando ὄφρ' αὐδῶ. vt iam ſupra, H, (VII) 349 malebam ὡς εἴπω. Attamen mirum eſt, decies vel vicies repeti ὄφρ' εἴπω, *vt*, et altera ex parte ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω, *prout.* nunquam aliter; αὐδῶ vero nusquam. Videtur itaque eſſe verſus a rhapſodis memoriter interiectus. τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀνώγει. duo Vindob. et ſic edidit Turneb. ex ed.

Rom. At κελεύει Cant. Vat. Vrat. A. b. fragm. Mosc. vn. Vindob. sicque Ald. 2. cum sequacibus.

103. σήμερον ἄνδρα φόωσδε μογοστόκος Εἰλείθυια ἐκφανεῖ. Est haec ἀνάγκα πατρόθεν ap. Pind. Ol. III, 50. qua fatale erat, vt Eurystheo seruiret Hercules. Excitat h. v. ibi Schol.

μογοστόκος Εἰλείθυια. De varia acceptione epitheti vidimus iam ad Λ, 270. Est ἡ μογοῦσα περὶ τοὺς τοκετούς. Memorari nunc vnam Ilithyiam, mirum non est; ita vna Χάρις, vna Musa, Nympha, memoratur, cum plures sint.

104. ἐκφανεῖ, ὃς πάντεσσι περικτιόνεσσιν ἀνάξει. Alcmena tum Tirynthe habitabat; suntque περικτίονες ex Argiuis, seu Achiuis. — περικτιόνεσσι. Memorat Eustath. περικτίονες, περίοικοι, — ab Herodiano περικτιόνες scribi et περικτίων. p. 1175, 14. περικτίται sunt Apollonio Arg. II, 452 a κτίω. κτίμι. — περικτύονες vitiose Lips.

ἐκφανεῖ. ἐξαγάγῃ πρὸς τὸ φῶς — γεννηθῆναι ποιήσει. Sch. B.

ἀέξει vitium Vrat. A. ἀνέξει Vrat. b.

105. τῶν ἀνδρῶν. Notat Sch. B. deesse articulum τῶν." Scilicet τῶν ἀνδρῶν Homero est pro τούτων adeoque deficit τῶν, vt sit τούτων τῶν ἀνδρῶν. Laudat ille (Od. B, 206) εἵνεκα τῆς ἀρετῆς ἐριδαίνομεν (quod scilicet est pro ἕνεκα ταύτης τῆς ἀρετῆς Penelopes).

At disputatur de altero hemistichio: τῶν ἀνδρῶν γενεῆς οἵθ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσι. Nam primo duplex est interpunctio vel τῶν ἀνδρῶν γενεῆς, οἵθ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσι, quae per se expeditior est, (ἀνδρῶν γενεά, vt Πριάμου, Δαρδάνου γενεά, vt Υ, 303. 4. 6.) cum altero autem versu 111 non conuenit; altera quae cum hoc conuenit, sed obscurior est: ἄνδρα φόωσδε ἐκφανεῖ — τῶν ἀνδρῶν, γενεῆς οἵθ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσι. Sed videamus primo loco, veteres quid senserint.

Sch. A. ὅτι τὸ ἑξῆς ἐστιν· οἷς τὸ αἷμα ἐξ ἐμοῦ ἐστιν. οὐχὶ, οἱ αἵματος ἐξ ἐμοῦ εἰσι. ἐπεὶ κἂν ἡ σύναρθρος ἔκειτο. ὅθεν καὶ ἑξῆς (vs. 111) φησι τῶν ἀνδρῶν, οἱ σῆς ἐξ

αἵματός εἰσι γενέθλης. οἷς τὸ αἷμά ἐστιν ἐκ σοῦ. Valde obſcura haec, niſi aliunde noris, disputatum eſſe, vtrum αἵματος ἐξ ἐμεῦ ſit pronomen poſſeſſiuum, ab αἷμα ἐμὸν, an ſit ab τὸ αἷμα ἐμοῦ. (αἷμά μου) v. Apollon. de Syntaxi II, 22. p. 165. qui pro primitiuo habet, vt alias eſt αἷμά μου. At vel ſic non apparet, quomodo genitiuum αἵματος expediuerit: Scilicet primo interpunctionem ſequi debuit: τῶν ἀνδρῶν γενεῆς, tum debuit iungere, οἵτε εἰσὶν αἵματος (pro οἷς τὸ αἷμά ἐστιν) ἐξ ἐμοῦ. et ſic alterum verſum 111 nectere debuit verbis: οἵ εἰσιν αἵματος ἐκ γενέθλης σῆς. Contra haec disputare poterant aduerſarii hunc in modum: ſi h. l. eſt γενέθλης σῆς, quidni et priore loco ſit poſſeſſiuum αἵματος ἐμοῦ? Aut ſi hoc ἐμοῦ eſt pro μου, quidni et ſcriptum fuit οἵ σεῦ ἐξ αἵματος? nam ſic poſſet ordo fieri: οἵ εἰσι γενέθλης ἐξ αἵματός σου.

Subiicitur in Schol. A. Ἄλλως· τούτων τῶν ἀνδρῶν, οἱ ἐκ τῆς σῆς σπορᾶς τὸ αἷμα ἔχουσιν. Hoc Scholion ad vſ. 111 pertinet, debuitque ordo ſecundum illud hic eſſe: οἵ εἰσιν αἵματος ἐκ σῆς γενέθλης.

Si tamen hoc verſu ita iunguntur verba: reſpondere debet quoque iunctura vſ. 105 et iungenda ſunt γενεῆς et αἵματος, quae et alibi ſunt ſynonyma et ſimul poſita: vt Z, 211 ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι. Od. Θ, 583 μεθ' αἷμά τε καὶ γένος αὐτῶν. Schol. B. ad locum noſtrum docet: αἵματος, μεταφορικῶς ἀντὶ τοῦ γένους. (Sch. br. ἀντὶ τοῦ· σπέρματος. γένους) atqui de hoc nemo dubitet; σέθεν ἐξ αἵματος γεγόναμεν occurrit ap. Aeſchyl. Sept. ad Theb. 141. 2. et ſic al. ſed de commodo verborum ordine. Scilicet nunc interpungendum erit: ἐκφανεῖ — τῶν ἀνδρῶν, γενεῆς οἵ θ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσι. et iunctura verborum facienda: οἵ εἰσι γενεῆς αἵματός τε ἐξ ἐμεῦ. quae particulae disiunctio non eſt inaudita. Conuenit ſic vtraque Iouis et Iunonis oratio: nec tamen numeris omnibus; nam ita vſ. 111 eſſe deberet οἵ εἰσι γενέθλης αἵματός τε ἐκ σου.

Ariſtarchus, qui ſenſerat moleſtum eſſe *τό τε* in *οἵ θ'*, eo omiſſo, ſcripſerat *οἵ αἵματος*. Nec tamen hoc neceſſe erat; nam *οἵτε* iungenda eſſe apparet; ſaepe autem hoc dictum eſſe vidimus pro ſimplici *οἵ*. Etiam Clarke ſic iunxit, etſi perperam in *τε* vim aliquam quaerit: „*οἵτε qui ſcilicet.*" Loci difficultas nec ipſe nec alius attigit.

Hactenus antiquiores. Vtamur nunc iudicio noſtro. Per ſe ſpectatus locus vterque ſeorſum facile expediri poteſt. Difficultates oriuntur ex eo, quod verſus prior cum altero ex eo repetito et procuſo non ſatis conuenit. In priore vſ. 105 eſt: Jlithyia in lucem proferet *ἄνδρα γενεῆς τῶν ἀνδρῶν, οἵτε εἰσὶν αἵματος ἐξ ἐμεῦ*, (vt veteres voluere, dum vulgo accipitur *ἐξ αἵματος ἐμοῦ.*) In vſ. 111 *οἵ εἰσιν ἐξ αἵματος γενέθλης σῆς·* etſi fatendum eſt, inſolens videri *αἷμα γενέθλης*. Expectares: *οἵ σεῦ ἐξ αἵματος ἔκ τε γενέθλης.*

Aut igitur dicendum eſt, relinquenda haec eſſe, diverſo modo expreſſa; cur enim hoc non admittendum ſit? aut commodam rationem excogitandam, qua effici poſſit, vt vterque verſus ſibi reſpondeat. Nullam facile inuenias ſine mutatione aliqua; facillimum eſſet ſcribere vſ. 105 *τῶν ἀνδρῶν γενεῆς, οἵθ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσιν.* in altero autem verſu, 111 *τῶν ἀνδρῶν γενεῆς, οἵ σεῦ ἐξ αἵματός εἰσι*, aut quod lenius eſſet *σεῖ' ἐξ.* vel *οἵθ' αἵματος ἔκ σέθεν εἰσί.* Aut, ſi *γενέθλης* tenendum eſt: *τῶν ἀνδρῶν, οἵ σεῦ ἐξ αἵματός εἰσι γενέθλης.* Verum tales conatus nil niſi ingenii luſus ſunt habendi. Tum reputandum eſt, te in antiquiore aliquo dicto verſari, eoque non ſatis grammatice conſtituto. Apparet itaque, vtrumque verſum, ſi ad eadem verba redigendi illi ſunt, ita conſtituendum eſſe, vt iam in Nota poſui: 105 *ἄνδρα* (*τινα*) — *τῶν ἀνδρῶν, γενεῆς οἵθ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσι.* hoc verborum ordine: *οἵτε* (*κατὰ*) *γενεῆς, εἰσιν αἵματος ἐξ ἐμεῦ. qui, progenie, ſunt ſanguine* (prognati) *ex me*, h. e. meo ſanguine. et vſ. 111 *οἵ* (*κατὰ*) *γενέθλης.* (idem quod *κατὰ γενεῆς*) *εἰσὶν αἵματος ἔκ σεῦ.* Ita legendum

esse patet: pro quo aut subiecit rhapsodus, aut inuasit versum σῆς vt referatur ad γενέθλης. γενεὰ et γενέθλη variant simili modo et alibi. Supra E, 270 de Aeneae equis: τῆς γάρ τοι γενεῆς (scil. εἰσι) — τῆς γενεῆς (ὄντας αὐτοὺς) ἔκλεψεν Anchises clam sustulit, dum submiserat iis equas suas, τῶν οἱ ἓξ ἐγένοντο ἐνὶ μεγάροισι γενέθλης. τούτων τῶν ἵππων ἐγένοντό οἱ ἓξ (κατὰ) γενέθλης, progenie. Od. Δ, 232 de medicis: ἦ γὰρ Παιήονός εἰσι γενέθλης. et propius ad h. l. Od. N, 130. Phaeacum, ait Iupiter, τοίπερ τοι ἐμῆς ἐξ εἰσι γενέθλης. quod conuenit cum recepta lectione οἳ σῆς ἐξ αἵματός εἰσι γενέθλης. Quod ad edd. attinet, nulla est interpunctio in ed. Flor. At Ald. 1. interpunxit τῶν ἀνδρῶν γενεῆς, οἵ θ'. Neglexit iterum Ald. 2. cum progenie sua. Iterum ex ed. Rom, Turnebus, Steph. et ceteri, post γενεῆς, interpunxere; quod mutarat Wolfius V. C. τῶν ἀνδρῶν, γενεῆς. reliquit iterum, vt video, in edit. altera, monente ed. Veneta.

107. ψευστήσεις. Schol. Townl. „ὑφ' ἓν Ἀρίσταρχος." Fuere ergo, qui scriberent ψεύστης εἶς.

108. εἰ δ' ἄγε, νῦν μοι ὄμοσσον. Schol. A. „in alio αἰ δ' ἄγε. Vrat. d. ἄγε δή μοι.

Fuit ad h. l. ζήτησις, quam ex Aristotele memorat Schol. A. cur Iuno Iouem iurare coegerit? Scilicet ne irrita reddere posset Iupiter dicta.

109. ἦ μὴν τὸν πάντεσσι περικτιόνεσσιν ἀνάξειν. ἦ μὲν Mori. Harl. Vrat. A. b. d. fr. Mosc. Ven. perpetua variatione. Barnes: „γρ. ἦ μὰν" vix bene in Homero.

110. πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικός. de prisco hoc loquendi more nil monent Scholia: nisi quod Eustath. ait, esse pro μεταξὺ ποδῶν, Schol. br. esse pro γεννηθῇ, et Schol. B. cum inde ductis: εὐσχημόνως καὶ σοφῶς μετήνεγκε τὴν λοχείαν.

111. τῶν ἀνδρῶν, οἳ σῆς ἐξ αἵματος εἰσὶ γενέθλης. De hoc versu v. ad 105. cuius paraphrasin esse hunc 111. ait Eustathius. Immo vero est multo obscurior, forte nec satis sanus. Ordo nullus alius verborum esse pot-

est, quam: οἵ εἰσιν ἐξ αἵματος γενέθλης σῆς. Etsi novum hoc est, vt αἷμα γενέθλης iungatur, et aduersatur versui alteri 105. ad quem v. dicta.

113. ἔπειτα δὲ πολλὸν ἀάσθη. Schol. br. ἠπατήθη. Sane sic, sed proprie ἐβλάφθη, et quidem mente, et cum damno suo: v. Obss. ad I, 116. μέγαν ὅρκον esse per Stygem, notat Schol. Mosc. apposito mytho de Styge. In fine: ἡ ἱστορία παρὰ Ἡσιόδῳ ἐν Θεογονίᾳ. Idem Scholion in Schol. br. ad vs. 127 legitur.

114. Ἥρη δ' ἀΐξασα λίπε ῥίον Οὐλύμποιο. ⊱ „πρὸς τὰ περὶ τοῦ Ὀλύμπου" scil. quod ῥίον Ὀλύμπου petitum est a monte. v. ad Ξ, 225 vbi idem versus. cf. Exc. VIII. lib. primi. Pergit: „ἔδει δὲ λιπεῖν οὐρανὸν ἀστερόεντα· Ἀγαμέμνων γὰρ ὁ λέγων" Schol. A. credidit igitur dignius hoc esse Agamemnone. altero enim loco Ξ, 225 poeta loquitur, et ibi iter fit per Pieriam et sic porro.

115. καρπαλίμως δ' ἵκετ' Ἄργος Ἀχαιϊκόν. ⊱ „quod Ἄργος Ἀχαιϊκὸν Peloponnesum dicit; at Thessaliam Ἄργος Πελασγικόν." Schol. A. quod iam vidimus ad B, 681 In Lips. et aliis Ἀχαϊκὸν vitiose, vt alibi quoque.

ἔνθ' ἄρα ᾔδη. Clarke: „ἔνθ' ἄρα. vbi videlicet" Barnes: „γρ. ᾔδει" sane alibi et h. l. Vrat. b. ᾔδεε Vrat. b. perpetua varietate: v. ad A, 70. Γ, 388 et al.

116. ἰφθίμη ἄλοχος Σθενέλου Περσηϊάδαο. Amphibiam, Pelopis filiam, e Pherecyde Didymus ediderat, Hesiodus Antibiam, Amphidamantis filiam (non Ἀρτιβίην, vt e.. ;usum est) Schol. A. Nicippen, Pelopis filiam, coniugem Stheneli prodit Apollodor. II, 4, 5. p. 103. cum Schol. A. B. br. ad vs. 119 vbi additur: ἡ ἱστορία παρὰ Ἀριανῷ. leg. παρὰ Ῥιανῷ. namque is Ἡρακλειάδα scripserat libris XIV. Astydamiam, Atrei sororem memorat Thucyd. I, 9. vbi cf. Schol. erat et ea Pelopis filia. Pro Nicippe in Schol. br. ad vs. 116 editur Leucippe. *Sthenelus* autem hic memoratus diuersus est ab eo qui B, 564 inter Argiuorum duces erat, Capanei filius.

ἴφθίμη. Tulerat hoc epitheton iam Deidamia, Diomedis coniux E, 415. Περσηΐδαο contra metrum fr. Mosc.

117. ἡ δὲ κύει φίλον υἱόν, ὁ δ' ἕβδομος ἑστήκει μείς. „Chia μής. at Aeolice μείς, ait Schol. A. et Eustath. Schol. br. Dorice Etymol. Ionicum μείς esse vult Schol. B. Cur non in eo manent, vt edant esse antiquam formam! ἡ δὲ κύει suppeditat Vrat. d. pro vulgari ἡ δ' ἐκύει.

ἑστήκει nos sequi iam supra aliquoties professi sumus; non εἱστήκει. Concinit Ven. Townl. Vrat. b. fr. Mosc.

118. ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ φόωςδε καὶ ἠλιτόμηνον ἐόντα. „quod hic recte scribitur προφόως. πρὸ γὰρ μηνῶν τῶν καθηκόντων ἐγεννήθη. διὸ ἠλιτόμηνος. ὁ δὲ Ζηνόδοτος καὶ ἐπ' ἄλλου οὕτως γράφει." Sic Schol. A. Respicit ille locum Π, 188. vbi Polymele Eudorum peperit: αὐτὰρ ἐπειδὴ τόν γε μογοστόκος Εἰλείθυια ἐξάγαγε πρὸ φόωςδε, vbi haec eadem notata erant in Schol. A. Neutro tamen loco assequor grammatici mentem; nam si est *ante tempus*, πρὸ iungendum est cum ἐξάγαγε, (vt sit προεξῆγε) φόως δε (εἰς φῶς) At ille videtur putasse προφόως esse *ante diem*; itaque facit iniuriam Zenodoto. Iunxere tamen ἀτέχνως sic alii quoque grammatici; ipse, quod mireris, Apollonius Lex. προφόως. πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου εἰς φῶς αὐτὸν προήγαγε, versu hoc adscripto. Etiam Etymol. in ἠλιτόμηνος recitat προφόωςδε. Hesychius binis locis laudat: in πρὸ φόως δὲ, (ita editum; at codex legit προφοῶς) πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου εἰς φῶς αὐτὸν προήγαγε γεννηθέντα. Alter locus est ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ φόως δέ. προεξήγαγε δὲ εἰς τὸ φῶς. In codice erat προφώοςδέ, et in fine glossae adiectum ἀμιλτόν. in quo latere τὸν ἠλιτόμηνον bene vidit Schow.

Quicquid est, male iungitur προφόωςδε, et seiungenda sunt πρὸ φόωςδε. ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ, pro προεξήγαγεν εἰς φῶς. Sicque scribitur h. l. ab Eustathio, et in Townl. fragm. Mosc. Veneto. In mſ. Lipſ. exciderat πρό.

In edd. Flor. et Aldd. erat *προΦόωςδε*. Diuisim scribi coepit *πρὸ Φόωςδε* in ed. Rom. tum a Turnebo, H. Stephano. Contra in altero loco diuisim erat editum in Flor. Aldd. Turnebo, et iunctim scriptum in ed. Rom. et inde ab H. Stephano propagatum. Poteſt autem *πρὸ* accipi ante iuſtum tempus, propter adiectum *ἠλιτόμηνος*· per se tamen nihil eſt quam produxit, eduxit in vitam, vt Π, 188. nam *προεξάγειν*, *προάγειν* et *ἐξάγειν*, eandem vim fere habent. Supra vſ. 103. 104 Ilithyia *σήμερον ἄνδρα Φόωςδε ἐκΦανεῖ* eodem ſensu.

ἠλιτόμηνον. Schol. B. *τὸν ἡμαρτηκότα τῶν δεόντων μηνῶν*. Schol. br. *διημαρτηκότα τοῦ τελείου ἀριθμοῦ τῶν ἐννέα μηνῶν. ἑπταμηνιαῖος γὰρ Εὐρυσθεὺς ἦν. ἀλιτεῖν οὖν τὸ ἀποτυχεῖν*. Diſertius haec expoſita ſunt in Etymol. h. v. add. Apollon. Lex. h. v. et Heſych. vbi v. Not. Reſtituenda forte vox Heſiodo Sc. Herc. 91. vbi Iphiclus *ᾤχετο τιμήσων ἀλιτήμενον Εὐρυσθῆα* leg. *τιμήσων Εὐρυσθῆ' ἠλιτόμηνον*.

119. *Ἀλκμήνης δ' ἀπέπαυσε τόκον, σχέθε δ' Εἰλειθυίας*. ⊱ „quod partus dolores dixit *Εἰλειθυίας*." Schol. A. Sane ſenſus eo redit. Attamen poeta, vt poeta, narrat deas, partus adminiſtras, partum cohibuiſſe ac retardaſſe, *ἐπισχεῖν*. Koeppen meminit ſimilem Iunonis fraudem in partu Latonae: Hymn. in Apoll. 98 ſq. Amplificata eſt narratio ap. Ouid. Met. IX, 281 ſq. quam ab Iſtro profectam eſſe ſuſpicor. In Schol. Townl. lego: *Ἴστρος δέ Φησιν, ὠδινούσης Ἀλκμήνης τὰς χεῖρας συνέχειν τὰς Μοίρας, γαλῆς δὲ παρελθούσης ἀπολῦσαι· καὶ τεχθέντος αὐτοῦ, νομισθῆναι γαλῆν εἶναι αὐτῷ τροΦόν*.

In Schol. A. B. appoſita ſunt, quae iam ad vſ. 116 attigi. Leguntur quoque in Schol. br. nouo tamen cum augmento ex ſcriptore phyſico, qui ſuper menſibus argutatur, quibus partus maturatur; illuſtrat ea Barnes ex aliis ſcriptoribus; quae ad poetam nil faciunt.

In vno Vindob. vſſ. 118. 119 aberant, ſed in marg. adſcripti a pr. manu; itaque caſu omiſſi. ceteri aberra-

bant ἤγαγε Φόωςδε. ἄγε Φόωςδε. vix digna relatu. in vſ. 119 vero pro τόκον, γόνον. ſaltem ſcribere debebat πόνον.

120. αὐτὴ δ' ἀγγελέουσα Δία Κρονίωνα προςηύδα. ſ— „quod haud vulgari modo dixit pro ἀγγελέουσα ἦκε καὶ προςηύδα.

121. ἔπος τί τοι ἐν Φρεσὶ θήσω. Lipſ. ed. Flor. ἐνὶ Φρεσί. debuere ſcribere ἔπος τοι ἐνὶ Φ.

123. 124. Notant Schol. A. et B. poſſe duo verſus iungi; praeſtare tamen interpungi poſt Περσηΐδαο. σὸν γένος. ſc. ἐστί. Vix aſſentiar.

124. σὸν γένος οὔ οἱ ἀεικὲς ἀνασσέμεν Ἀργείοισιν. De οὔ οἱ ex ου ϝοι v. ad A, 114.

In ἀεικὲς ἀνασσέμεν vlcus latet; nam Homero eſt ϝανασσ. Bentlei. ſuccurrebat σὸν γένος, ὅν ῥα ϝεοικε ϝανασσεμεν vel οὔ ϝοι αϝεικες ἐν Ἀργείοισι ϝανασσειν. Alterum hoc praeferam; propoſuit quoque hoc Dawes p. 151. Nec ἐν alienum; ſic quoque v. c. Od. H, 62 ὃς ἐν Φαίηξιν ἄνασσε. Erneſti Daweſii mentem haud aſſequebatur. Reſpicit verſum gloſſa Apollonii corrupta, ἀείκαστος. εὐκαταΦρόνητος, ἐν τῇ T. ῥαψῳδίᾳ. Ex Heſychii gloſſa ἀπεοικὸς ad h. v. ſpectat. Recitat quoque verſum qualem nunc habemus Etymol. in ἀεικής. — λαμβάνεται δὲ ἐπὶ τοῦ ἀπρεποῦς. verſu appoſito: σὸν γένος etc.

ἀνασσέμεν Ἀργείοισι „in nonnullis exemplaribus ἀνθρώποισι“ Schol. A.

125. ὣς Φάτο· τὸν δ' ἄχος ὀξὺ κατὰ Φρένα τύψε βαθεῖαν. Obelum habet verſus in Veneto, nec monitum de eo in Scholiis; nec video quem locum habere poſſit; niſi forte ad ſuperiorem verſum appoſitus eſſe debuit, quem, ſi deeſſet, haud deſideres.

Deficit in hoc verſu vetus manus Veneti A. ſuppleta per quinque membranas a recentiore manu a v. 126 ad 326. Adſcripta ſunt tantum Scholia codicis B. quae et in aliis libris aetatem tulere, vti in Leid. Vict. Lipſ. Moſc. Townl. et in iis quos Euſtath. exſcripſit, et in Schol. br. paucis aliunde, forte etiam nonnullis ex antiquioribus illis Scholiis aliunde ſeruatis.

κατὰ φρένα βαθεῖαν. Notandus vſus τοῦ βαθὺς obvius in Homero hoc ſolo in loco; apud ſequiores ſaepe et ap. Pindarum aliquoties, vt ſit alta mens prudens. At h. l. ſimpl. eſt in ima mente. penitus.

126. *αὐτίκα δ' εἷλ' Ἄτην κεφαλῆς λιπαροπλοκάμοιο.* Mira fuit dubitatio veterum, ſitne Iouis caput intelligendum, vt ſit: ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς τῆς λιπαροπλοκάμου εἷλε τὴν Ἄτην. Φησὶ γὰρ, ἀνδρῶν καὶ θεῶν κράατα βαίνει. (At dixit tantum de hominibus v. 93 ἀλλ' ἄρα ἥγε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει βλάπτουσ' ἀνθρώπους) at, pergunt, nunquam Homerus πλοκάμους de viro dixit. Interpoſuit tamen ſeu Scholiaſtes aliud vſ. P, 52. πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο. vbi de Euphorbo. Pergit Schol. Alii de Ates capite accepere. Verum apud Homerum nunquam capite raptantur, ſed vel pede, vt Vulcanus (A, 591) vel manu, vt Aſtyanax (Ω, 735.). Reſpondetur, illos mares eſſe; at indecorum eſſe feminam pedibus prehenſam proiicere. Haec Schol. B. cum ceteris, quos diximus, et Euſtath.

Grauis quaeſtio, dices, et arguta reſponſio! Homines non meminerant, vel e Comicis, haud raro amicas comis prehenſas raptari ab amatoribus et verberari. Collegit nuper plura huius generis vir doctus Huſchke in Analect. crit. ad Anthol.

κεφαλῆς λιπαροπλοκάμοιο. Schol. B. εὐτρίχου. notione generali; proprie ſunt comae vnctae, vnguentis imbutae. Niſi accipere velis, vt λιπαροκρήδεμνος de ſplendore candidi vel purpurei coloris, et inde omnino de pulcritudine.

Memorabile in his hoc eſt, quod et Koeppen obſeruauit, pulcritudinem tribui deae, quam homines abhorrent; etſi nolim hoc ad exquiſitum, qui iam tum fuerit, Graecorum pulcritudinis ſenſum referre; ſeriori ille tempori reſeruandus eſt. „γρ. λιπαροκρηδέμνου" Barnes: ex eius commento. Recitat locum Iuſtin. Cohort. ſ. 28. a lectione noſtra nil recedens.

127. ὤμοσε καρτερὸν ὅρκον. Schol. br. τὸ Στυγὸς ὕδωρ cum mythi expositione, quam melius ex Hesiodo disces. v. sup. ad vs. 113.

129. ἣ πάντας ἇται, βλάπτει, vt mente bona excidant: sup. vs. 91.

131. χειρὶ περιστρέψας. Harlei. περιτρέψας. quod Pindar. Ol. X, 86 χέρα κυκλώσας. comparat quoque Schol. ad e. l.

τάχα δ' ἵκετο ἔργ' ἀνθρώπων. Lips. ταχέως δ' ἵκετ' ἔργα. corrupte. ἔργα ἀνθρώπων. εἰς τὴν γῆν. ταύτην γὰρ ἐργάζονται οἱ ἄνθρωποι Schol. B. qui et addit: εἰς Ἴλιον δὲ ἠνέχθαι φασίν. ἀφ' οὗ καί τις λόφος. Similia ap. Eustath. Explicatio petenda est ex Apollod. III, 12, 3. vbi v. Notas. p. 743 sq. Erat λόφος Ἄτης, in quo Ilus condidit Ilium, in eundem locum proiectum erat a Ioue Palladium.

132. 3. τὴν αἰεὶ στενάχεσχ' ὅθ' ἑὸν φίλον υἱὸν ὁρῷτο ἔργον ἀεικὲς ἔχοντα ὑπ' Εὐρυσθῆος ἀέθλων. Ad sensum meum redolent hi versus otiosum auctarium alicuius rhapsodi. Sed videamus de singulis.

τὴν αἰεὶ στενάχεσχ'. debebat saltem esse τὴν δ' αἰεί. τὴν, pro δι' ἥν. Schol. B. bene.

133. ἔργον ἀεικὲς ἔχοντα. miro modo dictum est ἔργον pro ἔργα ἀεικῆ· ἔργα ἔχειν pro tolerare aerumnas, vt ἔχειν κακὸν, ὀϊζὺν, ἄλγεα. et ἔργον pro labor, aerumnosus labor. Conuenit sic Hesych. ἔργον (ἀεικὲς non appositum) δυςχερὲς, δύςκολον. Eustath. ἔργον ἀτηράν.

Porro duplici modo iungi potest: ἔργον ἔχειν, tolerare aerumnam ὑπ' ἀέθλων Εὐρυσθῆος, laborum ab Eurystheo impositorum. ἔχει ἔργον ὑπό τινος. pro διὰ, sed cum notione imperii accepti: ita sup. Θ, 363 τειρόμενον σώεσκον ὑπ' Εὐρυσθῆος ἀέθλων. cf. sup. Obss. ad O, 639. Potest quoque iungi ἔργον ἀέθλων, aerumnam laborum, vt sic sint ἆθλα ὑπ' Εὐρυσθῆος, labores iussu Eurysthei suscepti. Redit vtrumque ad idem. Schol. Townl. ἀέθλων, καμάτων. εἰσὶ δὲ καθ' Ὅμηρον κεράστη (vel κέραστος) καὶ Λαομέδοντος ἵπποι. Ait ita duo labores ab Homero me-

morari, Laomedontis equos (E, 640) et κεράστην intellige Ceruam Cerynitin cornutam: quam tamen in Homero memoratam haud memini.

Supereſt vitium hiatus ἔχοντα ὑπ'. Poteſt defendi in caeſura medii verſus. At ſuccurrit Cantabr. ἔχοντα πρὸς Εὐρ. pro διά.

134. ὡς καὶ ἐγὼν, ὅτε δ' αὖτε. Turbat hoc δ', nam videtur nouam ſententiam conſtituere; et poſſis forte interpungere: ὡς καὶ ἐγώ. ὅτε δ' αὖτε. neç aliter ego ſcil. ἀεὶ ἐστενάχεσκον. cum autem etc. Nec tamen membra et ſententiae melius cohaerent. Ergo praeſtat dicere ὅτε δὲ eſſe poſitum pro ſimplici ὅτε. vt eſt ὅτε γε. ὅτε τε. forte hoc poſterius locum habuit.

ἐγὼν grammaticis deberi pro ἐγὼ, iam monitum.

κορυθαίολος Ἕκτωρ. κορυθαιόλος ſcribunt etiam h. l. alii cum Lipſ. Moſc.

135. Ἀργείους ὀλέεσκεν. Sic vulgatum erat. fragm. Moſc. ὀλέσεσκεν. Harl. Mori. ὀλέκεσκεν. Bentl. adſcripſerat ὀλέκεσσεν. At in ὤλεσκεν conſentiunt Vat. Towul. Ven. Aliquoties legitur ὀλέκειν ex eo factum ὀλέσκειν.

136. οὐ δυνάμην λελαθέσθ' ἄτης, ᾗ πρῶτον ἀάσθην. Barnes: „γρ. ἄτης ἣν et ἄτης ἧς." Ita ille variare videtur ex ingenio. Eſt tamen ἄτης ἣν in fragm. Moſc. et ap. Euſtath. vulgari poetarum vſu probatum, pro καθ' ἣν. Seruant tamen ᾗ codd. optimi et plurimi cum edd. τὴν eſt in Vrat. A. τῇ Vrat. b.

At ſententiam ambiguam eſſe video. Videtur accipi, ac ſit: ſtultitiam ſemper animo retinui qua antea in malam iram abreptus fueram; verbo, perſiſtebam in ira et ſuperbia. Conſentaneum tamen eſt Iouis exemplo: qui αἰεὶ στενάχεσκε vſ. 132. vt ſit: ita et ego ſemper dolui; praeſentem ſemper habui animo ſtultitiam meam, qua primo abreptus fueram: ἀάσθην. v. ad I, 116.

137. ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην καί μευ φρένας ἐξέλετο Ζεύς. Legebatur vſ. hic cum ſequ. 138 iam ſup. I, 119. 120.

ἀασάμην nunc notione actiua ἄασα. ſtulte egi. niſi dicas eſſe in fraudem induxi me ipſum. ἐβλάβην. v. ad I, 116.

καί μευ φρένας ἐξέλετο Ζεύς. pro his altero illo loco, I, 119 erat φρεσὶ λευγαλέῃσι πιθήσας. poſt quae verba apud Athenaeum I, 9. p. 11. A. (e quo repetiit Euſtathius ad h. l. p. 1176, 11. et 1198, 26) Dioscorides, Iſocratis diſcipulus, interpoſuerat alium verſum: ἢ οἴνῳ μεθύων ἤ μ' ἔβλαψαν θεοὶ ἄλλοι, quem in h. l. inculcauit Barnes miro iudicio, et inter Fragmenta Homerica retulit.

καί με φρ. Barocc. non male. Sic Π, 805 τὸν δ' ἄτη φρένας εἷλε. Nec tamen alterum minus bene: Σ, 311 νήπιοι, ἐκ γάρ σφεων φρένας εἵλετο Παλλὰς Ἀθήνη. Heſiod. Sc. Herc. 89 τοῦ μὲν φρένας ἐξέλετο Ζεύς. Additur quoque caſus tertius, vt Z, 234 ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς. vbi cf. Obſſ.

Videtur verſus corrupte ac memoriter recitari ap. Galenum de Hippocr. et Plat. plac. III, 2 extr. τότε δὴ στηθέων δ' αἷμα φρένας ἐξέλετο Ζεύς.

138. ἂψ ἐθέλω ἀρέσαι. quod etiam ἀρέσασθαι. placare.

139. καὶ ἄλλους ὄρνυθι λαούς. Schol. B. ἢ σύμπαντας, ἢ τοὺς Μυρμιδόνας πάντας. Reſtat tertium: τοὺς ἄλλους, ceteros quoque praeter Myrmidonas qui tuo imperio ſubſunt.

Facile ſenſeris hunc verſum confectum ex vſ. 142 ἐπειγόμενός περ ἄρηος, melius abeſſe; turbatur enim ſententiarum ordo et nexus. Senſerat Koeppen, qui traiectione verſuum ſuccurrere volebat, vt vſſ. 140. 141 collocarentur ante ἀλλ' ὄρσευ. Sin ſeruare verſum contendas, oratio ſic erit accommodanda: Sed tu ad praelium te accinge; ego interea munera adornabo: aut, ſi placet, mane.

140. δῶρα δ' ἐγὼν ὅδε πάντα παρασχεῖν, ὅσσα τοι ἐλθὼν — Schol. B. ἀντὶ τοῦ παρασχῶ. ἢ λείπει τὸ ἕτοιμός εἰμι. Euſtath. ἐγὼ οὗτός εἰμι, ὥστε παρασχεῖν. ἢ ἕτοιμός

εἰμι. ἢ ἐγγυῶμαι παρασχεῖν. ἤ τι τοιοῦτο. Sane prior Euſtathii oratio non abiicienda; conuenit ἐγὼ ὅδε cum Pindarico: οὗτος ἐγώ. *ecce me.* Ol. IV, 37. Od. Φ, 207 ἔνδον μὲν δὴ ὅδ' αὐτὸς ἐγώ. Sic οὗτος ἐκεῖνος. οὗτος αὐτός.

ἐγὼν grammaticum acumen. fuit ἐγὼ ὅδε. Vrat. d. ἐγὼν τάδε. Lipſ. παρασχέμεν.

141. χθιζὸς, τῇ νυκτὶ τῆς χθὲς ἡμέρας. Sch. B. Sch. br. recte: nam non proxima, ſed pridie tertia nocte facta legatio erat Jl. I.

142. ἐπειγόμενός περ ἄρηος. Sch. B. ἀπὸ (f. ὑπὸ) τοῦ πολέμου. εἰς τὸν πόλεμον." Verbo ſupple ἄρηος ἕνεκα vel διά. vt toties iam factu opus fuit Od. A, 309 ἐπειγόμενός περ ὁδοῖο.

143. θεράποντες. Monet Sch. B. non eſſe ſeruos; ſed *miniſtros, liberos homines.* Qui ſint, v. inf. 238 ſq.

ἐμῆς παρὰ νηὸς ἑλόντες. ἐμῆς ἀπὸ νηὸς Vrat. A.

144. οἴσουσ' ὄφρα ἴδηαι, ὅ τοι μενοεικέα δώσω. οἴσουσι dictum eſſe per ſyllepſin notat Schol. B. τὰ γὰρ ἔμψυχα οὐ φέρονται, ἀλλὰ ἄγονται. vt aliquoties monuit alibi. Scilicet ducitur Briſeis cum captiuis; apportatur aurum.

ὄφρα ἴδηαι ἤγουν ἴδῃς Euſtath. ex aliis locis ſcilicet, vbi eadem varietas notatur. v. ad A, 203.

ὅ τοι μενοεικέα δώσω. vn. Vindob. ἅ τοι felici lapſu.

147. δῶρα μὲν αἴ κ' ἐθέλῃσθα παρασχέμεν, ὡς ἐπιεικὲς, ἤτ' ἐχέμεν, παρά σοι. Obuium eſt et iam Euſtathio monitum, ſieri non vno modo poſſe interpunctionem et pronuntiationem παρά σοι (ſc. ἐστὶ) vel πάρα σοι (pro πάρεστι) δῶρα μὲν ἢ παρασχέμεν ἤτ' ἐχέμεν, *aut dare aut retinere*, ſ. non dare. Sic Euſtath. vel: δῶρα μὲν, εἰ ἐθέλῃσθα, παρασχέμεν (θέλησον, vel πάρασχε, *iube afferre*) ἤτ' ἐχέμεν παρά σοι (*vel ſerua apud te*, in tuo tentorio) haec quoque ſic: ἤτ' ἐχέμεν. (vel ſerua) πάρα σοι (πάρεστι σοι *tui arbitrii res eſt*) Sic Sch. B. accepit cum Sch. br. Sequor quod legenti mihi primo ſe loco offert; etſi hic poſtremo loco poſitum. αἴ κε θέλῃ Lipſ. male.

148. ἦτ' ἐχέμεν. Apud Euſtath. eſt εἴτ'. ſic et Barocc. Harl. tum παρά σοι et πάρα σοι ſcribitur et editur. Nec refert.

149. οὐ γὰρ χρὴ κλοτοπεύειν ἐνθάδ' ἐόντας οὐδὲ διατρίβειν. κλοτοπεύειν eſt vox hoc vno loco lecta, et antiquata, quam grammatici non ex vſu, ſed ex contexto ſententiae et ex etymo conſtituere allaborarunt. Schol. B. „τινὲς καλολογεῖν. οἱονεὶ κλυτεπεύειν.“ hoc etiam Euſtath. ſequitur; et diſertius exponit, vbi altero loco: ἢ τὸ κλυτοπεύειν (leg. κλυτεπεύειν) καὶ οἷον καλλιλογεῖν, καὶ κλυτοῖς ἔπεσιν ἐνδιατρίβειν. Eſt quoque κλυτοπεύειν in Vat.

Altera ratio eſt in Schol. B. et Townl. „ἢ κλέπτειν τὴν μάχην parum diſerte; nec magis Schol. Moſc. ὑποκλέπτειν αὐτοὺς (an αὑτοὺς?) τῆς μάχης τοῖς λόγοις; Schol. br. κλοτοπεύειν, ἤτοι ὑποκλέπτειν αὐτοὺς τῆς μάχης ἐν τοῖς λόγοις. melius Euſtath. κλοτοπεύειν τὸ κλοπεύειν, καὶ οἷον παρακλέπτειν τὸν καιρόν. Vox per ſe igitur eſt κλέπτειν, et eiusdem noua forma; quo ducit Etymologus; fuit κλέπω, κλέπτω. κέκλοπα. κλὼψ, κλοπεύω. vt quoqne κλὼψ, κλωπεύω. Nunc κλοπετεύω, vt δραπετεύω, et pronuntiatione mutata, κλοτοπεύω. In Etymol. eſt quoque κλοπιτεύειν, κολοπιτεύειν, ὑπερθέσει τοῦ λ. et apud Suidam: κλωπεύω, tum κλωπιτεύω, quod Kuſter e mſſ. Par. mutauit in κλοτοπεύω. Probabile ex his fit, a κλέπτειν ductam vocem habere notionem τοῦ cauſſas morae clam nectere, ſubterfugere. Conuenit gloſſa Heſychii: κλοτοπεύειν, παραλογίζεσθαι. ἀπατᾶν. κλεψιγαμεῖν. (cum quo conuenit forte quod in Schol. br. et Schol. Moſc. memoratur ἢ ἑτέρου τινὸς ἐπιθυμεῖν.) Additur, στραγγεύεσθαι· de quo ſtatim videbimus.

Tandem Schol. B. ſubiicit, ἢ ὥς ἔνιοι, στρατεύεσθαι. τουτέστιν, οὐ χρὴ ἐνταῦθα ὄντας στρατεύεσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ πολέμῳ. alieniſſima vox ab hoc loco et ſententia. Attamen etiam Apollon. Lex. κλοτοπεύειν. στρατεύεσθαι· et hinc in Heſychii codice; ſed viri docti iam mutarunt in στραγγεύεσθαι. idem quod στρεύγεσθαι, quod iam vidi.

mus O, 512 vbi v. Obff. Etiam ap. Suidam, στραγγεύομαι, ἀναβάλλομαι, quod illuſtrat Toup. Emendatt. in Suidam ad h. v. laudatus quoque Tollio, et in Emend. ad Heſych. voc. στρεύγομαι. Eſt ergo haec doctum interpretamentum vocis κλοτοπεύειν, cauſſari, tempus terere et cauſſas nectere.

150. ἔτι γὰρ μέγα ἔργον ἄρεκτον. Sch. B. „ἀναιρεθῆναι Ἕκτορα καὶ δίκην ὑπὲρ Πατρόκλου λαβεῖν." recte; minus bene Schol. br. ἤτοι δὲ περὶ Πατρόκλου ταφῆς λέγει. Nec Clarkio aſſentior, qui in vniuerſum de bello nondum confecto intelligit. Saltem pugnam memorare debebat. Sup. Jl. Π, 208 φυλόπιδος μέγα ἔργον νῦν πέφανται.

ἄρεκτον. ἄπρακτον. Apollon. Lex. et ἀτελείωτον Heſych. cum Schol. br. quod etiam ἄῤῥεκτον ſcribitur; Notatum grammaticis.

151. ὥς κε τις αὖτ' Ἀχιλῆα. vn. Vindob. a m. pr. ὡς δὲ, et ſuperſcr. τε.

153. Lectum vulgo: ὧς δέ τις ὑμείων μεμνημένος, ἀνδρὶ μαχέσθω. ὡς δὲ ed. Rom. ὧδε τις Barocc. fragm. Moſc. Townl. Ven. Puta τις eſſe ἕκαστος τις. μάχεσθαι Vat.

Ceterum verſus ſatis otioſe adiectus eſſe videtur, et caret copula. Hinc, puto, mutatum eſt in ὧς δὲ· οὕτως δέ.

157. Τρωσὶ μαχησομένους. Erat μαχεσσομένους in edd. excepta Romana, quae per η effert, cum codd. Barocc. Mori. Lipſ. Vat. Harl. Moſc. fragm binis Vindob. eamque ſcripturam me ſequi profeſſus ſum, etſi Bentl. alteram amplexus eſt: cf. ſup. ad A, 298. In Ven. μαχησσομένους, vitioſe. Cant. μαχησόμενος.

158. εὖτ' ἂν πρῶτον. cum primum. cum ſemel. ὅτε ἅπαξ. etiam h. l. ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. Z, 289.

159. ἐν δὲ θεὸς πνεύσῃ μένος ἀμφοτέροισιν. pendet ab εὖτ' ἂν, ὅταν. Barocc. πνεύσει· ἀμφοτέρῃσιν Cant. ſcil. φάλαγξι.

161. σίτου καὶ οἴνοιο. Barnes: „γρ. οἴνου καὶ σίτοιο" Ita ipse variam lectionem procudit: scribebatur sic sup. I, 702.

163. ἄκμηνος σίτοιο. Vox sola hac rhapsodia obuia, et trinis praeter hunc locis: 207. 320. 346. sensu ex adiunctis satis definito, vt sit idem quod ἄπαστος. ἄγευστος. νῆστις. Apud Suidam: ἄκμηνος. ἄγευστος. ἄκμηνος δόρποιο (pro σίτοιο) Laborant tamen veteres in etymo; inprimis cum alio significatu occurrat Od. Ψ, 191 θάμνος ἀκμηνὸς, θαλέθων. vegetus. vigens. Videtur satius esse, cum Apollonio Lex. et Hesych. h. v. subsistere in notatione semel constituta, quam commenta grammaticorum recoquere v. Schol. B. Mosc. Townl. Eustath. et Etymol. h. v. Saltem dicere licebit fuisse vocem antiquam ἄκμη vel ἄκμα, quae in Hesychio est ἡ νηστεία. ἔνδεια. Hoc videtur sequutus esse Aristarchus, qui apud Etymologum traditur scripsisse ἄκμηνος παρὰ τὴν ἄκμην. (non ἀκμήν. vt scribitur quoque male in Scholiis et Eustath. qui ἀσιτίαν ita ab Aeolibus dictam esse tradunt.) Theon contra ἀκμηνὸς scribere iubebat, nonnulli etiam ἀκμῆνος.

165. ἀλλά τε λάθρη γυῖα βαρύνεται, ἠδὲ κιχάνει. Vbique legi video ἀλλά τε, cuius formulae vsum ignoro; sollenne est ἀλλά γε, et in ipso Homero, vt primo libro 82 εἴ περ γὰρ — ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν. nullus dubito, et hic esse ἀλλά γε legendum. Nunc video ita editum esse in Plutarcho: An seni ger. sit resp. p. 789 D: ἐν οἷς τοῦ γέροντος — ἀλλά γε λάθρη γυῖα βαρύνεται, καὶ προαπολείπει τῆς προθυμίας ἡ δύναμις.

De βαρύνεται Schol. Victor. monebat, vnice aptum rei illud vocabulum esse, nec alia voce posse permutari. Laudat e Victor. Var. Lect. lib. 38, 1. Clarke. Hoc idem legitur in cod. Townl. Forte hoc idem lectum erat in Schol. A.

ἠδὲ κιχάνει δίψα τε καὶ λιμός. Barnes: „γρ. ἦδ' ἕ. indoctum commentum! Ceterum κιχάνειν in his et similibus non est assequi, sed, inuadere, opprimere. ἐφικέσθαι. vt quoque mors dicitur opprimere aliquem: μοῖρα,

πένθος κιχάνει. Quod Horatio eſt: *mors et fugacem perſequitur virum:* Μοῖρα κιχάνει P, 672.

166. *δίψα τε καὶ λιμός.* Schol. B. „Ἴωνες δίψα. Ἀττικοὶ, δίψος.“ Eadem iterum ad X, 2. Si non Atticum eſt *δίψος*, eſt ſaltem vſus recentioris; etiam in Atticis variat vtrumque. Thucyd. VII, 87 *καὶ λιμῷ ἅμα καὶ δίψῃ ἐπιέζοντο.* vbi v. Ducker.

βλάβεται δέ τε γοῦνατ' ἰόντι. βλάβεται, βλάπτεται. Apollon. Lex. h. v. nunc eſt, debilitantur. *ἰόντι.* vnus e grammaticis ad vſ. 221 laudat *ἰόντος.*

167. *ὃς δέ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος.* „*καὶ* Πλάτων *ἐν* Νόμοις *φησίν· πιόντα τὸν ἄνθρωπον, ἵλεω τότε* (*ἵλεων τε*) *ἢ πρότερον γενέσθαι, ἀγαθῶν τε ἐλπίδων καὶ δυνάμεων πληροῦσθαι. παῤῥησίας γὰρ μεστοῦται καὶ ἐλευθερίας πάσης καὶ ἀφοβίας. καὶ πρᾶξαι τι ἀόκνως ἔχει. ὅθεν* Λακεδαιμόνιοι *ἀκρατοποτοῦντες ὁπλίζονται.*“ Schol. B. Townl. Moſc.

κορεσσάμενος „cum ſe ſatiauerit.“ Clarke. Argutati ſunt veteres in h. l. et voluere *κορεσσάμενος* eſſe pro *ἀπογευσάμενος.* nam qui ventrem cibo potuque onerauerit, eum non eſſe idoneum pugnae. Euſtathius laudat quoque ex Ephippo: *ὃς, εἰπὼν, ὡς μεθύοντες ἀεὶ τὰς μάχας πάσας μάχονται, ἐπάγει, τοιγαροῦν φεύγουσ' ἀεί.* Noſtra aetate aliter de hoc ſtatuitur; inebriantur milites, dummodo duces ſobrii ſint. Verſus Ephippi Comici ſunt ap. Athen. X. p. 442 E.

168. *ἀνδράσι δυςμενέεσσι πανημέριος πολεμίζῃ. πανημέριον* Porphyr. ad Jl. Z, 265. *πολεμίζει* vulgatum in edd. etiam ap. Athen. lib. II p. 40 A. At codd. *πολεμίζῃ* vſu Homerico.

169. *θαρσαλέον νύ οἱ ἦτορ.* Townl. *νύ τοι.*

170. *πρὶν κάμνει.* Vindob. Alt. *κάμνῃ.*

πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο. Schol. B. „*πρὶν παύσασθαι τῆς μάχης.*“ addit tamen, nonnullos *ἐρωῆσαι* ſcribere pro *ἐρωήσειε.* Scilicet illi *ἐρωεῖν* transitiue acceperunt; vt N, 57 *τῷ κε καὶ ἐσσύμενόν περ ἐρωήσαιτ' ἀπὸ νηῶν*, et *πάντας* ad hoſtes referendo iunxere: nec ille viribus deficit,

antequam hoftes omnes fugauerit; pugna excedere coegerit. Eodem modo Schol. Excerpta acceperant vulgatum *ἐρωῆσαι, παῦσαι τῆς μάχης*. Si tamen, vt vulgo facimus, *ἐρωεῖν* eſt recedere, *πάντας* eſſe vides, omnes qui in eadem acie pugnant. *πρὶν πάντας παύσασθαι τῆς μάχης*.

171. *λαὸν μὲν σκέδασον*. Harl. *κέδασον* ex more. Apollon. Lex. *σκέδασον. χώρισον*.

172. *δεῖπνον ἄνωχθι ὅπλεσθαι*. Schol. B. ait vocem contractam eſſe ex *ὁπλέσεσθαι*. (debuit ſcribere *ὁπλέεσθαι*. ſic quoque ſcriptum video in Townl.) nam, fuiſſe verbum *ὁπλέω*, patere ex *ὥπλεον, ἀντὶ τοῦ, ἡτοίμαζον*." Reſpicit Od. Z, 73 *ἅμαξαν ὅπλεον*. Non viderunt grammatici veteres, eiusdem verbi plures plerumque fuiſſe formas; fuiſſe ergo *ὅπλω. ὁπλέω. ὁπλίζω*. eadem vi et notione, inſtruendi, parandi, armandi. Comparat Euſtathius *ἐτείχεον τὸν ἰσθμὸν* ap. Herodotum, fuit ergo *τειχέω*, quod vulgo *τειχίζω*.

173. *οἰσέτω ἐς μέσσην ἀγορὴν*, Vrat. d. cum vno Vindob. *ἐν μέσσῃ ἀγορῇ*, iunctim cum ſeqq.

174. *ἵνα πάντες Ἀχαιοὶ ὀφθαλμοῖσιν ἴδωσιν, σὺ δὲ φρεσὶ σῇσιν ἰανθῇς*. prius ad maiorem Achillis honorem ſpectat, ſi omnes viderint, quomodo Achilli pro iniuria ſatisfactum ſit. *ἰανθῇς. διαχυθεὶς εὐφρανθῇς, διὰ τὴν τιμήν*. Schol. B.

σὺ δὲ φρεσὶ σῇσιν. repoſitum eſt a Barnes, qui ſequutus eſt Euſtathii lectionem. Ceterae edd. *φρεσὶν ᾗσιν*. cui lectioni videtur doctior ratio ſubeſſe. De pronominis tertii vſu multum inter veteres grammaticos diſputatum eſſe, conſtat vel ex Apollon. Alex. de Syntaxi, qui etiam p. 155 docet loca nonnulla apud Homerum eſſe aut deprauata, aut praue accipi. Vſus *τοῦ ὅς, ἑός, οὗ*, tertiae perſonae, creditus erat a multis eſſe promiſcuus pro ceteris quoque perſonis; ſaepe notatus in Apollonii Argonaut. At in Homero rariora occurrunt exempla: Od. N, 320 *ἀλλ' αἰεὶ φρεσὶν ᾗσιν ἔχων δεδαϊγμένον ἦτορ ἠλώμην*. pro *φρεσὶν ἐμῇσιν*. quod et ab Apollonio de Syntaxi

p. 197 notatur, tanquam ἀκατάλληλον, incongruum. Alterum exemplum Od. A, 402 κτήματα δ' αὐτὸς ἔχοις καὶ δώμασιν οἷσιν ἀνάσσειν. vbi tamen expedita eſt medicina δώμασι σοῖσι. Similiter et h. l. credendum eſt Φρεσὶν ᾗσιν eſſe vitium natum ex frequenti vſu harum vocum in carmine obuio. Contra Φρεσὶ σῇσιν in optimis codd. legitur, Townl. Moſc. fragm. Ven. B. Etiam in Ven. A. ſuppleto, Vrat. A. et in vno Vindob. in altero Φρεσὶν ᾗσιν.

175. ὀμνυέτω δέ τοι ὅρκον. Melius haec ab Vlyſſe memorari, notat Schol. B. quam ab Agamemnone; qui, id ſe facturum eſſe, iam ſup. I, 132 ſq. iisdem verſibus ac verbis pronuntiauerat; Vlyſſis autem perſonae maxime ea conuenire, quoniam inter legatos erat, qui Agamemnonis mandata ad Achillem pertulerant, et in iis hoc ipſum I, 274 ſq.

176. 177. Lecti iam ſunt I, 133. 4. et 275. 6. vbi et monitum de τῆς ante εὐνῆς, pro εὐνῆς τῆς ταύτης, Briſeidis. Nunc vero haud dubie illi ſunt perperam inſerti, nam de Briſeide nihil anteceſſerat; neſcias itaque μήποτε τῆς εὐνῆς, h. e. εὐνῆς αὐτῆς, amplexu puellae, cuiusnam?

177. ἣ θέμις ἐστὶν, ἄναξ, ἤτ' ἀνδρῶν ἤτε γυναικῶν. Deeſt verſus Harlei. Veneto ſuppleto, Vrat. d. fr. Moſc. Lipſ. binis Vindob. Addit Erneſti: „quod temere eſt factum, cum alibi eodem modo iungantur, et eodem in contexto: vt I, 134." Atqui, licet quoque ſic argumentari: cum aliis locis hic verſus ſubiici ſoleat alteri, illatum eum eſſe hoc quoque loco. Equidem deleo. Delet quoque Bentl. eſt prorſus inutilis verſus h. l. ſaltem in ipſo iureiurando poterat locum habere.

ἤτε γυναικῶν. „γρ. ἠδὲ γ." Barnes. ſane ſic Townl. ἠδ' — ἠδὲ Cant. in marg.

178. καὶ δὲ σοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ Φρεσὶν ἵλαος ἔστω. Ita σοὶ, non δέ σοι, quia cum αὐτῷ iunctum eſt, vt iterum vſ. 192 σοὶ δ' αὐτῷ τόδ' ἐγώ. Apollon. de Syntaxi p. 141. De proſodia τοῦ ἵλαος v. ad A, 583.

179. αὐτὰρ ἔπειτά σε δαιτὶ ἐνὶ κλισίῃς ἀρεσάσθω. Manifeſtae corruptelae exemplum ex ignoratione proſodiae in hiatu δαιτὶ ἐνὶ, nam fuit haud dubie altera forma· δαίτῃ ἐνί. quae forma aliquoties in Odyſſea occurrit, notata quoque Etymologo h. v. Etiam ſup. K, 217 αἰεὶ δ' ἐν δαίτῃσι καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσται. Viderat iam Bentl. hoc.

ἐνὶ κλισίῃ Lipſ. vtrumque in vſu Homerico.

ἀρεσάσθω. Schol. br. φιλοφρονησάτω. Apollon. Lex. εὐαρεστοῦντα καταστησάτω. Heſych. εὐάρεστον καταστησάτω. Eſt h. l. epulis excipito; ex contexto. ἀρέσασθαι, cum ſit proprie, placare, refertur porro ad ea, quae cum iſta notione coniuncta ſunt, amanter excipere, comiter habere. ductum ab ἄρω, apto, iungo, ἀρέω, vnde et ἀρέσκω. ergo et epulis excipere, ſatiare. Sic in Sc. Herc. 255 αἱ δὲ φρένας εὖτ' ἀρέσαντο, αἵματος ἀνδρομέου, Schol. ἐχορτάσθησαν. legerant ibi alii εὖτ' ἄρ ἕσαντο. quod aiebant eſſe ab ἕω, πληρόω. mala fide eos hoc credidiſſe, videbimus inf. ad 402.

180. ἵνα μή τι δίκης ἐπιδευὲς ἔχῃσθα. Schol. B. ἵνα μηδὲν δεήσοι (Townl. ἐνδεῆ σοι leg. ἐνδέῃ σοι) τοῦ δικαίου. Schol. br. ἵνα μηδὲν ἐλλίπῃ σοι τῶν ὀφειλόντων πρὸς σὲ δικαίως πραχθῆναι. De voc. v. ad I, 225.

182. 183. οὐ μὲν γάρ τι νεμεσσητὸν, βασιλῆα ἄνδρα ἀπαρέσσασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. Scholion ad h. l. quod in Ven. B. et in Leid. ap. Valk. Diſſ. p. 142 legitur, exſcriptum eſt ex Porphyr. Quaeſt. 19. vbi corrupte cum alia, tum νεμεσσητὸν βασιλῆι. nam ipſe Porphyrius ambiguum eſſe ait, ἀμφίβολον διὰ τὴν αἰτιατικήν. (h. e. poteſt dubitari: ſitne βασιλῆα ἄνδρα an βασιλῆα ἀπαρέσασθαι ἄνδρα, pro τινά.) Ipſe iungit more recepto: εἰ βασιλεὺς ἄνδρα βλάψας, καὶ τῆς ἀδικίας προυπάρξας ἀπαρέσηται αὐτόν. Pariter Schol. br. Euſtath. Sententia ergo eſt: aequa, probanda, res eſt, regem placare aliquem, ſi prior iniuriam intulerit.

Enimuero ſententia haec prorſus non conuenit antecedenti: tu autem, Agamemnon, in poſterum vide vt

erga alios ſis iuſtior: non enim iniquum eſt, placare iniuria affectum. Sententia ſubiecta eſſe debebat haec: etenim eſt conſentaneum, virum principem abalienari a te, ſi eum iniuria affeceris. Atque hunc ſenſum habere videntur verba οὐ μὲν γάρ τι νεμεσσητὸν, ἄνδρα βασιλῆα ἀπαρέσσασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. Vide de verbis ad v. ſq.

183. ἀνδρ' ἀπαρέσσασθαι. accipitur pro ἀρέσασθαι, quod modo vidimus vſ. 179 placare. Etiam ἀπαρέσασθαι. εἰς ἀρέσκειαν ἀγαγεῖν. apud Etymol. et Suidam haud occurrit. ἀρεῖν, ἀρέσασθαι, aliquoties in Homero legitur, ἀπαρέσασθαι hoc vno loco. ἀπὸ debet habere vim continuandae actionis. Barnes profitetur ſe malle ἐπαρέσασθαι, nec addit, quorſum. Erneſti tamen addit, clare ita legi in mſ. Lipſ. eſt quoque ſic ſcriptum in Vrat. A. b. et in vno Vindob. Mirum eſt commentum Porphyrii, quod emendate ſic legendum: ἔστι δὲ τὸ ἀπαρέσσασθαι τὸ τῆς ἀρῆς ἀπᾶραι, τουτέστι τῆς βλάβης ἀπαλλάξασθαι καὶ ἐξιλάσασθαι. Ex analogia ſaltem eſſe deberet ἀπαρήσασθαι, ἀπαράομαι.

Dixi iam ad vſ. 182. ſenſum requirere notionem vocis, offendi, inique ferre, iraſci. Quid ni ἀπὸ vim hanc ex analogia habeat, vt ſit idem quod δυςαρεστεῖν. fere vt εἰπεῖν, ἀπειπεῖν?

ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. χαλεπαίνειν eſt indigne, grauiter ferre, quae quis indigna patitur: indignari et omnino iraſci, εἰς ὀργὴν προελθεῖν. vt Ξ, 259 ὁ δ' ἐπεγρόμενος χαλέπηνε. et Υ, 133 Ἥρη, μὴ χαλέπαινε παρὲκ νόον. adde paullo ante Σ, 108. Non autem, vt verti ſolet, eſt, iniuriam facere. vt Schol. B. βλάψῃ, etſi ipſe Bentleius ita ſenſit, qui emendabat: ὅν τε πρότερος χαλεπήνῃ. Sane iraſcens ὁ χαλεπαίνων, etiam iniuriam inferre poteſt, non tamen χαλεπαίνει τινα vel εἴς τινα, transitiue. Sic B, 378 καὶ γὰρ ἐγὼ Ἀχιλεύς τε μαχησάμεθ' εἵνεκα κούρης ἀντιβίοις ἐπέεσσιν· ἐγὼ δ' ἦρχον χαλεπαίνειν. ego priore loco ira exarſi. Sic Agamemnon εἰ μὲν — αἰὲν ἐπιζαφελῶς χαλεπαίνοι, ſi in ira perſiſteret;

ſicque in aliis locis. Itaque adiungitur: κοτεσσάμενος χαλεπαίνει. Π, 386. Od. Ε, 147. Τ, 83.

Vnus eſt verſus, quem h. l. legi malim: ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ, propulſare aliquem, qui prior aggreſſus fuerit, iniuria affecerit, inf. Ω, 369. ad quem locum vide. Attamen vel ſic contendam, χαλεπαίνειν non eſſe transitiue, iniuriam facere; ſed eſt: quando alter prior ira exarſerit et rixae auctor fuerit.

186. ἐν μοίρῃ γὰρ πάντα διίκεο καὶ κατέλεξας. ἐν μοίρῃ, κατὰ μοῖραν, vt alibi. Schol. A. et br. κατὰ τὸ προςῆκον, κατὰ τὸ πρέπον.

διίκεο, quod alibi διῆλθες. Lectum iam I, 61 πάντα διίξομαι.

κατέλεξας. Euſtath. ἀντὶ τοῦ, ἐμέτρησας. οὐ γὰρ δοκεῖ τισιν οὐδὲ νῦν, τὸ λέγειν ἐπὶ τοῦ εἰπεῖν κεῖσθαι παρὰ τῷ ποιητῇ. Eadem ille adſcripſerat p. 739, 29 et 814, 43. Eſt vtique καταλέγειν recenſere, numerare. Sup. I, 115 ὦ γέρον, οὔ τι ψεῦδος ἐμὰς ἄτας κατέλεξας.

187. 8. ταῦτα δ' ἐγὼν (grammaticorum acumen pro ἐγὼ) ἐθέλω ὀμόσαι, κέλεται δέ με θυμὸς, οὐδ' ἐπιορκήσω, πρὸς δαίμονος. Eſſe iungenda: ἐθέλω ὀμόσαι πρὸς δαίμονος apertum eſt. Bodlei. et Vat. πρὸς δαίμονας. Laudat Schol. B. ad Γ, 279 οὐδ' ἐπιορκήσω πρὸς δαίμονα. Dictum noto vſu pro διὰ, κατὰ, θεόν· Sic quoque Schol. br. ὡς ὁρκίζοντες φαμὲν, πρὸς Διός. Schol. Townl.

189. μιμνέτω αὖθι τέως περ, ἐπειγόμενος περ ἄρηος. Legebatur τέως γε ἐπειγόμενος ingrato hiatu. Antiquam lectionem τέως περ habet ed. Flor. eamque firmant Townl. Vrat. d. fragm. Moſc. etiam Venetus ſuppletus. Nec debebat offendere περ bis poſitum, diuerſis modis vtroque loco reſtricta ſit ſententia. Bentleius lectionis ignarus, hiatu tamen offenſus emendabat τέως μὲν, etiam hoc recte et eadem vi; Sic Od. Ο, 231. Π, 139. 370. Vſus τοῦ τέως μὲν, τέως γε, per aliquod tempus, tritus eſt etiam in ſoluta oratione. Timaeus Lex. p. 256. τέως. ἕως τινος. vbi v. Ruhnk. Ex pluribus apud Heſych. huc fa-

cit: *πρὸς τὸ παρόν.* Et Apollon. Lex. *τέως, τηνικαῦτα,* laudato Ω. 658.

Intulerat *τέως γε* Ald. 1. cum Rom. Euſtath. Legerat Ven. B. neutrum, nec *γε* nec *περ*, etſi cum metri vitio; ait enim *ἐν τοσούτῳ. ἐν ὀλίγῳ, δίχα τοῦ περ.* eſſe tantum pronuntiando ſubſiſtendum; ita vero mox pronuntiare debuit *ἐπειγόμενος.* pergit: *ἐν δὲ ταῖς εἰκαιοτέροις μετὰ τοῦ περ.* Igitur vulgaria exempla veram lectionem ſeruauerant. In Vat. erat *τέως δὲ* (f. *τέωςδε*) in Vrat. A. d. b. *τέως καὶ*, hoc quidem non male: ita iungenda *καί περ.*

190. *μίμνετε, ὄφρα κε δῶρα ἐκ κλισίης ἔλθῃσι.* Bodl. et Mori *εἰςόκε δῶρα*, quod ſollenne eſſet: cum vulgato in margine. *μίμνετε τέως ὄφρα*, pro *τόφρα, ὄφρα.*

191. *ἐκ κλισίης ἔλθῃσι.* donec munera apportentur. Vulgatum erat *ἔλθωσι.* ex ed. Rom. Fuerat *ἔλθῃσι* in ed Flor. Aldd. idque firmat vſus et codd. auctoritas: Cant. Barocc. Mori. Harl. Vat. Ven. B. et A. ſuppletus. Vrat. A. b. d. Lipſ. Townl. fragm. Moſc. Vindob.

καὶ ὅρκια πιστὰ τάμωμεν. v. ad B, 124. cf. inf. 197.

192. 3. 4. 5. Verſus ſuſpectos habeo, ſaltem tres poſteriores, conflatos ex vſ. 247 ſq. et ſup. vſ. 140 ſq. more rhapſodorum, dum ex iis, quae altero loco narrata erant diſertius ad alterum locum transferunt verſus, vt ſuppleant ſeu breuiter dicta, ſeu breuitatis ſtudio omiſſa; Eoque ipſo intulere in carmen odioſam illam *ταυτολογίαν.* ſtatuet tamen de his pro ſuo quisque ſenſu. Certe oratio in his verſſ. eſt impedita.

193. *κρινάμενος κούρητας ἀριστῆας Παναχαιῶν.* vox hoc ſolo loco, hic et inf. 248, obuia, inſolito vſu, inſolita flexione, pro *κοῦροι.* Notata Apollonio Lex. *κουρῆτες.* — *προπαροξυνόμενον δὲ (κούρητες) νεανίαι. ἅμα δ' ἄλλοι ἔσαν κούρητες Ἀχαιῶν.* Spectat ad vſ. 248. At noſtrum locum ignorare videtur vna cum Schol. B. At Strabo X p. 716 C notauit *τοὺς νέους στρατιώτας* Homero dici *κούρητας. κρινάμενος κούρητας ἀ. Π.* vna cum alte-

ro verſu 248. Monuerat quoque de tono Herodianus ap. Euſtath. adde Etymol. h. v.

194. δῶρα δ' ἐμῆς παρὰ νηὸς ἐνεικέμεν. Faciunt plerumque iuncturam ieiunam et parum grammaticam: σοὶ κελεύω, κρινάμενος ἐνεικέμεν. Bentleius ſuccurrebat corrigendo κριναμένῳ. Lenior eſt medicina, interpungendo poſt κελεύω. κρινάμενος κ. ἀ. Π. ἐνεικέμεν (μέμνησο, ἔνεικε. ἔκφερε.) Similis iuncturae defectus inf. 258. 262. ibi tamen excuſandus in iurisiurandi formula.

Legebatur δῶρα ἐμῆς cum hiatu. corrigebat Bentl. δῶρα μεῆς, vt aliis quoque locis tentabat; vix bene. Apud Euſtath. legitur: γράφεται καὶ· δῶρα δ' ἐμῆς παρὰ νηός. εἰς θεραπείαν χασμῳδίας. vt δὲ ſit pro δή. Moleſtum vtique et ſatis inficetum hoc quoque; legitur tamen hoc in codd. Vat. Townl. Vrat. b. d. vno Vindob. Emendatior lectio ap. Strabonem occurrit l. c. δῶρα θοῆς παρὰ νηός. Nec tamen diffiteor, interpolationi propiorem lectionem hanc videri. Miror non grammaticam rationem occurriſſe: δῶρά τ' — ἐνεικέμεν, ἀγέμεν τε γυναῖκας.

ἐνεγκέμεν lectio eſt codd. et edd. Flor. Rom. Illa, tum per Aldd. ἐνεικέμεν. quod alii libri exhibent. Apud Strabonem eſt ἐνεγκεῖν.

195. χθιζὸν ὑπέστημεν δώσειν. inſolens in tali iunctura pro ὑπέστην. niſi aſſumas legatos, qui in Jl. J eadem Achilli nuntiauerant ab Agamemnone. Aliter ſe habet, quod praeceſſit 191 τάμωμεν.

Apud Strabon. l. l. eſt χθιζοὶ ὑπέστημεν.

197. κάπρον ἑτοιμασάτω ταμέειν Διΐ τ' Ἠελίῳ τε. Dictum κάπρον ταμεῖν, quod plene στόμαχον ἀποτάμνειν inf. vſ. 266. v. ad B, 124. Schol. B. „τῶν δὲ ὁρκίων ἐτέμνοντο τοὺς λαιμούς, ὅθεν καὶ ὁρκιστομεῖν ἐλέγετο“ nimis docte; factum hoc in omnibus victimis, quae diis ſuperis mactabantur; tum vero etiam in foederibus et iureiurando. Argutatur idem in cauſſis reperiundis, cur porcus caeſus ſit pro hoſtia. Factum more priſco, iam Pelasgis frequentato; quandoquidem ille in Italia frequentatus ad Romanos quoque peruenit cum reliquis priſcis

ſacrorum ritibus: de quibus v. Dionyſ. Hal. lib. VII extr. Notus numus gentis Antiſtiae, quem illuſtrarunt numiſmatici et nuper Eckhel Doctrina numor. P. V. p. 137. 8. Seruatus porci mactandi vſus Olympiae ad Iouis 'Ορκίου ſimulacrum in iureiurando athletarum, vbi Pauſan. V, 24. p. 441. loci Homerici memor eſt.

200. ἄλλοτέ περ καὶ μᾶλλον ὀφέλλετε ταῦτα πένεσθαι. Barocc. πάντα πένεσθαι. Vrat. d. et vn. Vindob. γενέσθαι. Fuere formae ὀφέλω, ὀφέλλω, ὀφείλω, debeo. Poſtea vſus haec distraxit, et ὀφέλλω eſt, augeo; debetur ita numero aliquid, quod addendum eſt.

201. ὁππότε τις μετὰ παυσωλὴ πολέμοιο γένηται. Vulgo editum vna voce μεταπαυσωλή. Non dubitaui voces diuellere; notaui iam ſaepe pruritum grammaticorum, noua compoſita procudendi. Poterat vſ. B, 386 docere: οὐ γὰρ παυσωλή γε μετέσσεται. Itaque et h. l. ὁπότε παυσωλή τις πολέμου μεταγένηται. Diuiſim quoque ſcriptum video in Vrat. A. Ven. A. ſuppl. Nec occurrit μεταπαυσωλὴ in grammaticis; aliis locis eſt ἀνάπνευσις πολέμοιο, μάχης. Λ, 800. Π, 43. Σ, 201.

202. καὶ μένος οὐ τόσον ἦσιν. Harl. Vat. Lipſ. εἴπῃ. perperam; poſt γένηται requiritur καὶ ᾖ. ἦσι.

205. ὑμεῖς δ' ἐς βρωτὺν ὀτρύνετον. βρωτὺν, βρῶσιν, (vt vſ. 210) τροφὴν, (δεῖπνον) Heſych. ad h. v. Poterat addere aliam formam βρώμην. Omnes a βρῶ. poſtea βρώσκω. βιβρώσκω. Eſt βρωτὺς Ionica forma, vt ὀτρυντὺς, et alia ap. Euſtath. ad h. l. Barnes tentat ἐς βρωτύν μ' ὀτρύνετον. perperam. Adſcripſerat Bentley: „Heſych. ἀπονηστίσασθαι, τὸ ἀπὸ νηστείας ἐπὶ πρώτην ἐλθεῖν. leg. βρωτύν." quod iam alii viderunt.

ὑμεῖς — ὀτρύνετον· intactum reliquerunt grammatici; forte quia perſuaſum ſibi habuere, poſſe dualem pro plurali poni. At nec h. l. id factum admitto. Achilles alloquitur Agamemnonem et Vlyſſem.

206. ἀνώγοιμι πτολεμίζειν. recte h. l. πτ. in aliis vt Lipſ. Townl. Moſc. πολεμίζειν.

207. *νήστιας, ἀκμήνους·* ſupra 163 adiectum erat *ἄκμηνος σίτοιο.* vbi v.

208. *τεύξεσθαι μέγα δόρπον. τεύξασθαι.* Flor. Ald. 1. „quod praetulerim, addit Erneſti, quia praecedit *πτολεμίζειν*" cauſſa vix ſatis grauis. Vtrumque ſane recte ponitur; et eſt variatio fere perpetua horum temporum. *τεύξασθαι* eſt in parte codd. Cant. Barocc. Mori. Harl. Ven. B. at *τεύξεσθαι* Townl. fragm. Moſc.

Pro *μέγα* Ven. B *μετά.* „*ἢ μετὰ, τὸ μετὰ εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ἐκ τῆς ἥσσης τῶν πολεμίων γενησομένης.*" quis haec probauerit? Vix tamen haec a grammatico ſunt profecta; ſed ille interpretatus erat *μέγα δόρπον.* Townl. Schol. notat alios ſcribere *μέτα. μετὰ τὸ νικῆσαι.*

ἐπὴν τισαίμεθα λώβην. Repugnat hoc grammaticae, etiam Homericae. corrigendum *ἐπὴν τισώμεθα.* Monitum iam ad I, 304.

209. *πρὶν δ' οὔπως δ' ἂν ἔμοι γε φίλον κατὰ λαιμὸν ἱείη οὐ πόσις.* In *ἱείη*, quod hoc vno loco occurrit, mirum eſt quantopere trepidauerint viri docti. Ἱείη ſcriptum eſt non modo in edd. verum etiam in codd. et Euſtathius: *ἱείη*, cum gloſſa tamen *πορευθείη. πεμφθείη.* Atqui *ἱείη* eſt actiuum, *mitteret.* Neceſſario eſſe debet *ἰείη*, ab *εἶμι. πορεύομαι.* Et ſic ſcribitur in cod. Townl. Moſc. fragm. Et in Suida: *ἰείην κατὰ λαιμόν.* In ceteris Lexicis turbatur: Emendandus Etymol. *ἵει — καὶ ἵεε, ἵει, καὶ προΐει. κατὰ λαιμὸν ἱείη. ὡς ἀπὸ τοῦ τίθημι, τιθείη. οὕτως ἀπὸ τοῦ ἵημι, ἱείη.* Et hoc voluit Heſychius, *ἰείη, πορεύηται*, vt recte eſt emendatum. Quid Schol. br. ſpectarint, qui *καθίει* reddunt, non apparet. Recte ergo Wolfii ed. pr. *ἰείη* exhibebat.

210. *ἑταίρου τεθνειῶτος.* Alii codd. etiam h. l. *τεθνηῶτος*, Ariſtarcheo modo. Monui ad Z, 71.

212. *κεῖται ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος.* Schol. B. „*κεῖται ἐπὶ τὴν θύραν ὁρῶν, ὅ ἐστι, τετραμμένους ἔχων ἐν αὐτῇ τοὺς πόδας. οὕτω γὰρ τίθενται οἱ νεκροὶ, διὰ τὸ ἐξερχομένους τοῦ ἀνθρωπίνου βίου μηκέτι ἀναστρέφειν εἰς τοὺς οἴκους.* add. Schol. br. cum Heſych. in voc. *ἀνὰ πρόθυρον*

τετραμμένος. Simplicius erat dicere: quia mortui mox ex domo efferuntur. κεῖσθαι, προτίθεσθαι, ſollennia.

ἀνὰ προθύροισι Cant. Venetus ſuppletus.

213. τό μοι οὔ τι μετὰ φρεσὶ ταῦτα μέμηλε. Cant. Vat. τῷ μοι lapſu librarii. v. ad M, 9. Lipſ. τό μου.

214. ἀλλὰ φόνος τε. Harlei. πόνος τε.

216. ὦ Ἀχιλεῦ, Πηλέος υἱέ. Haud dubie Πηλέος disſyllabum. ſic Cant. Vat. Vrat. A. b. Ven. B. et A. ſuppletus. fragm. Moſc. vn. Vindob. Vulgatum Πηλέως. quod et edd. Plutarchi de aud. poet. p. 35 B. habent. υἱεῦ Vat. quod Bentl. arripit. Πηλῆος υἱὲ Barnes repoſuerat, ſine auctoritate et neceſſitate. v. de his ad ſimilem locum A, 489.

μέγα φίλτατ' Vrat. d.

217. κρείσσων εἷς ἐμέθεν καὶ φέρτερος. Flor. ed. φέρτατος cum Barocc. varietate in Homeri ſollenni. Fertur Ariſtarchea eſſe lectio. v. c. B, 769.

Laudat locum propter figuram δι' εἰκόνος, qua voce innuit comparationem pugnae cum meſſe vſſ. 222. 3. et vſſ. 220 ſq. 225 ſq. Dionyſ. Hal. in Arte ſ. 9 (16. p. 370) tanquam exemplum exordii bene compoſiti, in reprehenſione alterius, τῆς ἐπιτιμήσεως. cf. ſimilem locum I, 53 ſq. Scilicet bene meminerat Vlyſſes, ſibi rem eſſe cum homine iracundo.

οὐκ ὀλίγον περ. Ariſtides To. II. p. 371 recitat οὐκ ὀλίγον γε.

218. ἔγχει. ἐγὼ δέ κε σεῖο νοήματί γε προβαλοίμην. „γρ ἔγχε'" Barnes. Erat in Edd. νοήματί κεν. ſic quoque pars codd. cum Ven. ſuppleto. κε Ven. B. Vat. Vrat. d. vn. Vindob. fr. Moſc. At νοήματί γε diſerte Harl. Lipſ. et ed. Dionyſ. Hal. l. c. recepit Wolfius ſecundum iudicium Erneſtii. Nunc accedunt Vrat. A. Townl.

προβαλοίμην (πρὸ) σεῖο. Interpretantur ὑπερβαλοίμην Heſych. et ipſe Apollon. Lex. h. v. Euſtath. νικήσαιμι Schol. br. Proprie in ſcopo feriendo dicitur προβάλλειν is, qui prae ceteris propius attigit, omninoque qui ſuperat. Inf. Ψ, 572 eſt προβάλλειν τοὺς ἵππους. et Ψ, 639

πλήθει πρόςθε βαλόντες, numero ſuperantes. Sic quoque προφέρεσθαι, vnde προφερὴς vidimus ſup. K, 352 item προέχειν.

Valde celebrata eſt inter veteres critica in h. l. varia diſtinctione adhibita. Sane ratio primum legenti obvia et vulgo frequentata erat, quam etiamnum ſequimur — προβαλοίμην πολλόν. ἐπεί. Viſum eſt nonnullis, primoque loco, vt ferebatur Ariſtocli, (Rhodio, puto, grammatico ex Auguſti aetate) indecorum eſſe, ἀπρεπὲς, Vlyſſem hoc profiteri de ſe; ſe prudentia antecedere Achillem multum; eſſe itaque interpungendum: — προβαλοίμην, πολλὸν ἐπεὶ πρότερος γενόμην, ſicque interpungitur in ed. Rom. et ap. Dionyſ. Hal. l. c.

Repugnat grammaticus in Schol. B. Moſc. Townl. nihil ineſſe indecori; conceſſerat enim Vlyſſes Achilli virtutem praeſtantiorem οὐκ ὀλίγον περ. poterat ita oppoſitum eſſe, ſe Achille praeſtare πολλόν. Porro ſollenne eſt πολλὸν νικᾶν. vt Σ, 252 ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα. Tandem ἐπεὶ ſemper a poeta principio ponitur, etiam ante πολλὸν, vt in illo (E, 636) ἐπεὶ πολλὸν κείνων ἐπιδευέαι ἀνδρῶν. „Haec eſt tandem critica, quam tuam eſſe velis! Excerpſit haec Euſtath. Eſt Scholion Sennachirim e cod. Leid. ap. Valken. Diſſ. p. 132. in quo cum ſimplicitate vitae heroicae talem ſui laudem bene conuenire pronuntiatum eſt, inprimis cum ea a longa experientia ſit petita. Eſt idem Scholion etiam in Cod. Moſc. fragm. etſi ſine hominis nomine. in principio ap. Valk. εἰ δὲ δοκεῖ corrige ἐμοὶ δὲ δοκεῖ.

220. τῷ τοι ἐπιτλήτω κραδίη μύθοισιν ἐμοῖσιν. inſolentior vſus caſus tertii; etſi Euſtath. ait: τὸ δὲ ἐπιτλήτω εὖ συντάσσεται δοτικῇ, κατὰ τὸ, ἐπιμεινάτω. (v. c. ἐπιμένειν, ἐμμένειν, ταῖς συνθήκαις) τὸ μέντοι τλήτω αἰτιατικὴν ἔχει σύνταξιν." Autumo dictum eſſe pro τλήτω σοι κραδίη, obdura te, contine te, ἐπὶ μύθοις ἐμοῖς, ad ea, quae dicam. noli iraſci mihi, profitenti haec, quae ſequuntur: latrante ſtomacho non poſſe educi in pugnam copias. Schol. B. Townl. adſcripſit τοῖς ἀπὸ

τῶν λόγων προςτασσομένοις ἔργοις. euagatus longius a ſententia.

221. 2. 3. αἶψά τε Φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνθρώποισιν, ἧςτε πλείστην μὲν καλάμην χθονὶ χαλκὸς ἔχευεν, ἄμητος δ' ὀλίγιστος, ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα Ζεύς. Praemittendam video veram loci ſententiam, priusquam varia multorum commenta afferam. Ait Vlyſſes, cibo recreandos eſſe, antequam pugnam ineant milites; nimis cito vel ſic pugnando exhauriri vires protracta aliquamdiu pugna, vt pauci iam ſuperſint qui pugnent aut fugientes perſequi poſſint. Deducitur inde res ad pugnam inclinatam, cum iam pauci ſuperſunt in acie, qui pugnent; comparatione cum meſſe facta, qua iam maior calamorum pars falce eſt reſciſſa, nec reſtant niſi paucae ſtipulae. In tali temporis articulo res iam ad fugam ſpectant: pro hoc dixit: quando Iupiter, qui praeliorum arbiter eſt, inclinat lancem. Sententiae per ſe haud contemnendae: durior tamen earum iunctura, comparando cum comparante permixto; ſunt quoque verba duriora. Primaria eſto obſeruatio: ad illa αἶψά τε Φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνθρώποισι, omiſſam eſſe propoſitionis partem, ex antecedentibus ſupplendam: niſi cibo potuque refecerint ſe copiae. Tum membra poſſunt non vno modo iungi ac diſpeſci. Communi more ἄμητος δ' ὀλίγιστος iungitur cum proximis: ἧς τε πλείστην. Ita eſt: cum exigua meſſis pars adhuc ſupereſt, h. e. ſub finem meſſis. Enimuero poſſunt quoque ἄμητος δ' ὀλίγιστος iungi cum ſuperioribus: Φυλόπιδος πέλεται κόρος ἄμητος δ' ὀλίγιστος. Tandem ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα ſubiici poſſunt proximis: ἄμητος δ' ὀλίγιστος, ἐπήν. poſſunt quoque annecti ſuperioribus αἶψα κόρος πέλεται, ἐπήν. Vides ineſſe loco ambiguitatem haud vna de cauſſa. κόρος Φυλόπιδος, ſatietas pugnandi, pro defatigatione et defectione virium corporis et animi: v. Not. N, 634. 5. ἧς τε pro καθ' ἥς, ἐν ᾗ. χαλκός, falx, et cum ea comparata haſta et enſis. Comparatio pugnae cum meſſe illuſtris lecta eſt Λ, 67 ſq. ἄμητος ὀλίγιστος. cum pauci calami ad metendum,

rarae ſtipulae, reſtant; et rari iam ſint pugnantium ordines: caeſa pugnantium maiore parte. De verbis ſingulis poſtea videbimus.

Allegoriam cum proprietate mixtam eſſe, vt pugna declarata eſſet per meſſem, viderunt omnes. Schol. B. ait, plenam fore allegoriam, ſi dictum ſit: *Ζεὺς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης καρποῖο τέτυκται.* Idem reddit: *ὅταν κλίμα καὶ τροπὴ τῆς μάχης γένηται, ἐν ὀλίγῳ διώξαντες χρόνῳ, πολλὰ καταβάλοῦμεν τῶν πολεμίων σώματα.* quae non video quam apta ſint verbis. Subiicitur longa et taedio enecans *ζήτησις*, Porphyrii illa quidem, ex parte ſaltem, vt ex Excerptis Schol. Victor. diſco, quae rem obſcuram multo obſcuriorem reddit: cuius ſumma huc redit: *ἄμητος* poteſt eſſe *προπαροξυτόνως, ὁ καιρὸς τοῦ ἀμᾷν*, vt apud Heſiodum: *ἄρχεσθ' ἀμήτοιο*; et *ὀξυτόνως ὁ καρπὸς, ἀμητός.* (quam obſeruationem videbis quoque in Schol. br. Etymol. Heſych. et qui ad e. l. laudantur. Secundum haec igitur interpretatio loci inſtituitur duplici via: primo vt *ἀμητὸς* ſit ipſa fruges; ita, aiunt, *καλάμη* eſt multitudo morientium, *ἀμητὸς* autem ii, qui ſervantur e pugna; ſubire itaque celeriter ſatietatem eius praelii, in quo multi pereunt, pauci incolumes diſcedunt. Quo quid eſſe poteſt ieiunius! Alter modus erat, vt *ἄμητος* ſit tempus meſſis, tum aiunt declarari primum pugnantium congreſſum, *καλάμην* autem multitudinem cadentium fuga, poſt pugnam factam; dicere igitur Vlyſſem: fame debilitatos milites non magnam caedem fugientium facturos eſſe. Vt his cetera conueniant, *ζητήσεως* auctor, Porphyrius puto, multa alia comminiſcitur memoratu haud digna. Legerat haec et excerpſit Euſtath. Poſteriorem rationem ſequuntur Schol. br. *ταχέως γὰρ κόρος λαμβάνει τοὺς ἀνθρώπους ἐν τῇ μάχῃ, (ὅτε) ὀλίγοι εἰσὶν οἱ ἀπολειπόμενοι ζῶντες, πολλοὶ δὲ οἱ φονευόμενοι.* Nec diſertiora ad rem ſunt verba apud Macrob. Sat. V, 15 *quoties multam necem ſignificare vult, meſſem hominum factam eſſe dicit.*

Sequitur in Schol. B. (quod non animaduerſum) aliud Scholion, a verbis: *μήποτε δὲ ὁ ἄμητος οὐ τὴν εὐκαρπίαν*, in quo *ἄμητος ὀλίγιστος* ſic exponitur, vt ſit *ὁ τῆς ἐνεργείας χρόνος·* breue itaque eſt tempus vt metendi, ita multos ex hoſtibus occidendi, fuga facta, niſi ii, qui occidunt, cibo corpus firmauerint; *ἵνα ᾖ ὁ λόγος· ἐν ᾗ δ' ἂν μάχῃ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολὺς ᾖ ὁ ἀναιρούμενος, τροπῆς γενομένης, εὐθέως ἐν ταύτῃ ὁ κόρος. διὸ δεῖ ἰσχύειν τοὺς βουλομένους ἐπιπλέον τυχεῖν τῆς νίκης.* Ita conueniunt ex ſuperioribus vſſ. 160 ſqq. maxime illa vſ. 169. 170 *θαρσαλέον νύ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσίν, οὐδέ τι γυῖα κάμνει, πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο.* Ineſt aliquid quod placeat; nec tamen verba vſſ. 222. 223 ſatis reſpondent. Statim ſubit pugnandi ſatietas, in qua pugna magna caedes facta eſt; eſt autem breue tempus, quo vires perdurent, quando fuga fit.

Emollitur totus locus, ſi verba *ἄμητος δ' ὀλίγιστος*, non iungas cum proximis, *ἧς τε — ἔχευεν*, ſed cum illis: *αἶψα τε φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνθρώποισι ἄμητός δ' ὀλίγιστος.* vt in medio interpoſita ſit determinatio: *ἧς τε πλ.* in qua iam magna caedes facta eſt. In hac, defatigatae ſi ſint copiae, vires in caedendo hoſte non amplius exſerunt.

221. *αἶψα τε φυλόπιδος.* Otioſum eſt *τε*; requiritur *γε* vel *δὲ*. Barnes: „*γρ. αἶψά κε.* at *αἶψα δὲ* alii." Indignor, quod non pronuntiat, qui nam hi ſint. In Dionyſ. Halic. l. c. eſt *τε.* nec quicquam ille ad verſus illuſtrandos affert, etſi Vlyſſis verba *παραφράζει.*

φυλόπιδος κόρος. de ſingulari vſu vocis *κόρος* in Homero, vt ſatietas non modo ſit taedium et faſtidium, ſed defatigatio, virium defectio, v. ſup. ad E, 388. N, 635 ſqq. ibique Notam ad vſ. 636.

222. *ἧς τε πλείστην μέν.* — Pro *ἧς τε* Wolf. in priore editione receperat *ὥς ὅτε.* quod bene expulit in altera laudatum illud ex Heraclid. Alleg. Hom. 5. pro conſilio ſuo verba inflectens. *ἧς τε* eſt *καθ' ἧς*, et vbique legitur, etiam in Ariſtide Quintil. de Muſica lib. II. p.

85. vbi hic locus excitatur, et in Dionyſ. Halic. l. c. nec aliter in voc. ᾗς Apollon. Lex. p. 335 et ex eo Heſych. Neque ὡς ὅτε obſcuritatem loci tollebat, verum nouas tenebras obiiciebat: quod ex Koeppenii conatibus intelliges.

καλάμην. Schol. B. τοὺς νεκρούς. καλάμαι proprie ſunt ſtipulae, reſciſſa ariſta; vt docent Euſtath. et alii. ſicque Od. Ξ, 214.

223. ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα. De hoc cf. Θ, 69 ſq. Heſych. κλίνῃσι τάλαντα. μεταβάλλῃ τὰ ζυγά.

224. Ζεὺς ὅς τ' ἀνθρώπων. Verſus iam lectus Δ, 84. Plutarch. de aud. poet. p. 15. et ap. Iuſtin. Coh. 2. In Vat. ἀνθρώποις.

225. γαστέρι δ' οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς. οὔπω. pro οὐκ. οὐ δεῖ. γαστέρι pro eſurie. Euſtath. ἤτοι πιεσμῷ γαστρὸς καὶ ἀσιτίᾳ. Verſus adſcriptus a Suida ad verba: οὐκ ἂν δύναιο γαστρὶ πενθῆσαι νέκυν. Verſus ſqq. παραφράζει Dionyſ. Hal. l. c.

226. λίην γὰρ πολλοὶ καὶ ἐπήτριμοι· „ἐπάλληλοι. συχνοί. πυκνοί. vid. ad Σ, 211. 552.

Vertit hos verſus Cicero Tuſc. III, 27. Similes locos Barnes excitat: alterum, verſus Simonidis (ap. Stobaeum Serm. 123 de conſolat.) ex Homero formatos: τοῦ μὲν θανόντος οὐδὲν ἐνθυμοίμεθα, εἴτι φρονοῖμεν, πλεῖον ἡμέρας μιᾶς. alterum Senecae (Epiſt. 93.) *Nec ſicci ſint oculi amiſſo amico, nec fluant; lacrimandum eſt, non plorandum. Duram tibi legem videor ponere? cum poetarum Graecorum maximus ius flendi dederit in vnum duntaxat diem! cum dixerit, etiam Nioben de cibo cogitaſſe?* (Ω, 613)

πολλοί τε καὶ Lipſ. Erneſti ait pronuntiandum eſſe πολλοί τε κ' ἐπήτριμοι. Idem laudat e Vrat. A. ἐπίτριμοι, tanquam lectionem admodum memorabilem; eſt tamen perpetua varietas ſcriptionis in hac voce. v. ad Σ, 211. Eam a ſtaminibus, quae ἤτρια ſunt, etiam h. l. ducunt grammatici.

228. ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν. κατθάπτειν Ven. ſuppletus, Townl. Schol. B. „ἀντὶ τοῦ καίειν. vt vmbra Patrocli: θάπτε δέ μ' ὅττι τάχιστα. Ψ, 71." cf. Od. M, 11. 12 Cicero verſum reddit cum ſequente: *Quo magis eſt aequum, tumulis mandare peremtos firmo animo* (νηλέα θυμὸν ἔχοντας) *et luctum lacrimis finire diurnis*, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας. Verſum 228. 9. recitat Stobaeus Serm. 122. (120)

229. ἐπ' ἤματι δακρύσαντας. Schol. B. „ἐπ' αὐτῇ τῆς ταφῆς ἡμέρᾳ" Heſych. ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. add. Suidas Schol. br.

„γρ. δακρυχέοντας" Barnes e marg. Steph. Petitum eſt ex Dionyſ. Hal. l. c. ad vſ. 217. vbi recitantur vſſ. 225 ad 237. At δακρύσαντας eſt quoque ap. Stobaeum l. c.

230. ὅσσοι δ' ἂν πολέμοιο περὶ στυγεροῖο λίπωνται. Schol. B. pro οἳ περιλίπωνται ἐκ πολέμοιο.

231. μεμνῆσθαι πόσιος καὶ ἐδητύος. Refer ad ὅσσοι. τόσους, τούτους, χρὴ μεμνῆσθαι. ἐδωδῆς Vrat. A.

233. 4. ἑσσάμενοι χροῒ χαλκόν. Clarke „*cum nosmet ipſi armauerimus*. ſimiliter ὁπάσσατο inf. 238 et ſup. 23. et N, 168."

Ordior nouam ſententiam cum verbis: μὴ δέ τις ἄλλην λαῶν ὀτρυντὺν ποτιδέγμενος ἰσχανάασθω. Bene ordinat ſeqq. Schol. B. μή τις τῶν λαῶν τὴν ἐξ ἑτέρου ὀτρυντὺν ἐκδεχέσθω, ἀλλ' αὐτοκέλευστος ἐξίτω. At quod addit, minus probo: ἔστι δὲ ἡ λέξις (ὀτρυντὺς) Ἀττική. Supra tamen eidem βρωτὺς vſ. 205. erat Ionica. Enimvero vide quam parum his grammaticorum monitis de dialectis tribuendum ſit! vera vox eruitur e cod. Townl. Schol. ἔστι δὲ ἡ λέξις Ἀντιμάχειος, ab Antimacho frequentata fuit. Addit idem: Eratoſthenem gaudere hac terminatione; ita apud eum legi: πολλὴ ἀντιμαχιστύς. Apud Apollon. Lex. ὀτρυντὺς, ἡ ἐπικέλευσις. Heſychio eſt παρακέλευσις. προτροπή. et Schol. br. παρακέλευσιν, παρόρμησιν.

ἰσχανάασθω. Eusthath. ἐπεχέσθω. Schol. br. ἀναμενέτω. ἀπεχέσθω. At in Apollon. Lex. et in Hesych. est ἰσχανάασθαι. ἀπέχεσθαι vt videri possint ita scriptum h. l. legisse. De voce v. ad Ψ, 300 continere se, morari, cessare.

235. ἥδε γὰρ ὀτρυντὺς κακὸν ἔσσεται (ἐκείνῳ,) ὅς κε λίπηται νηυσὶν ἔπ' Ἀργείων. non tam hortatus ipse, quam caussa hortatus, mora et cunctatio eius, qui eum operietur. Disertiora erant verba sup. B, 391. 2. 3.

In Townl. interpungitur: ἥδε γὰρ ὀτρυντύς. κακὸν ἔσσεται. quasi sequantur verba hortatus.

ἔσσεται. ἕσπεται Vrat. A.

236 νηυσὶν ἔπ' Ἀργείων. νηυσί παρ' Ἀργείων Barocc. Harlei. Mori. vn. Vindob.

237. ἐγείρομεν ὀξὺν ἄρηα. manifeste pro subiunctiuo vel futuro.

238. ἦ καὶ Νέστορος υἷας ὀπάσσατο. se sequi iussit, sibi comites excitauit, assumsit. v. ad K. 238. Schol. br. προσηταιρίσατο. ἀκολούθους ἔλαβε. Hesych. προσελάβετο. Inepta etyma venatur Schol. B.

Pro Νέστορος υἷας videtur etiam lectum esse Νέστορος υἱὸν, vnde procusa est corrupta lectio νεώτερον υἱὸν quae legitur in Schol. A. B. Leid. ad E, 334. et, quod mireris in Etymol. voc. ὀπάζω, quo Scholion illud translatum esse apparet cum vitio, adiecto alio vitio ὀπάσσατο κῦδος.

Post hunc versum miro Barnes acumine supplet nouum versum: Ἀντίλοχόν θ' ἥρωα καὶ ἀντίθεον Θρασυμήδην.

239. Φυλείδην τε Μέγην τε. Vat. eodem vitio, quod notatum est N, 692.

242. ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον. Hoc vulgare illud: ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον. *dictum, factum.* quod Herodotus imitatus dixit: ταῦτα εἶπε, καὶ ἅμα ἔπος καὶ ἔργον ἐποίεε. Eustath. Laudat Barnes e sacris litteris Mosaicum illud Longino laudatum, et e Psalm. 33, 9. quae tamen aliquantum diuersa sunt; declarant enim τὸ ἔξοχον τῆς δυνάμενος. At nostra ad festinationem spectant.

Sic et Hymn. in Merc. 46. Plutarch. ad principem in. erud. extr. p. 782 C. laudat: *αὐτίκ' ἔπειτά γε μῦθος ἔην.* Paullo poſt tamen vulgata legitur.

243. *ἐκ κλισίης φέρον.* Vrat. d. *ἐς κλισίην.* male.

245. *γυναῖκας ἀμύμονας ἔργ' εἰδυίας.* de praua hac lectione, ex ſeriorum interpolatione, v. dicta ad I, 128. 130. 1. Infert ea duplex peccatum in digamma: *ἀμύμονας ϝεργ ϝειδυίας.* Verum *ἀμύμονα ἔργ'* ipſi codd. vindicant Cant. Mori. Townl. a pr. m. Moſc. fragm. Ven. vterque et duo Vindob. Emendauerat iam Bentl.

246. *ἕπτ', ἀτὰρ ὀγδοάτην, Βρισηΐδα καλλιπάρῃον.* Si Venetus A. integer extaret, nec hac rhapſodiae parte truncatus eſſet, adſcripta eſſet huic verſui ⁒ nam reſcripſerat Zenodotus *ἐκ τ' ἄγεν αἶψα — ἕξ, ἀτὰρ ἑβδομάτην.* prauo iudicio ex interpretatione male inſtituta loci I, 128 — 132. vbi v. Obſſ. ad vſ. 131. Seruauit Scholion quoque ad noſtrum locum Schol. Townl. *ἑπτά. Ζηνόδοτος· ἕξ ἀτὰρ ἑβδομάτην· τοῦ ποιητοῦ λέγοντος· δώσω δ' ἑπτὰ γυναῖκας Λεσβίδας. ἡ δὲ Βρισηῒς Λυρνησσὶς ἦν."*

247. *χρυσοῦ δὲ στήσας.* Idem verſus inf. Ω, 232. *στήσας, σταθμήσας.* Euſtath. et hoc tenendum ex Schol. br. *διὰ ζυγοῦ στήσας.* cf. ad N, 745. et inf. X, 350 *εἰ ἄποινα στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες.*

δέκα πάντα τάλαντα. Apollon. Lex. *τάλαντα. — ἐπὶ δὲ τῶν ἱσταμένων.* (de iis quae appenſa ſunt, ideoque pondus ſuum habent) verſu adſcripto.

πάντα τάλαντα. de quo toties monitum, recoquitur iterum, h. l. in Schol. et Barnes et Clarke. v. H (VII) 161. Od. E, 244.

248. *ἦρχ', ἅμα δ' ἄλλοι δῶρα φέρον κούρητες Ἀχαιῶν.* Apollon. in *κουρῆτες* laudat: *ἅμα δ' ἄλλοι ἔσαν.* v. ſup. ad vſ. 193 *κούρητες Ἀχαιοὶ* eſt ap. Strabon. X, p. 716 C. ſicque Vrat. d.

249. *ἂν δ' Ἀγαμέμνων ἵστατο.* Barocc. *ἐν δ' Ἀ.*

250. *θεῷ ἐναλίγκιος αὐδήν.* ed. Flor. *θεῶν.* correxit Ald. 1. *θεῷ ἐ. ἄντην* Townl. cum altero pro var. lect.

251. κάπρον ἔχων ἐν χερσί. vulgata lectio, etiam ap. Athen. XIV, p. 660 D. codd. tamen meliores offerunt ἐν χειρί. Cant. Mori. Vat. Vrat. A. b. d. fragm. Mosc. Ven. suppletus. cum ed. Flor. De porco victima v. ad vs. 197.

252. 3. 4. sunt iam lecti Γ, 271. 2. 3. ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν. „quia altera manu vaginam, altera ensem arripit" Schol. B.

253. ἤ οἱ — αἰὲν ἄωρτο. In voce vltima iterum variat scriptura, vt Γ, 272. ἄορτο nunc constanter edd. excepta Romana, quae ibi ἄορτο habebat, nunc exhibet ἄωρτο, quod receptum a Barnes, qui tamen ibi ἄορτο praetulerat. Ita variant quoque alii. Reposui, quod ibi expressum est, ἄωρτο, firmantibus id Cant. Barocc. Mori. Vat. Vrat. A. b. d. Townl. fragm. Mosc. Ven. suppleto. Fuit enim ἄορμι et ἄωρμι. vt αἰόρω et αἰωρέω. Schol. Townl. „ἄωρτο. ἔωρτο. ἔωργα. εἴοργα. εἴωθα videtur corrigendum esse ἄωρτο, ἄορτο.

254. κάπρου ἀπὸ τρίχας ἀρξάμενος. ἀπαρξάμενος. Veterem sacrorum ritum iam supra vidimus Γ, 273 quo hi pili e fronte rescissi habebantur pro primitiis, (ἀπαρχαί) quibus consecraretur diis victima, iamque proprie *sacrum* erat. Est hoc ἀπάρχεσθαι, ἀποτέμνειν τρίχας, ὡς εἶναι ἱερείου ἀπαρχὰς τῷ θεῷ. cf. Od. Γ, 446 sq. Ξ, 422. quod Virgilius quoque redhibuit Aen. VI, 245. *Et summa carpens media inter cornua setas, Ignibus imponit sacris libamina prima.* Res nota, vel ex Feithio. Inepte de ritu hoc argutatur Sch. B. cum Eustath.

255. πάντες ἐπ' αὐτόφιν εἵατο σιγῇ. Iungi potest ἐπ' αὐτοῦ sc. τοῦ τόπου. quod et in Sch. br. habetur, communi tamen vsu αὐτοῦ absolute poni solet hoc sensu. Ergo erit ἐφείατο (ἐφεῖντο. ἐφῆντο) αὐτοῦ. quod iterum durum, quia ἐπί nullam vim habet; aliter res se habet in κληΐδεσσιν ἐφήμενοι Od. M, 215 et Od. Z, 309. θρόνος — τῷ ὅγε οἰνοποτάζει ἐφήμενος. Ernesti bene monet non bene verti: *ibidem.* Immo, inquit: *immoti sedebant et silentes.* Quibus duabus rebus eleganter et ac-

curato tranquillitas concionis exprimitur, quae ſine fremitu et ſtrepitu eſt. Bene haec; ſed ex contexto, et ex voc. σιγῇ et κατὰ μοῖραν, quod eſt *compoſite*, πρεπόντως, non ex voce αὐτόφι.

ὑπ' αὐτόφι. Lipſ. Vat. vn. Vindob. et Schol. Townl. Nec tamen ὑπὸ σιγῇ iungere licet; ponitur enim σιγῇ abſolute, pro ἐν σιγῇ. At Schol. Townl. ab ὑφίημι ducit, paruerunt regi. τὸ ἑξῆς. ὑφείατο αὐτοῦ ἢ ὑπ' αὐτῷ τῷ τε Ἀγαμέμνονι καὶ Ταλθυβίῳ. — Forte praeſtat ἔπ' accipere abſolute vt alias ἔπι, ille precabatur, et ἔπι, ἐπὶ τοῦτο, *ad has preces*. — τοὶ δ' ἅμα π. Vrat. d.

257. ἰδὼν εἰς οὐρανόν. ἐς edd. ante Barnes. Tam parum erant ſolliciti de re metrica editores, vt ne hoc quidem corrigerent, ne Henr. quidem Stephanus. ἐς quoque in codd. legitur.

258. 259. 260. Formula iurandi iam ſup. Γ, 276. 8. 9. lecta, paullulum mutata: vide ad e. l.

258. Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα — Sequitur 261. μὴ μὲν ἐγὼ ἐπενεῖκαι. Ita Ἴστω ἐγὼ ἐπενεῖκαι iungenda eſſe videntur; quod fieri nequit. Ἴστω abſolute poſitum et a reliqua oratione ſeiunctum iam vidimus K, 329 Ἴστω νῦν Ζεὺς — μὴ μὲν τοῖς ἵπποισιν ἀνὴρ ἐποχήσεται ἄλλος. Similiter Γ, 276. 280 quo loco Euſtath. ad noſtrum T, 261. prouocat. add. O, 36. 41. Et in Odyſſ. Ξ, 158. 160 Ἴστω — ἦ μέν τοι τάδε πάντα τελείεται. T, 303. Υ, 230. Add. Apollonium qui aliquoties hac iurandi formula vtitur Argon. III, 151 ſq. IV, 1019 ſqq.

Sunt tamen alia loca, in quibus ἴστω *aut* cum ὡς iungitur: ἴστω — ὡς οὐδεὶς θεόθεν χόλος ἔσσεται εἵνεκ' ἀρωγῆς, Apollon. II, 257. 261. et in ipſo Homero Od. P, 155 ſq. *aut* cum accuſatiuo et infinitiuo: Apollon. III, 714 Ἴστω Κόλχων Ὅρκος — ἐμεῖο μή σ' ἐπιδευήσεσθαι ἄνυστά περ ἀντιόωσαν. add. I, 466. probabiliter etiam ſic Od. E, 184. 188.

Vt itaque h. l. ratio grammatica ſibi conſtet: ἴστω νῦν Ζεὺς per ſe eſt accipiendum; et ad reliqua ſupplendum ὄμνυμι. de quo v. ad vſ. 261.

259. Ἐριννύες. Ἐρινύες etiam hic pars codd. vt Townl. fr. Mosc.

αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν. fuere qui οἵ τ' legerent. Schol. Townl. τινὲς, οἵτε, ἐπὶ Πλούτωνος καὶ Περσεφόνης.

260. ἀνθρώπους τίνυνται. Scribitur et h. l. passim τίννυνται. v. ad Γ, 279. Etiam Apollon. Lex. τίννυνται, τιμωροῦνται. τίνωνται Vat. Harl. Laudatur Hesiod. Ἔργ. 803 ἐν πέμπτῃ γάρ φασιν Ἐριννύας ἀμφιπολεύειν Ὅρκον τιννυμένας, ὃν Ἔρις τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις.

ὅτις κ' ἐπιόρκον ὀμόσσῃ. Omittit κ' Lips. idem cum aliis vitiose ὅςτις.

261. μὴ μὲν ἐγὼ κούρῃ Βρισηΐδι χεῖρ' ἐπενεῖκαι. Reuocaui ἐπενεῖκαι ex Flor. Rom. Aldd. Turn. Videtur mutasse H. Stephanus, visus sibi animaduertere soloecismum in illis: ἴστω Ζεὺς, μὴ μὲν ἐγὼ ἐπενεῖκαι. Atqui male ille haec iunxit. Plene interpunxi post ὀμόσσῃ. Nam sequitur nunc, quod apud animum subsiitues ὄμνυμι, μὴ — ἐπενεῖκαι. vt sup. vs. 175 ὀμνυέτω — μή ποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι ἠδὲ μιγῆναι. Monuerat quoque Eustath. ad h. l. et iterum ad Ψ. p. 1317. l. 6. Nec aliter codd. Harl.) Townl. fr. Mosc. Vrat. b. Ven. suppletus. χεῖρα ἐπενεῖκαι, ἐπιφέρειν, illustrat copiose Eustath. ἐπιβαλεῖν, ἅψασθαι Schol. br.

262. οὔτ' εὐνῆς πρόφασιν κεχρημένος οὔτε τευ ἄλλου. Schol. B. „οὔτε κοίτης χάριν. τουτέστι τοῦ στρῶσαι. ὑπερβολικῶς. οὐ γὰρ περὶ μίξεως λέγει. Sic et Schol. Townl. Quid hyperbolicum h. l. sit, quaeres. Acceperunt illi, ad nullum opus seruile, ne quidem sternendi lecti, eam esse adhibitam. οὔτε τευ ἄλλου, quae nobis mire adiecta videri possunt, Eustathius exponit, οἷον πείρας ἢ ὕβρεως δουλικῆς.

οὔτ' — οὔτε. Eustath. aliam lectionem memorat, εἴτ' εὐνῆς — εἴτε τευ.

πρόφασιν. suppl. κατά. Est πρόφασις caussa. At caussa praetexta est inf. 302.

εὐνῆς κεχρημένος. Schol. br. ὡς οὔτε τῆς συνουσίας αὐτῆς χρήζων ὠφειλόμην. leg. ἀφειλόμην. vt quoque legi-

tur in ed. pr. Scholior. Ald. κεχρημένος est vel vtens vel indigens et desiderans; si prius, iungitur cum casu tertio, vt in noto illo: Φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσι, Od. Π, 398. ita vero non iungendum erat εὐνῆς, sed supplendum αὐτῇ, (κατὰ) πρόφασιν εὐνῆς, οὔτε ἄλλου τινός. vt iuret, nullum eius vsum se habuisse, nec ad consuetudinem nec ad aliud opus seruile. Sin alterum praeferas, est κεχρημένος εὐνῆς nec appetens eius consuetudinem, ita vero (κατὰ) πρόφασιν est ieiunum, caussam praetexendo.

263. ἀλλ' ἔμεν' ἀπροτίμαστος ἐνὶ κλισίῃσιν ἐμῇσιν. Hic tandem diserti sunt grammatici in vocabulo ἀπροτίμαστος. In Scholio B. est ἀνέπαφος. μασσᾶσθαι γὰρ τὸ ἐφάψασθαι. καὶ Εὐφορίων φησίν. „ἀπροτίμαστος Ὅμηρος" οὗ δυςχερὲς λαβέσθαι (ἐφικέσθαι) τῆς δυνάμεως. cuius vim assequi difficile est, h. ei parem esse. Plenior versus est apud Eustath. et Schol. Townl. Μοῦσαι ἐποιήσαντο καὶ ἀπροτίμαστος Ὅμηρος. Apollon. Lex. ἀπροτίμαστος. ἄψαυστος. ἄθικτος. τὸ γὰρ μασᾶσθαι ἐπὶ τοῦ ἄψασθαι. Apud Hesych. excidit prius voc. seruata tantum glossa: ἀπρόςμαστος. ἀπρόςθικτος. ἄψαυστος. μασσᾶσθαι γὰρ τὸ ἄψασθαι. item: ἀπροςτίματον. ἀπροςδόκητον. quod emendatum ἀπροτίμαστον, ἀπρόςθικτον.

Enimuero nec μασσᾶσθαι nec μασᾶσθαι verum esse potest, sed, quod recte scripsit Eustathius, μάσασθαι, a μάω, μάομαι, quod proprie quemuis motum corporis seu animi, quo ad aliquid tendimus, designauit, inde etiam attingere et appetere. προτίμαστος, πρόςμαστος, ἀπροτίμαστος, est ἀπρόςψαυστος. Propius ad sententiam loci redditur in Schol. br. ἀνύβριστος, (quod et in Vrat. A. appictum.) ἄθικτος συνουσίας καὶ ὕβρεως (quod et fragm. Mosc. habet). Inde corr. Hesych. ἀποτίμαστος, ἀνύβριστος. nam fuit ἀπροτίμαστος.

Etymologus in ἀπροςτίμαστος, post illa ἄψαυστος, ἄθικτος, addit: ἡ μὴ ἐπιζητηθεῖσα γυνὴ, ἀλλ' ἄθικτος διαμείνασα, — παρὰ τὸ μαίω (μάω) τὸ ζητῶ, ἡ μὴ ἐπιζητουμένη πρὸς μίξιν. (at notio τοῦ μάω latius patuit, vt

paullo ante monui) ἢ παρὰ τὸ μαστεύω, τὸ ζητῶ. ὅθεν καὶ μαστός. καὶ ἐπισάμενος, (de quo v. ſup. ad Δ, 190) ἐπιλαβόμενος, ἁψάμενος. Vix haec ab eodem homine adſcripta.

ἐνὶ κλισίῃσιν Etymol. laudat ἐνὶ μεγάροις.

264. Εἰ δέ τι. verſus laudatur et locus comparatur cum Apollonii verſſ. II, 259. 260. a Schol. ad e. l.

265. ὅ τις σφ' ἀλίτηται ὀμόσσας. Schol. B. ὃς ὀμόσας, εἰς αὐτοὺς ἁμαρτήσει. nam eſt ἀλιτέσθαι εἴς τινα. ſic quoque Od. E, 108 ἐν νόστῳ 'Αθηναίην ἀλίτοντο. Ω, 570 μὴ Διὸς ἀλίτωμαι ἐφετμάς. Ergo recte ἀλίτηται (ἐς) σφε. Minus bene Euſtath. ὀμόσσας σφε, αὐτούς. meliora ſerius adiicit. ἀλιτεῖν eſt proprie aberrare in aliam viam, ideoque, vt ἁμαρτάνειν, vſu venit vt ſit ἀδικεῖν (εἰς) τινα. pro εἰς eſt μετὰ in Sc. Herc. 79 ἤ τι μετ' ἀθανάτους — ἤλιτεν 'Αμφιτρύων.

ὅτι σφ' Townl.

266. ἦ καὶ ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε νηλέϊ χαλκῷ. Idem fere verſus ſup. Γ, 292. ad quem vid. Obſſ. in ceteris tamen diuerſitas eſt. Sunt ibi in iureiurando duo agni, eosque caeſos reportat Priamus in vrbem vſ. 310. At h. l. eſt porcus, isque caeſus in mare proiicitur. De porci vſu v. ad 197. Quod victima in mare abiicitur, eoque aboletur, ſymbolica eſt actio intellectu facilis. Pauſan. V, 24 porcum victimam ad aram Iouis 'Ορκίου memorat, in iureiurando athletarum mactatam; ait is, ſibi non in mentem veniſſe percontari, quid illi victimae facere ſoleant laudatque h. l. vſſ. 266. 267. 268. vbi editur: ἦ καὶ ἀπὸ σφαράγου κάπρον τάμε. voluit puto σφαράγου κάπρου. Idem tamen VIII, 37. p. 676 (quem locum quoque Bentl. adſcripſerat) communi vſu habitum fuiſſe ait, τῶν ἱερείων τὰς φάρυγγας ἀποτέμνειν, fauces, quocum conuenit στόμαχος.

267. πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα. πολιῆς, λευκῆς. Mirum in modum de etymo argutantur grammatici Schol. B. Townl. cum Euſtath. at v. ad A, 350.

λαῖτμα vox antiquata, hoc ſolo Iliados loco obuia; at in Odyſſea aliquoties. Ex etymo et ex vſu *τοῦ λαῖτμα θαλάσσης* multa comminiſcuntur grammatici. v. Schol. Apollon. I, 1299. Etymol. h. v. inpr. Heſych. et Notae ad e. l. add. Schol. B ad h. l. Sufficit ſubeſſe notionem magnitudinis ſpatii, *τὸ κῦτος*. — Porro *τὸν μὲν* proxime ad *στόμαχον* ſpectare deberet, at res docet totum *porcum* abiectum fuiſſe in mare. Haerebat Koeppen, et *στόμαχον* de capite accipere malebat.

268. *ῥίψ' ἐπιδινήσας βόσιν ἰχθύσιν.* Fuit haud dubie ⸖ in Ven. A. nam Sch. B. Moſc. *σημειωτέον ὅτι τὰ ἀπὸ τῶν ὅρκων ἱερεῖα οὐκ ἔσθιον, ἀλλ' ἔῤῥιπτον ἢ ἔκαιον.* Paria Sch. br. Alia Euſtath. add. Pauſan. l. l. ad 266. Scilicet, vt ſuſpicor, in victimam dirae enuntiatae vertebant, vt ſignificarent, idem periuro aliquando euenturum eſſe; vt Γ, 300 *ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι.* *βόσις. βρῶσις. βόσιν ἰχθύσιν.* Apollon. Lex. h. v.

270. *Ζεῦ πάτερ, ἦ μεγάλας ἄτας ἄνδρεσσι διδοῖσθα.* *διδοῖσθα.* ita ſcribitur cum Euſtath. ex edit. Rom. inde a Turnebo; antea in Flor. Aldd. *δίδοισθα*, cum Vrat. A. d. Sch. B. monet, alios *δίδοισθα*, Aeolice, vt *τίθησθα*, alios *διδοῖσθα* ſcribere. Scilicet plures fuere formae *δόω. δῶμι. δίδωμι. δοῖμι. διδοῖμι* et *δίδοιμι.*

273. *οὐδέ κε κούρην ἦγεν ἐμεῦ ἀέκοντος (αϝεκοντος) ἀμήχανος. ἀλλά ποθι Ζεὺς* — Schol. B. cum Townl. et fr. Moſc. iungit *ἀμήχανος* cum *Ζεύς, πρὸς ὃν οὐδεὶς δύναται μηχανήσασθαι.* Eadem teſte Barnes. ſunt in Schol. Aloyſianis ad Od. T, 363 vbi eadem eſt ambiguitas: *ὤ μοι ἐγώ σευ τέκνον, ἀμήχανος. ἦ σε περὶ Ζεύς* — Sch. br. h. l. *ὥστε τὸν Δία ἀμήχανον δηλοῦσθαι, ὅ ἐστι κακομήχανον.* Aloyſ. Schol. *δεινὸν καὶ χαλεπόν.* *ſaeuum Iovem.* Melius cum Euſtathio refertur ad *'Ατρείδης*, etſi miris modis exponit: *εἴτε ὡς δυσμήχανον, εἴτε ὡς ἀφελῆ — εἴτε, καὶ ὡς ἀνάλωτον μηχαναῖς.* vt ſit cum leni incuſatione dictum: *improba ira abreptus.* Nec exemplo hoc caret: Π, 29 *σὺ δ' ἀμήχανος ἔπλευ, 'Αχιλλεῦ·* N, 726 *Ἕκτορ, ἀμήχανός ἐσσι παραῤῥητοῖσι πιθέσθαι.* et ipſe

locus de Iunone O, 14. Ceterum ἀμήχανος ἀλλά ποθι Ζεὺς etiam H. Stephanus iunxit, nisi interpunctio excidit. Certe sic dederunt ex iis expressae edd. Lectum quoque sic in cod. Lipf. Vrat. A. (in vtroque male ἄκοντος.) Ex Schol. Townl. disco, fuisse quoque qui ἀμήχανον — θάνατον legerent et iungerent.

276. λῦσε δ' ἀγορὴν αἰψηρήν. Idem hemistichium Od. B, 257. vbi et sequitur: οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὰ πρὸς δώμαθ' ἕκαστος. Sch. B. ἀντὶ τοῦ ταχέως. vt θοὴν ἀλεγύνετε δαῖτα Od. Θ, 38. Suidas in τάχιον. ἀντὶ τοῦ αἰψηρῶς. ταχέως. Addit λαιψηρὸν δὲ τὸ ἐν καιρῷ γινόμενον σύντομον (f. συντόμως). Porro Apollon. Lex. in αἶψα p. 68. (add. in ταχεῖα p. 636.) et ex eo Hesych. — ὅταν δὲ λέγει· λῦσεν δ' ἀ. ἀ. ὁ 'Αρίσταρχος ἀντὶ τοῦ αἰψηρῶς ἀκούει, προσηκόντως· ὃν τρόπον βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα, (Θ, 399) ἀντὶ τοῦ ταχέως. καὶ τὸ· ἐμοὶ χάνοι εὐρεῖα χθών, (Δ, 182) ἀντὶ τοῦ εὐρέως. Bene haec: potest tamen vel sic ἀγορὴ esse αἰψηρή, *quae celeriter dissoluitur, dilabente populo.* vt K, 358 λαιψηρὰ δὲ γούνατ' ἐνώμα, quae velociter mouentur; aut etiam, *concio subitanea,* extra ordinem et e vestigio conuocata. λαιψηρὴν solus Vrat. d.

277. οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὴν ἐπὶ νῆα ἕκαστος. ἐσκίδναντο ἑὴν — si scriptura antiqua haec est, ϝεην, aut potius ϝεϝην, quoque scribi debuit, nec modo ϝην. Aut dicendum est, hiatum h. l. in medio versu ferendum esse. Erat θοὴν in Harl. hoc epitheton supra vs. 194 iam in ἑὴν mutatum vidimus. Bentleius aut illud, θοήν, malebat, aut ἐσκίδναντ' ἄρ' ἑήν. non meminerat, ἄρ' antecedere.

οἱ μὲν ἄρ' „*vt iusserat Achilles*" Clarke.

280. κάθισαν δὲ γυναῖκας. Lipf. vn. Vindob. κάθεσαν.

281. εἰς ἀγέλην. ἀγέλην φησὶ τὸ συναχθὲν πλῆθος αὐτῷ. ex praedationibus. Sch. B. (οὐ Φορβάδων ἵππων) Equos ad suum quosque currum stetisse in memoriam reuocat Koeppen ex B, 776.

282. Βρισηῒς δ' ἄρ' ἔπειτ' ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ. Vitiofus verfus, quocunque te vertas. Fuit ϝίκελος, vt faepe vidimus, v. c. Δ, 86 ἡ δ' ἀνδρὶ ϝικέλη. effet ita ἔπειτ' ϝικέλη. Mirum vitium in edd. Flor. et Aldd. erat: ἔπειϑ' ἰκέλη, quod et ed. Rom. Turn. Steph. ἔπειϑ' ἰκέλη feruant. Recte ἔπειτ' reftituit Barnes, alterum tamen vitium videre non potuit. Bentl. praeclare coniectabat: Βρισηῒς δὲ δέμας ϝικέλη. verum hoc eft, meliorem verfum fubftituere, non corruptelam corrigere. Procliuior res ad vitium inferendum erat, fi fcriptum fuerat: Βρισηῒς δέ τ' ἄρα ϝικέλη. In mf. Lipf. eft δ' ἄρ' ἐϑ' ἰκέλη. an fuit δ' ἄρα δὴ ἰ. Mihi quidem grauis fufpicio infidet, totam ῥῆσιν de Brifeide effe ferioris rhapfodi commentum; videbimus plura vitia; tum fub finem: 303 αὐτὸν δ' ἀμφὶ γέροντες, non habet αὐτὸν quo referas; atqui iuncta erant illa poft vf. 281. et fic Achilles per ipfam rem erat αὐτός. Compofitus eft totus locus ex flofculis Homericis. Placuit tamen; et Dionyf. Hal. de arte rhet. c. 9. f. 13. dicta Brifeidis inter exempla orationis figuratae proponit, h. e. quae perfonae et affectui confentanea fit. Videntur alii quoque rhetores in hac oratione acumen fuum exercuiffe; funt enim in Schol. B. Mofc. Townl. rhetoricae loci expofitiones. Lamenta captiuarum etiam tragicis poetis valde probantur, quippe ad affectus mouendos perquam idonea.

ἰκέλη χρυσέῃ Ἀφροδίτῃ. Ita quoque Od. P, 36. 37. T, 54. 55. eft et his locis χρυσῇ, quemadmodum edebatur in hoc noftro loco: contra perpetuum vfum in aliis locis, vbi χρυσέῃ et alia fcribuntur, etfi binis fyllabis pronuntianda χρυσῇ. v. ad A, 15. Γ, 64. vbi de aurea Venere. ἡ ἔντιμος. Multa inepte cumulat Euftath. etiam ad h. l.

Infertum eft Scholio B. locus de artificio rhetorico in charactere et perfona Brifeidis conftituta a poeta; alia, videbis ap. Dionyf. Hal. in Arte c. 9.

284. λίγα κώκυε, χερσὶ δ' ἄμυσσε. Firmat Ionicum vn. Vindob. Vulgo λίγ' ἐκώκυε. Cum κωκύω mediam ha-

beat longam, pronuntiandum eſt ἐκώκυ tribus ſyllabis. Monuit quoque Clarke.

ἄμυσσεν. ἔξεσεν. ἐσπάραξε Heſych. Vocem vidimus A, 243.

285. ἰδὲ καλὰ πρόςωπα Vrat. d. vn. Vindob. καὶ κ. quod Barnes h. l. repoſuerat, nullo libro memorato, oſfenſus premutatione τοῦ ἠδὲ et ἰδέ.

287. Πάτροκλέ, μοι δειλῇ. Briſeidis affectus in Patroclum ductus eſt ex notis Patrocli moribus. Celebratum erat inter veteres Patrocli ingenium mite τὸ μείλιχον, ἡ ἐνήεια. cf. P, 670. 1.

287. πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ. Vrat. d. et vn. Vindob. πάντων.

288. ζωὸν μέν σε ἔλειπον ἐγώ. Hiatus ingratus, quem tamen Dionyſ. Hal. Art. rhet. 13 quoque habet, vbi vſſ. 28 ſqq. recitantur; vt paullo ante dixi. Facilis tamen medela, cum particulam excidiſſe pateat; Bentl. ζωὸν μέν σέ γ' ἔλειπον ἐγώ. quod et Barnes appoſuit tanquam „γρ." niſi, verius eſt σέ γε λεῖπον. In Lipſ. et Vrat. d. A. Townl. Ven. ſuppl. Vindob. erat μέν σ' ἔλιπον. ita quoque editum in Schol. Sophocl. Electr. 1128. mira erroris conſtantia.

289. νῦν δέ σε τεθνειῶτα. Etiam h. l. alii τεθνηῶτα. ſic Lipſ. Cant. Mori. Townl. Vrat. d. v. modo ad vſ. 210.

290. ὥς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί. Sane ſollennis ratio erat ὥς με δέχεται. excipit me. Deſiderabat quoque eam Sylburg. ad Dionyſ. Hal. l. c. aut deſiderabat ὥς μοι πλέκεται. Dicendum eſt δέχεται poſitum eſſe abſolute, tum μοι eſſe tertium caſum additum, vt ſolet in affectu. Legitur tamen με in Vrat. A. Euſtath. συνεχῆ μοι καὶ ἐπάλληλα τὰ κακά.

291. ἄνδρα μὲν, ᾧ ἔδοσάν με. ᾧ με ἠγγύησαν καὶ ἐμνήστευσαν.

292. πρὸ πτόλιος. pars codd. et edd. Flor. Aldd. πρὸ πόλιος. Emendauit ex ed. Rom. Turnebus. Sententiae illuſtrationem ſi deſideras, adi Schol. et Valk. ad

Eurip. Phoen. p. 526. Noſter locus petitus eſſe poteſt ab exemplo Andromaches ſup. Z, 414 ſqq.

294. κηδείους (ad τρεῖς τε κασιγνήτους, τούς μοι μία γείνατο μήτηρ). Schol. B. „προςφιλεῖς. πεφροντισμένους μοι. ἢ ἀνιάν μοι παρασχόντας“ vides eum ambigere, ex etymo, quia τὸ κῆδος eſt et cognatio et cura. Similia in ceteris grammaticis. In his Apollon. Lex. κηδείους, τοὺς πρὸς γένους adſcripto hoc verſu. Tum, μήτοι οὖν κηδείους τοὺς φροντίδος πολλῆς ἀξίους ἐμοί; forte ab alia manu. Laudatur ibi e mſ. Sangerman. οἰκείους, προςφιλεῖς. Add. Heſych. vbi τοὺς προγόνους legitur; forte ex τοὺς πρὸς γένους. In Townl. legitur κηδείους θ', praeclare, ita proprie dicti ſunt *cognati* reliqui.

ὀλέθριον ἦμαρ ἐπέσπον. De vſu τοῦ ἐπισπεῖν dictum ad B, 359. ἐπέσπων Harl. Lipſ. Vrat. b. d. duo Vindob. ſed vulgatum vſu firmatur.

295. οὐδέ μ' ἔασκες. Sic ed. Rom. et Ven. Townl. Vrat. A. b. fragm. Moſc. Itaque repoſui pro vulgato οὐδ' ἐμ'.

296. ἔκτεινε, πέρσε τε πόλιν. ἐκ δ' εἷλε πόλιν. Harl. Fuiſſe puto in codice ἐκ δ' εἷλε πέρσεν τε πόλιν. Μίνητος Lipſ. Verum Μύνητος vbique; etiam ap. Strabon. vbi h. l. excitat X, p. 875 C p. 910 B. p. 920 C.

297. ἀλλά μ' ἔφασκες. ſic ed. Rom. cum codd. Ven. Cant. Mori. Vat. Townl. Vrat. A. b. Sic quoque Cant. ap. Dionyſ. l. c. p. 362. etiam Strabo vbi hos duo verſus excitat de Lyrneſſo lib. XIII p. 875 C. p. 910 B. Recepi itaque pro vulgato ἀλλ' ἐμ' ἔφασκες.

298. κουριδίην ἄλοχον. Memorat Euſtath. vſum vocis eſſe reprehenſum a nonnullis, quod, quae iam viro nupta fuerat, non poteſt eſſe κουριδίη ἄλοχος, παρθενική. Scilicet dicendum erat, κουριδίην non propria vi h. l. dictam eſſe. At volunt, modo, ad τὸ σεμνὸν Briſeidis pertinere, modo, ſubintelligi ὡς, vt ſit κουριδίην ἀ. quam rationem ſequendam eſſe etiam cenſet Senachirim in Schol. e Cod. Leid. ap. Valken. Diſſ p. 133. Miror, eos non hoc etiam ſuſpicatos eſſe, deſponſam eam quidem

fuiſſe, intactam tamen a marito. Barnes inter plura bene laudat ad rem Horatii audaciam I. Carm. 29, 5. *quae tibi virginum, ſponſo necato, barbara ſeruiet.* — Ceterum, ſi quis alius locus, hic profecto ſeriorem rhapſodum prodit; admodum enim ab heroicae aetatis moribus alienum hoc, cum captiuis, in conſuetudine haberi ſolitis, connubium legitimum iniri, idque potuiſſe a Patroclo promitti poſt reditum Achillis in patriam. Memores forte exemplorum e Tragicis; quibus tamen talia probare haud licet.

ἄξειν τ' ἐνὶ νηυσίν. Eſt ἐπὶ νηυσὶν in Barocc.

299. δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσιν. de epulis nuptialibus, nota nunc loquendi forma, inprimis e Tragicis. Exempla dat Clarke poſt Barnes. Similiter δαίνυ τάφον Od. Γ, 309.

300. τῷ σ' ἄμοτον κλαίω. Apollon. Lex. ἀπλήρωτον. cum Heſych. qui addit ἀκόρεστον. v. dicta de voce ad Δ, 440.

τεθνειότα. Ita reſcribere iubet ratio noſtra ſemel inita: v. modo ad vſ. 289. Vulgatum eſt τεθνηότα. Cant. τεθνηκότα vt in Dionyſ. Hal. l. c. editur. τεθνειότα erat in Townl. qui alias η ſeruat in hac voce.

301. ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες recte Ionicum. Ita quoque Ω, 722. 746. Lipſ. Vrat. A. d. δ' ἐστενάχοντο.

302. Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη. Eſt ergo oppoſitio: κατὰ πρόφασιν, et ἔργῳ, reuera. Verſus hic, quoties in eum incidi, ingratum ſenſum excitauit, eſt enim ſententia aliena a loco et conſilio; de vero Patrocli luctu et dolore erat narrandum, non de ſimulato; porro eſt acumen a poeta noſtro alienum, quod praetexunt ac ſimulant luctum Patrocli cauſſa captiuae, vere autem et ex animo ſuam quaeque fortunam lugent; arripiuntque hanc opportunitatem, vt tuto luctum prodere poſſint, quem alioqui occultare eas oportebat. Rem per ſe ingenio humano conuenire haud ignoro; ſed aliena eſt a poetae ſenſu et iudicio. Bene ſentio, me in hoc ac ſimilibus diuerſa ſtatuere ab aliis;

noui vero etiam esse aliquid quod sensum meum male habeat. Terrasson in loco a Clarkio exscripto sententiam pro elegantissima totius Iliadis habebat; recte pro argutiis saeculi nostri.

Aliter statuerem, si sententia ita esset concepta: luctu praesenti recordationem suae ipsarum calamitatis esse in mulierculis renouatam. Sic inf. vs. 338. 9 *ὣς ἔφατο κλαίων, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, μνησάμενοι, τὰ ἕκαστος ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπον.* et Ω, 167 Priamo lugente lugent mulieres *τῶν μιμνησκόμεναι, οἳ δὴ πολέες τε καὶ ἐσθλοὶ χερσὶν ὑπ' Ἀργείων κέατο ψυχὰς ὀλέσαντες.* Fere vt ap. Conon. Narr. 19 mulieres: *αἱ δὲ θρήνους ἀντιβολίαις μιγνῦσαι, τάς τε ἐκείνων καὶ τὰς σφετέρας ἀνέκλαιον τύχας.* Putabam itaque sensum adiuuari posse, si *πρόφασιν*, *κατὰ πρόφασιν*, non de praetexto, sed de caussa, quo sensu v. c. apud Hippocratem saepe frequentatur, acciperem: Patroclum quidem, caussa lugendi oblata, simulque suam ipsarum calamitatem lugentes, ex more ingenii humani. Sensum talem, etsi obscurum, habuisse videtur Ernesti, dum hanc bellam sententiam scriptores Latinos imitatos esse ait, in his Tacitum et Virgilium. Sane quidem; enimuero, quanto felicius hoc enuntiatum est a Virgilio: Aen. IX, 294 *animum patriae strinxit pietatis imago.* Expressit locum nostrum Quintus in lamentis Helenae et Troianarum mulierum in Paridis morte lib. X, p. 389 et 406 sq. nullo decori sensu aut respectu. Feliciter verba transtulit Plutarch. de sui laude p. 546 F. videndum esse ne alios laudibus extollendo nobismet ipsis palpemus, *καὶ μὴ δοκῶμεν „Πάτροκλον πρόφασιν" σφᾶς δ' αὐτοὺς δι' ἐκείνους ἐπαινεῖν.* Non praeterire possum Scholion cod. Townl. *Πάτροκλον πρόφασιν· οὐ γὰρ ἦσαν πειραθεῖσαι αὐτοῦ.* Scholion dices iniurium esse in Patrocli memoriam, quasi Briseis tanto in eum affectu correpta fuerit, quia eam tentauerat (*ἐπειράθη*); at ceterae captiuae adhuc intentatae ab eo erant. Forte tamen verbum *πειρᾶσθαι* non est vrgendum; sed est simpliciter, illae eius notitiam non habuerant. Nam

mulieres erant captiuae ſeptem: ſup. vſ. 245. 8. eaeque Lesbo abductae: vt ſup. I, 270 ſqq. vidimus. Retinendum animo, haec mulierum lamenta in funere non tam ab affectu, quam a more proceſſiſſe.

Adhuc patrocinium verſus egiſſe videri poſſumus; quo tamen ille vix ſatis dignus videri debebat; peccat enim in extrema ſui parte in digammum, eoque ſuſpicionem firmat, non Homericum eſſe, ſed ſerioris rhapſodi: *κηδε' ϝεκαστη*. Nolim itaque in vitio emendando tempus terere; etſi Bentleius tentauit variis modis: *κήδε' ἅπασαι. κῆρα ϝεκαστη. ἄνδρα ϝεκάστη*. Debebat quoque *ϝεο δ' αὐτῆς*. Habuit rhapſodus ante oculos ſimiles verſus X, 429 *ὣς ἔφατο κλαίων ἐπὶ δὲ στενάχοντο πολῖται*. 515 *ὣς ἔφατο κλαίουσ', ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες* qui idem verſus iteratur Ω, 746 et vſ. 760 *ὣς ἔφατο κλαίουσα, γόον δ' ἀλίαστον ὄρινε*. et 722 *οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες*. inprimisque imitatus eſt rhapſodus locum Ω, 167 ſupra memoratum, vnde alterum verſum aſſuere tentauit: *θυγατέρες δ' ἀνὰ δώματ' ἰδὲ νυοὶ ὠδύροντο, τῶν μιμνησκόμεναι, οἳ δὴ — κέατο*. et cum eo verſus ex hoc ipſo libro noſtro inf. 338. 339. *ὣς ἔφατο κλαίων ἐπὶ δὲ στενάχοντο γέροντες, μνησάμενοι, τὰ ἕκαστος ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπον*.

„*γρ*. *Πατρόκλου πρόφασιν*“ Barnes. forte e Schol. br.

303. *αὐτὸν δ' ἀμφὶ γέροντες*. Reſpicit locum, iunctim tamen et permixtim cum altero Σ, 333. 4. 5. Aeſchines in Timarch. p. 151. l. 27. R.

304. *ὁ δ' ἠρνεῖτο στεναχίζων*. Mori. Vindob. *στοναχίζων*, vt alibi.

305. *εἴ τις ἔμοι γε φίλων ἐπιπείθεθ' ἑταίρων* Vrat. d. *ἐμοῖο φ. ἐπὶ πείθεθ'*. deb. ſaltem eſſe *ἐμεῖο*.

307. *ἄσασθαι φίλον ἦτορ*. *κορέσασθαι*. fuit *ἄδω. ἀδέω* priore producta. v. Exc. I. ad lib. V.

308. *δύντα δ' ἐς ἠέλιον μενέω*. abſolute hoc, vt *τλᾶν*, perdurare in ieiunio, vt erat, locum tenere Λ, 317 *ἦτοι ἐγὼ μενέω καὶ τλήσομαι*. Inuerſa autem oratio pro eo quod ſequi debebat pro *μὴ πρὶν — πρὶν τὸν ἥλιον δῦναι*.

309. ἄλλους μὲν ἀπεσκέδασε βασιλῆας. Apollon. Lex. ἀπεσκέδασεν, ἀπεσκόρπισεν. cum Schol. br. Nec tamen h. l. aliud eſt, quam ſimpliciter dimittere, abire iubere, vt ſup. 171 ἀλλ' ἄγε, λαὸν μὲν σκέδασον. Grauiora ſunt quae Priamus molitur, exigenda plebe moleſta Ω, 247 ſqq.

310. Δοιὼ δ' Ἀτρείδα. Vulgatum Ἀτρεῖδαι. ſed alterum ſuppeditant codd. Harl. Cant. Mori. Lipſ. Townl. fragm. Moſc. Ven. B et A ſuppletus. Vrat. A. b. et probat Erneſti.

Cur autem hi ſoli, qui his verſſ. memorantur, remanſerint cum Achille, Aiax autem abfuerit, eſt ζήτησις ap. Schol. B. Scilicet, aiunt, Aiax ὀργίζεται διὰ τὴν πρεςβείαν. (Jl. I, ſub f.) βαρύμηνις γάρ.

311. Νέστωρ Ἰδομενεύς τε. Harl. Νέστωρ τ' Ἰδομ. recte ex vſu.

312. τέρποντες πυκινῶς ἀκαχήμενον. τέρποντες, πειρώμενοι τέρπειν, καὶ ἀποτρέποντες τῆς λύπης. Schol. B. τέρπειν βουλόμενοι, παρηγοροῦντες Schol. br. Iungenda ἀκαχήμενον πυκινῶς. Sic Od. T, 95. Υ, 84. Ψ, 360.

οὐδέ τι θυμῷ τέρπεται. vn. Vindob. οὐδ' ὅγε θ.

313. πρὶν πολέμου στόμα δύμεναι. Schol. B. „τὸ στομώτατον καὶ ἀναλωτικώτατον μέρος τοῦ πολέμου Schol. B. leg. τὸ τομώτατον. interpretatio tamen eſt inepta; ineptiora ſunt ap. Euſtath. στόμα πολέμου eſt acies. v. ad K, 8.

314. μνησάμενος δ' ἀδινῶς ἀνενείκατο φώνησέν τε. Pro ἀδινῶς ſollenne eſt ἀδινὸν et ἀδινά, quod iam vidimus de lamentis B, 87. placet eſſe indeſinenter, continuo. Reddit Schol. B. vocem ex imo pectore ἀθρόως repetitam: κάτωθεν τὴν φωνὴν ἀθρόαν ἐκ βάθους (Schol. Townl. ἐκ στέρνων) ἀνήνεγκεν. Recte hoc ſenſu, continuo has voces in ore habuit; ἀνήνεγκε τὴν φωνὴν, quod ex adiecta voce φώνησεν eſt eliciendum; alias adiicitur; ſic quoque aliquoties Apollon. Arg. vt III, 635. Veteres tamen ἀδινῶς ἀνενείκατο per ſe dictum accepere pro ingemuit, itaque ſupplet Euſtath. ἀνήνεγκε πνεῦμα. de ſuſpiriis. Sic et Schol. br. iunctim quidem cum altero: ἀθρόως καὶ ἐλεεινῶς καὶ οἰκτρῶς ἀνέκραξεν. ἤ, οἱονεὶ, ἀνε-

στέναξε καὶ πολὺ ἤγαγε πνεῦμα. Quod vero mireris, ita ipſe Apollon. Lex. p. 132. ἀνενήκατο (vt ibi vitioſe ſcribitur) ἀνεστέναξεν. οἷον, ἀνήνεγκε τὸν στεναγμόν. Sic quoque Heſych. ad quem v. Notam. Poſſis hunc verbi, vt ἀνενέγκειν abſolute poſitum ſit στενάζειν, vſum ſtatuere fuiſſe Ionicum, ex Herodoto I, 86 vbi de Croeſo ἀνενεικάμενόν τε καὶ ἀναστενάξαντα ἐκ πολλῆς ἡσυχίας. Vbi tamen redditum video: *eum refectum et ingemiſcentem.*

315. ἦ ῥα νύ μοί ποτε καὶ σὺ· Turneb. τότε καὶ σύ.

316. λαρὸν παρὰ δεῖπνον ἔθηκας. παρέθηκας δεῖπνον λαρὸν, ἡδύ. v. ad P, 572.

αὐτὸς ἐνὶ κλισίῃ Euſtath. memorat et alteram lectionem ἐνὶ κλισίῃσι λαρόν; ſicque legitur in fragm. Moſc. ſed in λαρὸν prior producta occurrit et alibi. vt ibid. P, 572.

317. αἶψα καὶ ὀτραλέως. Schol. B. διεγερτικῶς. Apollon. Lex. καὶ τὸ ὀτραλέως, ταχέως. καὶ παραλλήλως, αἶψα καὶ ὀτραλέως. cf. ad Γ, 260.

Appoſita fuiſſe debet olim huic verſui ſtigme ⸓. Nam Schol. B. σημειωτέον δὲ, ὅτι καὶ πρὸ τῆς μήνιδος παρατάξεις ἦσαν. de quo vtique dubitari nequibat.

319. αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ Townl. ἐμοί.

320. ἄκμηνον πόσιος. de hoc v. ſup. ad 163.

321. οὐ μὲν γάρ τι κακώτερον ἄλλο πάθοιμι. Ed. Erneſt. παθοίμην. merum vitium operarum. Legitur quoque verſus ap. Arrian. Diſſ. IV, 10, 35.

322. οὐδ' εἴ κεν τοῦ πατρὸς ἀποφθιμένοιο πυθοίμην. Articuli vſum ab Homerico more alienum notarunt iam veteres. Schol. B. ἡ προσθήκη τοῦ ἄρθρου τὴν ἐξοχὴν παρίστησι. non apparet, quatenus. Procliuis fuit lapſus ex που. οὐδ' εἴ κεν που πατρός.

πυθοίμην. nusquam εἴ κε — πύθωμαι legitur: v. Exc. III ad lib. A.

323. τέρεν κατὰ δάκρυον εἶβει. ap. Apollon. Lex. in εἶβει, καταῤῥεῖ. ſubiicitur θαλερὸν κατὰ δάκρυον εἶβει ex aliis locis. cf. Ω, 9.

324. χήτεϊ τοιοῦδ' υἷος. vt ſup. Z, 463 χήτεϊ τοιοῦδ' ἀνδρός.

Ex h. l. ductae eſſe videntur fabulae Tragicorum de Peleo ſerius ab Acaſto regno pulſo v. c. Eurip. Troad. 1126 ſq. Erat autem haec vita et conditio regum, ἀνάκτων, iſtius aetatis, vt ipſi ſuos agros colerent et opibus valerent; verum imperium tamen in alios non exercerent, niſi cum exercitui in bello praeeſſent; itaque Peleus ſenex domi relictus, copiis ab Achille filio eductis, ipſe erat iniuriis aliorum obnoxius.

325. ὁ δ' — εἵνεκα ῥιγεδανῆς Ἑλένης Τρωσὶ πτολεμίζω. Epitheton ῥιγεδανῆς reddunt Apollon. Lex. τῆς Φρικώδεος. Schol. br. Φρικτῆς, χαλεπῆς, Schol. B. στυγητῆς, quia τὰ στυγερὰ, λυπηρὰ, et μισητὰ horrorem, ῥῖγος, faciunt. Eodem modo Helena eſt ὀκρυόεσσα Z, 344. Conuenit Heſych. ῥιγεδανῆς, Φρικώδους, χαλεπῆς, κακίστης, Φοβερᾶς. Plutarch. memorante Euſtathio p. 1187, 1. in Sympoſ. Quaeſt. ῥιγεδανὸν reddit κρυερὸν, λυπηρὸν, Φοβερόν. Et in libro de aud. poet. p. 22 C interpretatur ῥιγεδανὴν κακοθάνατον; δάνον enim Macedones appellare mortem. Nimis acute! Eſt enim terminatio δανος, vt μῆκος, μηκεδανὸς, (adde ἠπεδανός. οὐτιδανός·) quod comparat Etymologus, et laudat „Ιλ. Γ„ emenda „Ιλ. Τ."

Τρωσὶ πτολεμίζω repoſui pro vulgato Τρωσὶν πολεμίζω. habeo aſſentientem Vat.

326. ἠὲ τὸν, ὃς Σκύρῳ μοι ἔνι τρέφεται φίλος υἱός. Primo ἠὲ τὸν, mutatus eſt caſus, cum ſequi deberet: οὐδ' εἴ κεν τοῦ πατρὸς — ἠὲ τοῦ, ὅς. Porro Σκύρῳ ἔνι τρέφεται ſcripſi pro ἐνιτρέφεται, habuique auctores Cant. Mori. Vat. Vrat. d. Ven. ſuppl. Ex h. l. νησιώτην Neoπτόλεμον ab Euripide dictum eſſe Andromache 14. cenſebat Schol. ad e. l.

Ceterum hic locus, et mox vſ. 331 ſq. cum Od. Λ, 491. 505 — 536 praebuere fundum fabularum de Neoptolemo. Eum ſaluum domum rediiſſe narrat Neſtor Od. Γ, vſ. 188. 189 et Menelai filiam promiſſam domum duxiſſe diſcimus ex Od. Δ pr. Plura ad noſtras rationes

haud ſpectant. Reliqua fabulae ad Poſthomerica et Νόστους ſpectarunt, vnde in Tragicis varie ornata ſunt; nonnulla inde habent Schol. br. ad vſ. 338 et Schol. B. Townl. Moſc. ad vſ. 326 vnde apparet, non vnam de Achillis ad Scyron acceſſu narrationem fuiſſe; nam ibi Achilles narratur ab expeditione aduerſus Telephum, (quae nauigationem ad Ilium anteuertit) reducem ad Scyrum appuliſſe; ſubiicitur verſus (ex parua Iliade, haud dubie, quod etiam ex Schol. Townl. firmari video,) Πηλείδης δ' Ἀχιλῆα φέρε Σκῦρόν δε θύελλα, cui ſubiicitur alter ap. Euſtath. p. 1187. ἔνθ' ὅγ' ἐς ἀργαλέον λιμέν' ἵκετο νυκτὸς ἐκείνης. in hoc verſu ſuſpicor legendum eſſe: ἔνθ' ὅγ' Ἀχιλλεῖον λιμέν' ἵκετο. Coniectura nititur deprauato Scholio: ἐστὶ (ſcil. haec Scyros) δὲ ἐν τῇ Εὐβοίᾳ (leg. ἐπὶ vel πρὸς) νῆσος λιμένας ἔχουσα Ἀχίλλειον καὶ Κρήσιον Schol. Moſc. Κρίσιον. De inſula Scyro cf. Obſſ. ad I, 664.

Ab hoc verſu Veneti codicis A. antiqua lectio iterum procedit, reditque eius auctoritas.

327. εἴ που ἔτι ζώει γε Νεοπτόλεμος θεοειδής. — Verſus obelo notatus: quem iam ab Ariſtophane eſſe damnatum, tradente Calliſtrato, narrat Schol. A. primo, quia dubitare non potuit Achilles, an viueret Neoptolemus, cum et iuuenis eſſet nec Scyros multum a Troade abeſſet; tum quod θεοειδής de filio in patris ore parum eſt accommodatum vocabulum; tandem, interpolationem arguit, quod lectio variat: εἴ που ἔτι ζώει γε Πυρῆς ἐμὸς, ὃν κατέλειπον. bona critica. Verba poſtrema ſunt: τεκμήριον δὲ τῆς διασκευῆς τὸ καὶ ἑτέρως φέρεσθαι τὸν στίχον. vnde apparet διασκευὴν, διασκευάζειν, διασκευαστὴν, ſpectare ad interpolationem. Sic ad Σ, 356 Porphyrii verba: ἐν ᾧ συγγράμματι πειρᾶται ἀποδεικνῦναι διεσκευασμένον τοῦτον τὸν τόπον ἐπῶν ιγ'· loquitur de Zenodoti libello περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας. *Pyres* ex verſu excitato eſſe debuit antiquius nomen, ex quo quomodo Πύῤῥος factum eſſe dicemus? Ex Cyprio carmine Pauſanias X, 26. p. 863.

duplex nomen, Pyrrhi a Lycomede, Neoptolemi a Phoenice inditum memorat.

εἴ που ἔτι ζώει γε. praeſtaret *εἴ πω* ſicque legitur in Vatic. *ζώῃ* Townl. etiam bene ex vſu Homerico poſt *εἰ· εἴ που.* Interpunctionem poſt *ζώει γε* tollit Bentleius.

328. *πρὶν μὲν γάρ μοι θυμός.* Secundum ea, quae adſcripſi ad Σ, 6. 9. 11. apparet, Achillem primo id tantum didiciſſe, ſe a Troia non eſſe reuerſuruɯ in patriam; ſerius audiiſſe aliquem e clariſſimis Achiuis ante ſe eſſe moriturum.

329. *ἀπ' Ἄργεος ἱπποβότοιο.* Intelligendum Argos Theſſaliae, Pelasgicum. v. ſup. B, 681 quod et Euſtath. monet. Sin contenderis, *ἱππόβοτον* eſſe epitheton proprium Argorum in Peloponneſo, vt Γ, 75. O, 30 et al. quod et *Ἄργος ἵππιον* dictum; dicendum eſt, Argos generale eſſe nomen non modo pro Peloponneſo, ſed et omni Graecia, vt ſup. I, 246 et al.

330. *αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ.* „non in Troia, ſed, ad Troiam; vt ſupra, *ἐνὶ πυρί. ἐν ποταμῷ.* et alia.“ Erneſti.

σὲ δέ τε Φθίηνδε νέεσθαι. ed. Rom. *σὲ δέ τι.* ſaltem deb. *σὲ δ' ἔτι.*

331. *ὡς ἄν μοι τὸν παῖδα.* hoc poſtea fecit Vlyſſes Od. Λ. 507 ſqq.

θοῇ σὺν νηΐ. Venetus: *θοῇ ἐνὶ νηΐ.* Monuit tamen Schol. A. legi quoque *σὺν νηΐ.* Variant haec, ſed *σὺν* doctius; ita *ἅμα νηΐ* Od. Θ, 161. et E, 641 Hercules *ἐξ οἴῃς σὺν νηυσίν.* et al. Od. I, 173 *αὐτὰρ ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ καὶ ἐμοῖς ἑτάροισιν ἐλθών.*

332. *Σκυρόθεν ἐξαγάγοις — δείξειας.* poſt *ὡς ἄν.* Barocc. *ἐξαγάγῃς* quod ſane h. l. malim. eo conſilio vt. At alterum vſu quoque firmatum videbis in Excurſu I ad lib. IX. (J.)

καί οἱ δείξειας ἕκαστα. Offendit verſus ad digamma in *ϝέκαστα.* Niſi itaque tota haec *ῥῆσις* loquacitati alicuius rhapſodi ſerioris debetur, emendandum eſt cum Bentleio *δείξειας ἅπαντα,* vel *ἅπασαν κτῆσιν.*

333. *κτῆσιν ἐμὴν δμῶάς τε.* *δμῶας* „Sic Ariſtarchus ſine *ι*.“ Schol. A. Scilicet, *δμὼς*, *ὁ δοῦλος*, quando ſit *ἡ δούλη*, eſt *δμωή*. Ita tradiderat *ὁ τεχνικὸς* (Dionyſ. Thrax) ap. Etymologum in *Τρωχ.* etiam ante eum Alexandrini, vt ex h. l. patet.

καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα. *ὑψιρεφὲς* Lipſ. vt alibi quoque occurrit. v. ad E, 213.

335. *τεθνάμεν, ἢ που τυτθὸν ἔτι ζώοντ' ἀκαχῆσθαι γήραΐ τε στυγερῷ.* Suſtuli interpunctionem ante *γήραϊ*. *τεθνάμεν* an *τεθνάμεν'* ſcribas, perinde eſt. *τεθνάναι* Vrat. A. quod Erneſti et ipſum recte ſe habere ait, forma ſerior et vulgaris, quam Homerus nusquam admittit. *ἀκαχῆσθαι* „*ὡς λελυπῆσθαι*. At alii (ſunt in his Vrat. b. Townl. Moſc. fragm.) *ἀκάχησθαι*, quaſi Aeolicum ſit; cum ſit quoque *ἀκαχήμενος*. *οἷς καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις*“ Schol. A. Seruarunt tamen alterum edd. nec male. *ἀκαχεῖσθαι* Vrat. A. Quod non viderant grammatici, fuere plures formae: *ἀκάχω*, *ομαι*. *ἀκάχημι*, *ημαι*. *ἀκαχέω*, *έομαι*, vnde *ἀκαχεῖσθαι*. at *ἀχέω*, *ἀχήσω*, *ἀκάχημαι*, *ἀκαχῆσθαι*.

336. *καὶ ἐμὴν ποτιδέγμενον αἰεὶ λυγρὴν ἀγγελίην.* *τὴν περὶ ἐμοῦ.* Ergo Peleus quoque reſciuerat, ex Thetide puta, filium a Troia non eſſe rediturum. cf. T, 59. 60 quod conuenit cum eo quod ex Dioride Samio narratum in Schol. B. ad h. l. et ab aliis ad vſ. 326 et in Euſtathio, Peleum ipſum occuluiſſe filium in inſula Scyro, non Thetidem, vt vulgo narratum eſt.

προτιδέγμενον et *ποτιδέγμενον* variat et h. l.

337. *ὅτ' ἀποφθιμένοιο πύθηται.* Ita Cant. Mori. Barocc. Harl. Vat. Lipſ. Vrat. A. b. Townl. Moſc. fr. vn. Vindob. cum ed. Rom. Ceſſi itaque auctoritati; etſi et alterum recte ſe habebat poſt *ὅτε*. *ὅτε πύθοιτο*. v. Excurſ. II, ad lib. XII (M.)

338. 339. Confer ad h. v. disputata ad vſ. 301. 2.

ἐπὶ δ' ἐστενάχοντο Vindob.

339. *μνησάμενοι, τὰ ἕκαστος ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπον.* erat lectio edd. ex ed. Rom. recepta a Turnebo et Ste-

phano; praeferenda forte. Parendum tamen et h. l. auctoritati codicum Cant. Ven. Lipf. fr. Mofc. al. in quibus eft ἔλειπε, in ceteris, ἔλειπεν, quod et edd. Flor. et Aldd. exhibebant.

340. μυρομένους δ' ἄρα τούς γε. recoquit Clarke fuam obferuationem: „ἄρα, eo modo, quo dixi."

342. τέκνον ἐμὸν, δὴ πάμπαν ἀποίχεαι ἀνδρὸς ἐῆος. (Fuit ⸓) „quod Zenodotus fcribebat ἑοῖο. at hoc alienum eft a perfona" τοῦτο δὲ παρὰ πρόςωπόν ἐστι. Schol. A. Poteft effe, a Iouis perfona haec dicentis de filio fuo. Verum grammaticus ad perfonam grammatice acceptam refpexit, ἑοῖο ita effet dictum pro ἐμοῖο, vel ἐμοῦ. v. Excurf. VIII ad A. At h. l. requiritur ἐῆος, ab ἐῢς, bonus, fortis, pofitum, vt Φίλος. Schol. A. „ἐῆος δὲ τοῦ ἀγαθοῦ. ἀπὸ τοῦ ἦω. ὅθεν καὶ τὸ ἠοίη προλιποῦσα δόμους." Quale tandem hoc monftrum! Legitur tamen quoque in Schol. Townl. et Mofc. fcriptum ἀπὸ τοῦ ἠῶ. vt forte fcriptum quoque fuit in Schol. Ven. A. Verfus ἠοίη πρ. eft ex principio Hefiodi Sc. Herc. quod docuere dudum viri docti effe ἢ οἵη. Sufpicor fuiffe qui ἐῢς, ἐέος, ἐῆος, idem effe putarent quod ἐὸς, ἐὴ, ἐὸν, ductum ab ἔω, ὑπάρχω, vnde τὰ ὑπάρχοντα, ἐόντα, bona. v. Etymol. in ἐῢς. vnde etiam colligo fuiffe hanc doctrinam Herodiani: ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς λέγει, ὅτι παρὰ τὸ ἐῶ (immo παρὰ τὸ ἔω) γίνεται ἐὸς, ὁ ἀγαθός. τὸ θηλυκὸν, ἐὴ, καὶ ἐκ τοῦ ἐὸς, ἐῢς. Iam porro effe debuere, qui fomniarent, ἐὸς etiam effe ἠὸς (vt etiam fuit ἠῢς) et ἠοῖος. duxit quoque ἠὸς ex ἦω (pro ἔω) vel ἠῶ. Ita fubnata *bona* vel *fortis* Alcmena, ἠοίη. De ἐῢς v. dicta ad A, 393. 463. Variat et h. l. ἐῆος et ἑῆος. Vera lectio eft ἐῢς, ἐῆος.

δὴ πάμπαν. Vat. τί δὲ πάμπαν. Male forte habuit, quod δὴ praepofitum eft, cum alias fit πάμπαν δὴ, aut fimile. At et illud Homericum eft, vt ftatim A, 476 δὴ τότε κοιμήσαντο. et al. Etiam Schol. Townl. ἔθος ἔχει, ἀπὸ τοῦ δὴ ἄρχεσθαι. ἔδει γὰρ, πάμπαν δή.

ἀποίχεαι ἀνδρός. hoc insolens dictum videri potest, Schol. A. κεχώρισαι. Proprium esset ἀποστῆναι, deserere. Ita quoque est οἴχεσθαι, abesse. Hesych. ἀποίχεται. ἀφίσταται.

343. μέμβλετ' Ἀχιλλεύς. de ista voce v. ad Δ, 11. vbi est παρμέμβλωκε.

345. ἧσται ὀδυρόμενος. vn. Vindob. ἧστο. male.

346. ἄκμηνος καὶ ἄπαστος. Prius vidimus iam aliquoties. v. ad 163. ἄπαστος, ἄγευστος παρὰ τὸ γεύσασθαι. Apollon. Lex. inde alii.

347. 8. οἱ νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν στάξον ἐνὶ στήθεσσ' — ⁓ „quod στάξον ad vtrumque retulit, nectar et ambrosiam, cum tamen haec sit ξηρὰ τροφή." Schol. A. Ignorabat ergo, ἀμβροσίην non modo τροφὴν vel ἐδωδὴν esse, sed etiam ἀλοιφήν. v. ad lib. A. Excurs. IX. Vidimus supra pro antiseptico vtrumque infusum esse naribus Patrocli vs. 38. 39. Nunc non additur, quomodo Minerua idem medicamen Achilli instillauerit; praestat tamen de cibo et potu diuino cogitare. Sane, si profitendum est, quod sentio, totus hic locus est ex superiore adumbratus.

Si ἀμβροσίη est cibus: epitheton ἐρατεινὴ conuenit cum ἐρατεινὴ δαῖς, vt Od. Θ, 61. et δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα sup. I, 228. quem locum etiam Schol. B. laudat. Est omnino iucunda, suauis.

348. ἵνα μή μιν λιμὸς ἵκηται· καθίκηται. καθάψηται. Schol. br. vsu noto. λιμὸς nunc κάματος ἐκ λιμοῦ virium priuatio ex ieiunio et esurie. Sup. N, 711 erat dictum ὁππότε μιν κάματός τε καὶ ἱδρὼς γούναθ' ἵκοιτο. Apud Tryphiod. vs. 187 ἵνα μή τι τειρόμενοι βαρυθεῖεν ἀτερπέϊ γούνατα λιμῷ. Ad e. l. vir doct. Northmore versus nostri recordatus, μή μιν ἵκηται, subiicit: „quis haec patienter ferat? repone ocyus ἵκοιτο." Noli praeceps agi: recte et hoc, recte et illud dictum. Melius vero ἵκηται h. l. quia caussa finalis est, non dubitatio, aut metus, aut cautio. v. Exc. II ad lib. VII p. 408.

350. *ἡ δ' ἅρπῃ εἰκυῖα τανυπτέρυγι, λιγυφώνῳ. ἅρπη, τῷ ἰκτίνῳ·* Schol. A. B. eſt ita ex miluorum genere. Addunt: alios pro alite aquatili habere, quod genus infeſtum eſt *λάρῳ καὶ βρένθῳ*; ſolere illud pabulum roſtro condere et ſic afferre pullis, (atqui hoc faciunt alii quoque alites) quare poetam huic proprie aſſimulaſſe Minervam (hoc inepte! quia illa nectar inſtillat Achilli!) Alii in Schol. br. *Φήνην* eſſe voluere, quae aquilarum gens eſt: Od. Γ, 372 vnde ſimilem aquilae eam pronuntiant alii, etiam Etymologus. Ex Apollonii Lex. *ἅρπη. εἶδος ὀρνέου,* nil diſcere licet.

351. *οὐρανοῦ ἐκκατέπαλτο* vulgo ſcribebatur. vitioſe; Non enim eſſe poteſt a *πάλλεσθαι,* quod declaratum dedi ad Θ, 85 vbi ſimili modo aduerſante grammatica ſcriptum erat. Ab *ἅλλομαι* eſt *ἥλμην, ἧλτο, ἇλτο* et hinc *ἐπᾶλτο,* N, 643. Φ, 140. ita quoque *κατεπᾶλτο,* et *οὐρανοῦ ἐκκατεπᾶλτο,* deſiluit. Deſiliebat ſic dea Thetis Σ, 615 *ἡ δ' ἴρηξ ὥς, ἇλτο κατ' Οὐλύμπου νιφόεντος,* et Apollo O, 237. Sic Iris ap. Apollon. II, 286 in quo etiam II, 585 eſt *κατεπάλμενον κῦμα, ὑπεραναβάν.* fluctus deſuper capiti imminens.

351. *αὐτὰρ Ἀχαιοὶ αὐτίκα θωρήσσοντο κατὰ στρατόν.* Vnde et quorſum duo hemiſtichia interpoſita ſint, haud aſſequar. Quin turbant ordinem narrandi; et ſequitur vſ. 356 *τοὶ δ' ἀπάνευθε νεῶν ἐχέοντο θοάων.* Recte procedit oratio: — *δι' αἰθέρος. ἡ δ' Ἀχιλῆϊ* — Interpoſitum ſuſpicor ab aliquo, cui moleſtum erat bis repetitum *ἡ δ'* — *ἡ δ'.* malim tamen hoc ferre, quam alterum.

357. *ὡς δ' ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται.* pro *ἐκ Διὸς* accepit Euſtath. *ἐξ ἀέρος.* Malo *νιφάδες Διὸς* ex noto vſu. vt *στεροπὴ Διός* et alia more antiquo. Comparationem hanc ad multitudinem telorum emiſſorum declarandam meminimus ex M, 278 ſq. et 156.

ἐκποτέονται vbique. Alias variat poſt *ὡς ὅτε* ſubiunctiuus. v. Exc. I. ad lib. IX p. 696 *ἐκπετέονται* Vrat. A. b.

358. ψυχραὶ ὑπὸ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο. Vulgo iunguntur ψυχραὶ ὑπὸ ῥιπῆς. Itaque interpunctionem sustuli post ἐκποτέονται. Iungenda sunt: νιφάδες ἐκποτέονται ὑπὸ, h. e. διὰ ῥιπῆς Βορέου. nam boreas cum frigore nivem adducit. Similiter sup. O, 171 πτᾶται νιφὰς ψυχρὴ, ὑπὸ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο. vbi iam monui αἰθρηγενῆ nihil aliud esse posse, quam in aere natum; etsi etiam nunc grammatici reddunt τοῦ αἰθρίας αἰτίου καὶ γεννητικοῦ, τουτέστι, τοῦ ψύχους.

ὑπαὶ ῥιπῆς, vt eod. loco, et passim alibi, de quo aliquoties monitum, ita hic inserserunt grammatici, servantque illud codd. et edd. non intellecta prosodia; producitur breuis vocalis ante sonum caninum. Est tamen ὑπὸ in Barocc. Mori. Eustath. tum Hesychius: ὑπὸ ῥιπῆς, ὑπὸ τῆς ὁρμῆς.

359. ὣς τότε ταρφειαὶ κόρυθες, λαμπρὸν γανόωσαι. „Aristarchus legit ὣς πυκναὶ (sic tamen versus laborauit; nisi dicas fuisse ὣς τότε καὶ πυκναὶ, at v. infra.) Et sic Ascalonita. καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις“ Schol. A. Ergo aliquando ea lectio fuit vulgata lectio, quae nunc ab omnibus libris nostris exulat. Quod satis memorabile est.

γανόωσαι. nitentes. vide de hoc vocis vsu ad N, 265.

360. νηῶν ἐκφορέοντο. ex sollenni vocis vsu aliter accipi nequit, quam vt *arma ex nauibus exportata* esse narret poeta; at quam frigidum et ieiunum hoc, magnam armorum copiam *nauibus exportatam esse* iisque omnia refulsisse! an hoc omnium maxime memorabile habendum, arma exportata esse? vt iis se induerent in loco propatulo? Supra Π, 155. 156 Μυρμιδόνας δ' ἄρ' ἐποιχόμενος, θώρηξεν Ἀχιλλεὺς πάντας ἀνὰ κλισίας σὺν τεύχεσιν. quid ad nos, vtro loco et modo hoc fieret? immo vero narrandum erat, iis armasse se Myrmidones! armatos exiisse; non autem, homines exportasse arma. Inprimis post magnificam comparationem; quae Myrmidones armis coruscantes nauibus egressos desiderabat: et sequitur ὑπὸ δὲ κτύπος ὤρνυτο ποσσίν. et praecesserat iam proximo loco vs. 356 τοὶ δ' ἀπάνευθε νεῶν ἐχέοντο θοάων. Itaque

eo procliuis eram, vt ἐκφορέοντο acciperem pro ἐξῆλθον, Myrmidones armati; vt pro hoc poeta dixerit, exiiſſe ipſa arma; exiiſſe galeas, clipeos et thoraces coruſcos. Sentiebam tamen, vel ſic durius aliquid ineſſe, quam quod ferre poſſem: quod nec tollebatur, ſi ἐξεχέοντο reciperem, quod forte ſuſpicari liceret, hic lectum eſſe. Nam in codd. Barocc. et Mori et in Vrat. A. poſt vſ. 361 inſertus erat alius verſus ἐκ νηῶν ἐχέοντο. βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει. Idem verſus legi videtur in Lipſ. e quo Erneſti memorat ἐκ νηῶν, etiam in Vindob. V. vnde Alter memorat ἐκ νηῶν ἐφέροντο et deſiderari verſum 361. θώρηκες. Barnes inde locum ſic conſtituere volebat, vt vſ. 360 tolleret, et poſt 361. καὶ μείλινα δοῦρα apponeret ἐκ νηῶν φορέοντο. βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει. Inſeruit quoque hunc verſum Fragmentis Homericis. At ille naeui, qui ſententiae ipſi inſidet, ſenſum nullum habebat. Verſus inſertus eſt nihil aliud quam interpolatio ex margine, cum quis adſcripſiſſet iſtum verſum ex Jl. Π, 267 vbi legitur de Myrmidonibus cum Patroclo exeuntibus: ἐκ νηῶν ἐχέοντο, βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.

Turbatum tamen aliquid in loco eſſe manifeſtum ſit, quo tam ſplendida comparatio obſcurata eſt; nec magna ſagacitate opus eſt ad deprehendendam vitii ſedem; interiectus eſt totus verſus νηῶν ἐκφορέοντο, ab Interpolatore qui ſupplere voluit ea, quae ſuo more poeta breuius enuntiauerat; inſerto primum verſu ex Π, 267. tum cum ἐχέοντο interpretamento ἐκφορέοντο redditum vidiſſet, verſu nouo procuſo; quo etiam ducit lectio antiqua modo memorata vſ. 359. ὡς πυκναί. Totum locum ſic ſe habuiſſe cenſeo inde a 356.

— τοὶ δ' ἀπάνευθε νεῶν ἐχέοντο θοάων,
ὡς ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται
ψυχραὶ ὑπὸ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο.
ὡς πυκναὶ κόρυθες καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι
θώρηκές τε κραταιγύαλοι καὶ μείλινα δοῦρα.
αἴγλη δ' οὐρανὸν ἷκε, γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθὼν

χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς. ὑπὸ δὲ κτύπος ὤρνυτο ποσσὶν ἀνδρῶν. ἐν δὲ μέσοισι κορύσσετο δῖος Ἀχιλλεύς.

Ita totus locus eſt rectus et ſanus: *at illi e nauibus efſundebant ſe*, exibant, *vt niues Iouis crebrae euolant borea ſlante; tam crebrae* (erant) *galeae, clipei, thoraces, et haſtae, quarum ſplendor per aerem et terram refulgebat; reſonabatque ſolum ſub pedibus incedentium; in ipſorum medio armatus erat Achilles.*

361. *θώρηκές τε κραταιγύαλοι.* ⊱ „quod thoraces *κραταιγύαλοι* ſunt *οἱ κραταιοὶ κατὰ τὰ γύαλα καὶ κύτη καὶ κοιλώματα*, et hinc, a parte toti, thoraces firmi. *γύαλον γὰρ πᾶν τὸ κοῖλον τοῦ θώρακος.* Schol. br. *ἰσχυρὰ γύαλα ἔχοντες. ἰσχυροί.* Eſſe *γύαλον* aut totum thoracis cauum, aut caua duo, anterius et poſterius, vidimus ſup. ad E, 99. Apollonius Lex. h. v. p. 417. Ariſtarchi doctrinam (ad E, 99. et loca ſimilia ſpectantem) memorans, *τὸ γύαλον, ὅλον τὸν θώρακα* denotare, ſubiicit: *ὅταν οὖν λέγει, κραταιγυάλους, τοὺς (κατὰ) τὸ ὅλον κῦτος ἰσχυροὺς θέλει δηλοῦν.* Apud Heſych. *στεῤῥοὶ κατὰ κύτη* ſunt. Male Euſtath. *οἱ κραταιοῦντες τὰ γυῖα τῶν ὁπλιτῶν.* Quod *κραταιγύαλος* eſſe debebat, factum eſt *κραταιγύαλον*, vt *κραταίπεδον* ex *κραταιόπεδον οὖδας* Od. Ψ, 46.

362. *αἴγλη δ' οὐρανὸν ἷκε. γέλασσε δὲ πᾶσα πέρι χθών.* *πᾶσα περίχθων*, quod iam in vetuſtis codd. ſcriptum fuiſſe, patet et disputatione Apollonii de Syntaxi p. 306. exhibent editiones ante Barnes, qui diſtinxit *περὶ χθὼν*, quod mutaui in *πέρι*, cum ſemel in aliis locis receptus ſit canon grammaticus. Eſt enim vel *περιεγέλασε*, vel *πέρι* vel *πέριξ.* quod docet quoque in loco de Syntaxi memorato Apollonius et Schol. B. Townl. qui tamen ſcriptum habuere *περὶ*, addunt enim: *τινὲς δὲ τὸ πέρι, ἀντὶ τοῦ περισσῶς.* quod Scholion etiam fragm. Moſc. habet, et ſcribitur tamen in contexto *περιχθών.*

γέλασσε. de vſu vocis notiſſimo pro, nitere, nil opus eſt monere. v. Euſtath. ad h. l. cf. ad N, 265. Lucret. II, 328 *totaque circum aere renideſcit tellus.* Schol. B. reddit *περιήστραψεν.* Porphyr. Qu. Hom. 9 *γέ-*

λασσεν. ἤτοι λαμπρυνθεῖσα, φαιδρὰ, γέγονε. Schol. Theocriti I, 31 (apud Warton.) recitat γέλασσε δὲ χθὼν παμμήτωρ. quod Orphicum esset. Idem mox Υ, 156 est πεδίον λάμπετο χαλκῷ ἀνδρῶν ἠδ' ἵππων.

363. χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς. „γρ. ἀπὸ στεροπῆς" Barnes.

365. 6. 7. 8. — Schol. A. „ἀθετοῦνται στίχες τέσσαρες. Est enim ridiculum, Achillem dentibus frendere. Nec contexta oratio versus hos requirit. ἡ δὲ συνέπεια οὐδὲν ζητεῖ διαγραφέντων αὐτῶν. At quae sequuntur in Schol. A. obscuritatem habent: ὁ δὲ Σιδώνιος (Dionysius Sidonius) ἠθετηκέναι μὲν τὸ πρῶτόν φησιν αὐτῶν τοὺς ἀριθμοὺς, ὕστερον δὲ περιελεῖν τοὺς ὀβελοὺς, ποιητικὸν νομίσαντας τὸ τοιοῦτο. (Suspicor corrigendum esse τοὺς Ἀρισταρχείους, eos primum ἠθετηκέναι αὐτούς). Pergit Schol. A. ὁ μέντοι Ἀμμώνιος, ἐν τῷ περὶ τῆς ἐπεκδοθείσης διορθώσεως, (de altera recensione Aristarchea, quae ferebatur) οὐδὲν τοιοῦτο λέγει· διπλῆν δὲ προςθετέον τὸ, (leg. τῷ) δῦν' ἄχος ἄτλητον. ὁ δ' ἄρα Τρωσὶ μενεαίνων. ὅτι τὸ μενεαίνων νῦν θυμούμενον σημαίνει. Voluit ergo stigmen apponi versui 367. vt notaretur vocis μενεαίνων vsus.

Eustath. p. 1189 pr. hoc vnum arripuit: ὅτι τό· τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλεν· ἠθέτηται· γελοῖον γάρ, φασιν, οὕτω πάσχειν, καὶ οἷον βρυχᾶσθαι, τὸν Ἀχιλλέα. τὸ μέντοι ἐπαγόμενον· τῷ δέ οἱ ὄσσε· ἐπαινεῖται, ὡς εὖ πάνυ ἔχον. (hoc quidem recte, vt A, 104 et al.) Vtinam veteres grammatici nos docere maluissent, fuerintne rhapsodi qui hos versus ignorarent, aut, num priora apographa ad eos facta inter se discrepauerint. Nunc suum nobis iudicium reliquerunt: quod ad sensum decori h. l. constituerunt, nec ex naturae veritate. Exardescit Achilles, et frendet; est autem inter signa irae hoc quoque. Adscripserat Bentleius loca ex Seneca de Ira I, 1. III, 5. Apud Hesiod. Sc. Herc. 164 τῶν καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλεν miro modo serpentibus tribuitur, quod pugnantibus conueniebat. Melius tamen haec locum habe-

bant ſupra primo armorum conſpectu, T, 16. 17. vnde ſuſpicor rhapſodum aliquem huc traduxiſſe ſententiam.

Lecti ſunt verſus ſine vlla ſuſpicione ab ſerioribus. Ariſtides inde adſcripſit vſſ. 364—368. To. II. p. 390.

367. ἐν δέ οἱ ἦτορ δῦν' ἄχος ἄτλητον. Apud Apollon. Lex. ἄτλητον, ἀνυπομόνητον. vnde patet, eum quoque hos verſus agnouiſſe.

368. δύσετο δῶρα θεοῦ. Turnebus, δύσσετο. male. vt iam aliquoties monitum Δ, 35. E, 309. Ita tamen codices quoque, vt Vrat. A. Etiam cum metri vitio θεοῖο vn. Vindob.

369. κνημῖδας μὲν πρῶτα — Qui ſequuntur verſus, in armandis heroibus iam ſupra adhibiti fuere: in Paride Γ, 330. 1. 2. et 334. 5. qui hic ſunt vſſ. 369. 370. 1. 2. 3. Iterum de Agamemnone Λ, 17. 18. 19. de Patroclo Π, 131. 2. 3.

372. ἀμφὶ δ' ἄρ. „deinceps" Clarke. ἄρα, δή, eſt vtique. Poteſt tamen h. l. ſic reddi. Sexcenties monitum.

374. σάκος — εἵλετο· τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ', ἠΰτε μήνης. Comparatio clipei aere nitentis cum luna per ſe ferri poſſet. At ſubiicitur ſtatim alia, eaque ornata, comparatio ſplendoris clipei cum flamma nauigantibus procul in continenti conſpecta: Atqui hoc vix recto iudicio probet aliquis id, quod cum luna comparatum eſt, iterum cum flamma eminus viſa comparare. Ingratum quoque σέλας altero verſu iteratum. Haud dubie verſus ab interpolatore eſt profectus, cui deeſſe viſum eſt verbum ad vſ. praec. αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε, cum non perſpiceret, repetendum eſſe ἀμφὶ βάλετο, vt faciendum quoque erat in iisdem vſſ. ſupra Γ, 334. 335. Verſu autem eiecto totus locus bene ſe habet. Koeppenii noſtri acumen bene perſpexerat duplicem comparationem placere hoc poſitu non poſſe; confugiebat ille ad lunam mari ortam. Melius idem memorabat comparationes clipei cum luna in Oſſiani Fingal obuias.

A veteribus nihil monitum video. Schol. B. argutatur: bene lunam, non ſolem, ad comparationem eſſe aſ-

ſumtam; nam, ſi aere non vnius generis clipeus fabricatus ſit, parte eum aliqua potuiſſe luce carere, vt in luna maculae obſcurant ſplendorem: διὰ τὴν τῶν ἄλλων μελανότητα. leg. τῶν ὑλῶν. cf. Euſtath. Idem Schol. B. h. l. et inf. ad 398 praedicat tanquam argute inuentum, quod clipeus lunae, galea ſtellae (vſ. 381) ipſe Achilles ſoli comparatur (vſ. 398.) Hoc vero eſt ſapere!

375. ὡς δ' ὅταν ἐκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανήῃ. Legebatur φανείῃ. optatiuo, ſoloecum poſt ὅταν. v. Excurſ. II ad libr. XII, (M) p. 363. Correxi φανήῃ. Erat φανήῃ in Lipſ. Townl. binis Vindob. notat quoque ſic ſcribi Euſtathius. φανήῃ Vrat. b. d. Conuenit cum στήῃ aliisque ſupra ad E, 598 ſimili modo conſtitutis, et σαπήῃ ſup. vſ. 27.

ἐκ πόντοιο. Verterant: „e ponto flamma relucet" quod recte reprehendit Erneſti; „nam in mari nautis flamma cernitur:" ſcilicet e mari proſpiciunt nautae promontorium, inſulam vel alias terras. Haeſerat quoque Bentleius: ſiquidem tentabat τέρας πυρσοῖο. adſcriptis locis Δ, 76 et Σ, 211. Tum addit: „immo ἐκ πόντοιο, *extra mare*, non, *ex*, vt θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλός. Od. Λ, 133." Vt in τέρας incideret, fecit cod. Harl. in quo τέρας pro σέλας legitur, hactenus bene, quod ſic tollitur ingrata eiusdem vocis repetitio; at τέρας a re eſt alienum; et correctio eſt, non lectio, viri alicuius docti. Apud Apollon. Lex. σέλας πυρὸς, ἡ λαμπρότης τοῦ πυρός. Subiicitur, ἀπὸ τούτου καὶ σελήνης, quod ad vſ. 374 ſpectat; niſi ab alia manu adiectum eſt.

376. τὸ δὲ καίεται. Townlei. τό τε.

377. σταθμῷ ἐν οἰοπόλῳ, ſolitario; vt iam N, 473 χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ.

378. τοὺς δ' οὐκ ἐθέλοντας ἄελλαι — φέρουσι. Vrat. d. φέρωσι. non indocte, vt ad ὅταν referatur.

380. καλοῦ, δαιδαλέου. περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας. ⸓ appicta eſt ſtigme, ſine Scholio. Quod ſi illa τρυφάλειαν ſpectauit, ſatis multa de ea iam dicta ſunt ad Γ, 372.

ἀείρας pro ἦειρε καὶ περιέθετο.

382. περισσείοντο δ' ἔθειραι. Locum haec in Homerica poesi haud habuere; nam in ea fuit digammum ϝέθειρα. Sic inf. X, 315 καλαὶ δὲ περισσείοντο ἔθειραι, quod hemistichium aliquoties in Hymnis iteratur. Supra Π, 795 μιάνθησαν δὲ ϝεθειραι. Habent et hi duo versus 382. 383. satis clara indicia interpolationis; finita erat sententia: ἡ δ' ἀστὴρ ὥς, ἀπέλαμπε. dilatata est sententia per repetitum subiectum ἵππουρις τρυφάλεια, et assuta sunt reliqua.

ἔθειραι. ad h. v. est Scholion in Townl. ἔθειραι. αἱ τημεληθεῖσαι τρίχες. κακῶς οὖν Καλλίμαχος· ἐπεὶ κτενὸς ἔσκον ἔθειραι qui ad pilos in pube transtulit. Versus est ap. Suidam, et hinc inter Fragm. Callimachi CCCVIII. οὐδ' οἷσιν ἐπὶ κτενὸς ἦλθον ἔθειραι.

περισσείοντο et περισείοντο variat in libb.

383. ἃς Ἥφαιστος ἵει λόφον ἀμφὶ θαμειάς. Puta ἵει esse pro ἐνίει λόφῳ. pro hoc ἀμφὶ λόφον. Durius esset per appositum reddere: ἐθείρας λόφον. et ἀμφὶ absolute, circumcirca, vti est λόφον ἀμφὶ κομῶντα, pro ἀμφίκομον.

384. πειρήθη δ' ἕο αὐτοῦ ἐν ἔντεσι δῖος Ἀχιλλεύς. Vexatus a grammaticis versus in δ' ἕο αὐτοῦ. Appicta stigme ÷ „quod Zenodotus ἑοῦ αὐτοῦ scripserat, confundens possessiuum cum primitiuo" Schol. A. Similiter ille iam antea peccauerat B, 239 ὃς καὶ νῦν Ἀχιλῆα ἕο μεγ' ἀμείνονα φῶτα vbi scripserat ἑοῦ. Est hoc vitium, quod Apollon. Dysc. in Syntaxi operose castigat.

Pergit Schol. A. „τὴν οἱ ἀντωνυμίαν περισπᾷ ὁ Ἀσκαλωνίτης, καί φησι κεῖσθαι δοτικὴν ἀντὶ γενικῆς." Non satis disertum est Scholion: apparet Ptolemaeum scripsisse οἷ, ita vero et αὐτῷ scriptum esse debuit: πειρήθη δὲ οἷ αὐτῷ. ita tamen ille non statuit; sed putasse videtur esse ἐν ἔντεσιν οἷ αὐτοῦ. vt οἷ pro genitiuo sit, οὗ αὐτοῦ, ἑαυτοῦ. „οἱ δὲ βαρυτονοῦσι" h. e. scribunt πειρήθη δέ οἱ. Pergit Schol. A. ἔστι μὲν οὖν καὶ ἐγκλιτικὴν εὑρέσθαι τὴν οἱ ἀντὶ γενικῆς κειμένην (saepe vtique; et haud dubie h. l. δέ οἱ scribendum erat, si semel hoc amplectebatur Ptole-

maeus) ὥςπερ ἐπὶ τοῦ· οἱ δέ οἱ ἐβλάφθησαν. (Jl. Ψ, 387.) Addit porro: ἔστι δὲ καὶ ὀρθοτονουμένη ἀντὶ αἰτιατικῆς. ὥςπερ ἐπὶ τοῦ· νεῦσ' ἐπί οἱ καλέσας (Od. P, 330. quod ſcriptum erat in libro grammatici ἐπὶ οἱ, nec vero ille recte iunxit verba, quaſi ἐπὶ οἱ eſſet pro ἐφ' ἑαυτὸν, ſed fuit ex mente poetae καλέσας (αὐτὸν) ἐπένευσέν οἱ.) καὶ προτί οἱ δὲ λάβ' ἔντερα (Jl. Υ, 418. vbi quoque debet accipi: προςέλαβε δέ οἱ ἔντερα) οὐ μεντοί ποτε ἐν τῇ καλουμένῃ ἐπιταγματικῇ συντάξει (h. e. quando αὐτὸς appoſitum eſt: ita enim grammatici appoſitiuam ſtructuram appellant, v. c. ἕο αὐτοῦ. v. Apollon. de Syntaxi III, 2. p. 196.) ἄλογον γὰρ τὸ τοιοῦτον, ὥς τε ἐπιφέρεσθαι τὴν „αὐτοῦ" γενικὴν, καὶ τὴν „οἱ" προκεῖσθαι δοτικὴν ὑπάρχουσαν (vt ſcribatur οἱ αὐτοῦ) ὅπερ οὐχ ὑγιές. ἀεὶ γὰρ ταῖς πρωτοτύποις (πτώσεσιν) ὁμοιόπτωτος συντάσσεται ἡ αὐτοῦ ἀντωνυμία ſc. ſcribitur ἕο αὐτοῦ. ἐμοῦ αὐτοῦ. (v. ibid. p. 144. 145.) Recte ergo concludit grammaticus: πειστέον οὖν Ἀριστάρχῳ γράφοντι. πειρήθη δ' ἕο αὐτοῦ." Haud dubie Ariſtarchus meliora pronuntiauit quam Aſcalonita.

Verum idem Ariſtarchus non vidit alterum, verſum metrice laborare, partim hiatu, partim cum per digamma eſſet δ' ϝεο αυτοῦ. Bentleium video emendare: πειρήθη ϝεο δ' αὐτοῦ, parum ſuauiter; Payne Knight p. 73 f. δε ἑϝ'. Immo vero ſcriptum fuiſſe neceſſe eſt πειρήθη δε ϝ' αυτου. vt ϝεο eſſet, quod nunc ἕο eſt, vnde ſerius natum eſt ἑαυτοῦ.

Quod ad lectionem δέ οἱ αὐτοῦ attinet, erat illa in edd. Flor. Aldd. Turn. erat quoque in Cant. Townl. vno Vindob. Recepit δ' ἕο αὐτοῦ H. Stephanus ex edit. Rom.

ἐν ante ἔντεσι aberat a Vrat. A. Iungenda ſunt πειρήθη ἕο αὐτοῦ, non ἐν ἔντεσιν ἕο αὐτοῦ. πειρηθῆναι idem quod πειρήσασθαι experiri, explorare ſe. Schol. B. ἐπειρήθη, ὅπως εἰδῇ, πότερον ἔσφιγκται ἢ σαλεύεται, περὶ τῷ σώματι. τὸ δὲ ἐντρέχοι, εἰ συνάλλεσθαι τοῖς ὅπλοις δύναιτο καὶ μὴ ἐμποδίζοιτο.

385. καὶ ἐντρέχοι ἀγλαὰ γυῖα h. e. εἰ τρέχειν δύναιτο αὐτὸς ἐν τοῖς ἔντεσι. ἐντρέχει Barocc. Pro γυῖα

erat ante δῶρα in edd. ante H. Stephanum, qui γυῖα recepit ex ed. Rom. idque tuetur ratio et ſenſus, cum codd. melioribus, in quibus eſt Harl. Townl. fr. Moſc. Ven. ſicque exhibitum in Iuliani Or. II. p. 53. ed. Spanh. etſi δῶρα legitur in Lipſ. Cant. Vrat. d. binis Vindob.

386. τῷ δ' εὖτε πτερὰ γίγνετ', ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν ſc. τὰ ἔντεα. Ariſtophanes ediderat ὥςτε, quod eſt vulgare pro ἠΰτε, quod eſt ὡςεὶ, ὡς, καθά. Ariſtarchus primo ſcripſerat τῷ δ' εὖτε. exquiſitius quam ἠΰτε, vt et dubitatum eſſet, an εὖτε, quod communi vſu eſt, pro ὅτε, ὅταν, etiam pro καθὰ poneretur. v. Etymol. in εὖτε, vbi et Ariſtarchi lectio huius loci memoratur. At, tradente Schol. A. Ariſtarchus poſtea mente mutata ſcripſerat αὖτε vt ὡς ſubintelligatur; ſicque legebatur ἐν ταῖς τῶν πόλεων. ex quo genere aliquoties Maſſilienſem et alias recenſiones laudauerant Scholia. Eſt quoque αὖτε in Townl. et apud Dionem Or. XXV, p. 65. To. II. R. Ita eſſet: τῷ δ' αὖτε πτερὰ γίγνετ'. vt ſuppleatur ὡς πτερά. Ei poſtea tanquam alae fuerunt.

Equidem haud deſeram εὖτε pro καθὰ, quod meliores codd. habent, Lipſ. Vat. Townl. Vrat. b. cum vno Vindob. fr. Moſc. Ven. B. ſic quoque Schol. ad Γ, 10. et Barnes, qui repoſuit pro vulgato ἠΰτε, quod edd. ſeruant, et in cod. Ven. A. legitur et Scholiis A. praefixum eſt: etſi hoc alibi vbique triſyllabum eſt ἠΰτε. Obſeruavit quoque hoc Barnes et Payne Knight p. 73. Schol. Townl. εὖτε. συστολῇ ἀπὸ τοῦ ἠΰτε. γράφεται αὖται (immo αὖτε) ἵνα λείπῃ τὸ ὧς vt veteres ſcribebant pro ὡς. Vrat. A. ἦτε vitioſe ex ἠΰτε.

γίγνετ' ſeruarunt Rom. Turn. cum al.

ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν. ἐκούφιζεν αὐτὸν ὡς ὀρνίθας τὰ πτερά· ὑπερβολικῶς. partim quia tam apta erant membris, vt agilitati nihil obeſſent, partim quod exultabat gaudio ſe iis potitum videns: ἐμετεώριζε καὶ γαυριᾶν αὐτὸν ἐποίει τὰ ὅπλα. ὡς τῶν ὅπλων βασταζόντων τὸν Ἀχιλλέα, οὐ βασταζομένων. ἄειρε, ἦρε καὶ ἐκούφιζε. Schol. B. br. Euſtath.

387. 8. 9. 390. — ἀθετοῦνται οἱ στίχοι τέσσαρες, ait Schol. A. et aliud ibid. Scholion: οὐδὲ ἐν ταῖς ἄλλαις ἦσαν οἱ ἀθετούμενοι. quia ex Patrocli ὁπλισμῷ huc sunt translati: Π, 141. 2. 3. 4. Nos contrarium ad eos vss. statuebamus, eosque isto potius loco tanquam inutiles rescindebamus. Fuit quoque ⁒ apposita, quia Zenodotus versus in Π. resciderat, h. l. reliquerat, recte iudicio nostro: At Schol. A. in Π. necessarios esse iudicat, vt intelligamus, cur Patroclus hastam non sumserit. Schol. B. versus nostro loco non minus requiri, ait, facere enim πρὸς αὔξησιν Ἀχιλλέως.

387. ἐκ δ' ἄρα σύριγγος πατρώϊον ἐσπάσατ' ἔγχος. Apollon. Lex. σύριγγος. τοῦ κολεοῦ. adscripto versu, in quo scriptum πατρώϊον ἔγχος ἔρυσσε. In Hesychio est θορατοθήκη seu δουροθήκη, vt Etymol. Eustath.

„ἄρα. deinceps." Clarke. v. ad 367.

389. ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς. ἐπίστατο, ἐδύνατο recte Schol. br. frustra repugnante Schol. B. Vidimus sup. Π, 142 et saepe. εἰώθει reddunt alia Scholia Townl.

390. τὴν πατρὶ Φίλῳ τάμε Χείρων. „ἐν ἄλλῳ τόρε Χείρων." Schol. A. vt quoque Lips. ex altero scilicet loco Π, 143. Sed τάμε nunc vbique, etiam in Schol. Pindari N. III, p. 689.

391. Πηλίου ἐκ κορυφῆς. Schol. A. „Πηλίου ἐν κορυφῆσ'. οὕτως πληθυντικῶς Ἀρίσταρχος. Ipse tamen Venetus vulgatam habet, sicque etiam Π, 144 editur.

392. Αὐτομέδων τε καὶ Ἄλκιμος ⁒ „quod Alcimedon (Π, 197) nunc est Ἄλκιμος hic et inf. Ω, 474. 574. Notauit quoque Strabo inter exempla τῆς ἀποκοπῆς nominum lib. VIII, p. 560 A.

393. ζεύγνυον. „οὕτως διὰ τοῦ ο, ζεύγνυον" Schol. A. sicque Ven. A. Barocc. Lips. Mori. Harl. Vat. Vrat. A. b. d. fragm. Mosc. duo Vindob. sicque ed. Rom. cum Eustath. ergo recipiendum erat, pro vulgato ζεύγνυσαν. Similis varietas inf. Ω, 783. vbi tamen ζεύγνυσαν codicum numero defenditur.

ἀμφὶ δὲ καλὰ λέπαδν' ἔσαν. Barnes ἕσαν intulerat, per ſe non male, nam ipſi, Automedon et Alcimedon ζεύγνυον, ἐνέβαλον, ideo etiam ἀμφίεσαν. Fuiſſe quoque ſic alicubi lectum apparet ex Euſtathio monente: τὸ ἕσαν οὐ δασύνεται. Vt tamen nunc legitur, interpoſita eſſe puta in medio: ἀμφίεσαν δὲ (τοῖς ἵπποις) καλὰ λέπαδνα. erant ipſis circumcirca, in iugo.

λέπαδνα vidimus iam E, 730. Schol. br. οἱ ὑποτραχήλιοι ἱμάντες. οἱ μασχαλιστῆρες. Schol. B. περιστηθίους (στηθίους Townl. στηθείους Euſtath.) ἱμάντας reddit τοὺς καθιεμένους κατὰ τῶν ἱππείων τραχήλων, et Schol. Moſc. τοὺς ἐπιτραχηλίους ἱμάντας. Schol. Townl. „θέσαν ἀντὶ τοῦ ἕσαν κατὰ παράληψιν τοῦ θ." quae non aſſequor; λέπαδνα θέσαν metrum non admittit. an ille ἕσαν legit et expoſuit, θέσαν, περιέθεσαν?

394. γαμφηλῇσ' ἔβαλον. γαμφηλῇς Cant. et alii, perpetua varietate, quam nulla lege conſtituas, niſi vt, quod ſemel delegeris, vbique ſequaris. Deſiderabam Ionicum: γαμφηλῇσι βάλον. ſunt h. l. σιαγόνες, malae equorum; at N, 200 rictus leonum.

395. κολλητὸν προτὶ δίφρον. Harl. ἐπί. δίφρον κολλητὸν, pluribus partibus bene iunctis, εὖ ἀραρότα.

ὁ δὲ μάστιγα φαεινὴν, aere ſeu auro, vidimus iam K, 500. ὁ δὲ μ. vbique codd. Erat tamen in edd. ὁ δ' ἂρ μάστιγα. quod debetur Turnebo, corrigenti vitioſam lectionem Flor. Aldd. Rom. ὁ δ' ἄρα μ.

396. χειρὶ λαβὼν ἀραρυῖαν. non λαβὼν χειρὶ, ſed, ἀραρυῖαν χειρὶ, habilem.

ἐφ' ἵπποιϊν ἀνόρουσεν. Harlei. ἐφ' ἵπποισιν.

397. ὄπιθεν δὲ κορυσσάμενος βῆ 'Αχιλλεύς. Barnes mutauit in κορυσσόμενος, ſine auctoritate, et perperam; accepiſſe videtur vocem, vt ſit *pugnans;* at eſt, poſtquam ſe armauerat.

398. τεύχεσι παμφαίνων, ὥςτ' ἠλέκτωρ ὑπερίων. puta duo eſſe epitheta, omiſſo Subſtantiuo Ἥλιος. vt ſup. Θ, 480 ὑπερίονος Ἠελίοιο. vbi v. Obſſ. eſt ſupernus. itaque mutaui Ὑπερίων in ὑπερίων. At poſtea Hyperion

pro nomine proprio habitum eſt, tributo tandem ipſi patri Solis: ſic in Hymno in Solem vſ. 4. et in vno loco Od. M, 176 Ἠελίου δ' αὐγὴ Ὑπεριονίδαο ἄνακτος. cum vbique alias pro adiectiuo habere liceat.

Agunt porro Scholia copioſe de ἠλέκτωρ, quod tamen lectum iam erat Z, 513. (VI) vbi v. Obſſ. In Schol. B. inſertus locus eſt ex Heraclid. Alleg. 44. Apollonii Lex. locus eſt turbatus; nam laudatur ex Homero ἠλέκτωρ ὑπελάμπεθ'. at hoc eſt ex Heſiodo; et vidit Slothower excidiſſe nomen Heſiodi: περὶ οὗ φησιν (Ἡσίοδος) ἠλέκτρῳ δ' ὑπολαμπὲς ἔην.

τεύχεσι παμφαίνων. Cant. Vat. τεύχεσι λαμπόμενος.

399. πατρὸς ἑοῖο. ſui. v. Excurſ. VII. ad A. p. 186. Ante hunc verſum temere inculcat et inter fragmenta Homerica repoſuit duo verſus ſuo Marte excuſos Barnes: Ἑζομένου δ' ἄρα τοῖο μέγ' ἔβραχε χάλκεος ἄξων βριθοσύνῃ δώρων τε θεοῦ καὶ καρτεροῦ ἀνδρός. σμερδαλέον etc. Moneo, ne, ſi forte in eos incideris, turberis.

400. Ξάνθε τε καὶ Βαλίε, τηλεκλυτὰ τέκνα Ποδάργης. „σημειοῦνταί τινες, ὅτι ἐντεῦθεν ἡ διασκευὴ (interpolatio: vt ſup. monui in Schol. ad vſ. 327) τοῦ τεθρίππου πεποίηται· Ξάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε καὶ Αἴθων, Λάμπε τε δῖε.“ Schol. A. Reſpicit locum ſup Θ, (VIII) 185 vbi v. Obſſ. qui totus verſus confictus διασκευασθεὶς erat ab aliquo qui ad exemplum equorum Achillis Xanthi et Balii, Hectorem inſtruere volebat equis, et quidem quaternis, nominibus ſuis inſignitis. Atqui quadrigis in pugna non vecti ſunt, nec vti iis potuere. Monetur quoque hoc, quod nunc nulla mentio fit tertii equi Pedaſi Π, 152. atqui is occubuerat Π, 468.

Recitat verſum Apollon. Lex. in Ἅρπυιαι, vt doceat Ποδάργην eſſe nomen proprium, non adiectiuum. De Xantho et Balio et Podarge, v. ad Π, 149. Si, quod Bentleius facit, Heſychio et Etymologo obtemperamus, qui Βαλίας et Βαλίαν memorant, ſcriptum fuit h. l. Βαλία.

401. ἄλλως δὴ φράζεσθε σαωσέμεν ἡνιοχῆα. ἄλλως δὴ, μὴ, ὡς ἐπὶ Πατρόκλῳ. φράζεσθε, φροντίζεσθε, curate, efficite, vt. Hesych. in ἄλλως. — ἄλλως ἂν φράζεσθε σαωσέμεν. ἑτέρως δὲ (f. δὴ) βουλεύσασθε σῶσαι τὸν ἡνίοχον ἡμῶν. (leg. ὑμῶν) ἄλλως τε (f. ἄλλως δὲ,) μάλιστα, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον. Alio modo ἄλλως vsurpatum, ματαίως, inf. Ψ, 144.

ἡνιοχῆας erat editum inde a Flor. Aldd. Turn. quam lectionem quoque norat Eustath. Schol. B. et Lipf. ad Jl. A, 423 vbi Wassenberg. eam probabat. Nec videntur aliter legisse Ven. B. et Townl. Ita ἡνίοχοι sunt dicti de ἡνιόχῳ proprie dicto et παραβάτῃ simul. Habet tamen singularis maiorem h. l. vim, vt de solo Achille dicatur, respectu Patrocli caesi; etsi vere παραβάτης erat; verum et Patroclus sic dictus erat ἡνίοχος P, 427. Reuocauit hoc ex ed. Rom. Henr. Stephanus; adstipulantur codd. Ven. Mosc. fr. Hesych. l. c.

402. ἂψ Δαναῶν ἐς ὅμιλον. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἂψ λαῶν." minus hoc probandum.

ἐπεί χ' ἕωμεν πολέμοιο. Reliqui hoc vt vulgo scribitur, sensu hoc constituto: *vbi exsatiauerimus nos pugnando*, h. e. quando pugnando fessi erimus. Verum dicendum est diligentius de hac voce; primo commemorando grammaticorum effata partim de scriptura, partim de significatu vocis ἕωμεν.

Dissenserunt veteres inter se primum de scriptura; legerunt enim plerique χ' ἕωμεν, quae lectio recepta fuit, alii ἕωμεν, (ergo κ' ἕωμεν) χέωμεν. χ' ἕωμεν. χέομεν. χ' ἕομεν. Orta dissensio ex ignoratione vocis; consensum tamen est in notionem τοῦ *satiare*. Audiamus nunc grammaticos.

Schol. A. „ἐπεί χ' ἕωμεν. ὅτι δασυντέον τὸ ἕωμεν. ἔστι γὰρ, ἄδην ἔχωμεν. κορεσθῶμεν.

Apollon. Lex. ἕωμεν κορεσθῶμεν. — ἐπεί κ' ἕωμεν πολέμου. Hesychius diuersis locis: primum, vbi ex ordine litterarum esse debebat ἐπεί κ' ἕωμεν p. 1321. editur: ἐπεί χ' ὦμεν πολέμοιο. ἐπειδὰν πληρωθῶμεν τοῦ πολέμου.

et paullo poſt p. 1323. ἐπεί χ' ἑῶμεν πολέμοιο. ἐπειδὰν πληρωθῶμεν τοῦ πολέμου. παρὰ τὸ· ἐξ ἔρον ἕντο. vbi bene ſupplet in poſiremis Alberti: παρὰ τὸ ἕω, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἕντο. ὡς· ἐξ ἔρον ἕντο. quod infra videbimus. Idem Heſych. ἑῶμεν. ἄδην ἔχωμεν. κορεσθῶμεν. ἀφῶμεν. vltimum hoc, quaſi ab ἑάω ſit: ſinamus.

Schol. br. ed. pr. Ald. „επειχεωμεν πολεμοιο." ἐπειδὰν ἀναμιχθῶμεν τοῖς πολεμίοις. (quae interpretatio quam rationem habeat, non aſſequor.) ἔνιοι δὲ, χέομεν. ὑποχωρήσομεν. ἐπεὶ χέωμεν, ἐπειδὰν κορεσθῶμεν. Priora habet quoque Schol. Moſc. pro poſterioribus haec: ἄλλοι δὲ, ἐπειδὰν χέωμεν, ἤγουν ἀναχωρήσωμεν. Payne Knight p. 94 procliuis erat in χέομεν, non tamen addit, qui ſenſus ſit.

Euſtathius legerat ἕομεν, aut quod e ſeqq. ſuſpicari licet ἕωμεν. addit tamen, ſcribi plerumque ἑῶμεν, et binis ſyllabis efferri, ἀντὶ τοῦ πληρωθῶμεν καὶ κορεσθῶμεν, ab ἕω, πληρῶ, ἕημι. vnde ſubiunctiuus ὦμεν, ἕωμεν.

Haec tandem ad veram vocis rationem exponendam ducunt. Verbum fuit fecundiſſimum variarum formarum et ſignificationum ἕω, vnde etiam ductum fuit ἵημι et ἕημι. Ex ἕω eſt ἕομεν, et ἕωμεν. ex ἕημι, ἑῶ, ἑῶμεν, ſubiunctiui. ex altero hoc quoque eſt ἕμην, ἕντο. Notionem habuit hoc verbum τοῦ πληρόω. proprie quidem ex adiunctis; id quod apparet ex verbis A, 469 αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. videtur ergo primitiua vis haud alia fuiſſe quam τοῦ ἵημι, mitto, moueo. ἐξέημι, emitto. eximo. ergo ἐξέημι ἔρον, h. e. πόθον, ἵμερον, cibi, eſt, ſatio. Inde inualuit vſu loquendi, vt ἕω, ἕημι ſimpliciter diceretur pro κορέννυμι. et ſic ἐπεί χ' ἕωμεν, pro ἐξέωμεν, vel ἐξεῶμεν, ἔρον, ἔρωτα, πόθον, πολέμοιο, τοῦ μάχεσθαι, dictum ſimpliciter, ἐπεί χ' ἕωμεν πολέμοιο. Ita ſane deducta res eſt ad vulgarem notionem: exſatiare ſe pugna. h. e. pugnare ad ſatietatem pro viribus.

Nunc videbimus rationem ineſſe ceteris, quae ex antiquis grammaticis enotarunt Euſtathius et Etymologus; ille quidem, poſt ſuperius memorata, pergit: ἀπὸ δὲ τοῦ

ἕημι, καὶ τὸ ἕντο γίνεται. οἷον· ἐξ ἔρον ἕντο. καὶ τὸ εἶναι, ἤτοι πληρῶσαι. οἷον· ἐξ ἔρον εἶναι. (Jl. N, 638) cf. eund. ad A, 469. p. 136. Etymologus autem in ἐΦεῖντο p. 403. ἔστιν ἕω ῥῆμα, καὶ σημαίνει τὸ κορεννύω. ὡς τὸ, ἐπεί χ' ἕωμεν πολέμοιο, ἀντὶ τοῦ κορεσθῶμεν. — ἕεμι, εἷμι, ἕεμαι, εἷμαι, vnde praeteritum imperfectum εἵμην, εἷντο. (at ἕντο debet eſſe ab ἕμην, quem nos aoriſtum appellamus medii.) cf. p. 15, 43 vbi ſimilia affert, et ex ἕω ducit ἕδω, ἥδω, et ab ἄω, ἄδω. de quo v. ad ἄδην E, 203.

Secundum ea, quae paullo ante allata et commemorata fuere, apparet vtrumque recte ſcribi ἕωμεν, ſi ab ἕω duxeris, et ἑῶμεν, ſi ab ἕημι, vt ἰῶμεν et ὦμεν eſt ab ἵημι ſubiunctiuus. Expreſſum tamen eſt ἐπεί χ' ἑῶμεν in edd. inde a Flor. etiam in Rom. Habet quidem H. Stephanus in marg. γρ. ἐπεί χ' ἕομεν, ſed ex Euſtathio; notatum quoque a Clarkio ex cod. Harlei. pro var. lect. puto; nam Bentl. nil ex eo cod. enotauit. Mſ. Lipſ. ἑῶμεν cum gloſſa κορεσθῶμεν. at in marg. ἑῶμεν, cum gl. ὑποχωρήσομεν τοῦ πολέμου. quaſi eſſe poſſit ab ἐᾶν. Etiam Vrat. A. ἐπεί κ' ἑῶμεν. quod iam ſupra vidimus olim in libris antiquis occurriſſe. Vindob. alter ἕωμεν, alter ἑῶμεν et a m. ſec. ἕομεν.

Videtur eadem vox reſtituenda eſſe Heſiodo Sc. Herc. 255. vbi Κῆρες — αἱ δὲ Φρένας εὖτ' ἀρέσαντο αἵματος ἀνδρομέου. Videtur ἀρέσασθαι ferri poſſe, nam eſt placare, vt Jl. I, 112. et al. ergo et, ſatiare. At Schol. ἕσαντο, ἕω, τὸ πληρῶ. ἕσω. ἧσα et ἕσα. ἑσάμην, ἕσαντο. etſi male addit, ex ἕσαντο per ſyncopen factum eſſe ἕντο et ἕσαν. Fuit ergo antiqua lectio: εὖτ' ἄρ' ἕσαντο. Ex Harlei. ibid. notatur αὐτὰρ ἄσαντο, ſenſu ſane conueniens, ſed in metrum peccans. Edidit quoque Trincavellus εὖτ' ἄρ ἕσσαντο.

403. μηδ' ὡς Πάτροκλον, λίπετ' αὐτοῦ τεθνειῶτα. Schol. A. „γρ. αὐτόθι." τεθνηῶτα per η etiam h. l. multi, Lipſ. Cant. Mori. Vrat. d.

404. ὑπὸ ζυγόφι — ἵππος. ὑπὸ ζυγοῦ ὤν, vt erat iugo iunctus, ὑποζύγιος, ὑποζευχθείς.

πόδας αἰόλος ἵππος. nunc αἰόλος ſine controuerſia eſt ταχύς. Sic quoque Porphyr. Qu. 3. cf. ad Δ, 186.

405. ἤμυσε καρήατι. Sch. A. B. br. Euſtath. accipiunt, παρέκλινε τὴν κεφαλήν, vt retro flexerit equus caput ad alloquendum Achillem; ignorata vi vocis. ἠμύειν, eſt *demiſſo eſſe capite* vt prae moerore aliquis facit; nec eſt actiuum, vnde eſt καρήατι, non κάρηαρ, et reliqua adiuncta hoc idem declarant. v. disputata ad B, 148. hactenus recte Apollon. Lex. ἤμυσεν, ἐκλίθη.

406. Ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν, οὖδας ἵκανε. Verſum iam vidimus P, 440. eoque et voc. ζεύγλην. Sch. B. ζεύγλη τὸ ὑπὸ τὸν ζυγὸν μέρος, εἰς ὃ ὁ τράχηλος ἐντίθεται. περὶ ζυγὸν Euſtath.

Diſtinguit Vrat. A. ἐξεριποῦσα, παρὰ ζυγὸν οὖδας ἵκανεν.

407. αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη. — „ἀθετεῖται, quia ſuperuacuus verſus, et repugnat verſui 418. vbi Erinnyes loquentem cohibent; quidni et fari iuſſerunt equum eaedem? vt quoque ſup. B, 318 idem deus, qui oſtentum obtulerat, illud etiam in monimentum vertit: τὸν μὲν ἀρίζηλον θῆκε θεὸς ὅςπερ ἔφηνε." Sch. A. Alia Sch. B. monet: alienum videri a perſona Iunonis, quod illa, Achilli ſtudioſa, animum eius vaticinio tam triſti conturbat. Defendit ille ſic, vt dicat: loquelam equi, qua aer percutitur, auctori Iunoni tribui tanquam deae aeris, et Thetidem matrem iam praedixiſſe filio: αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' Ἕκτορα πότμος ἕτοιμος Σ, 96. Prius illud eſt ineptum; etſi Euſtath. recoquit; Alia fabulatus erat Diodorus neſcio quis apud eundem de Xantho et Balio, Titanibus, in equos mutatis. Eſto alterum, Achillem prodigio non potuiſſe turbari, cum mortem inſtantem ex matre iam reſciuiſſet; nulla tamen apparet huius prodigii vtilitas, quam in eo mittendo ſpectare potuerit Iuno: noluit enim malo omine auertere Achillem a pugna. Iunonis itaque perſona prorſus alie-

na est a re. Bene de his quoque disputauit Koeppen p. 239. 240.

Rhapsodo alicui hunc versum deberi haud dubito, qui auctorem prodigii addere volebat, in personam vero incidit a negotio alienam. Alia quaestio esse potest de toto loco, sitne ille a poeta profectus, an serius insertus, cum antea liber esset finitus post vs. 403. subiecto versu vltimo: ἦ ῥα, καὶ ἐν πρώτοις ἰάχων ἔχε μώνυχας ἵππους. Ad rerum enim summam prodigium nil facit, nisi quod mirationem facit ex nouitate et aberrationem a natura; et aliam mirationem animi immoti et imperterriti Achillis. Poterat aliquis, eorum recordatus, quae Patroclo caeso memorata erant de equis, similia etiam in h. l. desiderare, eaque, vt solent imitatores, vltra omnem modum ac fidem augere.

αὐδήεντα non esse simpliciter φωνήεντα, contendunt Scholia br. et B. sed voce humana vtentem; φωνῇ ἐνάρθρῳ χρώμενον; vt Circe δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα Od. K, 136. Nam dii etiam loquuntur, sed διὰ σημείων, οἰωνῶν καὶ ἱερείων, καὶ θυσιῶν, καὶ δι' ὀνείρων καὶ ἐφετμῶν (vt Od. Δ, 353) at Circe voce humana vsa est." Concinit obseruatio Galeni in glossis Hippocrat. in ἄναυδος adscripto hoc versu. cf. eund. ad Epidem. Hippocr. III. To. IX. Chart. p. 298. vbi quoque versus laudatur, et res docte et diserte dilucidatur; habent enim et equi et reliqua animantia suam φωνήν, non vero αὐδήν. Attribuitur iis φθέγγεσθαι, quando voce a natura accepta vtuntur. Sic Herodot. III, 84 vbi narrat Persas inter se conuenisse, vt regnaret ille, ὅτευ ἂν ὁ ἵππος, ἡλίου ἀνατέλλοντος, πρῶτος φθέγξεται. hinniret.

De re ipsa vt pauca moneam; non magnopere mirari licet, rudiores homines animantibus vocem tribuisse, et creditum quoque esse, ab iis voces et monita esse emissa; vtriusque enim rei caussae erant in antiquorum hominum sermone, et in opinionibus vulgaribus, et in ipso vitae vsu. Versabantur illi inter animantia domestica, tanquam inter familiares suos, compellabant ea et

hortabantur aut increpabant, non aliter ac nostri agasones sua iumenta. Sic Cyclops in Od. I, 447 Κριὲ πέπον, τί μοι ὧδε etc. Pro alloquii exemplo sunt verba Hectoris Θ, 185 et ipso nostro loco Achillis. Cum porro antiqui homines quicquid enuntiarent, in actum et in mythum mutare et in dramatis morem conuertere, itaque agentes et loquentes inducere solerent eos, de quibus narrarent, cumque rebus etiam inanimatis, multo magis animantibus, sensum et sermonem tribuerent: non tam insolens hoc illis videri debuit, equum, quem Achilles iniquo iudicio increpabat, iniuriam factam sensisse, sensumque more humano declarasse; quod multo minus improbabile haberi debuit, cum θεῖος esset ἵππος, cumque iam sup. P, 426 sq. iidem equi lacrimas effudissent, et sine auriga in castra redire noluissent. Recte itaque Schol. Townl. εἰ θείας μετέχουσι φύσεως, τί ἄτοπον καὶ φωνεῖν;

Vt his phantasmatibus adsuescerent homines, duo alia accessere; primo fabularum vsus, quas serior aetas Aesopias appellauit, in quibus sensus humanus et oratio tribui solebat animantibus; e quo genere inter Asiae populos frequentissimo, iam apud Hesiodum est dictum E, 203 accipitri tributum, ab Archilocho aliud aquilae. Schol. Townl. post illa, quae modo ex iis adscripsi: πρῶτος δὲ Ὅμηρος τοῦτο ἐποίησεν (vt vocalia essent bruta) Ἡσίοδος δὲ ἐπὶ τοῦ ἱέρακος. Ἀρχίλοχος ἐπὶ τοῦ ἀετοῦ. καὶ Αἴσωπος ὕστερον κατεχρήσατο. tum auguriorum superstitio, qua auium volatus et cantus obseruabatur, ex iisque futura audita esse dicebantur. Acceptum hoc plerumque sic, vt *naturalis*, auium maxime, tum vero et aliorum animantium, *vox* ad notiones humanas arte augurali reuocaretur per interpretationem; interdum vero, quod multo magis portentosum, etiam *voce humana* animantia loquuta esse credita sunt. Itaque hoc etiam ad prodigia et ostenta traductum est, vt animantia loquuta esse narrarentur, quod iam Aegyptios sibi persuasisse ex Aeliano patet H. An. XII, 3. vbi ille Homericum ostentum

equi loquentis memorat, et Alcmanem narrat Homeri imitatorem fuiſſe: καὶ Ἀλκμὰν δὲ μιμούμενος ἐν τοῖς τοιούτοις Ὅμηρον. Nam apud Romanos bouem loquutam eſſe non ſemel modo narratum legimus. Nec aſinos itaque aut verueces vocem emiſiſſe ſi quis narraſſet, rem omni fide maiorem eſſe putarunt. Inde in antiquiſſimis fabulis eſt, arietem Phrixi monita dediſſe. et Melampodem vatem, vinculis habitum in caſula, cuius ruinam imminentem ſentiebat, audiſſe vermes lignum corrodentes, alium interrogantem, quanta trabis pars adhuc reſtaret integra, alterum reſpondentem, haud multum adhuc ſupereſſe: Apollod. I, 9, 12. Quid quod et quercus vocalis Dodonae habita, et Argo vocalis. Mature tamen reliquere haec poetae, cum priſci ſermonis veſtigia ſenſim exoleſcerent tandemque euaneſcerent, dum in tropos et poeticas formulas transirent.

408. ὄβριμ' Ἀχιλλεῦ. Variat ſcriptura ὄμβριμ' etiam h. l.

409. οὐδέ τοι ἡμεῖς αἴτιοι. Vulgatum erat τι, quod ante ἡμεῖς hiatum inferebat; ſed τοι exhibent ipſi libri Cant. Harl. Vat. Townl. Vrat. A. Ven. fr. Moſc. οὔτοι vn. Vindob. Etiam in principio verſus ἀλλά τοι ἐγγύθεν Lipſ. ἀλλ' ἤ, ſaltem ἦ eſſe debet. vn. Vindob. ἀλλ' ἤτοι.

411. οὐδὲ γὰρ ἡμετέρῃ βραδυτῆτι τε νωχελίῃ τε. Abeſt τε Vrat. A. Lipſ. male. „γρ. νωθείᾳ" Clarke. habebat hoc pro var. lect. cod. Harlei. βραδυτῆτι Schol. br. ἀσθενείᾳ. Et Heſych. νωχέλεια, ἀσθένεια, βραδυτής, ἀργεία, νωθεία, ὁμαλότης. vltimum hoc ſpectat ad eam inertiam, qua motus ſiſtitur in loco plano. Etymol. νωχελής, ὁ νωθρὸς, καὶ ἀσθενὴς, καὶ δυςκίνητος. νωκελής τις ὤν. ὁ ἐστερημένος τοῦ κέλλειν. κέλλειν δέ ἐστι, τὸ ταχέως τρέχειν. (vnde κέλης ἵππος) In Homero eſt κέλλειν τὰς νῆας. appellere.

412. Πατρόκλου τεύχε' ἕλοντο. Apud Euſtath. eſt Πάτροκλον. nec indocte.

413. ἀλλὰ θεῶν ὥριστος. ſic edd. praeter Ald. 2. in qua ἄριστος. et Rom. ὥριστος. v. ſup. ad Λ, 288. Bentl. et hic correxerat ὥριστος.

415. *νῶϊ δὲ καί κεν ἅμα πνοιῇ Ζεφύροιο θέοιμεν.* aequando venti velocitatem. Illustratum est iam ad M, 207. Recitat hos vss. Schol. Apollonii II, 276 vbi quod h. l. est, aequare ventos cursu, redditur per alterum, ventum praeteruolare, *Ζεφύροιο παραΐσσεσκεν ἀέλλας.*

416. 417. — „*ἀθετοῦνται*, et recte, quod nec necessarii, et quod improbabile est, equum tam docte loqui" Sch. A. At me maxime molestum habet hoc, quod Zephyrus Xanthi erat pater, de quo ista praedicare natum vix consentaneum videri potuit poetae.

τόν περ ἐλαφρότατον recitat Schol. Apollonii Arg. II, 276. pro *ἥν περ ἐλαφροτάτην φάσ' ἔμμεναι.*

418. *ὣς ἄρα φωνήσαντος Ἐριννύες ἔσχεθον αὐδήν.* ⸖ respicit diple *ἀθέτησιν* versus 407. si enim Iuno vocem equo tribuerat, cur Erinnyes, non ipsa, plura loqui vetant? Cur autem *Erinnyes* vocem equi represserunt? Ait Schol. A. cum Sch. br. *πάντα γὰρ τὰ παράλογα καὶ τεράστια δοκεῖ ὑπὸ Ἐριννύων γίνεσθαι.*" noua doctrina, cuius exempla non memini. Idem tamen innuit Sch. B. cum Sch Exc. his verbis: *ἐπίσκοποι γάρ εἰσι τῶν παρὰ φύσιν.* Addit tamen: *ἢ τὸν περὶ θανάτου λόγον ἀνεγράψαντο.*" Voluitne dicere *παρεγράψατο*? Erinnys noluit vlteriora equum de morte Achillis eloqui. Sic Phineus punitus ab Erinnysi, quod nimis multa vaticinando aperuerat ap. Apollon. II, 220. Apud Virgil. Aen. III, 379. 380. sant Parcae et Iuno quae fata exponere prohibent. Legitur tamen *ἀνεγράψαντο* etiam in Schol. Townl. Mosc. Erinnyas perscripsisse, consignasse tanquam litteris, mortem Achillis.

Ceterum haec de morte Achillis a Paride et Apolline serius illata spectant ad Posthomerica; et praedictionem de Achillis fatis vltimum locum occupant. v. sup. Obss. ad Σ, 8. disertius exposita ab Hectore moribundo inf. X, 358. 9. 360.

Ἐρινύς vno *ν* etiam h. l. Townl.

Φωνήσαντες Ἐρινύες Vrat. d. perperam.

421. εὖ νύ τοι οἶδα. Improba lectio, quae in digamma peccat. Fuit ευ νυ τι ϝοιδα. vidit quoque Bentl. malim tamen εὖ νύ γε.

423. οὐ λήξω abſolute: ſc. πολεμῶν, μαχόμενος. non ceſſabo a proſequendo id quod meditor. Nec licet iungere οὐ λήξω πολέμοιο.

πρὶν Τρῶας ἄδην ἐλάσαι πολέμοιο. Sch. B. ἀθρόως κορέσαι καὶ πληρῶσαι. Recte; ſed ex his nemo vocis rationem preceperit. Eſt ἐλάσαι τοὺς Τρῶας εἰς ἄδην, εἰς κόρον, τοῦ μάχεσθαι. Vide dicta ad N, 315 et de ἄδην ad E, 203.

ἐλάσω ἢ μᾶλλον ἐλάσαι, Euſtath. Barnes ἐλάαν memorat. Τρωσὶν Barocc. alterum tamen in margine. ἄδην Townl. vt alibi occurrere vidimus.

424. ἐν πρώτοις ἰάχων ἔχε μώνυχας ἵππους. Bentlei. em. ἐν πρώτοισιν ἐὼν vt Δ, 341 et M, 315 μετὰ πρώτοισιν ἐόντας.

EXCVRSVS AD LIBRVM XIX (T)

EXCVRSVS I

de Ate

T, 90. θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ πρέσβα, Διὸς θυγάτηρ, Ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται, οὐλομένη, τῆς μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες —

Quandoquidem inter primarios fructus, quos ex Homeri lectione reportare volumus, eſt ſermonis antiqui ratio, priſcorumque hominum mos et vſus nouas rerum notiones concipiendi et declarandi, maxime ſi mente tantum et animi iudicio percipi res poſſunt: de *Ate* licebit pauca monere, etſi de ea iam olim a me tum ab aliis actum, et ſupra quoque ad I, 115 in Notis de ea vniuerſe monitum eſt. Eſt enim ea pro exemplo exoptato ſermonis antiquioris, ſymbolice mentis cogitata declarantis, e quo nati ſunt mythi, tropi, phantaſmata et ornamenta poetica et rhetorica. Porro hoc exemplo declaratum habemus, quomodo in hominum ſermone fingendo ab aliqua notione voci ſubiecta non tam animi iudicium, quam phantaſia et fingendi licentia procedat ad ſimiles notiones, quarum tamen iungendarum et copulandarum mira eſt ſollertia hominum etiam rudiorum.

Ἄτη igitur, ſi loca Homerica compares, I. primo loco eſt *vecordia animi* ſiue ira exaſperati ſiue ſuperbia inflati, ſiue ex alio mentis occaecatae affectu, quo quis praeceps conſilium capit, iudicium prauum impulſumue

cupiditatis, vel odii et irae temere fequitur, inde ex reatu et culpa aerumnis fe implicat, quae interdum alios cafus infauftos arceffunt. A, 412 γνῶ δὲ καὶ Ἀτρείδης ἣν ἄτην. et noftro loco T, 88 οἵ τε μοι εἰν ἀγορῇ φρεσὶν ἔμβαλον ἄγριον ἄτην. 135 οὐ δύναμαι λελαθέσθ' ἄτης, ᾗ πρῶτον ἀάσθην. Od. Δ, 261 Helena de fe: ἄτην δὲ μετέστενον, ἣν Ἀφροδίτη δῶχ', ὅτε μ' ἤγαγε κεῖσε. et de eadem Od. Ψ, 223 τὴν δ' ἄτην οὐ πρόσθεν ἑῷ ἐγκάτθετο θυμῷ λυγρὴν etc. vecordiam alieni amoris nunquam antea in animum fuum admiferat. et de Melampodis armenta Iphiti abducturi, fed capti et vinculis habiti, vecordia, Od. O, 233 δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ δέδετο, κρατέρ' ἄλγεα πάσχων, εἵνεκα Νηλῆος κούρης ἄτης τε βαρείης, τήν οἱ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ δασπλῆτις Ἐριννύς. Poteft ita accipi de Dolone profitente haec: Jl. K, 391 πολλῇσι μ' ἄτῃσι παρὲκ νόον ἤγαγεν Ἕκτωρ, vt fit σὺν πολλῇ ἄτῃ, magna cum animi ftultitia, cum fplendidis Hectoris promiffis in fraudem effet inductus. etfi ibi quoque locum habet alia interpretatio. Eft haec quoque Iouis ftultitia et error praeceps, cum a Iunone pateretur fe induci vt iuraret T, 95 fq.

II. Cum autem interdum difficile ad affequendum fit, quomodo aliquis, alioqui prudens et σώφρων, praeceps ferri potuerit ad tantam mentis occaecatae ftultitiam: res faepe referri coepit ad *fatalem* aliquam *neceffitatem*, aut ad *dei alicuius inuidiam* vel *fraudem*; quod Agamemnon profitetur T, 86. 87 ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι, ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννύς, οἵ τε μοι εἰν ἀγορῇ φρεσὶν ἔμβαλον ἄγριον ἄτην. Adiuncta hinc plerumque haec notio, vt fit ftultitia et vecordia *diuinitus immiffa*. Ita de ipfa Helena loco fupra memorato: Od. Ψ, 223 τὴν δ' ἤτοι ῥέξαι θεὸς ὤρορεν ἔργον ἀεικές· τὴν δ' ἄτην οὐ πρόσθεν ἑῷ ἐγκάτθετο θυμῷ. Inde quoque torpor animi et ftupor, quo percuffus repente fuerat Patroclus, vt fui potens non effet, redditur per ἄτην· τὸν δ' ἄτη φρένας εἷλε, λύθεν δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα. στῆ

δὲ ταφών. Jl. Π, 805. 6. ſtuporem inflixerat Apollo, qui eum manu percuſſerat vſſ. 791 ſq.

III. ἄτη eſt *iniuria*, ὕβρις, quam quis, tali mentis errore abreptus, infert aliis. Talis eſt Ἄτη in perſonam mutata Jl. I, 500. 1. 2. quam ſubſequuntur Λιταὶ, iniuriam illatam deprecantes cum vecorditer actorum poenitentia. Conuenit notio, vt

IV. ἄτη ſit *flagitium* occaecata mente perpetratum. Hoc ſenſu aliquoties occurrit Paridis ἄτη Z. 356. Ω, 28.

V. ἄτη eſt facinore vel iniuria contractus *reatus*, et debita ex reatu *poena*, quae talem iniuriam manet. Haec eſt Ἄτη, quae premit eum, qui mala perpetrauit vel intulit, vt pro iniuria ſatisfaciat aut poenam luat: I, 508 Preces ſupplices, Λιταὶ, Iouem orant, τῷ ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι, ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ, vt reus iniuriae poenam ſoluat ipſe aliud malum expertus. Ita eſt

VI. ἄτη *malum*, *calamitas* errore animi et fraude arceſſita. Sic Agamemnon queritur B, 111 Ζεύς με ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ. Θ, 237 idem cum indignatione: an tu vnquam, Iupiter, alium regem τῇδ' ἄτῃ ἄασας καί μιν μέγα κῦδος ἀπηύρας, in talem calamitatem immiſiſti, vt tanto ſe dedecore affectum videret! Et ipſe Achilles T, 270 Ζεῦ πάτερ, ἦ μεγάλας ἄτας ἄνδρεσσι διδοῖσθα. Vlyſſes in inſula Solis euigilans, O Iupiter et dii, ἦ με μάλ' εἰς ἄτην κοιμήσατε. Eaque ſollennis fere hinc manſit notio vocis, cuius ſimilem vſum poſtea nacta eſt vox νόσος apud Tragicos v. c. ap. Eurip. Troad. 27. 1042.

VII. Cum vix aliter fieri potuerit, quam vt in animis ſeu perturbatis affectu, ſeu ſenſu et phantaſmate abreptis cum aliqua notione τῆς ἄτης altera ſe implicaret et copularet: mirandum non eſt, ineſſe interdum voci *complexum plurium notionum*, vt interpretatio haud vna modo locum habeat: idque maxime intelligas in locis in quibus *Ate dea* a poeta exhibetur I, 500 ſq. et T, 90 ſqq. Verum et in aliis: Jl. Ω, 480 ὡς δ' ὅταν ἄνδρ' ἄτη πυκινὴ λάβῃ, ὅςτ' ἐνὶ πάτρῃ φῶτα κατακτείνας ἄλλον ἐξίκετο δῆμον, ἀνδρὸς ἐς ἀφνειοῦ, θάμβος δ' ἔχει

εἰζορέωντας. hic eſt ſcelus ipſum caedis perpetratae, cum reatu, et calamitate grauiſſima exulantis. Od. Φ, 302 vbi praeceſſerat 293 οἶνός σε τρώει μελιηδὴς, ὅς τε καὶ ἄλλους βλάπτει — οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα ἄασεν apud Pirithoum: ὁ δ' ἐπεὶ φρένας ἄασεν οἴνῳ, μαινόμενος κάκ' ἔρεξε. tum heroes eum aedibus proturbarunt auribus et naribus reſciſſis: ita ille abiit ſuam vecordiam et malum inde contractum ſecum auferens: ὁ δὲ φρεσὶν ᾗσιν ἀασθεὶς ᾔϊεν ἣν ἄτην ὀχέων ἀεσίφρονι θυμῷ.

Cum haec ſit propria animi humani ſeu imbecillitas ſeu peruerſitas, vt erroris et perperam facti cauſſas ad alios transferre et a nobis auertere ſtudeamus: rudioribus ingeniis antiquiorum aetatum ea vbique innata fuit ſtoliditas, vt ad deos auctores referrent ea, quae quis ira, animi ardore, cupiditate, ſcelere abreptus commiſerat. Res eſt nunc inter vulgaria, etiam ex libris ſacris declarata. Monebo tantum verbo de notione multis modis variata. Cum primo θεοὶ vel δαίμονες vel θεὸς vniuerſe, δαίμων, τὸ θεῖον, aliquem impuliſſe dictum eſſet: ſucceſſit poſtea Fatum, fatalis aliqua neceſſitas, quae ad flagitium, et per hoc ad perniciem, adduceret; haec eſt ἡ Μοῖρα, poſtea εἱμαρμένη. Melius huic ſubſtituta eſt Ἐριννὺς, quae eadem commiſſum ſcelus vlciſcitur. Comprehendit plura in ſe vocabulum Ates, cuius vſus vulgaris poſtea abiit ad notionem communem mali, damni, calamitatis. Veſtigia eius adhuc ſunt in Pindaro Pyth. III, 42 de Coronide Apollinem poſthabente mortalis amori: ἔσχε τοιαύταν μεγάλαν ἀάταν λῆμα Κορωνίδος, ſtolidae mentis veſaniam. et de calamitate ex tali inſania P. II, 52 de Ixione epulis deorum admiſſo et Iunonis amplexus captante: ἀλλά νιν ὕβρις εἰς ἀάταν ὑπεράφανον ὦρσεν. Ita factum, vt interdum ipſa Ὕβρις ſuſtineret partes τῆς Ἄτης, tanquam cauſſa effectus. At Tragici pro hac Ate in ſcenam produxerant Fatum ſuum, quod tragicum appellamus: cuius egregio ad caſus tragicos vſu ſemel cognito, induliſſe ſibi videntur interdum licenter

in casibus tragicis regendis: cum fatum hoc v. c. ad totam aliquam domum et cumulanda in ea, vt in Atridarum aut Laii domo scelera, adhiberent. Variis modis variata est haec modo Erinnys modo ἡ θεός, Poena, δαίμων, quae per omnem stirpem grassatur et patrum seu maiorum commissa vlciscitur posteritatis calamitate. Persuasionem de tali fatali occaecatae mentis stultitia adoptarat Herodotus: de qua ab aliis est animaduersum. Successere tandem vulgares notiones θεομηνίας, Τύχης, Fortunae. Innuere haec pro consilio meo satis esto.

EXCVRSVS II

De digammo placita, quae in Homero probanda esse videntur.

T, 384 πειρήθη δ' ἕο αὐτοῦ.

Laborat lectio gemino vitio hiatus et digammi ignorati; antiquam lectionem fuisse πειρήθη δέ ϝε' αὐτοῦ, in aperto esse arbitror. Cum disputationem de digammo libris postremis dilatam seruarim: descendendum mihi tandem esse video ad quaestionem vel inuito. Doctrinam tamen de digammo accurate tradere, aut, quae de eo tradita et disputata sunt, repetere velle, alienum esset a consilio et re in qua versor. Commemoranda mihi sunt ea tantum, quae ad Homerum spectant; apponam tamen ex his quoque non nisi ea, quae multa obseruatione mihi constare, et vsum aliquem in Homericis habere visa sunt; etsi neque de his cum quopiam, qui aliter censeat, contendere lubeat. *)

*) Si cui placuerit ea, quae omnino de digammo varie et per opinionum ambages disputata sunt, cognoscere, consulat in inprimis *Dawes* Miscellan. crit. IV p. 113 sq. 122. cum *Burgess* p. 396. *Reinold* Historiam Gr. et Lat. Litt. p. 35. *Rich. Payne Knight* Analytical Essay on the Greek Alphabet. Praecesserant multi, qui caput hoc litteraturae Graecae attigerant, Bouhier, Chishull, Taylor, Wise. Nam occurrunt

Fuiſſe igitur *antiquioribus Graecis certarum vocum* a vocali incipientium *pronuntiationem* aliquam, quae etiam *in mediis* vocibus inter duas vocales locum habuit, dubitari nequit; fuiſſe eam *genus adſpirationis*, a ſpiritu aſpero diuerſum, in carmine autem *locum et vſum conſonae* tenuiſſe, liquido conſtat. Aeolibus illa vulgo tribuitur, et *digamma Aeolicum* appellatur.

Quo ſono veteres Graeci adſpirationem illam enuntiarint, nemo pro certo dixerit, creditur tamen ea ſono labiali propior fuiſſe, quia in Latino ſermone per V reddita eſt; a Doribus, inprimis a Lacedaemoniis per B. etiam per Υ. Transiit quoque in Γ. quod qua ratione factum ſit, ignoro. *) Comparari a recentioribus ſolet

huius generis nonnulla in Marmoribus et Numis. Equidem hoc ipſo, quod ad Homerica potiſſimum omnem disputationem reuocaui, et ab opinionum et ariolationum commentis ſegregaui ea, quae ipſa re et vſu ſe probarent, ad certiora nonnulla et veriora delatus eſſe mihi videor.

*) De his omnibus haud laboro: nihil enim nunc omnino de pronuntiatione conſtitui poteſt, praeterquam ex ſoni permutatione cum aliis ſimilibus; nam ipſa ſigna digammi incerta ac varia ſunt ac fuerunt; tum vero nec vna eademque digammi pronuntiatio inter omnes Graecos populos et tractus aut fuit aut eſſe potuit; potuit quoque eam mutare temperum progreſſus et hominum vſus: quis de his aliquid tuto ſtatui poſſe ſibi perſuaſerit? Nec noui, an noſtris auribus ſonus ille ſatis iucundus videri poſſit; mihi certe ſonus του ϝειπε vel εϝειπε, toties in Homericis obuius, non valde iucundus eſſe videtur. Digamma per Υ redditum videmus in Pindaro: αυαταν pro αϝαταν Pyth. III, 42. II, 52. vbi v. Schol. ſic αυιαχος pro αϝιαχος. v. ad Jl. N, 41. In numis Veliae in Lucania, quae Ἐλέα ſerius fuit, occurrit nomen etiam in Herodoto memoratum Υελη pro ϝελη. Fuit illa colonia deducta ante Olymp. XLV. a Phocaeenſibus ex Ionum genere. Apparet vel ex hoc exemplo: primo, digamma Ionibus quoque frequentatum eſſe; pronuntiatum fuiſſe per Υ et ita ſerius quoque, multis poſt Homerum aetatibus, ſcriptum, cum Aeoles ferantur vſi eſſe ſigno F. quod ſignum, re ignorata, a grammaticis pro Γ duplicato habitum digamma appellatum, locum dediſſe videtur mutationi digammi per gamma exarati in gloſſariis in

digammi pronuntiatio cum fono Britannorum in *one* aut in vocibus a w incipientibus. Verum in linguis, quae vſu populorum frequentari deſierunt, de pronuntiatione aliquid tuto ſtatui ac decerni poſſe, nondum mihi perſuadere potui.

Cum Romanorum Vau digamma conueniſſe, e notis Quintiliani grammaticorumque locis ſatis conſtat. Dionyſius Halic. Ant. Rom. I, 20. (p 16.) cum *ου* comparat, vt in loci nomine, qui in vrbe fuit, Velia *Ουελια*. Non recte confundi ſonos f. V. Φ. iam ſaepe a viris doctis notatum eſt, fuiſſe enim eos ſonos inter ſe diuerſos multis ex locis conſtat; Verum iſta huius loci haud ſunt.

Aeolum illud tanquam proprium habitum eſt iam inter veteres; eſtque haec opinio recepta a grammaticis ad noſtram aetatem propagata; ita iam Apollonius Dyscolus tradidit in fragm. App. Maitt. p. 425. 427. 432. (vbi *τὸν ἑὸν παῖδα* ſcribendum eſt *τον ϝον παιδα* et pro *τὰ ἑὰ κάδεα, τα ϝα.* pro *ἄτερ γέθεν*, ex Alcaeo, *ατερ ϝεθεν*.) In Latinis grammaticis appellatio eſt frequens. Priſcianus lib. I. cap. de numero litterar. p. 345 ad Varronem et Didymum prouocat. Sane in fragmento Sapphus ap. Longinum eſt *ἀλλὰ κάμμεν γλῶσσα ϝεαγε* vel *ϝεϝαγε* (at paullo ante aduerſatur: *ὡς γάρ εἴδω σε.* nam *ϝειδω* metro repugnat.) Firmauit hanc opinionem aliud, quod vulgo in hominum ore habitum eſt, linguam Latinam, in qua multa cum Graeco ſermone conueniunt, ad dialectum Aeolicam formatam eſſe.

Equidem, cum huius aſſerti fidem et fundum curatius inquirerem, nihil vidi eſſe ſatis firmum, cui vulgaris haec opinio inniteretur. Quid tandem commercii Latinis et, ductis ab iis, Romanis aut fuit, aut eſſe potuit *cum Aeolibus*, vt ab his ſermonem et grammaticam

capite vocum v. c. *γεθεν* pro *ϝεθεν*. *γέλεα* pro *ϝελεα*, ab *ἕλος*, palus. *γεντο* pro *ϝεντο*. Nec ſatis ſcio an in ſibilum proceſſerit aliquando digamma; vt *ſe* factum ſit ex *ἑ*, *ϝε*. Nam etiam aſper ſpiritus in ſibilum mutatus eſt, in *ſex* ex *ἕξ*, *ſeptem* ex *ἑπτά*, *ſuper* ex *ὑπέρ*.

adſciſcere poſſent? Aduerſatur aſſerto omnis hiſtoria antiquior. Immo vero Pelasgi fuere, qui, migratione in Italiam facta cum Aboriginibus, Auſonum ſtirpis populo, e quibus Latini fuere, coaluerunt. Itaque *digamma Pelasgicum* potius eſſet dicendum, ſi nomen certum impertire velles. Praeſtat tamen vel ſic dicere *antiquiorum* illud fuiſſe *Graecorum commune*, atque in vſu habitum vulgari in ſermone Graecorum vetuſtiore. Hellenes, aut a Pelasgis oriundos, Pelasgicaeque ſtirpis populum, aut cum iis permixtos (cf. Strabo V p. 337 C.) et ſubinde opibus auctis iis validiores, ſermonem cum iis communem ac promiſcuum habuiſſe, ex rebus narratis facile colligas. Iam Aeoles, qui antiquiora conſtantius retinuiſſe videntur, potuere quoque digamma in pronuntiatione diutius ſeruare, quam reliqui Hellenes; ſunt iidem molliores ſonos ſequuti et ſpiritum aſperum reſpuerunt. Cum itaque in Latino ſermone nonnulla ex antiquo Graecorum ſermone ducenda eſſe intellectum eſſet, quae conuenire videbant cum dialecto Aeolica, Aeolica illa appellata ſunt, cum antiqua appellanda eſſent, atque ita vulgaris opinio increbuit, etiam digammi Aeolici veſtigia in ſermone Romanorum ſupereſſe.

Atque hanc opinionem ſequuti ſunt grammatici cum Latini tum Graeci. Melius de his conſtaret, ſi Tyrannionis libellus exſtaret, qui apud Suidam voc. *Τυραννίων* ſcripſiſſe dicitur librum *περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, ὅτι ἐστὶν ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς.* vides eum non pronuntiare: *ἐκ τῆς Αἰολικῆς.* Minus caute alii, vt Quintilianus: *Aeolica ratione*, inquit, *cui ſermo noſter ſimillimus eſt*, et Athenaeus X, 6 p. 425 A. et alii.

Si tamen perſpectum et animo fixum habeas, omnino antiquioris ſermonis Graeci vſu, nec tantum Aeolum, frequentatum eſſe digamma, idque ſenſim ſenſimque in deſuetudinem abiiſſe: longe aliud iudicium animo ſubnaſcitur. Ab Aeolibus illud, vt paullo ante dixi, ſeruatum eſt conſtantius; proximo ab iis loco, a Doribus; occurrit enim adhuc in nonnullis vocibus Marmoris

Heracleensis. Quid mirum: si antiquiores quoque Iones illud in multis seruarunt? si iidem illud serius dedidicerunt et neglexerunt, vt eius vsus iam in Hippocrate obliteratus sit? Quod si haec a rerum vsu et more haud abhorrent, quid tam nouum hoc esse putabimus, si in Homero Ionico et antiquiore poeta, digammi, serius abrogati, vestigia haud pauca occurrunt, nec tamen omnia, quae Aeolum fuisse feruntur! vt nec inde, quod ista vestigia digammi cum Aeolismo conueniunt, colligere liceat, Aeolica ea esse? aut Aeolibus sublecta? aut Aeolicum fuisse poetam? Verbo: Homericum dicere praestat digamma; nec Aeolicum, nec Ionicum; vt nec Ionicam dicere placet dialectum in Homero regnare; praestat sermonem epicum dicere, et Homericum. *)

Ceterum de nomine digammi parum laboraremus, nisi illa persuasio, *Aeolicum* illud esse, non modo abduxisset viros doctos ab animaduertendo eius vsu in carminibus Homericis, verum etiam in transuersum eos egisset ad comminiscenda alia ab ipsa re aliena; in his inprimis acutissimum virum Dawes, qui Aeolico digammo abiecto comminiscitur Ionicum w, et puluere strenue moto caliginem inducit: cf. Burgess ad Dawes p. 396 sq.

Altera ex parte grammatici Aeolum nomini nimium honorem habuere, dum multa in Homero ex dialecto Aeolica duxere, iudicio haud meliore; qua enim fide, qua probabilitate poeta Ionicus ab Aeolibus plura mutuasse censen-

*) Post multa in aliam partem disputata, videtur ad hoc ipsum deuenisse Burgess p. 407 et p. XVII. post Fosterum p. 107. Adscribam Burgessii verba: „Iam quae dicta sunt, eo pertinent, vt ostendant, Aeolicam dialectum non vnius gentis fuisse propriam, sed antiquam vniuersae Graeciae dialectum; deinde ex progressione linguae Graecae et cognatione dialectorum eius ac tempore, quo vixerat Homerus, atque consuetudine poetarum, antiquitatis scilicet custodum, Homerum *Aeolica dialecto vti potuisse;* denique ex testimoniis ipsius poematum, vna cum scriptorum veterum auctoritate, *reuera ea fuisse vsum;* atque adeo *Aeolicum* digamma ab *Homericis* scriptis haud alienum.“ Tenenda saltem sunt priora.

dus eſt? idque nulla de cauſſa, nulla neceſſitate? Immo vero antiqua illa erant, antiquis poetis, etiam Ionibus antiquioribus, communia, quae ſeruata ſunt diutius ab Aeolibus. Ita ἱππότα Νέστωρ, pro ἱππότης. μητιέτα, νεφεληγερέτα Ζεὺς, et ſic alia, v. c. quod caſus ſecundus in φι formatur: Ἰλιόφι. δεξιόφι, ἀριστερόφι. quae Aeolica eſſe volunt; vt Dyſcolus in App. Maitt. p. 434 B. Antiqua, non Aeolica modo ſunt, φαεννός. κτέννω, nam plures erant formae, κτένω. κτέννω. κτείνω. Permoti tamen his Aeolicae dialecti, quam crediderunt, veſtigiis, alii eo deuenere, vt Homerum mallent Aeolenſem fuiſſe credere; *) quibus praeiuit auctor ineptus Vitae Homeri, Herodoti nomine inſcriptae, qui ineptius etiam inſcita interpretatione vſſ. 462. 463 Il. A. aſſertum ſuum declarare conatur. Alio errore abrepti grammatici eo deuenere, vt Homerum promiſcue dialectis variis vſum et pro lubito modo ex hac modo ex alia, etiam Attica, dialecto, quibus opus haberet, mutuatum eſſe, ſibi perſuaderent. Immo vero ille vſus eſt ſermone qui tum erat antiquorum poetarum; exoleuere alia, alia manſere in vſu Aeolum, alia Dorum, alia Atticorum.

Cum digamma commune eſſet antiquioribus Hellenibus, eiusque vſus pro diuerſis gentis ſtirpibus, temporum decurſu, varius: mirum non eſt, ſi non omnia, quae apud Aeoles ſeruata ſunt, occurrunt quoque in

*) Multum quoque in hoc laborare video acutiſſimum virum Rich. Bentlei. vt efficiat, Homerum Ionice ſcripſiſſe, ſed ex Aeolibus fuiſſe. Prouocat ad Strabonem p. 582. (XIII p. 872) „qui Aeolenſes poſt Troiam captam ait totam fere Troadem coloniis ſuis occupaſſe, vnde data forte anſa ſit Homero Aeolenſi de Troia ſcribendi: vide et p. 586. 600. 5. 610. 622." Ita ille. Patet ex locis, fieri facile potuiſſe ſic, vt Homerus Troadis et rerum Troianarum notitiam haberet; ad digammum nihil facit. Aeoles late diſperſos per oram habitaſſe ſatis conſtat. Fuit quoque Smyrna aliquando in eorum poteſtate; vnde Mimnermo dicta fuit Σμύρνη Αἰολίς. ibid. lib. XIV p. 940. 1. Sane Homero inter alias vrbes etiam Cumen aſſignarant patriam οὐχ ὁμολογουμένως, vt idem ait p. 924. Verum ex his nihil effici poteſt quod ſatis firmum ſit.

Homero: ſeruauerunt poetae alia, alia reliquerunt, pro neceſſitate metrica vel vtilitate. Inde commemorari poſſunt Aeolica, quae in Homero non occurrunt, et vice verſa. Quo ſpectat illud quod Dionyſ. Halic. narrat de Velia, vrbis Romae loco, a voce ϝέλος, quae vulgo ἕλος eſt, ducta, quod loca erant paluſtria, ἑλώδη, κατὰ τὸν ἀρχαῖον τῆς διαλέκτου τρόπον, et σύνηθες τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησιν (Aeoles non memorat) fuiſſe ait, vt Οὐελία pronuntiarent. Atqui apud Homerum nullus in hac voce digammi vſus occurrit.

De Aeolica dialecto ſeriores grammatici omnino comminiſcuntur multa et ariolantur; pauca ex re tenuere. Vnde enim Aeolicam dialectum antiquam cognoſcerent, non dicam, Gregorius Corinthius, Ioannes Philoponus, et ſimiles, quorum aetate forte ne veſtigia quidem Aeolum ſupererant, verum Alexandrini et ſeriores? Vbi erant vrbes Aeolicae, quae ea vterentur ſincera ac pura? Quae tenuerunt grammatici ex poetis lyricis, qui adhuc ſuperſtites erant, petenda fuere. At neque his praecipuum aliquod ſtudium impendiſſe videntur, occupati potiſſimum in poetis epicis et tragicis; quo eueniſſe ſuſpicor, vt tam mature interciderent lyrici.

Signa, vt aſpirationis, ita quoque digammi fuere varia. *) Sequor illud, quod nomen quoque fecit duplicis Γ per characterem F, cui vt expeditior ductus ſit, in minore ſcriptura ſubſtituo ϝ, neque in his inutilem ſubtilitatem ſectari placet: quandoquidem nec grammatici veteres, qui de digammo agunt, notionem eius ſatis

*) Neque ea ſemper lege ſatis certa; ita in tabula Heracleenſi dialecto vetere dorica exarata, idem ſignum adſpirationi modo aſperae, modo digammo, inſeruit. Omnino de his ſignis difficile eſt quidquam ad liquidum perducere; Simpliciſſima putes eſſe antiquiſſima, et redeundum eſſe ad ſcripturam antiquiorem a dextra ad ſiniſtram verſam. Ita ſignum ꟻ debuit eſſe antiquius; cum autem a laeua exorſum faceret ſcriptura, ſubnatum eſſe neceſſe eſt Γ. Succeſſit F quod ex aſpiratione geminata ortum habuiſſe videri poteſt; reuocatum inde a forma ad duplex gamma et inde appellatum digamma.

claram et doctam habuere, nec ipſa ſigna vbique recte exhibita ſunt. Daweſii *w* ſi in pronuntiando ſequaris, haud repugnabo; non etiam in ſcriptura. Sequor Bentleium, qui et ipſe ſigno F et ϝ vtebatur.

Grauior mihi habetur illa quaeſtio: quinam fuerit vſus huius digammi apud antiquos; quam late patuerit; conſtansne fuerit ac certus in certis vocabulis; et quaenam illa fuerint vocabula, quantus eorum numerus; vt inde appareat, quibusnam in locis huic digammo honos ſuus reſtituendus ſit, ſi modo vlla inde ad poetam proficiſcitur ſeu gratia et venuſtas, ſeu vtilitas metrica. Accedit illa quaeſtio, quo tempore digammi vſus neglectus fuerit. Haec tamen omnia non niſi quatenus ea ad Homerum ſpectant, perſequenda mihi eſſe video; idque eo magis, quo ea, quae vniuerſe de digammo disputari video, deficientibus antiquitatis monimentis, fundo idoneo plerumque carent et ad meras coniecturas et ariolationes redeunt, in vno autem Homero ad certam probabilitatem res adduci poteſt, et ad criticas rationes fructus inde aliquis colligitur haud omnino contemnendus.

Cum in toto hoc genere videndum ſit primo loco de ipſa re, quae et qualis illa ſit, obſeruanda et enotanda vidi eſſe ex Homericis *vocabula* ea, *quae manifeſto vſum digammi arguunt.* His licuit pro fundo vti, cui ſuperſtruerentur alia, ita vt tandem certa ac tuto pronuntiata nonnulla prodirent, quae ad alia transferri et applicari poſſent. Inſtitui itaque *recenſum vocum*, quae digamma aut aperte poſtulant aut non aegre admittere videntur.

Vſum itaque *digammi in Homericis* aliquem fuiſſe, dubitari nequit; et ſi Homerum appellare placet poetam Ionicum, Iones antiquiores digammum vſu frequentaſſe credere licet. Mature tamen digammi vſum inter poetas, qui hexametro vtebantur, exoleuiſſe, ex eo apparet, quod in verſibus a rhapſodis in Homerica carmina illatis digammi neglectus in oculos incurrit, et haud raro interpolatio ex eo ipſo neglectu arguitur. Neque ea res

mirationem facere poteſt, quod, cultu ſermonis politiore ſuccedente, pronuntiatio, etiam inter Iones, fuit mutata.

A neglectu, quem iam inter Iones aliquantum progreſſum eſſe apparet, ſerius ad ignorationem adductus eſt vſus digammi. Deſueuiſſe autem prorſus homines vſui ſuſpicor Athenis, idque iam tum, cum Homerica primo collecta litteris perſcribi coepiſſent; Athenis, inquam, in qua vrbe pronuntiatio omnino a molliore ſpiritu receſſit, in plerisque ſpiritum aſperum ſubſtituit, *) cuius quoque ſignum H Athenis inuentum et frequentatum eſſe ſuſpicor. Perſcripta autem litteris primum Athenis ſub Solonis tempora eſſe carmina Homerica, probabile fit ex iis ipſis locis, quae cum alii, tum doctiſſ. Wolfius in Prolegomenis congeſſerunt. Alphabeto nondum abſoluto et integro primam deſcriptionem factam eſſe, antiquitas ipſa ſatis arguit.

In hoc ipſo tamen neglectu non eliminari potuere ex Homero veſtigia digammi omnia, et mira deprehenditur in multis inconſtantia, ex eaque apud ſeriores ſucceſſit variatio ratione plerumque deſtituta et ſolo vſu probata. Scilicet ſublato digammi vſu multi paſſim ſuborti ſunt hiatus, auri molliori ſaepe intolerabiles: et hi ipſi hiatus fuere cauſſae, quae effecere, vt digammi priſtini deſiderium ſubnaſceretur; apparebat enim in poeta, qui hiatus alias tam ſtudioſe vitaret, certis tamen in verbis perpetuo hiatum admittere ante vocis a vocali initium; Ea obſeruatio cum ſemel animum ſubiiſſet, patefacta eſt via ad aſſequendum, excidiſſe conſonam, et facile incidit hominum doctorum ſollertia in digammum quod excidiſſe aut extritum eſſe patet. Verum antiquiores poetae, quibus de digammi vſu haud conſtabat, modo adſueuerunt hiatibus, modo, monente metro, particulis

*) Itaque etiam cenſeo, προσέλειν, de quo viri docti ad Aeſchylum et Ariſtophanem diſputant, Atticum fuiſſe; non προσϝελεῖν. hoc ab Aeolibus aliisque antiquioribus ſcribi debuit; at Attici aſperum ſubſtituerunt more ſuo. Produxit autem ſyllabam ſpiritus aſper non minus quam digamma.

interiectis vſi ſunt, vt eum tollerent; grammatici autem in deſcribendis Homericis carminibus pari modo alia interpolarunt, in aliis hiatum reliquerunt.

Obſeruatione itaque diligentiore explorata haberi poſſunt haec duo: ab Homerico ſermone receſſiſſe ſequiores poetas, qui quidem hexametro vterentur, omnes in vſus digammi conſtantia; eſſe ſeruatum hiatum in aliis, in aliis vocibus caueri ſolitum; natasque hinc eſſe varias obſeruationes prosodicas, in Homero haud obuias, niſi vbi ille interpolatione eſt contaminatus.

Digammi vſum inconſtantem deprehendere licet iam in Heſiodo: id quod exploratum habeo cum ex repetita eius interpretatione tum ex ſtudio, quo eum ad metricas leges et digammi vſum reuocaui. Verum tamen in Heſiodo res accuratiorem et ſubtiliorem inueſtigationem deſiderat, quandoquidem, quod iam ante XXX et quod excurrit annos, profeſſus ſum, manum criticam ille inter auctores claſſicos omnes maxime flagitat, cum foedatus ſit interpolationibus et corruptelis.

Inſpexi et comparaui fragmenta Cyclicorum, vidique in iis vſum eundem iam tum viguiſſe, quem ſequiores poetae ſeruarunt, vt alia metrica Homeri ſequerentur, in aliis eum deſererent. Ita in vſſ. Cypriis in Scholiis ad Jl. A, 5 *Ζεὺς δὲ ϝιδων.* et fragm. Leſchis ap. Schol. ad Lycophr. 1263 *ἥν τε ϝοι αὐτῷ.* Etiam in oraculis et vaticiniis apud Herodotum et Pauſaniam pleraque iam ad ſollennem poetarum rationem ac morem deflexa video. Verſus in Cypſeli arca inſcriptos apud Pauſan. V, 18. inter antiquiores referendos eſſe nemo dubitet; ecce occurrunt iam in iis *ταχ' αναξ* ſine digammo; at c. 19. *Τυνδαριδα ϝελεναν* (quae in eo verſu ſequuntur: *Φέρετον, Αἴθραν δ' Ἀθέναθεν,* ſana eſſe haud poſſunt; etſi hi verſus omnino a docto poeta profecti haud ſunt,) in vſſ. templi Ismenii, etſi ſuppoſitis, antiquis tamen, ap. Herodot. V, 59 *Σκαιος πυγμαχιην με ϝεκηβολῳ Απολλωνι.*

Mirum est, seruata esse a poetis nonnulla, ex vsu digammi profecta, tam religiose, vt ne N ἐφελκυστικὸν quidem, quo inserto plerumque hiatus explere voluere, interponerent; in his sunt οἱ, ἑ, ὃν. Sic apud Apollon. Rh. ἦλθέ οἱ. οὔ οἱ, non οὔχ οἱ. I, 887 τὰ δέ οἱ ῥέεν. III, 1225 θώρηκα στάδιον, τόν οἱ πόρεν. Ita in eo, quod toties occurrit, ἀλλά ἑ, vt Apollon. I, 99. 193. 1259. Callim. I. 13. Del. 13. 162. μιῇ δέ ἑ Apollon. I, 342 et al. inde et ibid. I, 204 οὐχ ἕ τις ἔτλη, quod in Homericis erat ου ϝε τις. Relictum tamen IV, 1084 et 1764. ἐξ ἕθεν, quod fuit εκ ϝεθεν. (οὗ ἕθεν est pro ἑαυτοῦ, ἑο αὐτοῦ) Sic οἱ, sibi: σὺν δέ οἱ I, 111 et sexcenties; et Callimachus Iou. 31 τὸ δέ οἱ. A. 28. et saepe. Di. 48. 89. 160. etiam in Dorico carmine L. P. Et tamen Apollon. I, 643 σφωϊτέροιο τοκῆος ὅς οἱ et similia alia. Haec cum poetarum vsu frequentarentur, alia, cum iisdem coniuncta, ita adhibita sunt, vt antiqui moris nulla haberetur ratio: cum enim ϝος, ϝου, ϝῳ, ϝῃ, ϝον et sic porro esset, scripsere tamen Apollon. I, 529 ἐρεσσέμεν ᾧ ἐνὶ χώρῃ. I, 130 αὐτὸς δ' ᾗ ἰότητι. Etiam quod Homero fuit ϝος, εϝος et ϝεϝος, duplici modo occurrit, v. c. I, 1173 αὖλιν ἑὴν, et 1176 πολλὰ ἑῇ. Quod Homero semper est ϝαναξ, ϝανασσειν; in poetis Alexandrinis est modo cum, modo sine hiatu, Apollon. I, 411 κλῦθι ἄναξ. et 422 λύσαιμι δ' ἄναξ. 908 τοῖο ἄνακτος. 968 αὐτὸς ἄναξ. 621 ὁ δὴ κατὰ δῆμον ἄνασσε et al. Neque aliter ap. Callim. A. 113. Di. 137. 204. ἄστυ. modo δι' ἄστεος I, 237 et sic saepe modo προτὶ ἄστυ I, 705 prorsus vt in Homero. — Porro ἕκαστος. ὧδε δ' ἕκαστος I, 240 et sexcenties; at idem τὰ ἕκαστα, I, 339. 394. 884. 1097. ἄνδρα ἕκαστον I, 1153. ἔπος. τοῖον ἔπος I, 277. 665. et tamen vs. 705 ὄφρα τί οἱ δήμοιο ἔπος θυμῆρες ἐνίσπω. — ἶσος. IV, 1246 ἠέρι δ' ἶσα. et I, 774 ἀστέρι ἶσος et IV, 1449 Φορβάδι ἶσος. Et Callim. Del. 38 ἀστέρι ἴση. — εἴδω. διὰ πλατὺς εἴδετο πόντος et idem 505 cum Homero νήπια εἰδώς. I, 461 κατηφιόωντι ἐοικὼς est Homericum ϝεϝοικώς. et sic aliquoties adhibitum in Apollonio occurrit, atta-

men IV, 375 ὄφρ' ἐπὶ ἦρα φέρωμαι ἐοικότα μαργοσύνῃσι et φάτ' ἐοικότα III, 594. Ita et ἔοικε. εἴκελος. φλογὶ εἴκελος. συῒ εἴκελος et alia, vt in Homero ἔργον. Homerico more saepe Apollonius πολεμήϊα ἔργα. θέσκελα ἔργα. ἄσχετα ἔργα. σιδήρεα ἔργα. I, 662 μέγα ἔργον. Et tamen idem II, 991 καὶ Ἄρεος ἔργα μέμηλε. I, 721 Ἰτωνίδος ἔργον et vſ. 730 ἐπ' ἀφθίτῳ ἥμενοι ἔργῳ. Etiam Callim. Di. 49 ἐπείγετο γὰρ μέγα ἔργον. attamen idem Di. 125 καταβόσκεται ἔργα. ἑκὼν Apollon. II, 24 αὐτὸς ἑκών. et ſic vbique, quod Homero eſt ϝεκων, ſic quoque ϝεκητι· conuenit Apollon. I, 116 Διωνύσοιο ἕκητι. 902 Πελίαο ἕκητι. non igitur opus eſt vſ. 334 τοῖο ἕκητι inſerere γ' hic et alibi. III, 621 τοῖο ἕκητι. IV, 187 σεῖο ἕκητι. Idem tamen I, 773 Φιλότητος ἕκητι et τοῖο δ' ἕκητι II, 526. et Ἀθάμαντος ἕκητι. ſicque plura: IV, 391. 1018. Vides in his, et ſexcentis aliis miram poetarum inconſtantiam, vt appareat, eos hoc, quod ex antiquioribus carminibus erat ſeruatum, tanquam adminiculo ad libertatem prosodicam vſos eſſe. Manetque inter haec tanquam exploratum: ex digammo ſeruatos eſſe a poetis hiatus; quos, quoties vtile ſibi eſſe videretur, explerent, modo retinerent. Quae quidem res tanto magis mirationem facere poteſt, quod ad hiatus euitandos in ε et ι finali increbuerat vſus τοῦ N religioſiſſime ſeruatus, quem vetuſtiores tam ſollicite haud obſeruaſſe reperio. v. Excurſ. II. ad lib. II. Jliados.

Hoc modo hiatus frequentati ſunt plures, primum iſti, qui ex neglectu digammi nati erant, mox etiam in aliis vocibus; vt videantur fere pro arbitrio poetae modo ante vocalem in capite vocis hiatum relinquere, modo conſona extremae antecedentis ſyllabae explere. v. c. Callimachus in Iou. 13 ἀλλά ἑ Ῥείης ex αλλα ϝε. 31 τὸ δέ οἱ (ex ϝοι) At idem ἄναξ, ἔργον, οἶκος, ita adhibet, vt conſona antecedat: Tandem et licenter v. c. in Del. 264 χρυσέοιο ἀπ' οὔδεος. Nam in aliis poteſt forte cauſſa praetexi ex tono vt in Dian. 8 δὸς δ' ἰοὺς καὶ τόξα. ἔα, πάτερ.

Id tamen mihi obſeruaſſe videor, in antiquioribus rariores eſſe hiatus, vixque alios, quam qui ex neglectu digammi orti erant; v. c. in Theocriteis XXIV. XXV. quae haud dubie ex antiquioribus ſunt. De Theognide iudicare haud licet, quoniam ea, quae habemus, farrago ſunt ex pluribus ac diuerſis poetis; quae tamen ad Cyrnum ſcripta ſunt pro antiquioribus haberi poſſunt.

Diutius ſeruatus digammi vſus in marmoribus et numis vrbium; vt Boeoti in numis ſcribunt Ευϝαρα. ϝαστυ. v. ap. Eckhel. Doctr. num. To. I. Vol. II. p. 196. Alia videbis ibid. vt p. 265. ϝαλειων (Ηλειων) p. 306 Καϝουα. (Καπουα) p. 227 ϝελευιταν. Occurrunt quoque nonnulla huius generis in Tabulis Heracleenſibus vt ϝικατιπεδον ex ϝικατι pro ϝεικοσι.

Pindarum, vtpote lyricum, expectes Aeolicas rationes ſeruaſſe; attamen in eo in plerisque communis mos prosodiae in iis, quae olim digamma habuere, regnat, v. c. Pyth. IV, 197 τῷ μ' ἐπεὶ πάμπρωτον εἶδον. non ϝειδον. 219 γόνον ἰδών. 268 κοὔ με πονεῖ τεὸν οἶκον. non ϝοικον. 185 οὔτε ἔπος οὔτ' ἔργον, quod olim erat ουτε ϝεργον ουτε ϝεπος. attamen idem vſ. 52 Φιλίων δ' ἐπέων. et vſ. 37 θεῷ ἀνέρι εἰδομένῳ et 40 ἐπί οἱ. (ἐπί ϝοι) 65 χειρί οἱ χεῖρ' (χειρί ϝοι) 84 αἷμά οἱ. ἦρ ſine digammi veſtigio vſ. 114. ἔμπας τις εἶπεν vſ. 153 (non ϝειπεν) et tamen ibid. 159 ἐπιάλτα ἄναξ (— τα ϝαναξ) In his iam eluceſcit vulgaris ratio digammi antiquum vſum modo hiatu relicto ſeruandi modo abiiciendi, prouti metro inſeruiendum erat. Eoque minus mirationem facit in choris tragicorum Atticorum eandem rationem vulgarem prosodiae regnare.

Etiam recentior dialectus dorica in Theocrito ad vulgarem prosodiam comparata digammum ignorat; ita ἰδεῖν, ἔργον, ἴσον et alia occurrunt antecedente conſona breui: ἀλλήλους ἐφίλασαν ἴσῳ ζυγῷ· (non — σαν ϝι —)

Grammatici Alexandrini ſi quam notionem digammi habuerunt, carminibus lyricis eam debuiſſe videntur: ſupererant enim adhuc Sapphus et Alcaei carmina, forte

cum aliis; hinc quoque appellationem Aeolici digammi profectam esse suspicor, quia in istis carminibus digammum obseruauerant, in quibus Aeolica dialectus regnabat. Eosdem tamen vsum digammi in Homero omnino ignorasse, exemplis plurimis constat quae passim in Obss. a me sunt notata. Ne ipse quidem Zenodotus, ceteris antiquior, quicquam de eo suspicatus est; omnino ille rei metricae parum gnarus, saepe notatus a grammaticis hoc nomine: v. ad Θ, (VIII) 378. Cum tamen fieri haud posset, quin interdum in antiquioribus poetis et codicibus inciderent in vestigia digammi: obiecta iis est caligo, quam dispellere nequiuerunt. Plerumque alium spiritum adsciuerunt, modo asperum, modo lenem. Sic αλις, quod erat ϝαλις, mutatum in ἅλις. θεοειδὴς scriptum pro θεοϝειδὴς. qua de re locus ex antiquioribus est ap. Eustath. ad E, 76. p. 524. v. Obss. ad e. l.

Innumeris in locis expletus est hiatus interposito N finali; aut particulis τ'. γ'. δ'. occurrunt tamen loca, in quibus, vt supra iam de aliis poetis memoratum est, agnoscitur a grammaticis, defenditur et religiose seruatur antiqua lectio per digammum; nulla nec particula nec N finali interposita; vt E, 4 δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθος. ex δαιε ϝοι. nusquam legitur δαῖέν οἱ. quod alias scribere solent vt hiatus expleatur.

Vsum digammi in Homerica lectione constituenda ex effato Bentleii primo intellexere viri docti. Vir hic sagacissimi ingenii rem perspectam habuit; dum tamen vixit, raro, quantum mihi quidem liquet, huius obseruationis mentionem fecit, nec nisi obiter. *) Dolendum

*) Nota ad Horat. Carm. I, 23 (a Clarkio laudata) de sylua ex ὕλη, υλϝη, omnino de Aeolica dialecto memorat; non de Homero. At locus est in Notis ad Miltonum *Paradise lost* IV, 887. „*But this question ask'd puts me in doubt. Homer: Thou seemed'st a wise man formerly,* νῦν δ' ἄφρονι φωτὶ ϝέοικας." (laudat memoriter; in Homero Od. Z, 187 est, οὔτ' ἀ.) Hoc primum reperi vestigium animaduersionis Bentleianae de vsu digammi in Homero.

est, cum rixis theologorum et certaminibus aemulorum abstrahi se passum esse ab vtilioribus coeptis absoluendis. Riserunt inuidi etiam hoc ipsum summi ingenii acumen; *) communicasse tamen suam animaduersionem videtur cum amicis; passim enim eius fit mentio. Neglexerunt tamen inuentum editores Homeri; a Clarkio vno tantum loco ad Jl. Π, 172 Bentleianae obseruationis mentionem memini factam, vbi de ἤνασσε dubitatur. v. Obss. ad e. l. Ernesti vero ea addit, quae ei excidisse nolim, **) vna cum iis quae ad vs. 371. adscripsit. Quominus inuento Bentleiano honos suus constaret, obfuisse suspicor Dawesii ingenium mirum in modum eo abutentis in Miscellaneis criticis et ad edicta arbitraria digammi vsum auocantis, iniquitate quoque sua in ipsum Bentleium animos virorum doctorum abalienantis; qua de re subscribimus indicio V. C. Richardi Payne Knight p. 34 sq.

Cum ante hos XL fere annos noui in Georgia Augusta muneris suscepti ratio ad accuratiorem Homeri lectionem et interpretationem me vocaret, Virgilii quoque nouis curis illustrandi partes impositae mihi essent: magnopere me offendere memini hiatus in Homero obuios, magnam partem insuaues et molestos. Obseruabam vo-

*) Nota est Popii cauillatio in versibus: „*Roman and Greek Grammarians, know your better, Author of something more great than Letter, White tow'ring o'er your Alphabet, like Saul, Stands our Digamma, and o'ertops them all.* (Sunt videndi versus in *Dunciad* IV, 215—218.) Popii iniquitatem notat *Foster* in *Essay on accent and Quantity* p. 133. qui idem agnouit inuenti praeclarum ad Homerum vsum: v. ib. p. 384.

**) Ait ille *nouam istam sapientiam grammaticam non magis sibi placere, quam Doruillio* ad Chariton. p. 202. *eiusque iudicium se probare.* Disputat Doruille aduersus Dawesium. De Bentleio tamen idem aliter statuerat in Vanno critica p. 395. tredecim ante annos edita; vbi „ex vna Bentleii pagina ait, plus discere licere, quam ex omni charta, quam vnquam Pauius commaculauit et disperdidit."

cabula certa, ante quae hiatus ille tantum non perpetuus erat, vt εἰπεῖν, εἰδέναι, ἰδεῖν, ἁλῶναι, ἄστυ, ἄναξ, ἔθνος, ἑκάς, ἑκών, ἔλπομαι, ἡδὺς, ἴσος, ἶφι, οἶνος, οἶκος et ſic porro. Erigebatur animus mox, cum Daweſii liber in manus veniſſet, ex eoque intellectum eſſet, vocabula per digamma notata, in his τὸ ἄναξ, exacte cum iisdem a me notatis conuenire, eoque modo hiatum euaneſcere, vti ſtatim Jl. A, 4 αὐτοὺς δὲ ἑλώρια, ſi ϝελωρια eſſent, vſ. 24 Ἀγαμέμνονι ἥνδανε, ſi ϝηνδανε, vſ. 30 ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ſi ϝοικῳ ſcriberetur. In aliis ſenſum verbi mutari, vt in ἄγω duco, et ϝαγω, frango, ἕλω rapio, et ϝελω inuolvo. ἕπομαι ſequor et ϝεπω dico.

Hisce atque aliis ſimilibus animaduerſis, cum, quoties ad Homeri interpretationem redirem, enotarem loca et exempla plura et inter ſe compararem, coepi quaerere, an ad certas regulas hoc digammum reuocari poſſet. Ita vero videbam, ſexcenta loca inter ſe bene conuenire; reſtare tamen haud pauca alia, quae ſub certam praeceptionem reuocari nequirent. Ad alias curas auocatus ſepoſueram haec, multo magis cum perſpexiſſem, alia multo grauiora eſſe quae interpretatio Homerica poſtularet, inprimis e cathedra inſtituenda, e qua omnino ea eliminanda eſſe ſemper ſtatui, quae ſubtilia magis quam vtilia audientibus eſſent, et ad magiſtri eruditionem venditandam, non autem ad auditorum ingenia fingenda et facultatem interpretandi exercendam valerent. Interea altera Daweſii editio a Thoma Burgeſs curata (1781) prodierat; in cuius appendice Salteri ſpecimen valde me pupugit, cum nonnulla melius a me expediri poſſe viderem, in aliis me multo magis implicitum ſentirem.

Poſt aliquot annos fortuna aliqua propitia cum Viro Reu. et doctiſſimo *Tho. Burgeſs* litterarum commercio iunctus, cum, quorſum copiae Bentleianae perueniſſent, e quibus ſpecimen Bentleianae recenſionis in praefatione ad Daweſ. vulgauerat, inquiſiuiſſem, et earum inſpiciendarum deſiderium meum aperuiſſem, viri humaniſſimi

opera, Summe Reu. Episcopi Sarisburiensis, litterarum antiquarum amantissimi, promta voluntate, Magistri Collegii Trinitatis Cantabrigiensis facilitate, votorum summam consequutus sum, vt ex Collegii bibliotheca exemplum Homeri Bentleianum ad me mitteretur. Agnoui in his generosos Britannorum animos, et liberalitatem studiis humanitatis dignam; eamque post tot annos publice gratissima mente praedico. Peruenit liber ad me m. Februario a. XC. Dici vix potest, quo animi motu et affectu Rich. Bentleii manus a me conspecta fuerit; multo magis commotus sum, cum eum viderem, per totum Homerum, iam appinxisse digammi signa, secundum eam normam et rationem, quam ipse sibi proposuerat, non quidem absolutam, tamen inchoatam; videbam quoque allita in extremis chartis multa, quibus verborum quae digamma admitterent aut respuerent, classes constituere tentauerat; vt tamen appareret, nondum ei visa esse omnia satis ad liquidum perducta. Nunc vero animum habui satis confirmatum, vt serio de noua Homeri editione cogitarem, cum adhuc per diuersa temporum interualla operam modo seposuissem, interdum prorsus damnassem et me maiora viribus aggressum a toto consilio ipse retraxissem. Acuebat industriam et amorem incepti incendebat, quod, dum vlterius progressus eram, in versus v. c. K. 497. P, 260. 261. incidebam, quos, aliis iam de caussis suspectos, etiam digammi neglectu peccare animaduertebam; conuersoque semel ad rhapsodorum interpolationes animo obseruatorum meorum vsum aliquem ad ipsam Criticam Homeri exquisitiorem agnoscebam; vereque dictum esse intelligebam a viro doctiss. Rich. Payne Knight (p. 34) „sine digammi iusta notitia nec puritatem et sinceritatem nec elegantiam lectionis Homericae restitui posse.“

Euenerant eodem fore tempore duo alia, quae studium meum eximie aluerunt et fouerunt: prodiit *Richardi Payne Knight* subtilissimum opus de Graeco Alphabeto (1791) et perlata est in Germaniam *Villoisoni*, do-

ctiſſimi viri, Ilias e Cod. Veneto per aliquot annos cupidiſſime flagitata. Gratiſſimo animo profiteor, ad notiones animo iam conceptas ſubtilius et felicius, quam alias fieri potuiſſet, digerendas et inſtruendas, plurimum fructus et vtilitatis me ex his nouis copiis collegiſſe. In Scholiis reperiebam plura veterum placita aut iudicia, quae partim grammaticorum ignorationem antiquioris ſermonis et ſcriptionis arguebant, meque, ne iis nimium confiderem, monebant; partim verſus, ad quos offenderam, etiam propterea, quod in digammi vſum peccatum erat, ſuſpectos antiquioribus et obelo notatos eſſe ferebant. Interea in contexendo recenſu vocum digammo inſigniendarum aſſidue pergebam, dumque chartae operis librariis et prelo tradendae mihi parandae erant, ea quae in recenſu notata erant, iterum cum ſingulis locis comparaui, nonnullaque melius conſtitui poſſe ac debere peruidi; vt in εϝος et ϝος. ϝεϝοικα. ϝεϝολπα et ſimilibus. Ita ſubnatum eſt *vocabularium* aliquod *vocum, quibus in Homericis digammi nota praefigenda eſſe videtur;* quod quidem altero Excurſu ſubiicere haud grauabor.

Quam rationem ſequerer in digammo notando et exprimendo, diu dubitaui. Homericum carmen appicto digammo excudere ſi iuberem, bene ſentiebam, quam abhorrens et moleſta talis lectio futura erat; nimis quoque feſtinatum, et tantum non temerarium, id conſilium fore, cum doctrina de digammo nondum vſu et auctoritate ſatis firmata ſit; videram quoque ipſum Tho. Burgeſs alienum a tali incepto eſſe (p. 410. et praef. p. XXIII.). Altera ex parte Bentleii Homerum digammo inſtructum expectari noram; (vt iam a Taylor. Lect. Lyſ. p. 703. Foſter p. 314) Viſum tandem eſt factu optimum, vt in margine inferiore paginae ſub ipſis poetae verſibus apponeretur vox cum digammo, quoties metro flagitante aut analogia ſuadente, illud locum habuiſſe appareret.

Ceterum per haec ipſa, quae narraui, declaratum eſſe volui, me nec nouam doctrinam de hoc digammi in Homericis vſu afferre, nec me quicquam mihi in hoc

inuento eiusque vſu iactanter arrogare; ſed, quae a ſummo viro, Rich. Bentleio, primum ſagaciter fuere animadverſa, diligentius perſequutum, aliorum virorum doctorum obſeruata in conſilium adhibuiſſe, et ex iis, etiam ad probabiliora exputanda, profeciſſe. Propoſitam autem habui rationem hanc, vt nec ponerem, niſi certa, ſaltem probabilia; tum vero, vt accuratius proſequerer non niſi ea, quae metricum vſum haberent, ad explendos hiatus. Quo conſilio ſemel ex longa deliberatione capto, nec eam rationem ſequi potui, qua, Vptoni fere exemplo ap. Burgeſs p. 432. ad antiquiſſimam ſcribendi rationem totum carmen reuocarem, nec eam, vt vbique, et in medio quoque, interponerem ſigna digammi, Salteri ſpecimen ſequendo, cum ea res nullam ad carminis proſodiam vtilitatem haberet. Seruaui pleraque, de quibus mihi nondum ſatis conſtabat, in hos Excurſus; in quibus haud pauca quoque refinxi, longo vſu meliora edoctus. Ita euenit, vt in nonnullis mihi per totum carmen non vbique ſatis conſtiterim. Conſtitutum v. c. habebam, digamma in media voce non adhibere; itaque A, 5 *Ἀιδι* editum eſt, vt et in ſeqq. cum praeſtitiſſet ab initio ſtatim *αϝιδι. αϝιδῃ* ſcribere. Ita diſplicet, quod vſ. 24 excuſum eſt *ϝηνδανε* pro *ϝανδανε*. Vtetur iis pro ſuo quisque conſilio aut pro lubitu ac voluntate; eruntque qui ea, quae a me poſt alios inchoata ſunt, perficient. Non enim nobis, quibus, ipſa naturae lege, breuiſſimus eorum vſus erit, iſta ſeuimus; ſed *ſeris factura nepotibus vmbram*.

EXCVRSVS III

Recenſus vocum Homericarum, quae digammi veſtigia ſeruare videntur.

Vt in Homeri, poetae Ionici, carminibus digammi veſtigia ineſſe credamus, cauſſa aliqua idonea nos adduci neceſſe eſt. Poſita ea eſt in hoc, quod *in certis vo-*

cibus a vocali incipientibus, quoties antecedit alia vox in vocalem defineus, *hiatum conſtanter occurrere* videmus, quem in aliarum vocum occurſu diligenter caueri obſeruamus. Iam ex vocibus ſunt nonnullae, quas digamma in capite habuiſſe antiqui ſcriptores narrant: hoc digammo in iſta loca transferendo intellectum eſt, hiatum expleri; nata hinc iuſta ſuſpicio, accidiſſe hoc idem in aliis pari de cauſſa; atque ita probabili ratione et per analogiam apparuit, voces etiam reliquas, quas *conſtanter* hiatus antecedit, digammum in capite habuiſſe, neque a primo auctore admiſſum, ſed ex omiſſo aut extrito digammo ortum eſſe hiatum. Non niſi per inductionem exemplorum haec probari poſſe, in aperto eſt. Tenendum tamen hoc, voces illas non in tali demum poſitu adſumere digammum, alioqui eo carere; ſed v. c. *ϝαναξ. ϝεργον*, ſemper et vbique eſſe pronuntiatum, digammi tamen omiſſi defectum argui per tales hiatus, quoties vocalis finalis antecedit vocalem in capite vocis ſequentis ſuperuenientem. Porro monitu vix opus eſt, eum vſum non ad alias quasuis voces ſpectare, ſed tantum ad certas, nec niſi vſu conſtanti ac perpetuo probari poſſe.

Animaduerſus eſt vſus digammi etiam *in mediis vocibus*, quoties duae vocales altera alteram ſequerentur; vt *οϝις* pro *ὄϊς. δαϝιος* pro *δάϊος* ex *δήϊος*. *) Num autem in omni tali vocalium poſitu, an tantum in certis vocibus iſte vſus in media voce viguerit, expediri haud pot-

*) Priſcianus l. c. p. 547. *Hiatus quoque cauſſa ſolebant illi interponere* ϝ *digamma; quod oſtendunt etiam poetae Aeolidae; vti Alcman:* και χειμα πυς τε δαϝιον. *et epigrammata, quae egomet legi in tripode vetuſtiſſimo Apollinis, qui ſtat in Xerolopho Byzantii, ſic ſcripta:* ΔημοΦαϝων. Λαϝοκαϝων (pro ΔημοΦοων. Λαοκοων. ſaltem ΔαμοΦοϝον Λαϝοκοϝον ſcriptum eſſe debuit: cf. Dawes p. 118.) Iterum ille ad hoc Epigramma prouocat lib. VI, p. 709. vbi addit quoque: *bos, bouis: quod ideo aſſumit genitiuo V loco digamma, quia Aeoles quoque ſolent inter duas vocales eiusdem dictionis digamma ponere; quos in multis nos ſequimur:* οϝις *ouis.* Δαϝος, *Dauus.* ωϝον, *ouum.*"

eſt; etſi viri docti procliues fuere ad verba pleraque omnia ad eandem regulam et analogiam redigenda. Difficilis tamen eſt omnis de his iudicatio, quia in priore genere hiatus metri omiſſum digamma arguit, in altero hoc nulla re colligi poteſt, quam late vſus patuerit. De his quid ipſe ſtatuendum putem, infra dicam. Neque etiam res in Homericis tam anxie eſt exquirenda, quandoquidem grammaticus et criticus vſus non tam fructuoſus eſt, quam prior ille.

In obſeruando vſu digammi in Homericis, primarium erat, vt ille eſſet *conſtans ac perpetuus*. Atque hac vna via et ratione certum aliquid de eo conſtitui poſſe apparet. Reſtat itaque dubitatio de iis vocabulis, quae aut ſemel et raro, eo poſitu, occurrunt, vt vocalis vocalem antecedat, aut quae alio loco digammum admittant, alio reſpuant; quae vocabula in dubiis numeranda eſſe apparet, donec aliunde de iis pronuntiari poſſit; poteſt autem de multis; ſiquidem multos verſus a ſerioribus rhapſodis inſertos eſſe manifeſtum ſit, quorum aetate et patria digammi vſus exoleuerat, quique propterea verſibus ſupplètis in digammum peccarunt. Ita cum Ἴλιος ſaepe et vbique occurrat cum digammo ϝιλιος, vnus locus eſt, quo in digamma peccatum eſt Z (VI,) 386: merito itaque ille pro interpolato habetur. Ex his vna eſt vox, de qua quid ſtatuendum ſit, nondum habeo, Ἥρη. quae modo eſt ποτνια ϝηρη, modo λευκωλενος Ἥρη. de quo v. Excurſ. II. ad lib. I. Qui paullo audacior fuerit, poteſt vtique pronuntiare, poſteriorem vſum prodere ſeriorem auctorem, ſeu vt ille interpolauerit verſum, ſeu vt ipſe verſus arguat auctorem diuerſum a ceteris.

In Homero non omnia verba, quae digammo ab Aeolibus emolliri ſolita ſunt, admiſſa eſſe, multis exemplis conſtat. Ita mirari licet nomen Helenae ei non eſſe ϝελενην, cum tamen a Dionyſio Halic. I, 20. illud inter ea memoretur, quae digamma habuerint in antiquo graeco ſermone, vt nec ϝελος palus, ſed ἕλος. non ϝηρ ſed ἦρ. Patere hinc monui iam in ſuperiore Excurſu, Iones

antiquiores in digammi vſu ſuas ipſorum rationes ſequutos eſſe, nec Homerum ab Aeolibus quicquam eſſe praedatum.

Solet digamma interdum ita poni, vt geminatum ſpiritum habeat, et ſyllabam breuem antecedentem producat; etſi poteſt id ipſum plerumque a tono repeti, v. c. B, 382 ουδε ϝους παῖδας ἔασκε. Notatum hoc iam a Priſciano l. c. lib. I. p. 546. l. 14. *Eſt tamen, quando Aeoles idem* F *inueniuntur pro duplici conſonante poſuiſſe*, Νέστορα δε ϝου παιδός.

Difficultatem facit, quod in manifeſtiſſimo digammi in ceteris vſu, interponitur tamen interdum δ' ex δὲ, quo digamma iugulatur. Exterere copulam raro licet, quoniam eius vſum, etſi moleſtum ſaepe, ad priſcam tamen ſermonis concinnandi ſimplicitatem pertinere conſtat. Bentleius admiſit vſum hunc, vt ferret δϝ, vt Δ, 470 ἐπ' αὐτῷ δϝεργον ἐτύχθη. E, 165 ἵππους δϝοις ἑτάροισι et 365 παρ δϝοι. Interdum quidem medela in promtu eſt, vt N, 107 νῦν δϝεκαθεν fuit νῦν δε ϝεκας. Bentleius quidem habuit quod ſequeretur; nam in Priſciano lib. I. p. 546 extr. Putſch. occurrunt haec: ϝ *digamma Aeoles, eſt quando*, (h. e. aliquando) *in metris pro nihilo accipiebant;* vt: αμμες δ ϝειρανων, το δε τ' αρθετο Μωσα λιγαια. (dorice pro λιγεια v. Koen ad Gregor. p. 115. Burgeſs ad Dawes p. 529). *Eſt enim hexametrum heroicum.* Dubito tamen cum Daweſio p. 169. ſcriptionem eſſe intemeratam, nec poſſe de ea tuto ſtatui, cum ſenſum loci certum haud teneamus. Inde tam diuerſa de eo iudicia, vti Reinolds p. 48. Burgeſs p. 414. 504. et p. XXIII.

Recenſum vocabulorum ita inſtitui, vt hoc Excurſu apponerem *ea, quae digamma in ipſa fronte habuere*, iudicio de *digammo in mediis vocibus* in *alium Excurſum* reiecto. Primae lineae iam olim a me ductae comparatis iis, quae a Bentleio chartis illita erant, tum Richardi Payne Knight ſimili conatu, ſunt emendatae et politae. Nec tamen, quoties in alia ab iis diſceſſero, iu-

dicium meum dissimulabo, aut, quae dubia mihi et controuersa esse videntur, pro exploratis me habere profitebor.

Recensus vocum, quae in Homero digamma sibi praefixum habuisse videntur.

A.

ἅ. ϝα. ἑά. *sua.* v. inf. ὅς, ἑός.

ἀαγής. αϝαγης. v. ἄγω. ϝαγω.

ἀάτη. αϝατη. idem quod ἄτη. *noxa, malum.* Apud Pindarum αὐάτη. Pyth. II, 52. Vnde probabile fit, fuisse quoque ἄω, αϝω. ἀάω, αϝαω. αϝαομαι. αϝασαμην. αϝασθη. ἄτω, ἀάτω, αϝατω. tandem αατος, αϝατος· quod et ἄητος. v. ad I, 116. Σ, 410. Φ, 395.

ἄγη. ϝαγη. priore producta. v. mox ἄγω, *frango.* At ἀγὴ, *admiratio*, ab ἄγαμαι, v. Φ, 221.

ἄγω, *frango* priore producta. ϝαγω. Sic E, 161 ἐξ αὐχένα ϝαξῃ. Θ, 403 κατά θ' ἅρματα ϝαξω. εϝαξα. H, 270. Λ, 175 P, 63 et al. ϝαξαι. ϝαξας. ϝαγη et εϝαγη. Λ, 558. Loca correcta v. Γ, 367. Obſſ. Δ, 214. Obſſ. Ψ, 392. Obſſ. Π, 801. N, 162. P, 607. Od. K, 560 ἀστραγάλων ἐάγη corr. ϝαγη. sic et Od. Λ, 65.

Sic et κατεϝαξαμεν N, 257. ξυνεϝαξε Λ, 114. N, 166. Od. Ξ, 383. Retinuere Attici κατεαξα. κατεαγώς.

Inde ἀαγής. αϝαγης Od. Λ, 574.

ἄγνυμι. ϝαγνυμι. περιϝαγνυται Π, 78.

ἀκτὴ tamen, quod hinc ductum, *littus*, digamma non habet, vt nec ἀκτὴ (scil. κριθὴ) vt Λ, 630 ἀλφίτου ἱεροῦ ἀκτήν. N, 322 Δημήτερος ἀκτήν.

Contra ἄγω *duco*, priore breui, nunquam digamma habet. vt nec ἄγαμαι. ἀγάω. ἄγη.

ἄδω. ἅδω. ἁδέω. ἕαδα. et cognata multas molestias faciunt, et metro et digammo. Videtur res ita expediri posse, si statuas fuisse plures formas: ἦδος, ϝηδος, (vt ϝηδυς *dulcis*, quod vide:) *delectatio;* ab eo ductum ἥδομαι, ϝηδομαι. Hoc idem etiam fuit αδω, ϝαδω. ϝαδομαι.

priore producta; hinc ἕαδα, media longa, ἔϝαδα, ex ἇδα. ϝαδα. v. infra h. v. vbi et de ἕαδα media breui, quod ductum eſt ab eo, idem, quod vulgari vſu tritum eſt, ἀδέω, *placeo*, ἀδεῖν. quod digamma reſpuit; ſic Γ, 173 ὡς ὄφελε θάνατός μοι ἀδεῖν. M, 80 ὣς φατο Πουλυδάμας, ἅδε δ' Ἕκτορι.

Aliud verbum ἄδω, ἄσω, *ſatio*, priore producta ſine digammo. αἵματος ἇσαι Ἄρηα.

Diuerſum ab hoc ἄδω. ἀδέω, *ſatio*, priore breui, ſine digammo, a quo ἄδη et ἄδδη. N, 315 οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι. vbi v. Obſſ. et ἔδμεναι ἄδδην. cf. Excurſ. I ad lib. V. (E.) Bentlei. et Payne Knight volebant vbique inferre ϝαδω. ϝαδην. ϝαδος. ϝαδδηκοτες.

ἄδος eſſe potuit et ϝαδος Λ, 88. vbi vide Obſſ.

De his v. dicta in Excurſu I. ad lib. V. (E.)

ἀνδάνω. ϝανδανω. v. infra h. v.

ἀεικής. *indignus. iniquus.* αϝεικης. vt A, 341 χρειὼ ἐμεῖο γένηται αϝεικεα πότμον ἀμῦναι. Sic quoque αϝεικελιος. v. inf. εἴκω, *ſimilis ſum.*

ἀείρω, *necto*, cum ſit ex εἴρω, ϝειρω, putes fuiſſe αϝειρω. et poteſt eſſe K, 499 σὺν δ' ἤϝειρεν ἱμᾶσι. et ſi lectio vera eſt O, 680 συναϝειρεται. Attamen ea, quae hinc ſunt ducta, non agnoſcunt digamma: συνήορος. παρήορος, ex ἤϊορα vel ἦορα. Ductum hinc ἤορμαι, ἠόρμην, vnde eſt ἦορτο, ἄορτο. quod videtur locum habere Γ, 272 μάχαιρα, ἥ οἱ αἰὲν ἄορτο, vel ἄορτο, quae nunc ſcribitur ἄωρτο. v. Obſſ. Hinc eſt ἀορτήρ. Il. Λ, 31. Od. Λ, 608 et al. de balteo. Videtur quoque hinc ductum τὸ ἄορ, τὸ ξίφος, quod a balteo pendet. Eadem vox, diverſo tamen genere occurrit in Od. P, 222 αἰτίζων ἀκόλους, οὐκ ἄορας, οὐδὲ λέβητας, vbi exponitur τρίποδας. Bentleius tentabat etiam ϝαορες, mulieres, I, 327, et ϝωρεσσι. E, 486. vid. inf. ὄαρες. At ἀείρω, tollo, nullum habet digamma.

αεκων *inuitus.* αϝεκων. quia ϝεκων. quod vide. Inde αϝεκητι. αϝεκαζομαι.

ἀέλπω. *sine spe sum.* αϝελπω. αϝελπομαι. quia est ϝελπομαι *spero.* v. inf. h. v. αϝελπης Od. E, 408.

ἀεργός. *iners.* αϝεργος. I, 320. quia ϝεργον est.

ἀηθέσσω. αϝηθεσσω. K, 493 ab ἦθος, ϝηθος.

ἀΐδης. *Hades. Orcus.* αϝιδης, quia est ab εἴδω, ϝειδω. v. infra h. v. Ita ἄϊς, ἄϊδος. αϝις, αϝιδος. αϝιδηλος. Aegre est, quod in carmine passim digammi signum apponere neglexi.

ἄϊδρις. Γ, 219. αϝιδρις. ab ἴσημι. ϝισημι. αϝιδρείη H, 198.

ἀΐω *exhalo* et *audio.* potuit αϝιω esse. In Homero hoc tantum obseruari potest, priorem modo produci, modo corripi. K, 160 οὐκ ἀΐεις, ὡς Τρῶες. et al. Λ, 463 τρὶς δ' ἄϊεν ἰάχοντος, quod fuit τρὶς δ' ἄϊε ϝιϝαχοντος. Σ, 222. At K, 532 Νέστωρ δὲ πρῶτος κτύπον ἄϊε. Φ, 388 μέγας οὐρανὸς, ἄϊε δὲ Ζεύς. Et flo, spiro: O, 252 ἐπεὶ φίλον ἄϊον ἦτορ.

ἄλημι, quod et ἅλημι scribitur, *colligo me. conuenio.* ϝαλημι. ex ἀλέω, ϝαλεω. idem quod ϝειλεω, εἰλέω, συστρέφω. ἀθροίζω. vnde ϝαλῆναι. ϝαλεις. εϝαλη. ϝαλη. v. ad E, 823. N, 408. Σ, 76. et de εϝαλη. v. inf. h. v. Habet ἄλημι priorem breuem.

ἀλὴς et ἀλεὴς in Herodoto occurrunt eadem notione qua ἀολλὴς, confertus. quod etiam ex isto factum volebat Etymologus in ἄλες. Ductum hinc ἀλία *coetus:* quod debuit esse ϝαλια. scriptum tamen ἀλία, etiam in tabula Heracleensi, Dorice. Omnino vero spiritus asper insuasit totum hoc genus ἀλέω. ἄλημι. et hinc ducta, nec modo in Atticis et hinc vulgo, sed iam in Herodoto. Etsi subinde variat in edd. Hippocratis et Aretaei.

At ἅλις, quod conuenit, ϝαλις. v. mox.

Discernitur ἄλημι, *erro,* sine digammo. ab alia origine. vnde ἀλήτης. ἀλᾶσθαι.

Cognata sunt ἀλέη *fuga.* οὐδ' ἀλέη X, 301. ἀλεωρή, M, 57 et al. Diuersa vox est ἀλέη, *calor.* Od. P, 23.

Ab ἀλέη est ἀλέομαι, *euito.* ἀλέασθαι. E, 34 Διὸς δ' ἀλεώμεθα μῆνιν. Inde ἀλεείνω. Debuit tamen hoc

ipſum quoque ſcribi *αλεϝω*, nam factum inde eſt *ἀλεύομαι*, vti Γ, 360.

Porro hinc eſt *ἀλύω. ἀλύσκω. ὑπαλύσκω. ἀλυσκάζω:* ſine digammo.

Conuenit *ἀλιτέω. aberro.* pecco. *ἀλιτήμων. ἀλιτρός.* At *νηλητὴς* Od. Π, 317. in verſu *καὶ αἱ νηλητεῖς* aut verius *νηλητέες, εἰσίν.* ductum eſſe debet ab *ἀλητής*.

Eſt quoque ſine digammo *ἀλέω, molo.* Od. Υ, 109 vnde *ἀλετρὶς*, ibid. 105. *ἀλετρεύω. ἄλειαρ* ibid. 108.

ἅληται vel *ἄληται*, ab *ἅλλομαι* vel *ἄλλομαι ſalio*, non eſt *ϝαλλομαι, ϝαληται.* Nec obſtat *εἰς ἅλα ἆλτο.* quod emendandum *εἰς ἅλαδ' ἆλτο.* v. A, 532 et Λ, 192.

ἀλαὸς, caecus, vnde *ἀλαόω.* eſt ex *λάω. cerno.*

ἅλις. ſatis. ϝαλις, vbique: vt B, 90 *αἱ μέν τ' ἔνθα ϝαλις.* v. ad I, 137. Ergo *ἦ οὐχ ἅλις* ſcriptum fuit *η ου ϝαλις.* v. ad E, 349.

At *ἅλς, ἁλὸς, mare*, et hinc ducta, reſpuunt digamma. etiam *ἅλιος, vanus.*

ἀλοάω et *ἀλοιάω tundo: χερσὶν ἀλοία* I, 564 et *ἀπαλοιάω. ἄχρις ἀπηλοίησεν* Δ, 522.

ἀλύω. de quo dicta v. modo in *ἀλέω.* Ω, 12 *δινεύεσκ' ἀλύων. ἀλυκτέω. ἀλύκτημι.* K, 94 *ἀλλ' ἀλαλύκτημαι.*

ἅλωμι. (*ἁλίσκω* non occurrit) *ϝαλωμι. in poteſtatem venio, capior.* hinc *ϝαλωναι.* M, 172. Φ, 281. *ϝαλοῦσα* B, 374. Δ, 291. *ϝαλοντε* E, 487 vbi v. Obſſ. *ϝαλοιην* et *ϝαλῴην.* I, 588. P, 506. X, 253. Ξ, 81. vbi v. Obſſ. *ϝαλῶ. ϝαλώω.* Nec aliter in Odyſſea. niſi quod X, 230 *σῇ δ' ἥλω βουλῇ Πριάμου πόλις* corrigendum eſt *σῇ δὲ ἅλω.* ex *ϝαλω.* vt *ἔδω*, ex *ἔδων. δῶμι, δίδωμι.*

ἀνάεδνος. v. *ἔδνα.*

ἄναξ. ϝαναξ. ex *ϝανακς ϝανακτς* et *ϝανας* vnde *ὦ ἄνα.* Inde *ϝανασσειν.* Loca, quae repugnare videbantur, collegit et correxit Dawes p. 144 ſq. Nec tamen huius obſeruationis euidentiſſimae mentio facta a Clarkio niſi ad Π, 172.

De *ἤνασσε* v. inf. h. v.

ἀνδάνω. ductum ab *ἅδω*, *ἁδέω* *placeo*, ſupra memorato. Vno tantum loco occurrit Od. B, 114 *τῷ, ὅτέῳ τε πατὴρ κέλεται καὶ ἀνδάνει αὐτῇ*. e quo loco nihil firmari poteſt. Alia tamen ſuadet *ἥνδανον* et *ἑήνδανε*, quod vide.

ἀνήρ nusquam in Homero eſt *ϝανήρ*, etſi hoc inter exempla eſt ap. Dionyſ. Hal. I, 20. vocum, quas *veteres Graeci* digammo notarunt. (Payne Knight p. 56.)

ἀολλής. Idem vir doctus p. 92. cenſebat fuiſſe *ἀϝολϝής*. vt E, 498. Z, 270. Ad Homerum nolim talia referre.

ἄορες. v. in *ἀείρω*.

ἀπτοεπής. *ἀπτοϝεπης*. Θ, 219. ab *ϝεπω*.

ἀραιός. *rarus*. *tenuis*. *ϝαραιος*. v. ad E, 425. Σ, 411.

ἄρδω *irrigo*. *ἀρδμός*. Videri poteſt *ϝαρδω*, *ϝαρδμος*, fuiſſe, quia Φ, 346 *νεοαρδέ' ἀλωήν* legimus, quod potuit eſſe *νεοϝαρδεα*. Nihil tamen eſt, quod cogat; vt nec Σ, 521. Od. N, 247.

ἀρή. *ἀρά*. *noxa*. Payne Knight p. 87. etiam *ϝαρην* fuiſſe putat. v. ad M, 334.

ἄριστον. *prandium*. fuiſſe videtur *ϝαριστον*. v. ad Ω, 124.

ἄρνες. *agni*. *ϝαρνες*. *ϝαρνος*. *ϝαρνας*. *ϝαρνειος*. v. ad Γ, 103. Δ, 158. Θ, 131. ab *ἄρνς*, *ϝαρνς*. aut potius, puto, ab *ἆρν*, ex *ἀρήν*, *ἀρένος*, *ἀρνός*. vnde *ῥήν*, *ῥῆνες*, quod vſus retinuit.

ἀρτιεπής. *ἀρτιϝεπης*. Jl. X, 281. ab *ἕπω*, *ϝεπω*.

ἄρω. *αἴρω*. *αἱρέω*. ignorant digamma. Ita A, 280 *νῆ' ἄρσας ἐρέτῃσιν*. At fuit *τοῦ αρω* duplex adſpiratio *ἄρω* et *ἅρω*, vnde ſpiritus variat in deductis. v. ad A, 136. vt ſuſpicari poſſis cum Payne Knight, fuiſſe quoque *ϝαρω*. In Homero tamen nihil eo ducit. Fuit quoque *ἀράρω*. porro, *ἄρτιος*. *ἀρτύνω*.

ἄστυ. *ϝαστυ*. vbique. vt B, 801 *περι ϝαστυ*. 803 *κατα ϝαστυ*.

αὐίαχος N, 41. fuit *αϝιαχος*. *ſine clamore*. Dawes p. 183 ſcribit *αϝιϝαχος* (*αϝιϝαχος*) ſcil. vbique inter duas vocales interponens digamma. Payne Knight p. 91. facit *αϝυιαχος*. *αὐιαχος*.

αὐσταλέος, aridus. Fuiſſe ϝαυσταλεος cenſebat Dorvill. ad Charit. p. 290 in Jl. Τ, 327 εἴ κεν ϝαυσταλεος. At fuit εἴ κεν ἀϋσταλέος.

E.

ἓ, ϝε. ἑᾶ, ϝα, εϝα, ϝεϝα. v. inf. ἑός.

In doctrina de digammo impeditiſſima res eſt, et difficillima, quando ad verba peruentum eſt ε in fronte habentia; varia in his molitus erat Bentleius; alia alii. Mihi viſa ſunt omnia hunc in modum diſpeſci poſſe.

Omnino vſu poetarum epicorum, antiquorum receptum fuit, vt ε praefigerent pleonaſtice; pro ἓ, pronuntiarunt ἑέ. οὗ, ἑοῦ. ἑεῖς, pro εἷς. v. ad Π, 208. ἔδνα, ἔεδνα. de hoc tamen v. inf. ἔλδομαι, ἐέλδομαι. ἐέλδωρ. Neque aliam originem habuiſſe videtur augmentum ε, cum antiquius tempora augmento carerent; quod nunc inter antiquioris Ioniſmi veſtigia referimus: ὅπλιζον, mox factum ὥπλιζον. μάχοντο, poſtea ἐμάχοντο.

Secundum haec certa aliqua ratione ε praefixum eſt verbis nonnullis, eorumque temporibus:

Primo ε praefigitur verbis a vocali digammo inſignita incipientibus: ϝαγω. ϝαδω. ϝαλημι. ϝειδεω. ϝεικω. ϝειλεω. ϝειργω. ϝελπομαι. ϝεπω. et quandoquidem digamma conſonae vice fungitur, το ε digammo praefixum eſt merum augmentum. Itaque ἑάγη quod Bentleius modo tentabat ϝεαγη, modo εϝαγη, fuit εϝαγη. ἕαξα, εϝαξα. ab ἄγω frango, ϝαγω. v. ſup. h. v. et ſic alia, quae videbimus.

At in aliis hoc ε iterum digamma praefixum habuit aliud pari modo ac γράφω, ἔγραφον, γέγραφα. Ita εἴκω. ϝεικω. a quo fuit ϝοικα. εϝοικα, ϝεϝοικα. Cum enim occurrat οὐδὲ εϝοικε neceſſe eſt praemiſſum eſſe iterum digamma et pronuntiatum ϝεϝοικε. nulla enim eſt ratio nec analogia, cur tollatur aut retrahatur alterum digamma. In his Bentleius acquieſcebat in hoc vt ϝεοικε ſcriberet; in aliis haerebat, an εϝοικε admitteret. — Seuerior tamen obſeruatio me docuit, in multis vtrumque hoc digam-

mum locum habere, etsi in aliis carminis locis occurrit alterum tantum ita ϝελω. ϝεϝελμαι. Sic ab ελπομαι. ϝολπα. ϝεϝολπα. ab εἴκω ϝεικω. εϝοικα. ϝεϝοικαι. ἔργω. ϝεργω. εϝοργα ϝεϝοργα. ϝεϝωργειν. Si in aliis reduplicatio non occurrit, habet tamen analogia. vt ϝεπω. ϝειπον. ϝειπα. εϝειπα. potuit quoque esse ϝεϝειπα. Verum de his sigillatim videndum, est. Sunt enim ea obseruationis, non certae rationis.

Ceterum haec prothesis τῆς ε etiam in verbis nonnullis locum habuit, quae digammo non signantur; vt εἶμι, vado, ab ἕω. vnde ἐείσατο. προεείσατο. v. ad Λ, 358. ἐάφθη et ἐάφθη ab ἅπτω v. ad N, 543 ὦγεν. ἀνέωγε. ἀνέωξε. ὦσεν, ἔωσεν, ab ὤθω.

ἔαγα. ἐϝαγα. ἐάγη. εϝαγη. ab ἄγω, ϝαγω. v. paullo ante.

ἔαδα. ἑαδώς. εϝαδα. ϝεϝαδα. v. dicta de hoc verbo in Excursu I. ad Il. E, 203 p. 173. vbi vidimus mediam syllabam modo produci modo corripi, quia duplex fuit forma: altera α productum habet, ἅδω, eadem ἥδω, ϝηδω, ϝαδω, ϝηδα, εϝαδα, ϝεϝαδα, media longa: I, 173 τοῖσι δὲ πᾶσιν ἑαδότα μῦθον ἔειπεν. et altero loco Od. Σ, 421. vbi ἑαδότα editum est. fuit πᾶσι ϝεϝαδοτα, (Bentl. scribebat ϝεαδοτα, alio loco ϝεϝαδοτα. Dawes p. 182 ϝεϝανδοτα. Payne Knight p. 82. ϝαϝαδηκοτα. Sequor simplicissima). Omisso digammo scriptum est serius πασιν εαδοτα, cum leni et cum aspero spiritu.

Fuit altera forma αδω, αδεω, priore breui, quae nunc pronunciatur cum aspero, ἅδω, placeo. v. ad Γ, 173. Inde factum εϝαδον. producta priore syllaba, geminato digammo saltem pronuntiando, ac si esset εϝϝαδον. Seriores hoc mutarunt in εὔαδον. Sic Ξ, 340 ἐπεί νύ τοι εὔαδεν εὐνή. P, 647 ἐπεί νύ τοι εὔαδεν οὕτως. Od. Π, 28 ὣς γάρ νύ τοι εὔαδε θυμῷ.

ἐάλη et ἑάλη conuolutus, est collegit se. εϝαλη. vt N, 408 τῇ ὕπο πᾶς εϝαλη. Υ, 278 Αἰνείας δ' εϝαλη. et vs. 168 δουρὶ βάλῃ, ἑάλη τε χανών. fuit εϝαλη. Ab ἄλημι, colligo me, cognato cum εἰλέω. v. supra ἄλημι. Vnde fit

ἄλην. ἄλη, quod fuit ϝαλη. ϝαλεις. Π, 403 ἦστο ϝαλεις. Φ, 571 Ἀχιλῆα ϝαλεις μένεν. Χ, 308 et Od. Ω, 537 οἴμησεν δὲ ϝαλεις. Ita quoque εϝαλη. Bentleius tentabat modo ϝεαλη, modo εϝαλη, vt Υ, 168 et al.

εϝανασσε v. ἤνασσε.

εϝανδανε v. ἥνδανε.

ἑανός. media modo correpta, modo longa videbatur occurrere; ſi longa, ſtatuebatur eſſe *peplum*, ab ἕω, ἕννυμι. ita videbatur digamma requiri, nam fuit ϝεω. ϝεννυμι. et Bentl. ſcribebat ϝεανος· reſpiciens puto locum Φ, 507. ſi media breui, ab ἕω, duco, vt ſit ductilis, ſubtilis. v. ad Γ, 385. et Ε, 734. Poſtea tamen vidi, hac ſubtilitate rem non indigere: v. ad Σ, 352. ἑανὸς eſt vocabulum vnicum, media breui, ductilis, ſubtilis, productum ἑαννός. et πέπλος aut adiicitur aut intelligitur: ita Φ, 507 ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιος ἑανὸς τρέμε. ſic Γ, 419 ἑανῷ ἀργῆτι ſcil. πέπλῳ. Alibi adiicitur: πέπλον κατέχευεν ἑαννόν. Ε, 734 et Θ, 385. pro quo Σ, 351 et Ψ, 254 ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες ἑαννῷ λιτὶ καλύψαι. Ergo et ἑανὸς κασσίτερος, vt Σ, 612 κνημῖδας ἑαννοῦ κασσιτέροιο. Potuit hoc etiam εϝανος ſcriptum eſſe, vnde factum, quod Ξ, 172 legimus, λίπ' ἐλαίῳ, ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ. vbi v. Obſſ. εἰανὸς eſt Π, 9.

ἔαρ. *ver* an ϝεαρ fuerit, ex Jl. Ζ, 148 diiudicari nequit: τηλεθόωσα φύει ἔαρος. At probabile ſit ex Od. Τ, 519 καλὸν ἀείδῃσιν ἔαρος. αειδησι ϝεαρος. manifeſta res eſt in εἰαρινός. Jl. Θ, 307 νοτίῃσιν εἰαρινῇσι. νοτιησι ϝειαρινησι. Itaque Β, 471 ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ corrig. ὥρῃ ϝειαρινῇ. v. Obſſ.

ἔαρ in ἦρ contractum in Homero hac notione, vt *ver* ſit, non occurrit. In Heſiodo Ἔργ. 462 ἔαρι πολεῖν, efferendum eſt ac ſi eſſet ἦρι. At Atticis et hinc aliis familiare eſt ἦρ pro *vere*.

In Homero ἦρ declarat ὄρθρον, nec vsquam digamma habet. Od. Τ, 320 ἠῶθεν δὲ μάλ' ἦρι. Υ, 156 ἀλλὰ μάλ' ἦρι νέονται.

Tertium eſt ἀήρ, *aer et caligo*. E, 864 ἐρεβεννὴ φαίνεται ἀήρ. Ab hoc eſt ἠέρος. ἠέρι. P, 644 ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος. Ab hoc eſt Θ, 13 ἐς Τάρταρον ἠερόεντα.

Iam ſi ἠέριος in Homero occurrit, non poteſt eſſe *vernus:* nam hoc eſſet ἐαρινὸς, ϝειαρινος. Sed ἠέριος eſt vel *aereus, in* vel *ex aere*, vel, *matutinus*. hoc altero ſenſu A, 497 ἠερίη δ' ἀνέβη, mane. et priore Γ, 7 ἠέριαι δ' ἄρα ταίγε *grues ex aere*. (non autem, *verno tempore*, quod eſſet ϝειαριναί. pro quo in Obſſ. p. 451. male expreſſum ϝηαριναι.) Contra vulgaris lectio Od. I, 51 ἦλθον ἔπειθ', ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ, ἠέριοι. *mane*. Probabile ſit fuiſſe ὥρῃ ϝειαρινῇ.

ἐάφθη vel ἑάφθη. ſine digammo. pro ἥφθη. ab ἅπτω. v. paullo ſupra. et ad N, 543.

ἕδνον. τὰ ἕδνα. fuiſſe ϝεδνον apparet ex μυρία ϝεδνα. ἀπερεισια ϝεδνα. ergo et εϝεδνα. v. Obſſ. ad Jl. I, 146 vbi eſt ἀνάεδνον, quod eſſe debebat ἀνέεδνον, ex ανεϝεδνον. noſtro more ἄεδνον. Adde ad N, 366.

ἕζω. ἕδος. ἕδρα. et cognata, nusquam digamma habent; etſi ductum hinc eſt Lat. *ſedes*.

ἐέλδομαι. ἐέλδωρ. ab ἔλδομαι. non habent digamma; etſi Bentleium vbique appoſuiſſe video. Nondum cauſſam iuſtam animaduerti, qua inductus aſſentiendum eſſe ſtatuerem, cum ἔλδομαι nusquam ita poſitum occurrat, vt aliquid affirmari poſſit. E, 481 κὰδ δὲ κτήματα πολλὰ, τά τ' ἔλδεται ὅς κ' ἐπιδευής. quorſum mutes τα ϝελδεται? aut in Od. Ψ, 6 τά τ' ἔλδεαι ἤματα πάντα?

ἐελμένος. εϝελμενος. Vide mox ϝειλεω.

ἐέλπομαι. εϝελπομαι. v. ἔλπομαι.

ἐέργω. εϝεργω. vide ἔργω.

ἐέρση. olim ἐέρση ex ἔρση. v. ad Λ, 53.

ἔερτο. v. εἴρω.

ἐέσσατο. εϝεσσατο. vide ἕω. ϝεω.

ἕηκε. ab ἕω ἵημι. μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε A, 48. nec εϝηκε, niſi vitioſe, ſcribi poteſt; nam ἧκε non eſt ϝηκε. et habemus ἐφῆκε. ἀνῆκε. μεθῆκε.

ἑήνδανε. v. in ἥνδανε.

ἔθειρα. ϝεθειρα, coma. Π, 795 *μιάνθησαν δὲ ϝεθειραι.* et alibi. De T, 382 v. Obſſ.

ἔθεν. ἕο. οὗ. ϝεθεν, ſui. v. ad Jl. A, 114.

ἔθνος. ϝεθνος. ſine controuerſia habet digamma. vt H, 115 *ἰὼν μετὰ ϝεθνος ἑταίρων.*

τὸ ἔθος, mos, in Homero haud occurrit. Nec *ἔθω, in more habeo, ſoleo*, ita occurrit poſitum Z, 508. I, 536. Π, 260. vt poſſit iudicari, ſitne *ϝεθω.* At legitur *ἔωθα.* e quo colligunt viri docti fuiſſe *εϝωθα.* quod tamen non omni dubitatione liberari poſſe puto. Ex *ἔθω* fuit *ὦθα*, (vt ab *ἔλπω, ἔλπομαι, ὦλπα, ἔολπα. ἐώλπει*) *ἔωθα.* Θ, 408 *αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν.* poteſt videri ſcriptum fuiſſe *εϝωθε.* et E, 766 *ἥ ἑ μάλιστ' εἴωθε*, forte *μαλιστα ϝεϝωθε.* Od. Γ, 394 *'Αντίνοος δ' εἴωθε. δε ϝεϝωθε.* ergo et Jl. Z, 508 *εἰωθώς, ϝειωθως.*

At *ἦθος* eſt *ϝηθος.* v. inf. *ἕδος ſedes.* et *ἔδω, comedo: καρπὸν ἔδουσι. εἶδαρ*, ab *ἔδαρ.* At eſt *ἔτος. ϝετος.* v. hac voce.

εἶδαρ. cibus. eſt ab *ἔδω.* nec admittit digammum. Od. I, 84 *οἵ τ' ἄνθινον εἶδαρ ἔδουσι.*

εἴδω. εἰδέω. ϝειδω. ϝειδεω. et ab his ductu *ϝειδον. ϝειδετο. ϝειδοντο* videbant Π, 278 et al. Saepe in his peccatum: vt O, 32 *ὄφρ' εἰδῇς*, quod eſt *ὄφρα ϝιδῃς. ϝιδον. ϝιδων. ϝιδομην. ϝιδειν. ϝιδεμεν. ϝιδμεν. ϝιδωμαι. ϝιδεσθαι.* In his ad digamma paſſim offenditur; locis aut corruptis aut interpolatis: vt Γ, 224 *ἀγασσάμεθ' ϝειδος ϝιδοντες.* Δ, 374 *οἵ μιν ϝιδοντο* fuit *οἵ ἑ ϝιδοντο*· ſicque alia alibi. De A, 203 v. Obſſ. In Odyſſea plurima huius generis occurrunt.

Ergo et *ϝεισομαι* pro *γνώσομαι.* Jl. Ξ, 7 *τάχα ϝεισομαι.* et *διαϝεισεται* Θ, 535 et N, 277. v. Obſſ. Contra Ω, 462 *πάλιν εἴσομαι* eſt ab *εἶμι, vado.* Sic et *ϝεισατο. viſus eſt*, et *ſimilis erat.* Y, 81 *υἷϊ δὲ Πριάμοιο Λυκάονι ϝεισατο φωνήν.* adde Ω, 319. Od. N, 352. Contra N, 191 de haſta: *ἀλλ' οὔ πῃ χροὸς εἴσατο. διέβη.* ab *εἶμι vado.* Itaque Δ, 138 et al. *διὰ πρὸ δὲ εἴσατο* ſcribendum eſt *διὰ πρὸ δ' ἐείσατο* E, 538 et al. Sic quoque N, 90

et P, 285 ῥεῖα μετεισάμενος *aggressus*. De καταείσατο Λ, 358 v. Obss. ad e. l. Non enim satis bene haec viri docti dispescuerunt. At locus Od. Τ, 283 κέρδιον εἴσατο repugnat; cum sit ab ειδω, ϝειδω. εισάμενος. ἀνέρι ϝεισαμενος P, 73 et al. Στέντορι ϝεισαμενη Ε, 785. Corrigendum ergo Υ, 224 ἵππῳ δ' εἰσάμενος. Od. Β, 40. Π, 246. Ω, 505.

Pro ϝεισατο saepe est εϝεισατο. εϝεισαο. πάντα τί μοι κατὰ θυμὸν εϝεισαο μυθήσασθαι I, 641. καί μοι εϝεισατο καπνὸς et saepe al. Sic εϝεισαμενος. Β, 22 τῷ μιν εϝεισαμενος. Bentl. hoc interdum mutauerat in ϝεισαμενος, vt P, 326.

Sunt porro ϝειδως. vt Δ, 218 ἤπια φάρμακα ϝειδως et ϝειδυῖα. interdum vitiatum est et hoc: vt in ἔργ' εἰδυίας. v. Obss. ad I, 128. ϝοιδα. de hoc v. inf. ϝηδειν. ϝηδη et ϝηδεε. Β, 38 οὐδὲ τὰ ϝηδη. Saepe et hoc interpolatum occurrit.

Porro hinc deducta: εἰδάλιμος. ϝειδαλιμος. ηεροϝειδης. θεοϝειδης. ιοϝειδης. Sic Od. Ν, 194 αλλοϝιδεα vel — δη scribendum pro ἀλλοειδέα. ϝειδωλον. Ε, 449 et al.

εἴκοσι. ϝεικοσι et sollennius εϝεικοσι, itaque saepe corrigendum, v. c. Λ, 25. Od. Μ, 78.

εἴκω, *similis sum. probabilis sum.* ϝεικω. ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ϝεΐκτην Α, 104. γενεῇ δὲ Διὸς μεγάλοιο ϝεϊκτον Od. Δ, 27.

Ex εἴκω, ϝεικω, est οἶκα, ϝοικα apud Herodotum obvium; quod ϝεοικα fuisse censebat Bentlei. Conuenit hoc cum eo, quod frequenter legitur, οὐδὲ ἔοικε. οὔ σε ἔοικε. Itaque Γ, 158 εἰς ὦπα ϝεοικε scribebat, et 170 βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ϝεοικε, et sic porro. Corrigebat inde alia quae repugnabant, vt Β, 233 οὐ μὲν ἔοικε, ου σε ϝεοικε. Reponebat quoque sic, quoties occurrit ουκ επεοικε, οὐδὲ ϝεοικε; Α, 126 λαοὺς δ' οὐχὶ ϝεοικε. Δ, 341 pro μέν τ' ἐπέοικε, μέν ῥα ϝεοικε. Atqui obstabant alia: Δ, 286 οὐ γὰρ ἔοικε. Υ, 371 χεῖρας ἔοικε. Od. Θ, 146 δεδάηκας ἔοικε, in quibus ϝεοικε locum non habet.

Accurate inſtituta comparatione liquere videtur, non vnam formam in hoc verbo, vt in aliquot aliis fuiſſe: ex ϝοικα fuit εϝοικα, ϝεϝοικα. Nullus eſt locus, qui non alterutrum recipiat. Sic Γ, 158 ϑεῇς εἰς ὦπα ϝεϝοικε. et 170 ἀνδρὶ ϝεϝοικε. et ſic innumera, etiam in ceteris perſonis, ἀτυζομένῃ δὲ ϝεϝοικας, Ο, 90. At nec minus recte Β, 233 οὐ μὲν εϝοικε. Υ, 371. 372 πυρὶ χεῖρας εϝοικε.

Concinit ἐῴκειν. quod fuit ϝεϝῴκειν. Β, 58 ἄγχιστα ϝεϝῴκει. Α, 47 νυκτὶ ϝεϝοικως. vbi etiam Bentl. ϝεοικως. Σ, 418 eſt νεήνισι ϝειϝοικυιαι.

Iam centies, vt in ceteris, obliteratum eſt digamma interpoſito ν finali: quod in ſingulis locis in oculos incurrit.

εἰκώς. ϝεικως. εικυια, ϝεικυια. Γ, 386 γρηῒ δέ μιν ϝεικυια. Θ, 305 δεμας ϝεικυια ϑεῇσι.

Secundum haec ex εϝοικε bene fit επεϝοικε, nec habet cur mutetur; etſi lubens concedo, non minus in pleriſque locis verbum ſimplex fere locum habere, forte quoque praeferendum: Ι, 392 ὅς τις οἷ τ' ἐπέοικε, malim ὅς τις ϝοι τε ϝεϝοικε. Κ, 146 ὅν τ' ἐπέοικε. ὅν τε ϝεϝοικε. Sic Χ, 71. Ω, 595. At in Odyſſ. locis pleriſque ſedem tutam habet: vt in Od. Ζ, 193 ὧν ἐπέοιχ' ἱκέτην. Λ, 185. Υ, 293. Ω, 294. 480.

Ex εἴκω factum εἴσκω. ergo ex ϝεικω ϝεἴσκω, et inde ἴσκω, ϝισκω. vt ϝεϝισκω ſcribatur, nihil eſt, quod adducat. Ergo Ε, 181 Τυδεΐδῃ μιν πάντα ϝεΐσκω. et al. Γ, 197 ἀρνειῷ μιν ἔγωγε ϝεΐσκω. At Od. Δ, 796 δέμας δ'. ἤϊκτο γυναικί. corrig. δέμας δε ϝεἶκτο.

Porro, vt hinc patet, digamma habuere εἴκελος, ϝεικελος. ἴκελος, ϝικελος. επιϝεικελος. ϑεοϝεικελος, ἀεικής. αϝεικης. indignus. αϝικως Χ, 336. αϝεικειη. αϝεικελιος. αϝεκηλιος, Σ, 77. αϝεικιζω, e quo ortum eſt αἰκίζω, quod in Homero non occurrit: niſi quod in Od. Π, 290 eſt κατήκισται. vix antique.

επιϝεικης. μενοϝεικης.

At diuerſa vox eſt εἴκω, *cedo*, digammum reſpuens. Hoc fraudem ſecerat Bentleio, qui vbique emendat, vt ϝεικω locum obtineat: Δ, 509 μήδ' εἴκετε χάρμης. volebat μή ϝεικετε. M, 48. N, 321. ergo nec bene corrigebat E, 892 επιϝειχτον. nec Λ, 204 ὑποϝειχε aut Π, 305. ὑποϝειχον. ſed ſunt επιειχτον. ὑπόειχε.

εἶλαρ. ϝειλαρ v. ἕλω.

εἰλέω. ϝειλεω v. ἕλω.

εἰλύω. ϝειλυω v. ἕλω.

εἴλη v. ἴλη.

εἶμα. ϝειμα. ab ἕω. ϝεω, quod vide. Sic E, 905 χαρίεντα δὲ ϝειματα ϝεσσε. Ψ, 67 τοῖα περὶ χροΐ ϝειματα ϝεστο. et ſaepe. Hinc κακοϝειμων. ανειμων Od. Γ, 348 forte ex αϝειμον.

Εἵμαρτο. Bentleium video ſcribere ϝειμαρτο. Cauſſam haud vidi. Ex μείρω fit μέμαρμαι. ἔμμαρμαι, εἵμαρμαι. quod poſtea, inter Atticos maxime, aſperum accepit εἵμαρμαι.

εἴργω. ϝειργω. vide ἔργω.

εἶρος. εἰρίον. non bene digammo notantur. Vetat Od. I, 426 ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχοντες. Jl. E, 137 ἐπ' εἰροπόκοις ὀΐεσσι.

εἴρω *necto*, creditur fuiſſe ϝειρω. etſi nihil in Homero inde occurrit quam tempus praeteritum: εἶρμαι, ἔερμαι, ex analogia εϝερμαι. Od. O, 459 χρύσεον ὅρμον ἔχων, μετὰ δ' ἠλέκτροισιν ἔερτο, εϝερτο, vel — οισι ϝεϝερτο. ſimiliter Od. Σ, 295. Dawes p. 185 vim verbo facit, reponendo εwεwερκτο (εϝεϝερκτο ab εἴργω·) etſi p. 431 ſpecioſa ſunt quae afferuntur.

εἴσατο. ϝεισατο. ab εἴδω. εἰδέω. vide ſub his vocibus. ita quoque ϝεισαμενος. εϝεισατο. v. ibid.

At εἴσατο, εἰσάμενος ſine digammo, ab ἔω. εἶμι. eo, v. ibid.

ἐΐσκω. ϝεΐσκω. ϝεϝισκω, *aſſimulo*, *comparo*: ἀρνειῷ μιν ἔγωγε ϝεϝισκω. et ſaepe. a ϝεικω. ϝεΐσκω. ergo ἤϊσκε fuit ἐϝεϝισκε. Od. Δ, 247. et vſ. 796 δέμας δ' ἤϊκτο γυναικὶ, δε ϝεϝικτο. Jl. Ψ, 107 καί μοι ἕκαστ' ἐπέτελλεν, ἔι-

κτο δὲ θέσκελον αὐτῷ. ſi verſus genuinus eſt, ſcriptum erat: καί τε ϝεκαστ' ἐπέτελλε, ϝεϝικτο δὲ θ.

ἐΐσος. εϝισος pro ἴσος, ϝισος vt δαιτὸς ἐΐσης. εϝισης νῆες ἐΐσαι. εϝιση, v. ad Γ, 347. Formatum hoc eodem modo, vt verba εϝειπον a ϝεπω. ϝειπον. εϝειπον. et εϝειϲατο a ϝειδεω. ϝειϲατο. εϝειϲατο.

εἴωθα. ϝειωθα. v. ϝεθω.

ἑκάς. ϝεκας. Od. Ο, 33 ἀλλὰ ϝεκας νήσων. Od. Ρ, 73 ξεινοῖο ϝεκας. Peccat ergo Jl. Υ, 422 δηρὸν ἑκάς. vbi v. Obſſ. et ad Ε, 791. Ν, 107. Itaque Od. Β, 400 οὐχ ἑκὰς corr. ου ϝεκας.

Similiter ἕκαθεν. ϝεκαθεν. At Ε, 791 νῦν δ' ἕκαθεν, vitioſe. corr. νῦν δὲ ϝεκας. v. paullo ante ἑκάς.

Pariter ἑκαστέρω debuit eſſe ϝεκαστερω. Ergo Od. Η, 321 μάλα πολλὸν ἑκαστέρω corr. πολλα ϝεκαστερω. et Κ, 113 νῆες ἕκασι ϝεκαστατω.

Inde ἕκατος et deducta ϝεκατος. ϝεκηβολος. ϝεκατηβολος. ϝεκατηβελετης. ϝεκαϝεργος. v. ad Α, 14. Vitium aliquoties irrepſit, vt Ρ, 353 Αἰνείας δ' ἑκατηβόλον pro Αἰνείας δὲ ϝεκηβολον.

ἑκάτερθε. videtur ϝεκατερθε ſcribendum eſſe, quandoquidem ab ἑκὰς eſt ἑκάτερος, ἑκατέρωθεν, ἑκάτερθεν. Itaque Υ, 153 ὣς οἱ μέν ῥ' ἑκάτερθεν, eliminandum ῥ', nam fuit μεν ϝεκατερθεν. Et Ω, 273 τρὶς δ' ἑκάτερθεν ἔδησαν laborat, item Od. Η, 91. Locum tamen diſerte digamma poſtulantem non reperi: Od. Λ, 577 γῦπε δέ μιν ϝεκατερθε. Ζ, 19 σταθμοῖιν ϝεκατερθε.

ἕκαστος. non poteſt dubitari, fuiſſe cum digammo ϝεκαστος. Α, 605. 6 ἔβαν οἶκονδε ϝεκαστος, ᾗχι ϝεκαστῳ δῶμα. Laborant ergo loca haud pauca, in quibus peccatur in digammum; partim a ſeriore rhapſodo inſerta, partim interpolatis verbis. Sic Κ, 215 τῶν πάντων οἱ ἕκαστος. forte τῶν πάντων γε ϝεκαστος. v. de his locis Obſſ. vt ad Ο, 288. 505. ſingula enim notare neglexi.

ἑκατὸν, *centum*, in Homero digammum non habet; etſi illud ſcriptum olim fuit ΗΕΚΑΤΟΝ, vnde et natum ſignum numerale Η pro centum.

ἔκηλος. *quietus*. ϝέκηλος. Sic E, 759 οἱ δὲ ϝέκηλοι. Saepe in hac voce peccatur: Θ, 512 μὴ μὰν ἀσπουδί γε νεῶν ἐπιβαῖεν ἔκηλοι· quod esset — εν ϝε — sed versus est insititius. Od. B, 311 δαίνυσθαι δ' ἀκέοντα καὶ εὐφραίνεσθαι ἔκηλον. leg. per elisionem τοῦ αι, εὐφραίνεσθ' εὔκηλον. Fuit enim altera quoque forma εὔκηλος. εὔκηλος vt A, 554 ἀλλὰ μάλ' εὔκηλος. Od. P, 478 ἔσθι' ἔκηλος. corr. ἔσθε ϝεκηλος ex ἔσθειν Od. E, 197. Od. Φ, 289 οὐκ ἀγαπᾷς ὃθ' ἔκηλος. emend. ὃ ϝεκηλος. pro καθ' ὅ.

ἕκητι. ϝεκητι. Od. T, 86 Ἀπόλλωνός γε ϝεκητι. Itaque et αϝεκητι. cf. ἑκών.

ἑκυρός. ϝεκυρος. Γ, 172 Φίλε ϝεκυρε. vbi v. Obss.

ἑκών. ϝεκων sine dubitatione. vt Δ, 42 καὶ γάρ ἐγώ σοι δῶκα ϝεκων αϝεκοντι γε θυμῷ.

ἔλδομαι. sine digammo, vt et ἐέλδομαι. vt E, 481 κτήματα πολλά, τά τ' ἔλδεται.

Ἑλένη. perpetuo sic Homerus. οὐκ εἴασχ' Ἑλένην Λ, 125. non ϝελενη quod Dionys. Hal. veteribus graecis vsitatum fuisse ait: vnde Bentlei. in Homero quoque reponere volebat; inuita saepe et repugnante lectione. cf. Obss. ad B, 356.

ἐλεός. τράπεζα μαγειρική. Bentlei. scribit ϝελεος I, 215 et Od. Ξ, 432 vt vox discernatur τὸ ἔλεος *miseratio*.

ἑλίσσω. ϝελισσω. v. ἕλω. At ἐλελίσσω, ἐλελίζω, sine digammo scribitur. cf. Obss, A, 530. vbi videbis a viris doctis mutari fere in ϝελισσειν, me non assentiente: nam reduplicatio mutauit digamma.

ἕλκος non admittit digamma, vt nec ἕλκω, traho. nec τὸ ἕλος, palus; v. Υ, 221. et Od. Ξ. 474 etsi e Dionys. Hal. I, 20 constat ϝελος antiquitus fuisse, vnde Romae erat Velia, Οὐέλια.

ἔλπω. ἔλπομαι. ϝελπω. ϝελπομαι. I, 40 οὕτω που μάλα ϝελπεαι. Saepissime occurrit; saepe quoque corruptum, facile plerumque sanatu. Od. B, 91 πάντας μέν ῥ' ἔλπει. corr. μεν ϝελπει. sperare facit. Jl. Ω. 491 χαίρει τ' ἐν θυμῷ, ἐπί τ' ἔλπεται ἤματα πάντα. corrig.

ἐλδεται. Occurrit quoque ἐέλπομαι. ἐϝελπομαι. K, 105 ὅσα πού νυν ἐϝελπεται. N, 813 θυμὸς ἐϝελπεται. M, 407 θυμὸς ἐϝελπετο. N, 8. 609. adde Θ, 196. P, 488.

Ex ἔλπω pro ἦλπα et ὦλπα, ϝωλπα, in Homericis eſt ἔολπα, ἐϝολπα. Φ, 583 ἤδη που μάλ' ἐϝολπας. Υ, 186. X, 216. Od. Θ, 315. Hoc Bentl. quoque agnoſcit. At idem fuit quoque ϝεϝολπα. Od. B, 275 οὐ σέ γ' ἔπειτα ϝεϝολπα. ſic quoque Od. Γ, 375. E, 379. Ita quoque ἐώλπει eſt ϝεϝωλπει. Il. T, 328 θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι ϝεϝωλπει. item Od. Υ, 328. Φ, 96. Corrigendum Ω, 312 νῶϊν ἐώλπει. requiritur quartus caſus νῶϊ ϝεϝωλπει.

Secundum dicta ἐλπὶς eſt ϝελπις. binis tantum locis lectum Od. Π, 101. T, 84. ἀέλπω, αϝελπω H, 310. ἀελπής. αϝελπης Od. E, 408.

ἔλω. ϝελω. idem ἕλω. Fuit eiusdem vocis triplex pronuntiatio; antiquior ϝελω ſine digammo ἔλω. et aſperata Ionum et Atticorum ἕλω. Similiter variant deductae voces, εἰλέω. εἰλύω. Videamus de ſingulis. Notio generalis eſt, *voluo, glomero. inuoluo, includo.* Primo loco

ϝελω. ἔλω. ἕλω. Inde A, 409 ἀμφ' ἅλα ϝελσαι 'Αχαιούς. *includere.* Bentlei. primo tentauerat ἅλαδ' ἔλσαι, ſerius viderat eſſe ϝελσαι. Dawes ſcribit ϝειλαι (ϝειλαι.) ſine cauſſa, vox iterum occurrit Λ, 413 ϝελσαν δ' ἐν μέσσοισιν. vbi v. Obſſ. et Φ, 225. Indocte grammatici ap. Schol. br. Euſtath. Etymol. factum eſſe voluere ex ἐλάσαι. Confundunt quoque diuerſa Apollon. Lex. Heſych. Eſt quoque ἐϝελσαι. Φ, 295 λαὸν ἐέλσαι eſt ἐϝελσαι. Peccat Σ, 294 θαλάσσῃ τ' ἔλσαι 'Αχαιούς. vbi v. Obſſ. Od. E, 132 et H, 250 eſt Ζεὺς ϝελσας ἐκέασσε.

Inde facta ſunt εἶλμαι. ἔελμαι, ἔελμαι, eademque ἐϝελμαι, ϝεϝελμαι. Sic Ω, 662 κατὰ ἄστυ ϝεϝελμεθα. Porro ἐελμένος. ἐϝελμενος. ϝεϝελμενος. M, 38 νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῇσι ϝεϝελμένοι. N, 524 βουλῇσι ϝεϝελμενος. Bentl. tentabat in his ϝεελμενοι. ϝεελμενος. Σ, 187 κεκόρησθε ϝεϝελμενοι.

Fuit quoque εἴλω. ϝειλω. vnde ϝειλομενος E, 203. 782. Θ, 215.

εἶλαρ. ϝειλαρ. hinc ductum esse videtur, *tutamen, munimentum, quod includit.* H, 338. Ξ, 56. 68. Ergo Od. E, 257 κύματος εἶλαρ ἔμεν, si versus Homericus est, potuit esse κύματι vel κύμασι ϝειλαρ ἔμεν.

Diuersum verbum est ἕλω, *capio*, αἱρέω, vnde ἑλεῖν. εἷλον. ἑλέσθαι. quod nusquam digamma exhibet. Corruptus est vs. O, 71 Ἴλιον αἰπὺ ἕλοιεν.

εἰλέω. ϝειλεω. vnde ϝειλει Θ, 215 et al. Φ, 8 ἐς ποταμὸν ϝειλουντο. Σ, 457 ἐπὶ πρύμνῃσιν εϝειλεον. K, 347 προτι ϝειλειν. εἰλημένος posset esse; sed P, 492 est εἰλυμένω.

εἰλύω. ϝειλυω. vnde ϝειλυμαι. ϝειλυμενος. Od. Ξ, 479 σάκεσι ϝειλυμενοι ὤμους. add. P, 492. Π, 640 ϝειλυτο. Od. Υ, 352 νυκτὶ εἰλύαται κεφαλαὶ corr. ϝειλυνται. Sic et peccatum Jl. M, 286. vbi v. Obss. et Σ, 522. vbi Obss. cf. ad Λ, 156.

Ab εἰλύω, ϝειλυω, esse quoque debuit ϝειλυμα. Attamen Od. Z, 179 εἴ τι που εἶλυμα. corr. εἴγε τι ϝειλυμα.

εἰλυφάω. ϝειλυφαω. media longa, cum sit ex εἰλύω. Ergo corrig. Λ, 156 πάντῃ τ' εἰλυφόων ἄνεμος. v. Obss.

εἰλυφάζω. ϝειλυφαζω. Υ, 492 ἄνεμος φλόγα ϝειλυφαζει.

εἰλύω debuit quoque esse ἐλύω. ϝελυω. Occurrit tamen sine digammo. Ψ, 393 ῥυμὸς δ' ἐπὶ γαῖαν ἐλύσθη. Ω, 510 προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλῆος ἐλυσθείς. Od. I, 433 ὑπὸ γαστέρ' ἐλυσθείς.

Ab ἕλω descendit ἑλίσσω, et ipsum ϝελισσω vt Θ, 340 γλουτούς τε ϝελισσομενον. M, 74. P, 728. Ψ, 309. Peccatur in digamma N, 204. Ψ, 846. Od. Υ, 24. v. Obss. ad e. l. non bene Dawes p. 177. pro ἰὼν ϝειλισσεθ' ἑταίρους reponit ἰὼν εϝελισσεθ'.

Cum ϝελισσω sit, putes quoque esse debuisse ϝελιξ, ϝελικες, et quae inde ducta sunt ϝελικωπες Ἀχαιοί. ϝειλιποδες βοῦς. Nihil tamen de his asseuerare ausim, quia voces istae nusquam in eo positu occurrunt, vt res tuto iudicari possit; nam saepe legitur: εἰλίποδας ἕλικας βοῦς. M, 293 λέονθ' ὡς βουσὶν ἕλιξιν potuit esse βουσι ϝελιξι.

Π, 569 Τρῶες ἑλίκωπας Ἀχαιούς. nil cogit esse ϝελικώπας. Od. M, 355 βοσκέσκονθ' ἕλικες καλαὶ βόες. potuit esse βόσκοντο ϝελικες. Sunt ἕλικες in mundo muliebri, Σ, 401 πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας potuit esse πόρπας καὶ γναμπτὰς ϝελικας.

At εἰλίποδες sine digammo pronuntiatum fuisse probant versus Z, 424 βουσὶν ἐπ' εἰλιπόδεσσι. I, 462 et alibi μῆλα καὶ εἰλίποδας. add. O, 547. Φ, 448. Π, 488. Od. A, 92. Δ, 320. Θ, 60. I, 46. v. Obss. ad VI. (Z) 424. et ad IX. (I) 462. Quam caussam haec inconstantia digammi habuerit, haud assequor. Non enim omnes hi versus serius accedere potuere.

ἕλος. *palus.* Aeolibus ϝελος, vt ex Dionysio Halic. constat, Homerus sine digammo pronuntiat Jl. Υ, 221. Od. Ξ, 474.

ἕλωρ. ϝελωρ. ϝελωριον. quia est a ϝελω *inuoluo*, de praeda. v. ad A, 4.

ἕνετοι. ϝενετοι. *Veneti.* agnoscit Terentianus p. 2397. Debuit ita B, 852 scriptum esse εκ ϝενετων pro ἐξ Ἐνετῶν.

ἕννυμι et ἔννυμι. ϝεννυμι. a ϝεω. induo. vid. inf. h. v. Vnde factum ϝενω. ϝεννω. ϝεννυω. ϝεννυμι. In Jliade non occurrit; at in Odyssea: E, 229. 230 χιτῶνά τε ϝεννυτ' Ὀδυσσεύς, αὐτὴ δ' ἀργύφεον φᾶρος μέγα ϝεννυτο νύμφη. K, 543. Ξ, 514. Inde ductum καταϝεννυω vel καταϝεινυω. Jl. Ψ, 135 θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταϝεινυον.

ἕντο. ϝεντο. vnde γέντο. v. Obss. ad Θ, (VIII) 43.

ἕο. ϝεο. ϝου. οὗ. sui et αὐτοῦ. de quo saepe dictum est. v. Excurs. VII ad A. add. Obss. ad B, 239. T, 384.

ἑοῖ. ἑοῖ αὐτῷ. *sibi.* Hoc non vno modo pronuntiatum fuisse, apparebit ex eo, quod statim videbimus, ὅς. Scilicet prima forma vocis fuit οἷ αὐτῷ cum digammo ϝοι αὐτῷ. praefixo ε factum εϝοι, vnde ἑοῖ, et tandem ϝεϝοι. Sic N, 495 ἔθνος ἐπισπόμενον ϝεϝοι αὐτῷ.

ἔοικα. εϝοικα. εϝῳκειν. ϝεϝοικα. ϝεϝῳκειν. vid. εἴκω, ϝεικω.

ἔολπα. ϝεϝολπα v. ἔλπομαι.

ἔοργα. v. inf. ἔργον.

ἑός. In hanc vocem inſigni licentia graſſata eſt grammaticorum Alexandrinorum ſeu inſcitia ſeu audacia, vt ſexcentis locis eſt obſeruatum. Inde ambigua facta eſt omnis de ea disputatio, quam nec ipſe initio (v. Excurſ. VII ad lib. I) recte inſtitueram. Nam modo ἑὸς adſpiratur, vt in πατρὸς ἑοῖο. παιδὸς ἑοῖο. In aliis locis digammum fuiſſe praefixum colligas χεῖρα ἑὴν I, 420. ἡνιόχῳ μὲν ἔπειτα ἑῷ Λ, 47. vt credas fuiſſe χεῖρα ϝεην. επειτα ϝεῳ. Tertio loco eſt οὐδὲ οὓς παῖδας ἔασκε· ergo οὐδὲ ϝους.

Bentleius ſcribebat ϝεος, quod analogia carere intelligebam, nec tamen aliud melius reperiebam quam ϝος. ſicque paſſim adſcripſi. Sero tandem infinitis locis perſpexi ex analogia non vnam rationem eſſe potuiſſe, et fuiſſe. Antiquiſſimum fuit ϝος, quod nunc ὅς, *ſuus*. praefixo ε factum εϝος. hinc tertia ratio ϝεϝος. Ita nullus eſt locus, qui non ad vnam ex his formam reuocari poſſit. Hanc veriorem rationem nondum perſpexeram in locis A, 83. I, 420. Λ, 47. M, 222. 403. Π, 753.

Ita quoque ἑῇ, ἑὸν, et deducti inde caſus, ſunt refingendi: ϝῃ, εϝῃ, ϝεϝῃ. vt T, 277.

Centies in his eſt aberratum; etiam in Heſiodo; vt vno loco Theog. 487 τὸν τόθ' ἑλὼν χείρεσσιν ἑὴν (χειρεσσι ϝεϝην) ἐγκάτθετο νηδὺν, σχέτλιος. οὐδὲ νόησε μετὰ Φρεσὶν, ὥς οἱ (ὥς ϝοι) ὀπίσσω ἀντὶ λίθου ἑὸς (ϝεϝος) υἱὸς — λείπετο.

ἐῢς antiqua fuit vox, *bonus, fortis*. ſine digammo, eadem ἠΰς, et ἐεῖα. ἐΰ. ex ἐῢ factum eſt εὖ, bene. Hinc eſt ἐέος, ἐῆος. A, 393 πατρὸς ἐῆος. ad quem vſ. vide Obſſ. p. 102. 3. Crediderunt tamen grammatici eſſe aliam formam pro ἑὸς, *ſuus*, et ſcripſerunt ἑῆος aſperate, quod inde ſeruarunt alii quoque in ευς bonus, vt ſcriberent ἑὺς, ἑῆος. Eodem in loco vt et in aliis variat quoque lectio ἑῆος et ἑοῖο. quod eſſe debuit πατρος εϝοιο vel πατρος ϝοιο. Ξ, 9 υἷος ἑοῖο. alii ἑῆος (deb. ἐϝῆος) O, 138 admiſi υἷος ἑῆος. parum tamen caute ſcripſi cum

aſpero ἔηος. vt et T, 342. Adde Ω, 422. 550. In Odyſſea occurrit Φωτὸς ἔηος Ξ, 505. et ἀνδρὸς ἔηος Ο, 449. Eſt quoque probabile ἐὸς pro bonus poſitum eſſe, vt N, 419 ἀλλ' οὐδ' ἀχνύμενός περ ἑοῦ ἀμέλησεν ἑταίρου. Recte quidem, ſed debueram cautior eſſe in ſpiritu appingendo, non ἑοῦ, ſed ἐοῦ. Nam ἐὸς, ἐή, ἐὸν, fuiſſe, *bonus*, vidimus Obſſ. ad A, 393.

επιϝηρα. v. ad A, 572.

ἔπω. ϝεπω. *dico.* Contra ἕπω. ἕπομαι. *incedo cum altero, ſequor, comitor*, reſpuit digamma. ϝεπω eſt id quod cum ἄναξ primum ad obſeruandum digamma adduxit: v. copioſe de h. v. agentem Dawes p. 156. Ergo ſine controuerſia fuit ϝειπον. ϝειπειν.

Adſciuit illud quoque ε ante digamma εϝειπον. εϝειπα. ποῖον τὸν μῦθον εϝειπας. νημερτὲς εϝειπες.

Peccatur tamen in digamma ſaepius vt ſtatim A, 106 οὐ πώ ποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας. v. Obſſ.

Variat digamma in compoſitis: qua de re v. Excurſ. proximum.

Vt ϝεπω, eſt ϝεπος. Etiam in compoſitis ἁμαρτοϝεπης. αφαμαρτοϝεπης. αμετροϝεπης. αρτιϝεπης. ἡδυϝεπης. Recedunt Od. Φ, 306 οὐ γάρ τευ ἐπητύος ἀντιβολήσεις. ſed ibi alia lectio eſt ἐδητύος. et ἐπητής. Od. N, 332 οὕνεκ' ἐπητής τ' ἐσσί. et Σ, 127 τοῦ σ' ἐκ φασὶ γενέσθαι. ἐπητῇ δ' ἀνδρὶ ἔοικας.

Aliter res ſe habet in ἔσπω. ἐνίσπω. ἐνίσσω. ἐνίπτω. vnde ἤνιπον. ἠνίπαπον. ἐνιπή. Haec digamma reſpuunt. Ita et ἐψιάασθαι.

τὸ ἔργον. ϝεργον. cum deriuatis. λοίγια ϝεργα et ſic ſexcenties. cf. ad Γ, 77.

Ex hoc fuit ϝεργω, quod nunc eſt ἐργάζομαι. inde pro εἶργα, ὦργα. ἔοργα. ἐώργειν. in Herodoto ἐόργεεν. vt ἔλπω. ὦλπα, ἔολπα. ἐώλπειν. εἴκω. οἶκα, ἔοικα. ἐῴκειν. Eadem analogia digammi: εϝοργα. ϝεϝοργα. εϝωργειν. ϝεϝωργειν. Bentlei. tantum norat ϝεοργα, eoque fuit ad anguſtias redactus. v. ad Γ, 351. At Od. Ξ. 289 videtur adeo κάκ' ἀνθρώπους εϝεϝωργει ſcribendum eſſe cum

edit. Rom. quia, notante Dawesio, datiuus κάκ' ἀνθρώποισιν ἐώργει a ratione grammatica abhorret.

Etiam composita retinent digammum: αϝεργος. δημιοϝεργος. εντεσιϝεργος. ευϝεργος. ευϝεργης. κακοϝεργος. οβριμοϝεργος. ταλαϝεργος.

ἔργω. arceo. ἐέργω. εἴργω. ϝεργω. εϝεργω. ϝειργω. Haec pro fundo tenenda sunt. Nam valde variat et lectio et iudicium virorum doctorum.

A ϝεργω est ϝερξω. ϝερξαν. Alia vel a ϝεργω vel a ϝειργω duci possunt. Peccatum P, 571 ἥτε καὶ ἐργομένη. v. Obss.

ϝειργω. τῆλέ με ϝειργουσι ψυχαί. Ψ, 72. Si his consentanea sequimur, debuit esse quoque ϝειργμαι, et pro ϝειρχνται, ϝειρχντο debuit esse ϝερχαται. ϝερχατο. Pro his tamen legimus sine digammo ἔρχαται. ἔρχατο. Π, 481 et P, 354 ad quae loca v. Obss. Quod magis etiam miror, est, quod ductum hinc ἐρχατάω simili modo liberatum est digammo Od. Ξ, 15 σύες χαμαιευνάδες ἐρχατόωντο.

Altera forma ἐέργω. εϝεργω quae saepius occurrit vt B, 617 ἐντὸς εϝεργει. Δ, 130 τόσον μὲν εϝεργεν ἀπὸ χροὸς, ὡς ὅτε μήτηρ παιδὸς εϝεργει μυῖαν. M, 201 ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν εϝεργων. Ergo et εϝεργμαι. εϝεργμενος. Vt E, 89 γέφυραι εϝεργμεναι. vbi v. Obss.

In his tamen haerent viri docti. Bentl. in Δ, 130 modo μὲν ϝεργε, modo εϝεργε, alibi ϝεϝεργε, scribebat. Dawes wewεργε. Ex analogia sane esse potest ϝεϝεργε. sed locum nondum vidi, in quo occurreret. Knight p. 98 ἐέργε. quoniam grammatici ita tradunt; et sic Φ, 283 αποέρσε scribunt: ad q. l. vide Obss. Atqui hoc est digamma more Atticorum, qui in asperatam illud mutant. ita ἐέρτο.

Simili modo ϝεργαθω Λ, 437 vbi v. Obss. et εϝεργαθεν E, 147. De compositis v. Excurs. IV sequ.

ἕρδω. refero inter ea, quae varie pronuntiata fuere. Antiquius fuisse videtur ϝερδω et ἔρδω. Iones seriores et Attici ἕρδω. Nec tamen conuenit vsus in libris aut gram-

maticorum iudicium. In Homericis modo ϝερδω modo ἔρδω occurrit; hoc tamen, ἔρδω, conſtantius, ita vt, ſi quis otium adhibeat, ad certam rationem forte peruenire poſſit.

ἐρέω. εἰρέω. ex ἔρω. Cum duplex vocis ſignificatus ſit, *dico* et *interrogo:* videtur tamen diſcrimen in ſcriptura intereſſe, vt ἐρέω, ἐρέομαι, *interrogo*, digamma reſpuat; vti et ἐρεείνω. ἐρωτάω. ἐρευνάω. Jl. Λ, 610 Νέστορ' ἔρειο. Α, 62 μάντιν ἐρείομεν. Sic quoque εἴρομαι *interrogo* Od. Α, 284 ἐλθὲ καὶ εἴρεο Νέστορα δῖον. Ι, 251. 402. Γ, 69. 243. Θ, 549. Ο, 247. Υ, 137. Ρ, 368. 571. Τ, 95 et al. Aberrant Α, 405 περὶ ξεινοῖο ἔρεσθαι leg. ξεινοῖ' ἐρέεσθαι. et ſic alibi vt Α, 135. Γ, 77. Sic et compoſitum ἀνείρομαι. Si vero eſt, *dico*, vt ϝειρω et ϝερεω ſcriptum eſſe credamus, conuenit etymum ab εἴρω, necto, quod eſt ϝειρω. Hae vero rationes, vt ſaepe votis reſpondent, ita haud raro aliis locis laboramus. εἴρω, εἴρομαι, in Jliade occurrere non memini; at in Odyſſea eſt ϝειρω, ϝειρομαι. Β, 162 τάδε ϝειρω. Ν, 7 τάδε τοι νημερτέα ϝειρω. Et ϝερεω, etſi plerumque eo poſitu occurrit, vt dubitatio tolli nequeat, Jl. Λ, 651 νῦν δὲ ἔπος ϝερεων. Δ, 182. Ζ, 462. Κ, 534. Ι. 56. Ita euenit, vt cum res ſerius animaduerſa eſſet, oblitus ſim apponere digammi ſignum, etiam ad ϝειρηται. At non conueniunt Jl. Δ, 176 καί κε τις ὧδ' ἐρέει. niſi fuit ὧδε ϝερεῖ. alibi eſt, ὥς ποτε τις ϝερεει Δ, 182. Ζ, 462. Η, 91. Ψ, 787 εἰδόσιν ὔμμ' ἐρέω. corr. ὔμμι ϝερεω, binis ſyllabis. Od. Γ, 20 ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει erit ου ϝερεει.

ἐριήρης. Bentlei. ſcribebat ϝεριηρης Δ, 266. At ερι nusquam digamma habet. nec εριϝηρης eſſe ſuſpiceris; nam ductum eſt ab ἄρω, *iungo*. nec interponi poteſt ϝ in ἐριαυχήν. ἐριούνης.

τὸ ἕρκος digamma non deſiderat. v. ad Ε, 90 nec magis

ἕρμα, ἔρεισμα. v. ad Ξ, 182.

ἐῤῥω. fuit ϝερρω. eo. Θ, 239 ἐνθάδε ϝερρων. Ι, 364 vnde αποϝερρω. a quo αποϝερσω. αποϝερσα. v. Obſſ. ad

duo loca Φ, 283 ὅν ῥα τ' ἔναυλος ἀποϝερσει. et vſ. 329 αποϝερσειε. Z (VI,) 348 ἔνθα με κῦμ' ἀποϝερσε. quae ab Atticis antiquis ſcripta αποέρσει. ἀπόερσε. Commentum Daweſii p. 185. αποωερξεν (αποϝερξε ab εἴργω) haud admittam.

ἐρύκω non agnoſcit digamma; vt nec ἐρωέω. ἐρωή.

ἐρύω *traho.* ϝερυω media breui. Contra ἐρύω ſine digammo, media producta, *tueor.* De quo v. Excurſ. IV ad A.

ἐσθής. ϝεσθης. *veſtis* a ϝεω. ϝεσω. ἕω. ἐννύω. Od. A, 165 χρυσοῖό τε ϝεσθητος τε.

ἔσθος. ϝεσθος. Jl. Ω, 94 τοῦ δ' οὔ τι μελάντερον ἔπλετο ϝεσθος. Teſtatur quoque Terentianus p. 2397.

ἕσπερος. ϝεσπερος vt Od. A, 422. 3 ἐπὶ ϝεσπερον ἐλθεῖν. — ἐπὶ ϝεσπερος ἦλθεν. Vnde ϝεσπεριος. Etiam Terentianus p. 2397.

ἐστίη. non ἑστίη. v. ἱστίη.

ἕτερος et ἑταῖρος non admittunt digamma; etſi Bentlei. aliquoties tentabat inferre.

ἔτης. *ſodalis.* ϝετης. vt Jl. Ξ, 239. Π, 456. 674 κασιγνήτους τε ϝετας τε. vbi v. Obſſ. ἦ μὲν πολλᾶ ϝεται I, 460.

τὸ ἔτος. *annus.* ϝετος. v. Obſſ. ad B, 328. Υ, 255. Inde compoſita αυτοϝετης. ἑξαϝετης. πενταϝετηρος. B, 403 ἑπταϝετης. εινaϝετης. De οιϝετης aut prius οϝετης v. ad B, 765. επετησιος eſt Od. H, 118. niſi fuit εϝετησιος. Od. Θ, 233 et aliquoties eſt επηετανος. quod eſſe potuit επιϝετανος.

ἐτεός, *verus,* ἔτυμος, ἑτοῖμος, reſpuunt digamma.

ἐτώσιος. ϝετωσιος. E, 854 ἐκ δίφροιο ϝετωσιον. et Ξ, 407.

εὗ. ἕο. ϝευ. vt Υ, 464. v. ad Ξ, 427.

ἕω. *induo.* ϝεω. ἕννυμι. hinc ſaepe ϝεσσω. ϝεσσε. E, 905 χαρίεντα δὲ ϝειματα ϝεσσε. ϝειμαι. ϝειμενος. ϝεστο et M, 464 εϝεστο. ϝεσσατο, εϝεσσατο.

Seruatum digamma in compoſitis αμφιϝεω. επιϝεω, vnde επιϝειμενος. ἀναιδείην επιϝειμενε A, 149. I, 372. ἐπι-

ϝειμενοι ἀλκήν. aliquoties. καταϝεω vnde καταϝειμενον ὕλῃ Od. T, 431.

Ducta hinc εἶμα. ἕννυμι. v. ſupra h. v.

Extrito digammo inductum eſt ἑέσσατο. ἕεστο. Debebant ſaltem ſcribere ſolito more ἐέσσατο. ἐέστο.

Diuerſa ab hoc ἕω, ϝεω, *induo*, ſunt et digamma reſpuunt ſequentia: ἔω, εἶμι, *vado*, ex εἴω, et hoc ex ἴω. ἶμι. per omnia tempora; ἴμεναι. ἴμεν. ἰών. ᾔιον. ᾔϊα. εἴσομαι, πορεύσομαι. εἴσατο, quod eſt quoque ἐείσατο. idque ſcribendum διὰ πρὸ δ' ἐείσατο καὶ τῆς pro πρὸ δὲ εἴσατο, vt iam monitum ſupra in εἴδω.

Porro ἔω. εἰμί. *ſum.* ἕω, *facio ſedere, colloco,* vnde ἕζω, ἵζω. ductum hinc ἕημι, ἕημαι. ἧμι, ἧμαι. *ſedeo.* a quo ἧσται. ἕαται et εἵαται pro ἧνται. ἧστο. ἕατο et εἵατο pro ἧντο niſi quod Od. T, 106 ſcribunt veteres εἵατο ab εἰμί. Omnia ſine digammo; itaque κάθημαι. πάρημαι.

ἕω. ἰέω. ἵημι. *mitto.* a quibus tempora diuerſa occurrunt. Ex ἕω, ἥσω. ἧκα, ἕηκα. ἕμι, ἕμεναι. X, 206. Ab ἰέω, ἵεον, ἵει. ἀφίει. ἐφίει. Ab ἵημι. ἱέναι. ἵην.

Videbatur ab ἵημι eſſe ἵεμαι, *mittor*, aut, *mitto me:* cuius tamen notio perpetua eſt *cupio, appeto.* quod conuenit cum ipſa primitiua notione, ab eo quod in appetendo fit, vt ὀρέγομαι, *extendo me, appeto.* Eſt tamen notione hac conſtanter ϝιεμαι, ac ſi diuerſae originis ſit: a ϝιεω. ϝιημι. v. inf. ἵεμαι.

De ἕω expleo v. ad T, 402. Payne Knight ſuſpicabatur eſſe ex ϝεω, βεω, βαω. etiam fuiſſe ἕϝω, vnde εὕω, *vſtulo.*

ἕωγον ſine digammo, ab οἴγω. ᾦγον, ἕωγον.

ἕως pro ὡς, per εϝος reddebat Payne Knight p. 66. v. ad A, 193.

H.

ἥ. *ſua.* ϝη. ϝης. ϝη. ab ὅς, ϝος. v. Excurſ. VII. ad A.

ᾔδειν. ϝηιδην. A, 70. vbi v. Obſſ. et ſaepe. ab εἴδω. ϝειδω. quod vide.

ἡδύς. ϝηδυς. vt Λ, 378 ὁ δὲ μάλα ϝηδυ γελάσσας. Ita et ἥδω, ἥδομαι. ϝηδω, ϝηδομαι. ϝησατο. Fuit tamen altera quoque forma ἥδω, vnde τὸ ἦδος. Λ, 318 ἔσσεται ἦδος. Succeſſit aſperatio, ἥδω. cf. Obſſ. ad E, 203. Excurſ. I.

ἥϝειρε. v. ἀείρω.

ἠέριος. non ϝηεριος. v. ἦρ.

τὸ ἦθος. ϝηθος. ϝηθεα. ſolita ſedes. Agnoſcunt Bentlei. et Knight ex Od. Ξ, 411 κατα ϝηθεα. Ergo corrigendum eſt Jl. Z, 511 μετά τ' ἤθεα. idem vſ. O, 268. In Heſiodo aliquot locis eſt emendandum. Inde K, 493 αϝηθεσσον. Digammum exoleuerat iam Pindari aetate. v. Ol. XI, 22.

At ἠθεῖος, ſodalis, eſt Jl. Ψ, 94 τίπτε μοι, ἠθείη κεφαλή.

τὰ ἤϊα, τὰ ἐφόδια. aiunt eſſe ϝηϊα ex Od. M, 329 ἐξήφθιτο ϝηια πavτα, item Δ, 363. et M, 329. Nec tamen reſpondent loca alia N, 103 λύκων τ' ἤϊα πέλονται. Od. B, 289. E, 266 cum I, 212. nec memorari poteſt cauſſa vel analogia. Inuerſa ratione ſuſpicor fuiſſe τὰ ἦϊα ſine digammo, et in trinis locis illis fuiſſe ἐξεφθίατ' ἤϊα πάντα. vt A, 251 γενεαὶ — ἐφθίαθ' οἵ. De proſodia vocis v. Excurſ. I ad P. p. 414. Apud Apollon. Arg. eſt ἤϊα antecedente χθονός. I, 1180. adde 659.

ἤϊος de Phoebo fuit ϝηιος in ἀμφὶ σὲ, ϝηϊε Φοῖβε. v. ad O, 365. et Υ, 152.

At ἠϊὼν, *littus*, reſpuit digamma. vt H, 462. M, 31.

ἦκα. *leuiter. tacite.* ϝηκα. monitum Γ, 155. ἀτώσατο ϝηκα γέροντα Ω, 508. Od. P, 254.

At ἧκα, ſine digammo eſt ab ἕω, ἵημι, ἥσω.

ἤλιθα digammum non habet. v. ad Jl. Λ, 676.

ἧλος, *clauus*, credunt fuiſſe ϝηλος. quia occurrit αργυροηλος B, 45. in quo inter duas vocales interponi poteſt. Ex locis A, 246 et Λ, 642 in quibus ἧλος legitur, nihil colligi poteſt; at decidit litem Λ, 29 ἐν δέ οἱ ἧλοι. quod ϝηλοι eſſe nequit.

At ἠλὸς et ἠλεὸς, μάταιος, ſunt ſine digammo. Φρένας ἠλὲ O, 128. Od. Ξ, 464. Etiam ἤλιθα, Λ, 676 et al. etſi videri poteſt ductum eſſe ab ἅλις, ϝαλις.

ἥμισυ reſpuit digamma: vt Z, 193 τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης. Ferendus eſt hiatus Od. N, 114 ὅσον τ' ἐπὶ ἥμισυ παντός.

ἥνασσε et ἥνδανε diu tenuerunt me. Vt ab hoc initium faciam, etſi τοῦ ἀνδάνω, ϝανδανω, diſertum exemplum non extat, nam Od. B, 114 eſt καὶ ἀνδάνει αὐτῇ, pluribus tamen locis ἥνδανε apparebat digamma habuiſſe; ſignaui itaque digammo ϝηνδανε A, 24. O, 674. non ſatis caute. Nam cum ad alia vocabula attendiſſem, videbam τῷ digammo in imperfecto et aliis temporibus ε praemitti ſine augmento; ab ἄλημι, ϝαλημι, εϝαλην. ἄγω, frango, εϝαγη. εϝαξα. Etiam in ἑάφθη non ἑήφθη, ex ἥφθη ab ἅπτω. Ergo debuit quoque eſſe ϝανδανω, εϝανδανον, aut ſine ε, ϝανδανον. vt A, 24 Ἀγαμέμνονι ϝανδανε θυμῷ. et O, 674 Αἴαντι μεγαλήτορι ϝανδανε. Sicque in aliis, vt Od. E, 153 et in capite verſus Od. Ξ, 525. Π, 398. P, 173. Ergo quoque, quod ἑήνδανε ſcribitur pro ἑήνδανε, erit εϝανδανε, Ω, 25. et Od. Γ, 143. Corrigendum erit δίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλή Σ, 510 et alibi, σφισι ϝανδανε. et Od. K, 373. ἐμῷ δ' οὐχ ἥνδανε θυμῷ, ου ϝανδανε. De compoſitis v. Excurſu ſequ.

Iam eodem modo nec ἥνασσε, K, 33. Π, 172. 572. potuit eſſe ϝηνασσε, ſed ex ϝανασσω, εϝανασσε, quod iam monitum vidi a Bentleio, conſentientibus Dawes et Payne Knight. Sic et Od. Γ, 305 et Λ, 275.

ἦνοψ, λαμπρός. ϝηνοψ. nam Σ, 343 et Od. K, 360 ἐνὶ ϝηνοπι χαλκῷ. videtur ductum eſſe ab ϝενω, ἕνω, Φένω, Φαενύω, praeſtringens oculos et occaecans.

ἤπιος. reſpuit digamma. cf. Euſtath. p. 859, 55. vbi diſputat non ἥπιος fuiſſe.

ἦρ cum ex ἔαρ, ϝεαρ, contractum ſit, putes ſcriptum occurrere ϝηρ. et Terentianus agnoſcit hoc p. 2397. cum inde ductum ſit *ver.* At in Homero occurrit ἦρ pro *matutino tempore*, ſine digammo: v. ſupra in ἔαρ.

Od. Υ, 156 ἀλλὰ μάλ' ἦρι νέονται. item Od. Τ, 320 et ſic ἦμος δ' ἠριγένεια.

ἦρα, χάριν. fuit ϝηρα. Od. Γ, 34 Ἀγαμέμνονι ϝῆρα φέρειν. vnde επιϝηρα φέρων Α, 572. vbi v. Obſſ.

Ἥρη. ϝηρη. Ita antiquitus ſcriptum fuiſſe dubitari nequit. Occurrit in Homero vtrumque: v. Excurſ. II, ad lib. A. necdum video meliora, quam vt ſtatuam interpolaſſe loca rhapſodos. Ad ductum virorum doctorum, qui in Geneſi Moſis duplicem recenſionem ſcite exputarunt ex variante vſu nominum Elohim et Iehova, poſſit in animum venire, manaſſe etiam in Jliade varietatem ex duplici recenſione.

ἧς. ϝης. ἧσι. ϝησι. ab ὅς. v. ſup. ἑός.

ἠχή. ϝηχη. Digamma ei adſuiſſe, patet ex inde ducto Α, 157 θάλασσά τε ϝηχηεσσα. Ergo et ϝηχεω. πολυϝηχης Δ, 422. περιϝηχεω Η, 267. At δυςηχής. ὑψηχής. vt ſolent compoſita variare. de quo v. Excurſ. ſeq.

I.

ἰάομαι. ἰατρός. nusquam cum digammo. Vide v. c. Λ, 518. 834. Bentleius tamen aliquoties inſerebat, vt Δ, 190. 194.

ἰάπτω. non ϝιαπτω. v. ad Α, 3. p. 7.

ϝιαχω et ϝιϝαχω, quod nunc ἰάχω. ϝιαχη, ἰαχή. De hoc dubitari nequit. At eſt in hac voce aliud obſeruatum proſodicum, quod difficilius erat ad expediendum, quandoquidem modo producta occurrit prima ſyllaba, modo corripitur; modo videtur ſecunda produci. Nunc tamen re diligenter expenſa, et locis omnibus inter ſe comparatis, conſtat mihi, *natura breuem* eſſe ſyllabam primam, vt ſtatim Δ, 456 ὡς τῶν μισγομένων γένετο ϝιαχη τε, φόβος τε. Δ, 506 Ἀργεῖοι δὲ μέγα ϝιαχον, ἐρύσαντο δὲ νεκρούς. item Ρ, 317. Λ, 463 οἱ δὲ μέγα ϝιαχοντες. Ε, 343 ἡ δὲ μέγα ϝιαχουσα et 302 σμερδαλέα ϝιαχων et ſic in Jliade et Odyſſea plus quam vicenis locis. Sunt tamen loca, in quibus prior manifeſte eſt producta: ῑαχον. quia pronuntiatum, puto, fuit interpoſito digammo ϝιϝαχω. Ita ſtatim Α, 482. vbi, vt in multis

aliis, ignoratio digammi et prosodiae malam interpolationem et corruptelam intulit. *στείρῃ πορφύρεον μέγαλ' ἴαχε* cum olim esset *μέγα ϝιϝαχε*. Σ, 29 *θυμὸν ἀπηχέμεναι μέγαλ' ἴαχον* leg. *μέγα ϝιϝαχον*. et 228 *τρὶς μὲν ὑπὲρ τάφρου μέγαλ' ἴαχε*. leg. *μέγα ϝιϝαχε*. Sic quoque Φ, 10. Od. B, 428. Σ, 219 *ὡς δ' ὅτ' ἀριζήλη φωνή, ὅτε τ' ἴαχε σάλπιγξ*. fuit: *ὅτε ϝιϝαχε*. In Il. Ψ, 216 est *ἐν δὲ πυρὶ πεσέτην, μέγα δ' ἴαχε θεσπιδαὲς πῦρ*. pro his fuit: *επιϝιϝαχε δ*. Prorsus corruptus est versus Od. I, 395 *σμερδαλέον δὲ μέγ' ᾤμωξεν, περὶ δ' ἴαχε πέτρη*, cum esset: *σμερδαλέον δ' ᾤμωξε, περὶ δ' επιϝιϝαχε πέτρη*. Υ, 62 *ἐκ θρόνου ἆλτο καὶ ἴαχε*. corruptum ex *ἐκ θρόνου ἆλτ', ἰδὲ ϝιϝαχε*.

In aliis mutatum est *εϝιϝαχον* in *ἐπίαχον* E, 860 *ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον*. lege *εϝιϝαχον*. similiter Ξ, 148. porro B, 333 *Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ἀμφὶ δὲ νῆες*, interpolate pro *Ἀργεῖοι δ' επιϝιϝαχον*. Δ, 125 *λίγξε βιὸς νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχε*. pro *νευρὴ δ' επιϝιϝαχε*. N, 835 *Ἀργεῖοι δ' ἑτέρωθεν ἐπίαχον*. pro *ἑτέρωθ' επιϝιϝαχον*. Sic saepe peccatum in *ἐπίαχον*. I, 50. H, 403.

Aliis locis paratam esse video medelam transposita voce. N, 822 *αἰετὸς ὑψιπέτης, ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς Ἀχαιῶν*. Bentleius exitum e nodo non reperiebat nisi ferendo in hoc et locis similibus eo, quod mutari haud posset, vt sit: *επι δϝιαχε*. Ab interpolatore mutatum suspicor quod fuit: *ϝιαχε δ' ἔπι λαὸς Ἀ*. sicque iterum vs. 834. P, 723. Atque ita diserte legitur alio loco Ψ, 766 *αἰεὶ ῥίμφα θέων. ἴαχον δ' ἔπι πάντες Ἀχαιοί*.

Superest locus, qui disputationi Dawesii et aliorum locum dedit: B, 316 *τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν*. Nullus dubito fuisse *ανϝιϝαχυιαν*. *αναϝιϝαχω, ἀνιάχω*, vti est, *αναβοᾶν*. *ἀνηχεῖν*. Et Od. Δ, 454 manifesta interpolatio est: *ἡμεῖς δ' αἶψ' ἰάχοντες ἐπεσσύμεθ'*. Abest ab aliis *αἶψ'*. fuit scilicet *ἡμεῖς δὲ ϝιαχοντες*. N, 41 *αὔλαχοι* est ex *αϝιαχοι*. v. ad e. l. Secundum haec disputata corrige nonnulla in Obss. ad A, 482. B, 316. E, 860. Λ, 462.

ἴδε. ἴδεν. ἰδέειν. ἰδεῖν. ἰδέσθαι. omnia per ϝ. ϝίδε. ϝίδεν. ϝιδέειν. ϝιδεῖν. ϝιδέσθαι. ϝίδῃς. ϝίδῃ. ϝιδών. ϝίδηαι. ϝίδηται. v. εἴδω. ϝείδω. Saepe tamen in digamma in his peccatur. interdum expulſum eſt ὄρημι· vt A, 56. 198. 203. Γ, 453. Δ, 232. 374. 516. Z, 365. M, 333.

ἴδιος. in Homero. non ϝίδιος. Vt nec ϝίδη, mons Ida, ſed Ἴδη. vt πόδα νείατον Ἴδης et alia.

ἴδμεν, ϝίδμεν. ex ἰδέμεναι. ἰδέμεν. ϝίδμεναι. Idem etiam ἴδμεν pro ἴδομεν, etſi grammatici volunt eſſe pro ἴσμεν. vt Etymol. et Gregor. Corinth. obuia vox in Herodoto; ſaepe quoque in Homero: εὖ γὰρ δή τό γε ϝίδμεν B, 301. vbi v. Obſſ. 486. 252. et alibi. N, 273 σὲ δὲ ϝίδμεναι. Ergo eiicienda copula Od. K, 190. P, 78. Θ, 146.

Ἰδομενεύς. non eſt ϝιδομενευς. v. c. H, 165 τοῖσι δ' ἐπ' Ἰδομενεύς.

ἴδρις. ϝίδρις ab εἴδω. ϝείδω. ergo αϝίδρις Γ, 219. πολυϝίδρις Od. O, 458. Et ϝιδρείη. Π, 359 ὁ δὲ ϝιδρείῃ πολέμοιο. αϝιδρείῃ H, 198. πολυϝιδρείῃ Od. B, 346.

At ἱδρώς, ſudor, ἱδρόω. ſine digammo: vt et ἱδρύω. ἱδρύνω.

ἰδυῖα. ϝιδυῖα. ſaepe corruptum εἰδυῖα. v. Obſſ. ad A, 608. I, 128. et ſaepe.

ἵεμαι cupio. ϝίεμαι priore longa. Eſſe ab ἵημι, ἵεμαι, vidimus ſub ἕω. Attamen ſenſu tantum hoc occurrit, vt ſit, appeto. ſaepe ϝιεμενος, cum inde declinatis; ſed et: B, 589. μάλιστα δὲ ϝιετο θυμῷ E, 434. Θ, 301. 310. Λ, 537. et al. v. Obſſ. ad M, 274. Itaque Od. B, 327 ἐπεί νύ περ ἵεται αἰνῶς corr. ἐπεί νύ γε ϝιεται. Verſus 246. Od. K. eſt ſpurius. Σ, 561 ἄμφω δ' ἰέσθην peccat δ'. Male ſubſtitutum ἱεμένων B, 154. vbi v. Obſſ. et alibi. vt ἵεσθε M, 274 ſcriptum erat.

ἴθμα, nolim ϝίθμα ſcribere: cum nulla nec ratione, nec analogia praeſto ſit: E, 778 relinquam πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι.

ἰθύς. non ϝιθυς.

ἴκελος. ϝίκελος. v. εἴκω, ϝείκω.

ἱκέτης. ἱκετεύω. Bentlei. inducere volebat ϝικετης, vt et ϝικεσθαι. ita Π, 564 ἐς Πηλῆ' ἱκέτευσε, corrigebat ἐς Πηλέα ϝικετευσε, vt εα vna eſſet ſyllaba. Enimuero eſt ἱκέτης. ἱκνεῖσθαι. ἱκέσθαι. Od. N, 213 Ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος. corr. Ζεὺς σφείας τίσαιθ' ἱκετήσιος.

ἰκμάς. ſemel occurrit P, 392 ἄφαρ δέ τε ἰκμάς. creditur ergo eſſe ϝικμας. At ἴκμενος οὖρος το ϝ non agnoſcit.

ἰλαδόν. Occurrit B, 93. ab ἴλη, *turma.* quandoquidem haec duci poteſt ab εἴλη, et εἰλέω, ϝειλεω, credi poteſt fuiſſe ϝιλη. Ita forte et ἰλλὰς N, 572 ἰλλάσιν οὐκ ἐθέλοντα. etiam ab eadem voce ductum. vt et ἰλλοὶ *oculorum anguli.* Nec tamen reſpondent deducta δενδίλλων I, 180 vbi v. Obſſ. et ἐπιλλίζω Od. Σ, 11. et habuit vox primitiua plures formas. v. ἔλω, ϝελω.

ἵλαος. ἵλημι. ἱλάω. ἱλάομαι. non habent digamma. De vocibus v. ad A, 583.

ἡ Ἴλιος. *Ilium.* ſine controuerſia ϝιλιος. ὅτε ϝιλιον ἀμφεμάχοντο Z, 461. Interpolatum B, 230. vbi Bentl. nondum offendebatur; E, 204. N, 349.

ἰλύς. Φ, 318 κείσεθ' ὑπ' ἰλύος. etſi ab εἰλέω ductum.

ἱμάς. ἱμάσσω. Bentlei. eſſe putabat ϝιμας. ϝιμασσω, et multa tentabat in locis voto non reſpondentibus. Enimuero B, 782 γαῖαν ἱμάσσῃ. Γ, 371 ἄγχε δέ μιν πολύκεστος ἱμάς. adde Ξ, 214. 219. E, 589. K, 262. Corrigendi ſunt vſſ. Θ, 544. et Ψ, 363. vbi v. Obſſ.

ἵμι. ϝιμι. ἴω. auctoritatem non habet digamma.

ἶνες. ϝινες. ex ἴς. ἰνός. *tendo. neruus.* H, 269 ἐπέρεισε δὲ ϝιν' ἀπέλεθρον. Ψ, 191 περὶ χρόα ϝινεσι. Inde

ἰνίον. ϝινιον. *occiput cum ceruice.* vt E, 73 κεφαλῆς κατὰ ϝινιον. adde Ξ, 495 et al.

ἴον. ϝιον. *viola.* digamma agnoſcit Terentianus p. 2397. occurrit Od. E, 72 λειμῶνες μαλακοὶ ϝιου ἠδὲ σελίνου. Eſt quoque in Theocrito X, 28 καὶ τὸ ϝιον μέλαν ἐστί. Erit itaque ϝιοϝειδης Λ, 298 et καλοί τε μεγάλοι τε ϝιοδνεφες εἶρος ἔχοντες.

At ἰὸς, *sagitta*, respuit digamma, et priorem producit. A, 48 μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε et Ἄρτεμις ἰοχέαιρα. Itaque τίθει ἰόεντα σίδηρον Ψ, 850 non potest ab ἰὸς esse, sed ab ἴον, vt τὸ μέλαν declaret, ϝιοεντα. et ϝιομωρος ab atro fato Δ, 242 vbi v. Obss. Ξ, 479.

ἰονθὰς, de *villosa* capra, vno loco Od. Ξ, 50 δέρμα ϝιονθαδος ἀγρίου αἰγός.

ἶπες. ἴψ. *vermis.* Od. Φ, 397 μὴ κέρα ϝιπες ἔδοιεν.

ἵππος sine digammo.

ἴρη. *turma.* Σ, 531 ἰράων τὸ πάροιθε. forte ϝιρη quia ex εἴρω, ϝειρω, ductum creditur. At ἱρὴ, ἱερὰ, respuit digamma. ἕλωσι δὲ ϝιλιον ἱρήν. Δ, 416.

ἴρηξ. ἱέραξ. non habet digamma. v. c. N, 819.

Ἶρις, dea. ϝιρις. ὠκέα ϝιρις. De Λ, 27. v. Obss.

Ἶρος, Irus, respuit digamma; Σ, 38 ὁ ξεῖνός τε καὶ Ιρος. nam nomen ductum ab εἴρω, idem quod ἐρέω, *dico, nuntio.* nam v. 6. 7. dictus Irus, οὕνεκ' ἀπαγγέλλεσκε κιών.

ἴς. ἰνός. vnde *vis* ap. Terentian. p. 2397. v. ἶνες. De P, 739 v. Obss.

ἶσος et ἴσος. ϝισος. saepe obuium: δαίμονι ϝισος.

ἴσημι, *noui.* ϝισημι. Σ, 420 θεῶν ἄπο ἔργα ϝισασι. Ψ, 312 πλείονα ϝισασι. Ergo et ϝιστε. ϝισασι. ϝισθι. ϝιστω. At in digamma haec vox saepe pugnat: Od. Ξ, 89. Φ, 110. facilis tamen medicina. De Z, 151. v. Obss. Od. Δ, 772 τὰ δ' οὐκ ἴσαν est ου ϝισαν.

hinc et ἵστωρ, ϝιστωρ. v. ad Σ, 501. et Od. Φ, 26.

ἄϝιστος. et forte νῆις fuit νηϝις H, 198. At ἐπίσταμαι non habet digamma; est enim ἐφιστάναι τὸν νοῦν, et ἐφίστασθαι.

ἴσκω. ϝισκω. et ἐΐσκω, ϝεϝισκω. quod v. supra in ἐΐσκω. αἴ κ' ἐμέ σοι ϝισκοντες. Λ, 798. et Π, 41. v. Obss. Od. T, 203 et Δ, 279.

ἱστίη. legitur Od. Ξ, 159 ἱστίη Ὀδυσῆος. Ita debebat esse quoque ἐπιίστιος. ἀΐστιος, et forte επιϝιστιος. αϝιστιος et ϝιστιη. Atqui legitur ἀνέστιος I, 63. ἐφέστιος B, 125. Et Ionicum fuit ϝεστίη apud Terentian. p. 2397.

vnde *Vesta* facta. Ita saltem scribenda essent αϝεστιος. et επιϝεστιος. quod dubitare facit de veritate versus B, 125.

At ἱστὸς, *malus*, sine digammo, et ἱστίον. olim et ἰστός. Vnde et ἐπίστιον, *locus naui assignatus in portu vel naualibus:* Od. Z, 265 non ab ἱστίη.

ἵστημι cum deductis nusquam digamma agnoscit.

ἴτυς, *ambitus rotae.* ϝιτυς. Δ, 486 ὄφρα ϝιτυν. et testatur Terentianus p. 2397. Aeolibus quoque βιτυς fuisse, vnde factum, *vitis.* Itaque Bentleius etiam ἰτέα, *salix,* scribebat ϝιτεα Φ, 310. Od. K, 510. et est in Hesychio γιτέα.

ἶφι. ἶφις. ἰσχυρός. ϝιφι. ϝιφις. vt statim A, 38 Τενέδοιό τε ϝιφι ἀνάσσεις. Peccatur aliquoties in digamma; vt Δ, 287. v. Obss. Est tamen, ipso Etymologo docente, ex ἴς, ϝις, ϝινοφι, ϝιφι.

Mirum tamen, quod ἴφθιμος, quod inde ductum esse debet, respuit digammum: vt M, 417 οὐδὲ γὰρ ἴφθιμοι. Γ, 336. Δ, 534. E, 625. Θ, 144 etc.

ἰωή, (pro φωνή, et πνοή) ϝιωη. Sic Δ, 276 ὑπὸ Ζεφύροιο ϝιωης. De K, 139 v. Obss.

ἰωγή. ἡ σκέπη. Od. Ξ, 533 Βορέω ὑπ' ἰωγῇ. et ἐπιωγή Od. E, 404.

ἰῶκα ab ἰὼξ, ἰωκὸς, ἰωκὶ, ἰῶκα. Λ, 600 εἰσορόων πόνον αἰπὺν, ἰῶκά τε δακρυόεσσαν· ad quem v. Obss. potest vox primitiua esse, a qua ductum διώκω. At enim E, 521 οὔτε βίας Τρώων ὑπεδείδισαν οὔτε ἰωκάς. et 740 ἐν δ' Ἔρις, ἐν δ' Ἀλκὴ, ἐν δὲ κρυόεσσα Ἰωκή. Videtur in his ϝιωκη admittenda esse. Quid tamen si ἐν δὲ κρυόεσσα τ' Ἰωκὴ fuit? δέ τε saepe sic disiunctim occurrunt. et in priore: οὐδέ τ' ἰωκάς. nisi ab ἰὼξ, fuit ἰῶκας.

ἰωχμός sine digammo: Θ, 89 ἦλθον ἀν' ἰωχμόν. et 158 αὖθις ἀν' ἰωχμόν. quod et prosodiam mutat, priore producta. Conuenit in vtroque παλίωξις O, 601. Est quoque in Hesiodo Theog 681 ποδῶν αἰπεῖα τ' ἰωὴ ἀσπέτου ἰωχμοῖο. priora corrige ποδῶν τ' αἰπεῖα ϝιωη.

O.

Ὄαρες. ὄαροι. ὀαρίζω. Videntur haec ab εἴρω, ἀείρω, Ϝείρω, αϜείρω, iungo, ducta esse, et digammo notanda; repugnant tamen loca X, 128 παρθένος, ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον. sed versus ille insititius esse videtur. Ex Z, 516 ὅθι ἣ ὀάριζε γυναικὶ, nil colligas. nec ex N, 291. P, 228. aut X, 127. et Od. T, 179. At Ξ, 216 est ἐν δ' ὀαριστύς. Sunt ὄαροι apud alios scriptores, confabulationes, male illati in I, 327 ἀνδράσι μαρνάμενος ὀάρων ἕνεκα σφετεράων. nam h. l. sunt αἱ ὄαρες, coniuges. hic vnicus locus est, in quo de digammo cogitare licet. v. ibi Obss. Alter locus est E, 486 καὶ ἀμυνέμεναι ὤρεσσι. quod esse necesse est pro ὀάρεσσι. Bentleius Ϝωρεσσι scripserat. Idem de ἄορες cogitabat. Et occurrit forma τὸ ἄορ de ense. v. supra h. v. Nec tamen permittit hoc ὄαρος. ὀαρίζω. Et est quoque Orion, Ὠαρίων, simili forma.

οἷ. Ϝοι. sibi et ei. vt A, 104 ὄσσε δέ Ϝοι. ab ὅς, Ϝος. v. Excurs. VII. ad A.

οἴγω. aperio. digamma non habet. v. ἔῳγον. ἀνέῳγον.

οἶδα. Ϝοιδα. οὐδέ τι Ϝοιδε νοῆσαι. Sic Ϝοισθα. Ϝοιδε. a Ϝειδω, noui. Saepe in hoc peccatum est.

οἴδημα. οἶδμα. Ϝοιδμα. *intumescentia. tumor.* Ψ, 230 ὁ δ' ἔστενε Ϝοιδματι θύων. et Φ, 234 ὁ δ' ἐπέσσυτο Ϝοιδματι θύων. Posui hoc ex Bentleii sententia. Nihil tamen in Homericis praeterea occurrit, a Ϝοιδεω. Od. E, 455 ᾤδεε δὲ χρόα πάντα. quod Ϝοιδεε esse potuit. Non tamen respondet ductum hinc οἰδάνω. I, 642 ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. quod debuit esse Ϝοιδανεται. Nec vestigium digammi occurrit in nomine Oedipodis, Οἰδίπους. Οἰδιπόδης. quod Ϝοιδιποδης esse deberet. Hesiod. Theog. 109 πόντος ἀπείριτος οἴδματι θύων. An forte inuersa ratione dicendum est, vocibus abesse digamma, et in locis Homericis fuisse: ὁ δὲ στένεν οἴδματι. et ὁ δ' ἐπέσσυτο, tono remisso, in θέσει, *se tueri.*

οἰήϊον. οἴηξ. Bentleius digammum appingebat. Loca tamen, in quibus voc. occurrunt, video esse pauca, nec

vnum esse, quod digammum afferat: T, 43 καὶ ἔχον οἰήϊα νηῶν ipso tono sustinetur; et potuit excidere τε. καὶ ἔχον τ' οἰήϊα. Od. I, 483 et 540 τυτθὸν ἐδεύησεν δ' οἰήϊον ἄκρον ἱκέσθαι. M, 218 ἐπεὶ νηὸς γλαφυρῆς οἰήϊα νωμᾶς. Tandem Jl. Ω, 269 εὖ οἰήκεσσιν ἀρηρός.

οἶκα. ϝοικα. ϝεοικα. v. εἴκω, ϝεικω.

οἶκος. constanter ϝοικος. ϝοικεω. ϝοικαδε. ϝοικοθεν. ϝοικοθι. ϝοικοι. Nota res iam ex Dionys. Hal. loco saepe notato lib. I. Peccatur tamen interdum vt A, 19. vbi v. Obss.

οἶμος. οἴμη. οἶμα. οἰμάω. de *impetu*. sine digammo esse habentur. Loca, in quibus οἴμη occurrit, nil docent: Od. Δ, 74. 481. X, 374. vt nec de οἰμᾶν X, 140. 308. et Od. Ω, 537. nec de οἶμα, Π, 752. at Φ, 252 αἰετοῦ οἴματ' ἔχων et οἶμος vno loco Λ, 24 θώρηκος δέκα οἶμοι ἔσαν. vbi v. Obss.

οἶνος. ϝοινός. hoc notissimum; vnde et, *vinum*. αἴθοπα ϝοινον.

ὅμος. ὅμοιος. ὁμοῖος. et cognata respuunt digamma.

ὅν, ϝον. *suum*. v. Excurs. VII ad A. et supra ἑός. Saepe in digamma peccatum est. v. ad Λ, 403.

ὅρκος non habet; etsi est ἐπίορκος.

ὅς, ϝος. *suus* et *eius*. v. Excurs. VII. ad A.

οὗ. ϝου. vt Νέστορα δέ ϝου παιδός. v. antec. Excurs.

οὐλαμός. ϝουλαμος. Δ, 251. 273. Υ, 379.

οὖλος. nihil habet, quod digammum arguat, nisi si *crispus* est, a ϝελω, ϝειλεω. At, si est pro ὅλος, aut pro ὀλοὸς, contraria quoque ad manum sunt: Λ, 62 ἀναφαίνεται οὔλιος ἀστήρ. et E, 717 μαίνεσθαι εἄσομεν οὔλιον Ἄρην. add. 461. At vnus est locus, vnde colligitur ϝουλον esse, B, 8 βάσκ' ἴθι οὖλε Ὄνειρε. restat tamen vel sic ex duplici hiatu alter: de quo v. Obss. Expediri res nequit. Poterat tamen omnis molestia tolli, si erat, βάσκ' ἴθ' ὀλέθρι' Ὄνειρε. Rich. Payne Knight p. 91. remedium parare volebat hoc modo, vt diceret fuisse primitus ϝολοϝος, ϝολϝος et ὀλοϝος. vnde esset βάσκ' ἴθ' ὀλο-

ϝος Ὄνειρε. Laudat pro ſe ὀλοῇ μοίρᾳ Jl. X, 5. quam eſſe vult ὀλοϝῇ.

τὸ οὖρον. τὸ διάστημα. Conſtituitur ϝουρον. ϝουρα a Bentleio ex K, 351 ὅσσον τ' ἐπίουρα πέλονται. vbi v. Obſſ. nam ex binis locis, in quibus οὖρον occurrit, Od. Θ, 124 ὅσσον δ' ἐν νειῷ οὖρον πέλει. et Jl. Ψ, 431 ὅσσα δὲ δίσκου οὖρα, nil colligas; et 523 δίσκουρα aduerſatur potius.

ὁ οὖρος. *limes agri.* M, 421 ἀλλ' ὥς τ' ἀμφ' οὔροισι. et Φ, 405 θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης.

Reſpuunt quoque digamma ὁ ὅρος, *terminus*, ὁ οὖρος, *ventus*, ὁ οὐρὸς, *cauum, alueus*, B, 153. ὁ ὀρὸς, *ſerum lactis*, Od. P, 255. τὸ ὄρος, *mons*. ὁ ὀρεὺς, οὐρεὺς, *mulus*, vt Ψ, 115 πρὸ δ' ἄρ' οὐρῆες κίον αὐτῶν.

οὗς, ϝους. *ſuos.* ab ὅς, ϝος. οὐδὲ ϝους παῖδας ἔασκε Λ, 330 et al.

ὄφρα. volebat inferre ϝοφρα Clarke Ω, 285 χρυσέῳ ἐν δέπαϊ ὄφρα λείψαντε κιοίτην. at hiatum ferre poſſumus in caeſura medii verſus, et tono.

Ω.

ᾧ ſuo. ϝῷ. χαριζομένη πόσεϊ ϝῷ et ſaepe.

ὦλξ pro αὖλαξ. *ſulcus* Jl. N, 707 κατὰ ϝωλκα.

ὤρεσσι. ϝωρεσσι. v. ſup. ὄαρες. tentabat Bentlei. E, 486 ἀμυνέμεναι ϝωρεσσι. vbi eſt pro ὀάρεσσι vt I, 327.

ὡς ſaepe tentabat Bentl. ſcribere ϝως. ſcribebat quoque δ' ὡς, δϝως· vt K, 33 θεὸς δϝως τίετο λαῷ. Ξ, 413 στρόμβον δϝως. Π, 605 θεος δϝως et ſic al.

Putabam ſaltem teneri poſſe quoties eſſet ſic. ὧς pro οὕτως. ὡς δε — ὧς, ϝως. At ne hoc quidem procedit, cum nimis multa obſtent: οὐδέ μιν ὧς γαμέω Λ, 210. 255. 669. 719. 720. I, 391. Φ, 133 et alia.

Reſtat tertium genus, in quo accedere forte licet, quando ὡς poſtponitur: λύκοι ϝως Δ, 470. ὄρνιθας ϝως B, 764. ὄρνιθες ϝως Γ, 2 et multa alia; inprimis breui antecedente, quae tamen tono producitur, Γ, 230 θεὸς ϝως. Z, 443 κακὸς ϝως. Atqui et ſic intercedit Γ, 196

αὐτὸς δὲ, κτίλος ὡς. et aliquoties θεὸς δ' ὡς, τίετο δήμῳ. Nec concinit praeterquam Od. Σ, 322 παῖδα δὲ ϝως ἀτίταλλε.

EXCVRSVS IV

de digammi vſu in media voce.

Digammi vſum fuiſſe in *media* quoque *voce*, nemo mirabitur, ſi initio certarum vocum digamma praefixum fuiſſe ſemel conſtiterit; quidni enim et in medio, ſi pares cauſſae adfuerint? Multo autem minus mirationi locus erit, ſi memineris antiquitus, inprimis ab Atticis, etiam ſpiritum aſperum media in voce interpoſitum fuiſſe: cuius vſus etiamnum ſuperſunt exempla in grammaticorum commentariis. Sic ἀέκων, vt ἀϝέκων fuit: v. ad E, 164. ἄλ̔πτος. πἁρέξεται. ἄὡρος. ἄὑπνος. μελιή̔δης. *) Quid quod etiam tenuem ſpiritum appinxerunt (ἐψίλουν) in Φιλἰππος. Μελανἰππος. Ευαἰμονιδης. v. Obſſ. ad E, 76. ξυνἕηκε in codice Veneto ſcriptum fuiſſe, non ξυν ἕηκε Jl. A, 8. diſco ex Villoiſoni V. C. Diatribe. p. 119.

Quibus in vocibus ac locis digammum medias quoque ſyllabas inuaſerit: obſeruationis res eſt; quam admodum turbauit inconſtantia vſus, in iisdem ſaepe vocibus. Ea res valde male habuerat Bentleium, qui plurima loca corrigere aggreſſus modo hoc, modo aliud tentauerat. ita εξειπω correxit εκϝειπω. οὐρανὸν εἰςανιδὼν, cum deberet eſſe ειςαναϝιδων, correxit ειςορόων, et ſic infinita alia. Omnibus inter ſe comparatis, intellexi, primo claſ-

*) Notata res paſſim et a pluribus poſt Caſaubonum ad Athenaeum, etiam in vulgaribus grammaticis graecis vt Caninii et Fiſcheri ad Weller. Nunc in Villoiſ. Proleg. Knight p. 97. et al. Ex Euſtathio plura loca adſcripſit Burgeſs p. XIV. Ex eodem genere eſt προσέλειν de quo diſputata ſunt tam multa a viris doctis. Mentio eius facta iam ſupra Excurſu II. p. 716. Digammi vſum in mediis vocibus teſtatur loco claſſico Priſcianus p. 547. locum infra commemorabo.

ſes conſtituendas eſſe vocum *ſimplicium* et vocum *compoſitarum;* compoſitae iterum aliae cum *praepoſitione compoſitae* ſunt, aliae *binis nominibus.* Agamus primo de *compoſitis vocibus.*

In *compoſitis* itaque *vocibus* digamma locum ſibi vindicat iure ſuo, quoties praepoſitio praemiſſa eſt verbo, quod primam ſyllabam orditur a vocali cum digammo. Si ϝελπομαι eſt, expecto vtique, eſſe quoque A, 545 ἐπιϝελπεο. et huius generis pleraque iam in ſuperiore recenſu adſcripſimus. In hoc tamen genere ſibi non conſtitit vſus Homericus: verum in compoſitis vocibus modo digammi ratio habetur, modo omnino nulla; et in his manifeſtum ſit, metri rationes praetuliſſe poetas.

Vt vnum tantum vel alterum exemplum commemorem, ϝειδω, *video, noui;* ex eo compoſita occurrunt διαϝειδομαι. περιϝοιδε. προϝιδων. Nec minus tamen leguntur εἰςανιδών. ἐςιδοῦσα. ἐπιδών. ἐκκατιδών. ἐξιδεῖν. προςιδέσθαι. Ab ἔπω ϝεπω. ſunt ἀποϝειπειν. διαϝειπέμεν. μετεϝειπε. προςεϝειπε. cum his tamen quoque διειπεῖν. K, 425 διειπέ μοι. v. Obſſ. ἐνέπω. ἐννέπω. ἔννεπε Μοῦσα. niſi dicas, hoc factum ex ενϝεπε. ἐξειπεῖν. vt: αὐτίκ' ἂν ἐξείποι. παρειπειν, de quo dubitabam ad A, 555. Z, 62.

ἐρύω. ϝερυω, ϝειρυω. poteſt hinc eſſe προϝερυω. εςϝερυω. At nec minus ἐξερύω. ἐξέρυσε. ἐξείρυσε. ἐπερυσε κατειρυσε.

ἔτος. ϝετος. ἐπετήσιος. ἐπηετανός.

ϝοικεω. ϝοικιζω. expectes αποϝοικιζω. attamen Od. M, 135 Θρινακίην ἐς νῆσον ἀπῴκισε.

ϝεω. ϝεννυμι. vnde eſt επιϝεω. καταϝεω. αμφιϝεω. κακοϝειμων Od. Σ, 41. etiam habet ἀνείμων Od. Γ, 348 niſi eſt ex αϝειμων.

ϝηχεω. περιϝηχεω H, 267 et δυςηχης. πολέμοιο δυςηχέος B, 686 et al.

ϝιαχω. de ἐπίαχον v. Excurſ. antec.

Sunt exempla duplicis formae in eadem voce compoſita: forte emendanda:

ϝανδανω. ἐΦήνδανε, H, 45 βουλὴν, ἥν ῥα θεοῖσιν ἐΦήνδανε μητιόωσι. aut ſcriptum fuit θεοισιν εϝανδανε. aut θεοῖς επιϝανδανε. v. Excurſu ſup. in ἥνδανε. atque ſic reſcribendum aliis locis vbi ἐπιήνδανε legitur. Eſt quoque ἐμοὶ δ' ἐπιϝανδανει οὕτως H, 407. Eſt μῦθος ἀΦανδάνει Od. Π, 387 haud dubie ex αϝανδανει. *displicet.*

ϝειλυω. κατὰϝειλυω. Φ, 318 κὰδ δέ μιν ϝειλυσω peccat; f. κὰδ δέ ϝε ϝειλυσω. Ionica dialectus ſerior digamma haud curat; κατειλήθησαν. Herodot. VIII, 27 ἀμΦιϝελισσαι νῆες ſeruant digamma: vt omnino verba ex αμΦι et περι compoſita.

Interdum τὸ ε praefixum digammo ſcrupulum eximit, v. c. ϝαγω, frango, ſi cum κατὰ componitur, aoriſtum habet κατεϝαξα N, 257 ex καταϝαγω. aut interponitur alia vox κατὰ θ' ἅρματα ϝαξω et ſic ξυνεαξε a συνϝαγω.

ἐρύω. ϝερύω. ϝειρυω. vnde fit αποϝερυω. υπεκϝερυω. Diuulſum eſt Od. Ξ, 134 ῥινὸν ἀπ' ὀστεόΦι ϝερυσαι. Il. P, 581 Πάτροκλον ὑπ' ἐκ βελέων ϝερυσαντες. At I, 77. et M, 402 ἀνὰ δ' ἱστία λεύκ' ἐρύσαντες.

In aliis duplicatur ε. Eſt ϝεργω, ϝειργω. εϝεργω. Inde compoſita ſunt ανεϝεργω, αποϝεργω et απεϝεργε. αποϝεργαθω. διεϝεργω. προεϝεργω. συνεϝεργω.

Ita quae ſupra commemoraui, compoſita ex ἕπω. ϝεπω. αποϝειπειν. διαϝειπειν. μεταϝειπε. προςεϝειπε.

πρὸς reſoluitur in προτί. vt πρὸς νῆας προτιϝειλεῖν K, 347.

De προΐαψε v. ad A, 4.

Variari tamen in his multo minus miraberis, ſi animaduerteris, varietatem ſimilem occurrere etiam in compoſitis cum praepoſitione, ſine digammo, duabus vocalibus concurrentibus, dum modo alteram elidi, modo hiatum ſeruari videris, promiſcue. Ita eſt ἀμΦίεπον Ω, 804 et ἄμΦεπον Σ, 559 ἀμΦαγαπάζω et ἀμΦίαλος. ἀποαίνυμαι N, 262 vbi cf. Obſſ. ἀποαιρεῖσθαι et ἀΦαιρεῖσθαι ὑπόεικε (ab εἴκω, cedo) Λ, 204. ὑποείξομαι Δ, 62 et ὑπείξομαι A, 294. ἔπειμι. ἐπιὼν, et tamen ἐπιείσατο Λ, 367. Υ, 454. Φ, 424. μέτειμι. μετεισάμενος. N, 90. v. Obſſ. P, 285 et

tamen κατασείσατο Λ, 358. aut potius κατεείσατο v. Obff. vt διὰ πρὸ δ' ἐείσατο legendum eſt, v. ad Δ, 138. ἐπᾶλτο, ἐπάλμενος, et ἐπιάλμενος; H, 15. v. ad Θ, 85. H, 260.

Hactenus de verbis cum praepoſitione compoſitis. Nunc in *vocibus, quae ex binis aliis vocibus* compoſitae ſunt, obſeruantior eſt poeta digammi; nec tamen vbique. Sic μελιϝηδέα οἶνον Δ, 346 et tamen quoque Od. Π, 389 ἅλις θυμηδέ' ἔδωμεν. Ex εἴδω, ϝειδω, eſt ἠεροϝειδής. θεοϝειδης, e quo factum θεουδής. ιοϝειδής. μυλοϝειδής. At ἀλλοειδής factum triſyllabum Od. N, 194.

Cum intellectum eſſet, digamma interpoſitum ſiue inter duas voces, ſiue in media voce compoſita, vſum habere ad tollendos hiatus: coeptum eſt a viris doctis transferri illud ad alia quoque vocabula, in quibus duae vocales preſſe ſe ſequentes occurrunt, vt, digammo interpoſito, alliſio vocalium et hiatus tolleretur. Auctoritatem animaduerſioni ſubminiſtrauit Priſcianus in loco iam aliquoties excitato lib. I. p. 547. vbi dixerat *vbique Aeoles loco adſpirationis* vau *interponere. Hiatus quoque cauſſa,* inquit, *ſolebant illi interponere* ϝ *digamma; quod oſtendunt etiam poetae Aeolidae; vti Alcman:* καὶ χεῖμα πῦρ τε δαϝιον. reliqua vide Excurſu ſup. III. p. 727. nam adiunxerat ex Epigrammate antiquo Δαμοϝοϝον. Λαϝοκοϝον. alio loco Δαϝος, *Dauus.* οϝις, *ouis* ita quoque ωϝον, *ouum.* Arriſere haec viris doctis, eorumque ingenia erexere ad perſequenda alia ſimilia. Ita res tandem verſa eſt tantum non in luſum, cum vbicunque duae vocales ſe exciperent, interponere iuuaret digammum.

Sunt tamen in his nonnulla, quae auctoritatem habent. Vt modo vidimus δαϝιος, quod eſt δήϊος, pro καυστικός, alias et pro πολέμιος. forte ſic *Laius,* fuit Λάϊος ex λήϊος. cf. Apollon. Dyſc. ad calc. Maittaire p. 435. A.

ὕλην olim pronuntiatam υλϝην factam eſſe ſyluam traditum eſt a grammaticis. Ad Homerum hoc nullum habet vſum, etſi a Clarke commemoratur ad Γ, 151 οἵ τε καθ' ὕλην. cf. Obff. ad B, 500 (vbi l. 2 pro ϝυλη

corrige ὕλϝῃ. Vellem pro his doceri posse, quomodo hiatus versus ferri possit Ξ, 285 ποδῶν ὑπ' ἐσείετο ὕλῃ?

ὄϊς. *ouis* ex οϝις, factum quoque οἶς, vna syllaba. In Homero non occurrit οἶς, nec οἶν, sed tantum dissyllaba. οἰός. vt M, 451 ἄρσενος οἰός. οἰῶν. πῶυ μέγ' οἰῶν. O, 323. Σ, 588. De Λ, 677 τόσα πώεα οἰῶν v. Obss. μουνωθέντα παρ' οἴεσι Od. O, 385. At per diaeresin efferuntur. O, 373 τοῖς δ' οϝις λάσιος. Sic porro occurrunt in Homero οϝιος. οϝιν. οϝιες. οϝιων. οϝιεσσι, vt E, 137. hoc quoque ἐπ' ὄεσσι Z, 25. οϝις pro ὄϊας Λ, 245.

σιγαλόεις molestiam faciebat et sensu et etymo. Notarat Taylor ex Hesychio σιαλῶσαι pro ποικίλαι. abiisse hoc in σιγαλῶσαι, cum fuisset σιϝαλωσαι, noto more digammi in sigma versi. ergo viri docti acute suspicantur ductum inde esse σιγαλόεις pro ποικίλος. v. Obss. ad E, 226.

Huius digammi generis notatio parum vtilitatis affert ad lectionem et scriptionem poetae; Vsus eius interdum esse potest aliquis partim *in etymologia vocum*, partim *in prosodia saltem ad reddendam rationem syllabae productae*. In qua quidem doctrina multo plus interdum subtilitatis adhibitum est, quam ipsa res permittere aut fructum aliquem habere videbatur; etsi de his cum nemine contendere velim. In laude enim habendam censeo doctam subtilitatem, etiam in iis, quae praesentem vtilitatem non habent, modo vtiliora nec omittas nec contemnas. Paucissima de his monenda esse videntur: vt ne genus hoc prorsus a disputatione hac exulet.

Ad *etymologiam* igitur vsus digammi est in iis, quae ex antiquiore Graeco sermone, qui vulgo per Aeolicam dialectum declarari solet, repetenda sunt, siue quoad formam siue quoad notionem, maxime primitiuam et antiquiorem Sunt in his, quae lucem et accipiunt et accendunt ex mutatione digammi in alios sonos, tum, in sermone Latinorum maxime, in vocibus ex antiquiore

lingua Graeca petitis et inflexis. Illustrantur quoque ex his nonnulla:

Si Ἀργεῖοι scriptum fuit Αργειϝοι, licebit forte assequi, quomodo *Argiui* latine dicti sint. Ita suspicor formam obliquorum casuum in φι, de qua v. Excurs. II. ad lib. VIII. (Θ) p. 522. ortam esse ex ϝι. vt νευρῆφι, Ἰλιόφι ex νευρηϝι. ϝιλιοϝι. Forte ipsum αὐτὸς fuit αϝυτος, si Sigeum marmor sequaris. Sed sunt huius generis alia, quae similem vsum haud habent; sic quod ὀλοὸς fuit ολοϝος, χειμάῤῥοος χειμαῤῥοϝος. ἀθρόος, αθροϝος ἠώς, ηϝος. ηϝοῖος. ἀὴρ, αϝηρ. ὁμοίϊος, ὁμοιιϝος. (at vsum habet, quod Bentleius excogitauit vt metro succurreret in ὁμοιΐου πολέμοιο, dum legit ὁμοιόϝι πτολέμοιο· v. ad IX (J) 440.) ἤϊιον pro ἤϊον. ab ἔω. εἶμι. vado. Probabile fit in multis τὸ υ ortum habere ex digammo. Ἀτρεὺς ex Ατρεϝς (Dawes p. 171. 430. 439. Koen. ad Gregor. p. 231) βασιλεὺς ex βασιλεϝς. Ζεὺς ex ζεϝς. γλαὺς ex ϝλαϝς. vnde R. Payne Knight Υ, 172 scribebat ϝλαϝκιοϝων pro γλαυκιόων. sicque omnino nomina in ευς. Obseruationem semel factam non improbabo; at repetere et inculcare eam nolim ad fastidium in singulis.

Probabile fit, in multis τὸ υ ortum habere ex digammo. Ita vidimus αυατη apud Pindarum ex αϝατη factum. αὔω, *flo*, *spiro*, ex ἄω, αϝω, factum esse haud dubito, cf. ad Λ, 461. Illustrari inde potest formatio certorum verborum: καίω, καύσω· ductum est a καω, καϝω, καυω. Sic κλαίω, κλαύσω, ex κλαω, κλαϝω, κλαυω. φαω, φαυω, φαύσκω, πιφαύσκω. ψαω, ψαυσω. χραω, χραυσω. cf. ad E, 138.

Alia inde obseruatio ducta est, de verbis in εω, quae tempora habent ab ευω. sic πλέω, πλευσω. fuerat enim πλεω, πλεϝω, πλευω. Sic δέομαι, δεύσομαι, et ipsum δεύομαι A, 468. ἐπιδεὴς vt ἐνδεὴς, et ἐπιδευής. At discernuntur δεύω, irrigo, et δέω, ligo. θέω, θεύσομαι, *curro* ῥέω, ῥεύσω. χέω, χεύσω. vnde χέω. ἔχεα. ἔχευα et ἐχεύατο, ex εχεϝα. συλεύω factum ex συλέω, pro quo vsitatius συλάω. Pro ἀλέω est ἀλεύω. cf. ad E, 28

In nonnullis plures formae frequentatae ſunt, vt *σεύω*, ex *σεω*, *σεϝω*. et *σύω*, ex quo *ἔσσυμαι*.

Alterum vſum digammi in mediis vocibus dixi eſſe poſſe prosodicum *ad reddendam cauſſam*, cur interdum vocalem modo corripi, modo produci videamus ſine cauſſa apparente. Prouocari, interdum non ſine ſpecie aliqua veri, poteſt ad digamma, quod olim voci inſederit. Ita v. c. *κυάνεος* primam producit; cum tamen *κύανος* primam habeat breuem. Coniicit acute Payne Knight p. 68. interſertum in iſto fuiſſe digammum *κυϝάνεος*. Obſeruationis inprimis vſus eſſe poteſt, in reddenda cauſſa, cur verba in *υω* alia producant vocalem, alia corripiant, aut cur idem verbum alia tempora habeat producta, alia correpta; ſcilicet modo interpoſitum eſſe ϝ, modo omiſſum. cuius rei ſimilitudo aliqua eſt in Latino ſermone. Antiquitus fuit *fuvo*, *fuvi*, *fuvimus*, inde *fuo*, *fui*, *fuimus*. *fluvo* et *fluo*, vnde *fluvius*. *fluvidus* et *fluidus*. Ita de *λύω* notiſſima eſt doctrina Clarkii, eſſe huius verbi tempora longa, *λύσω*, *ἔλυσα*, *λῦσαι*, *ἐλύσατο*, *λύομαι*, alia breui vocali, *ἔλυον*, *λύον*, *λύομεν*, *λέλυται*, *λύθεν*, *λύσις*, *ἐξελύθεν*. v. ad E, 293. Apertior res eſt, ſi iam audieris, fuiſſe *λύω*, et *λυϝω*, ab hoc producta, ab illo correpta veniſſe tempora. v. de his dicta ſup. Excurſu I. ad P. p. 407 ſq. Iis, quae ibi laudata ſunt, adde, quod primo loco memorare debebam, *φύω*. quod priorem habet productam in *φύσω*. *πέφυκα*, *φῦλον*. *φυταλιή*. Et tamen quoque *τηλεθόωσα φύει* Z, 148 *πέφυα*. *φυή*. *φυτόν*. *φυτεύω*. *εὐφυής*. *φύσις*, quae priore ſyllaba correpta ſunt. Fuit ergo *φυω* et *φυϝω*. *ἱδρύω* in hunc cenſum retuleram, quia B, 191 eſt *ἵδρυε λαούς*. ſed video hoc pronuntiari poſſe binis ſyllabis vt T, 284 *λίγ' ἐκώκυε* trinis, *υε* contractis. in hoc tamen occurrit *κωκύει*. *ἐκώκυον* Od. Δ, 259. Θ, 527. T, 541. Simili modo cauſſa reddi poteſt, cur verba in *ιω*, penvltima modo breui, modo producta occurrant. Cauſſa cur *τιω*, *τισω*, producta ſint, eſto, quia fuit *τιϝω*. *τιϝσω*. Recte hoc; enimuero vel ſic vſu cognoſcere neceſ-

ſe eſt, quaenam verba illa ſint, in quibus hoc locum habeat. Reuocaui haec ſimpliciter ad duplices verborum formas, alteram producta, alteram correpta vocali; atque eas diſcendas eſſe obſeruatione. v. Excurſ. ad P, p. 404.

Bentleius eodem modo in verbis in εω et αω interpoſuerat paſſim digamma: v. c. N, 125 κελευτιοϝων. ειλυΦοϝων Λ, 156. τόξ' αΦοϝωντα Z, 322. vtilitatem aliquam hinc profectam non vidi. Alii hoc etiam ad verba in αω intulere, vt cauſſam cur αω produceretur, intelligi vellent ex eo, quod olim ſcriptum eſſet αϝω. Sic μαιμάω, *impetu feror*, ex μαιμαϝω. ἐάω. ἐάσω ex εαϝω. ἐαϝσω. Potuere haec ita ſe habere; fructum tamen magnum inde percipi haud video; niſi omnino rem in generalem obſeruationem vertas, vt dicas „vocales tres ambiguas α. ι. υ. omnino ex eo pendere, quod antiquiſſimis aetatibus in aliis vocibus cum adſpiratione digammi pronuntiatae fuerunt, in aliis non pari modo.“ Etſi ea obſeruatione admiſſa non magis intelligitur, quaenam illae voces ſint, in quibus adſpiratio illa locum habuerit aut non habuerit.



SVPPLENDA ET EMENDANDA.

AD LIB. XV—XIX.

XV (O)

Παλίωξις hic liber inſcriptus a grammaticis ex vſ. 69. vbi Sch. Vict. τινὲς δὲ, ἣν ἐποίησε Πάτροκλος ἀπέλασιν τῶν νηῶν, παλίωξιν καλοῦσιν. v. ad Ω, Exc. II. Sect. II.

p. 4. vſ. 4. l. 11. ὑπαπόδα. corr. ὑπαιπόδα.

p. 8. vſ. 15. ἐφόβησε δὲ λαούς, Sch. V. τινές· ἐφόβησε δ' Ἀχαιούς· ἀντὶ τοῦ φοβεροὺς ἐποίησεν. ὡς· πάντας μέν ῥ' ἔλπει. ἀντὶ τοῦ ἐλπίζειν ποιεῖ. (Od. B, 91.)

vſ. 17. ſi vſ. 782. B. de Typhoeo reputo, ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωέϊ γαῖαν ἱμάσσῃ, et vſum τοῦ πληγῆναι, et πληγῆς de fulmine, quo vbique Iupiter deos terret, vt Θ, 12. πληγεὶς οὐ κατὰ κόσμον add. Θ, 455. O, 117. vereor, ne partes meas male egerim, poſthabita hac probabiliore interpretatione: vt minae Iouis Iunoni factae non aliter quam de fulmine accipiendae ſint.

p. 9. vſ. 21. ἐμὲ δ' οὐδ' ὧς — Ἡρακλέος θείοιο. En ſuppletorum verſuum quos ſaepe ſuſpicatus ſum, exemplum haud disſimile aliis! Schol. Vict. τινὲς δὲ γράφουσι (poſt vſ. 21) „πρὶν τότε δή σ' ἀπέλυσα ποδῶν μυδροὺς δ' ἐνὶ Τροίῃ κάββαλον, ὄφρα πέλοιτο καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.“ δείκνυνται γὰρ ὑπὸ τῶν περὶ πηγῶν οἱ μύδροι. Exſcripſit Scholion Euſtath. p. 1003, 12. vt et fecit ad vſ. 24. omninoque in hoc quoque libro communem fontem habuere vterque. Verſus emendatos exhibui iam p. 12. ad vſ. 30.

p. 12. vſ. 29. *ἀνήγαγον αὖτις.* Sch. Vict. ait *πλεονάζειν ἀνὰ Ἀττικῶς.* vt *ἀνέπλεον* Od. M, 234 et *ἐκ Τροίης ἀνιόντα* Od. K, 332. *οἱ δὲ γράφουσιν· ἀπήγαγον αὖτις.* vſ. 31. *ἀπολλήξῃς.* Sch. V. *δι' ἑνὸς λ ὀφείλει γράφεσθαι.* vſ. 32. *ὄφρα ἴδῃς.* Sch. V. *ἴδῃ. χωρὶς τοῦ σ.* et vſ. 41. *μή δι' ἐμήν. τὸ δὲ μὴ ἀντὶ τοῦ οὐ.* vſ. 50. *μετ' ἀθανάτοισι. γράφεται καὶ ἐν.* inſcite.

p. 15. vſ. 55. *Ἀπόλλωνα κλυτότοξον.* Sch. V. *τινὲς, κλυτὸν αὐδήν. οὐκ οἶδε δὲ αὐτὸν Ὅμηρος ᾄδοντα, ἀλλὰ κιθαρίζοντα.*

p. 19. 63. *ἐν νηυσὶ πέσοιεν.* tantum de Achiuis dictum: v. Obſſ. ad J, 235. Λ, 823. nunc et Sch. V. obſeruant: *ἀεὶ ἐπ' Ἀχαιῶν τὸ, πέσωσι „καί νύ κεν ἐν νήεσσι πέσον φεύγοντες Ἀχαιοί.“* Λ, 311.

Ad v. 64. Euſtathiana petita ſunt ex Schol. Vict. Vltima, quae in iis dixi eſſe obſcura, ſpectant eo, quod nude a poeta referuntur, non in actum ipſum deducta ſunt; hoc eſt, quod Schol. Vict. ſenſit, adiiciendo verba: *ἐοίκασι γὰρ Εὐριπιδείῳ προλόγῳ ταῦτα. ἐναγώνιος δέ ἐστιν ὁ ποιητής,* (h. e. narrat geſta, ac ſi gerantur ante oculos noſtros.) *καὶ ἐὰν ἄρα σπέρμα μόνον τιθείς.* (v. c.) *„κακοῦ δ' ἄρα οἱ πέλεν ἀρχή.“* (Λ, 603.) *τάχα δὲ ὁ ταῦτα ποιήσας, (ἐποίησε) καὶ τὸ· ᾠχόμεθ' ἐς Θήβην* (A, 366) *καὶ τὸ· ἤρξατο δ' ὡς πρῶτον Κίκονας δάμεν.“* (Od. Ψ, 310.) Praeclare haec. Hunc tandem grammaticum *πεπνύσθαι* dixero.

p. 22. vſ. 77. *Ἀχιλλῆα πτολίπορθον.* huius verſus immemores fuere grammatici, qui ad Φ, 550. notarunt, ſemel tantum Achillem ita appellatum eſſe, epitheto perpetuo Vlyſſis: *πτολίπορθος Ὀδυσσεύς.* Obſeruat tamen Schol. Vict. ad h. l. et addit: *ἐπόρθησε γὰρ κ πόλεις.*

vſ. 78. Sch. V. *ὡς ἔφατ'. τινὲς μετὰ τοῦτον γράφουσιν· Ζηνόδοτος ὑποταρβήσατο. νόος δέ οἱ ἄλλα μενοίνα.“* Stupor librarii! Verſus eſſe debuit: *οὐδ' ἀπίθησε θεὰ λευκώλενος Ἥρη Ζῆν' ὑποταρβήσασα, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοίνα.*

vſ. 79. *βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων.* Zenodotea lectio fuit *βῆ δ' ἐξ Ἰδαίων.* Adſcribam Scholion Vict. ad vſ. 82: *ἔνθ' εἴη. Ἀρίσταρχος, εἴη, ἀντὶ τοῦ πορευθείη· ἐκ τοῦ εἶμι. τοῦ ἀνδρὸς δηλονότι λέγοντος, ἐκεῖ ἀπέλθοιμι, ἢ ἐκεῖ. Ἄλλως· τὸ εἴην σὺν τῷ ν, Ἀριστάρχειοι, καὶ σημαίνει τὸ ὑπῆρχον· ὡς αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιλογιζομένου, οἷον, πορευοίμην. ὁ δὲ λόγος, εἰς ἐκείνην τὴν χώραν ἢ ἐκείνην πορευθείην.* Habes exemplum perturbatae auctoritatis grammaticorum in excerptis Scholiorum. Verba Schol. Lipſ. ſunt: *ἤει. παρὰ Ἀριστάρχῳ ἤειν μετὰ του ν̄. γράφεται εἴη καὶ* (immo *γρ. καὶ εἴη*) *ὑπῆρχε.*

p. 24. *ἔασε.* Sch. V. *παρῃτήσατο. τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι*" Heſiodeum Ἔργ. 342.

p. 25. vſ. 90. *ἀτυζομένῃ δὲ ἔοικας.* Sch. Vict. *ἀτιζομένῃ. συμβάλλεται πρὸς τὴν ἀθέτησιν τῶν πρώην. — τάχα δὲ τεταραγμένη ὑπέστρεψε δι' ὑπόμνησιν τῆς ἀτιμίας.*

vſ. 97. *οἷα Ζεὺς* — l. 3. „*ἐνδείκνυται καὶ*" lege *οὐ κρυφίως ποιεῖ.* Sch. V. notant *πιφαύσκεται. ὑπερβολικῶς. ὡς ταῦτα ἤδη πεπραχότος τοῦ θεοῦ. ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρισηΐδα.* A, 184.

p. 26. vſ. 103. *ἰάνθη* Sch. Vict. *διεχύθη. Σοφοκλῆς·* „*ὡς ὢν Διὸς μέτωπον ἐκταθῇ χαρᾷ. ἰαίνειν δὲ κυρίως τὸ θερμαίνειν. αἶψα δ' ἰαίνετο κηρὸς,* Od. M, 175. Emendatior legitur verſus Sophoclis in Fragment. Sophocl. ap. Brunck. n. LXXXVIII, p. 695. ſeruatus a Schol. Ariſtoph. Lyſiſtr. 9. et a Suida in voc. *τοξοποιεῖν. ὡς ἂν Διὸς μέτωπον ἰανθῇ χαρᾷ* pro *ἰανθῇ* in Schol. Ariſtoph. eſt *ἐν ταύτῃ χαρᾷ.* vbi vides veſtigia noſtrae lectionis *ἐκταθῇ.* Apponitur quoque verſus Homericus. vſ. 104. *μενεαίνομεν. τινὲς, ἐριδαίνομεν.*

p. 28. vſ. 116. *ἰόντι.* Sch. V. *οὕτω τὸ τέλειον. τινὲς δὲ ἰόντα.* vſ. 117. cf. ſup. ad vſ. 17. vſ. *κεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ, προβληθέντι.* et *ἀντιφράζεται τῷ· αὐτοῦ πήματ' ἔπασχον* etc. E, 886.

p. 29. ad vſ. 125. compara Od. Ξ, 276 ſqq. ad vſ. 128. Scholion B. legitur quoque in Schol. Vict. et praemittitur *οὕτω Πορφύριος.*

p. 30. vſ. 134. Etiam Sch. Vict. κακὸν μέγα. οὕτως ἡ Ἀριστοφάνειος. Ζηνόδοτος δὲ, θεοῖς μέγα πῆμα φυτεῦσαι. vſ. 141. ῥῦσθαι. συστέλλει δὲ ὁ Θρᾷξ τὸ ῥῦσθαι. τὸ γὰρ πλῆρές ἐστι, ῥύεσθαι. (τὸ σώζειν) ἀργαλέον δὲ, τὸ ἀδύνατον. vſ. 144. θεοῖσι μετὰ, ἐν θεοῖς. οὐκ ἀναστρέφεται δὲ διὰ τὴν συναλοιφήν. voluit dicere μετὰ referri ad ἀθανάτοισι.

p. 31. vſ. 138. Schol. Par. ἐῆος. Ἀπολλώνιος φησὶν ἐν τῷ περὶ ἐπιῤῥημάτων. ἠΰς καὶ γενικὴ, ἠέος, καὶ ὑπερθέσει τοῦ ε, ἐῆος. parum docte.

p. 32. vſ. 153. θυόεν νέφος. Sch. V. θυόεν δὲ εὐῶδες· θύου δ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει. (Od. E, 60) φασὶ δὲ οἱ φυσικοὶ, τὰ ηθα σταδίοις ὑπερέχοντα τὴν γῆν ὑφ' ἡμῶν· (ὑφιεμένην) νεφελίζεσθαι. ἔστιν οὖν αἰθέριον νέφος τὸ περικείμενον. Latet in monſtro, τα ηθα numerus ὀκτὼ, per η (ἦτα) ſcriptus: ea quae octo ſtadiis ſupra planum ſolum eminentia.

p. 33. vſ. 162. εἰ δέ μοι. Ἀμμώνιος, εἰ δέ μου. vſ. 164. ἐπιόντα ταλάσσῃ μεῖναι. τινὲς, θελήσῃ ἀντὶ τοῦ δυνηθῇ. οὐδ' ἔθελε προρέειν (Φ, 366.) ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἠδύνατο. ad 165. etiam Sch. Vict. τινὲς ἀστερίσκους αὐτοῖς περιτιθεῖσιν, ὡς μεταχθεῖσιν ἀπὸ τῶν Ἴριδος λόγων.

p. 36. vſ. 172. l. 5. διέπτη. vt ἐξέπτη Heſiod. F., 98. ad vſ. 179. Sch. V. πολεμίξων δὲ, διὰ τοῦ ξ. Ἀρίσταρχος δὲ διὰ τοῦ σ. ad vſ. 187. ἐκ Κρόνου. οὕτως διὰ τῶν β'κκ. καὶ πολλοὶ ἀπὸ τῆς σχολῆς. εἰ δὲ εἴη, τε Κρόνου; λείπει ἡ ἐκ, ὡς ἐν τῷ· αἱ δὲ βόες χρυσοῖο τετεύχατο. (Σ, 574.)

p. 41. vſ. 197. υἱάσι. Sch. Vict. τινὲς δὲ, υἱέσιν. Ἀττικὸν ἁμάρτημα. et ad vſ. 203. τοῦτο τὸ ἔπος, (203. 204) ἢ, ὃ καὶ ἄμεινον, πάντα τὸν λόγον τῆς Ἴριδος, Ζηνόδοτος ἐσημειώσατο.

p. 45. vſ. 225. ἐνέρτεροι. Ζηνόδοτος γράφει· οἵπερ ἐνέρτατοι.

p. 48. vſ. 241. ἀμφί ἑ γιγνώσκων. Sch. V. ὀρθοτονητέον δὲ τὴν ε. εἰς σύνθετον γὰρ μεταλαμβάνει. Χρύσιππος

δὲ ψιλοῦν (scil. φησι) τὸ ε, ὡς περισσεῦον. καί φησιν· ἀμφιγνοῶν, ἀντὶ τοῦ, ἀμφιβάλλων.

p. 51. vſ. 256. Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον. Scholion ad h. l. v. ſup. ad E, 509. Quae ex Euſtathio memoraui de Paeone et Apolline pro eodem habito a Zenodoto, ita exponit Schol. Vict. ad vſ. 262. Ζηνόδοτος ὁ Μαλλώτης ἐκ τούτου συνάγει, ὅτι Παιήων ἐστὶν Ἀπόλλων, εἴ γε αὐτὸς ἐπιῤῥώννυσι τὸν Ἕκτορα.

p. 52. 265—8. Quae Euſtath. habet ex antiquis, ſunt in Victorianis. Reliqua quae in his ſunt de ἀποστήσας et κροαίνων, vidimus ſup. ad Z, 506. Iam ad vſ. 265. εἰωθὼς notatur: Ζηνόδοτος τοῦτον μόνον γράφει, Ἀρίσταρχος δὲ καὶ τοὺς ἄλλους γ΄. (266. 7. 8.) ad 269. πόδας καὶ γούνατ΄. τινὲς δὲ τὸ γενικὸν, τὸ, γυῖα. hoc praeferam. et vſ. 270. ὀτρύνων. τινὲς δὲ, ὀτρυνέων.

p. 53. vſ. 252. ἐσσεύοντο. Etiam Sch. V. αἱ πᾶσαι διὰ τοῦ α, ἐσσεύαντο. Mox l. 9. ſcribe ἀγροιώτας. Etiam Od. Π, 218 ἀγρόται pro venatoribus dicti accipiuntur a grammatico.

p. 54. vſ. 274. οὐδ᾽ ἄρα τέ σφι. Schol. V. τινὲς δὲ ταῖς σφι. ſaltem ſcrib. τῆς φι. vſ. 277. εἵως μέν. Ζηνόδοτος γράφει, τείως. vſ. 288. ἦ θήν μιν. Sch. V. ὅτι τὸ ἦ θὴν ἀντὶ τοῦ· ὄντως που. οἷον καὶ ἀλλαχοῦ· ἦ θήν σ᾽ ἐξανύω γε. Λ, 365.

p. 58. vſ. 315. χρόα λευκὸν etiam Sch. Vict. habent.

p. 60. vſ. 333. Scholion Vict. ad h. l. de Medonte Oilei filio notho v. ſup. Sch. Vict. ad N, 694. Et ad vſ. 336. ἦν ἔχ᾽ Ὀϊλεύς. Etiam Sch. V. (vt alii ad vſ. 333) τὸν Ὀϊλέα Ζηνόδοτος ἑπόμενος Ἡσιόδῳ καὶ Στησιχόρῳ, χωρὶς τοῦ ο ὀνομάζει, ὀνομάζει Ἰλέα, τὸ δὲ ὁ ἄρθρον φησί. γελοῖον δὲ etc.

p. 61. vſ. 341. Δηΐοχον δὲ — μόνον τοῦτόν φησιν Ἑλλήνων ὄπισθεν βεβλῆσθαι. καὶ Ἠϊονεὺς δὲ ἐν τῇ Η vſ. 11) ὑφ᾽ Ἕκτορος οὕτως ἀναιρεῖται. τούτου δὲ (Deiochi) οἱ ἀπόγονοι Σάμον ἐξ Ἀθηνῶν συνῴκισαν.

p. 64. vſ. 358. ὅσον τ᾽ ἐπὶ — debebat ſcriptum eſſe ἔπι. nam eſt ἐφ᾽ ὅσον. pro ἐπὶ τόσον, ἐφ᾽ ὅσον. vſ.

359. etiam Sch. V. ἤσι. δασυντέον. ἐπέκταται γὰρ τὸ ῆ. ὅπερ ἡ συνήθεια μετὰ προθέσεώς φησιν, ἀφῇ. nec aliud habuisse videtur Sch. Lipf. etsi ἥσει praefixum est: nam Schol. ἐπέκτασις τοῦ η. ἢ πέμψει. ad vs. 371. χεῖρ' ὀρέγων. οὐ χεῖρα, ἀλλὰ χεῖρε δυϊκῶς.

p. 67. vs. 385. ἵππους δὲ — Sch. V. tantum haec habent: πρὸς τὴν ἰδιότητα τῆς μάχης. ὅτι οἱ μὲν ἐπιβεβηκότες ταῖς πρύμναις, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἵππων, ἵνα ἀφ' ὕψους μάχοιντο. εἰςήλασε δὲ τοὺς ἵππους διὰ τῆς ὑπὸ Ἀπόλλωνος γενομένης κελεύθου.

p. 69. vs. 393. καὶ τὸν ἔτερπε λόγοις. Sch. V. τινὲς, ἔτερπε λούων. (λοῶν vel λοέων duab. syll.) τοὺς γὰρ νοσοῦντας ἔλουον. φησὶ γάρ· „εἰςόκε θερμὰ λοετρὰ — Ξ, 6. 7. ἄμεινον δὲ, λόγοις. Et in vss. Menandri in Obs. extr. pro θελκτήρια Vict. habet κουφίσματα. vs. 398. Sch. V. προςηύδα in contexto; et ἔπος ηὔδα. οὐ προςηύδα. (hoc pro var. lect.)

p. 71. vs. 412. εὖ εἰδῇ σοφίης. ἀντὶ τοῦ, τέχνης. διὸ φασὶ μὴ εἶναι Ὁμήρου τὴν Ὀδύσσειαν διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκεῖ σοφίαν. (non occurrere) πᾶσαν (δὲ) τὴν τέχνην οὕτω καλοῦσι, (καὶ) σοφοὺς τοὺς τεχνίτας. καὶ τὸν κιθαρῳδὸν σοφιστὴν Σοφοκλῆς, καὶ τὸν ῥαψῳδὸν Εὔπολις. οἱ δὲ φιλόσοφοι τὴν σοφίαν εἶναι θείων καὶ ἀνθρωπίνων, καὶ τῆς περὶ ἑκατέρων αἰτίας. ὑποθημοσύνῃσι δὲ, ταῖς διδασκαλίαις.

416. μιῆς περὶ νηὸς, ἴσως τῆς Πρωτεσιλάου. et vs. 420. νῆα, τὴν ἀμφήριστον.

p. 73. vs. 431. Κυθήριον. τινὲς διὰ τῶν δύο ρρ. καὶ τοὺς Καθηρεῖς δημότας Ἀττικῆς φασὶν, οὓς μᾶλλον οἰκείους εἶναι Αἴαντι. (quis putet Athenarum δήμους iam tum fuisse!) vs. 442. ξυνέηκε. ἀντὶ τοῦ, ἤκουσε. vs. 445. de κλειτὸν Ἀγλαὸν, vt hoc sit nomen proprium, dissertum est Scholion etiam in Cod. Paris. Quid autem in Schol. A. sit κόσμου, non assequor; an fuit κυρίου?

p. 76. vs. 451. αὐχένι γὰρ οἱ ὄπισθε. Sch. V. Ἀριστοφάνης, πρόσθεν, γράφει. καὶ ἔστι μᾶλλον εὔλογος ἡ γραφή. Et 468 ὅ τε μοι β. Sch. V. ἀντὶ τοῦ ὅςτις. οἱ δὲ,

ὅτε, (vti) ὅτε με βροτοὶ οὔ τι τίουσι (Od. N, 129) ἀντὶ τοῦ, ὅτι.

p. 81. vſ. 492. καὶ οὐκ ἐθέλῃσι. Sch. V. ἀντὶ τοῦ μὴ θέλῃ.

p. 83. 84. vſ. 502. bene Sch. V. σωθῆναι μετὰ νίκης. ἐπεὶ τοῦ δίχα νίκης σωθῆναι κρείσσων ὁ θάνατος. Et vſ. 513. ὧδ' αὔτως. ἀντὶ τοῦ οὕτως. οὐ τοπικῶς. Et vſ. 526. de *Lampo* v. Υ, 238. vſ. 531. *Ephyram* Elidis contendit eſſe; et eandem eſſe Od. B, 328 intelligendam.

p. 90. vſ. 532. Εὐφήτης. Sch. V. ζήτει, περὶ τούτου, τίς ἐστί. ſuauiter! ego vtique haud quaeram. vſ. 534. ὅς οἱ καὶ τότε. περιττὸς ὁ στίχος. recte cenſet. dicta res iam erat vſ. 529. πυκινὸς δέ οἱ ἤρκεσε θώρηξ. Porro vſ. 543. ἐλιάσθη reddit ἀπεκλίθη.

p. 93. vſ. 556. οὐ γὰρ ἔτ' ἐστὶν, ex alio grammaticorum canone ſcribitur ἔτ' ἔστιν. v. Hermann. Gr. gr. p. 89. vſ. 571. εἴ τινά που. Sch. V. ὅτι τῷ εὐκτικῷ ἀντὶ προςτακτικοῦ ἐχρήσατο. ὥς φησι Διονύσιος.

p. 97. vſ. 593. Τρῶες δὲ — ita euentum habent dicta Iouis Λ, 207 ſq.

p. 100. vſ. 610. Ἕκτορος, αὐτὸς γάρ οἱ. Etiam Schol. Vict. ἀθετοῦνται στίχοι ε̄, ὡς περιττοί. οὐδὲ παρὰ Ζηνοδότῳ ἦσαν οἱ ε̄.

p. 102. vſ. 625. κῦμα ἀνεμοτρεφές. additum in Schol. Vict. poſt τὸ εὔτονον. καὶ Σιμωνίδης· „ἀνεμοτρεφέων πυλάων" εἴρηκε. (an πτελεάων, vlmorum?)

vſ. 626. Contraria profert Sch. Vict. δεινὸς ἀήτης. — ἔνιοι δὲ ἀγνοήσαντες πεποιήκασι, δεινὸς ἀήτῃ, ὡς· κλυτὸς Ἀμφιτρίτῃ. — vſ. 627. ναῦται. οἱ ἐν τῇ νηΐ. „ἢ ναύτῃσι τέρας" (Δ, 76) ὁ δὲ Αὐτόχθων πρὸς ἐπίτασιν τοῦ κινδύνου, φησιν. ἐπιβάτας γὰρ καὶ βραχὺς κίνδυνος κλονεῖ etc. vt in Sch. B. Et ad vſ. 628. poſt Ἄρατος· ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον· καὶ Καλλίμαχος· „μέσον ἐπὶ ναύταις." (mutila) vſ. 629. ἐδαΐζετο, διεκόπτετο ἡ ψυχὴ ἀγωνιῶσα. πρὸς τὸ τελευταῖον δε τῆς παραβολῆς, τὸ, τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται, τὴν ἀνταπόδοσιν ἐπήγαγε τῆς παραβολῆς.

p. 105. vſ. 639. Sch. V. Κοπρεὺς Ἡλίου, παῖς τοῦ Πέλοπος. (corrige: Κοπρεὺς, παῖς τοῦ Πέλοπος, τοῦ Ἠλείου. Idem vitium erat in libb. Apollodori II, 5, 2.) ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Βοιώτιος, Ἁλιάρτου παῖς. (cf. Schol. Il. Ψ, 346.) Ad verba: ὃς Εὐρυσθῆος ἀ. Φασὶν, Ἥρας αὐτῷ παραστάσης ἐπιτάσσειν, τὸν δὲ, Ἑρμοῦ καὶ Ἀθηνᾶς εἰπόντων, ὡς διὰ τοῦτο ἔσεται ἀθάνατος, καταδέχεσθαι. οἱ δὲ παιδικὰ Ἡρακλέους θέλουσιν Εὐρυσθέα· διὸ χαριζόμενον αὐτῷ ἐπιτάσσεσθαι τοὺς ἄθλους. vltima petita e luſibus poetarum certi generis. 641. τοῦ γένετ' ἐκ πατρὸς h. e. ἐξ οὗ Κοπρέως) Sch. V. οὐ κεκράτηκε τῆς Φράσεως, ὥς Φησιν Ἄτταλος. τὸν μὲν γὰρ λίαν ἐπαινεῖ, τὸν δὲ ἀποδοκιμάζει. ὥςτε οὐκ ἔστιν ἐκ συγκρίσεως ὁ λόγος. et iterum ad πολὺ χείρονος. οὐκ εὖ ἡ σύγκρισις. vſ. 645. ἐν ἀσπίδος ἄντυγι πάλτο. — ἀντὶ τοῦ ἐνεπελάσθη. οἱ δὲ, ἐβλάβη. Ἰακῶς. Φησὶ γοῦν τὸ πρόσθ' ἐνιβλαφθείς. vſ. 651. ad ea Scholia, quae ex Sch. B. notata ſunt, poſt ἀηθὴς δὲ Ὁμήρῳ ἡ τοιαύτη συναλοιφὴ addunt Sch. Vict. Ἄτταλος δὲ συγκοπήν Φησιν, ὡς ἐν τῷ πὰρ Ζηνί. E, 1 et al.

p. 109. vſ. 653. εἰςωποὶ — Etiam Sch. V. ἐντὸς ἑαυτῶν αἱ νῆες ἀνέλαβον τοὺς Ἕλληνας. vſ. 657. ἀνὰ στρατόν. νῦν τὸ στρατόπεδον. bene. vſ. 666. etiam Sch. Vict. τραπέσθαι. ἀντὶ τοῦ τραπέσθαι. vſ. 668. in Schol. vulgato Ven. B. εἰ μὴ λέγοις, interponitur in Sch. Vict. ὡς λείπει ἄλλα ποιήματα, δι' ὧν ἐδεδήλωτο ταῦτα. ἢ καὶ ἀποῦσα ἀφῄρηται· ὡς τὸ· εἰ μὴ ἐπὶ Φρεσὶ θῆκ' Ἀγαμέμνονι πότνια Ἥρη αὐτῷ ποιπνύσαντι· (Θ, 219) Τήλεφος δὲ, ὡς ἐπὶ Διομήδους ἀκούει· (E, 127) ἐν σχήματι δὲ ἐδήλωσεν, εἰ σκότος εἶχον.

p. 115. vſ. 679. ad κελητίζειν. Sch. Pariſ. κέλης. μονάμπυξ (quod ap. Pindar.) ὁ νῦν λεγόμενος, σελάριος. atqui *equus ſellarius* eſt ὁ διφροφόρος.

p. 116. vſ. 680. Etiam Sch. Vict. συναείρεται norat; in ceteris conuenit cum Euſtath. qui vetus Scholion exſcripſit. vſ. 683. Δημήτριος δὲ ὁ Γονύπεσος τεθεωρηκέναι (Φησὶ) τοῦ μεταβαίνοντος ἀνεμποδίστου, τηροῦντος τὸν δρόμον τῶν ἵππων, κατέχοντος τοὺς χαλινούς. καὶ νῦν δὲ

ἐν Ῥώμῃ ποιοῦσί τινες. — vſ. 688. οὐδὲ μὲν Ἕκτωρ. Sch. V. τινὲς ἐπισυνάπτουσι τούτῳ τόδε· ἀλλὰ πολὺ προθέεσκε τὸ ὃν μένος οὐδενὶ εἴκων. (ex X, 458. 9.) Voluerunine comparare loca? vſ. 705. Proteſilai naues priore ordine cum Aiacis nauibus: N, 681. 2. Schol. Vict. argutatur in voc. ἔνεικε, ex vulgari obſeruatione de φέρειν et ἄγειν, appoſito quoque vſ. H, 467. Obſeruat quoque ſcripſiſſe nonnullos per exclamationem: οὔτ' αὖτις ἀπήγαγε. οὐδ' ἀφίκετο!

p. 122. vſ. 713. μελάνδετα. addunt Sch. V. μελαίνας λαβὰς ἔχοντα. τὴν δὲ λαβὴν δεσμὸν καλεῖ Σιμωνίδης.

p. 125. vſ. 725. ἀνώγει. Etiam Sch. V. τινὲς περισπῶσι. (ἀνωγεῖ) διὰ τὸ· „ἠνώγει Πετεῶο" M, 355 ductum ab ἀνωγέω. ἀλλ' ἔστιν· „ἀγορῇ Μενέλαον ἄνωγεν" Λ, 139. vſ. 737. οὐ μέν τι. οὕτως Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ σ. τινὲς δὲ, οὐ μέν τις. vſ. 740. Etiam perperam Sch. V. πόντῳ κεκλιμένοι. περικλειόμενοι. συνέσταλται δέ. (ſcil. ι. pro ει) ὡς τὸ· „τρὶς δὲ περίστειξας" ita ſcribitur: Od. Δ, 277.

XVI (Π)

p. 138. 1. περὶ νηὸς μάχοντο. Schol. Vict. ἡ δὲ περὶ ἀντὶ τῆς, ἐπί.

5. τὸν δὲ ἰδὼν ᾤκτειρε. Ἀρίσταρχος γράφει· θάμβησεν. οὐ γὰρ ἂν ἔπληξεν ἐν τῷ πυνθάνεσθαι, εἴπερ ᾤκτειρεν.

p. 139. vſ. 8. ἀνώγει. Sch. Vict. accepit ἀνωγεῖ ſcriptum; prouocans ad ἠνώγεον, H, 394. (v. ſup. ad O, 725) et ad ἠνώγεα Od. J, 44.

p. 141. Sch. V. Πηλέως υἱέ. οὕτως Πτολεμαῖος. οἱ δὲ ὑπομνηματισάμενοι Ἰακῶς. (ſc. Πηλέος)

p. 142. vſ. 27. βέβληται δὲ καὶ Εὐρύπυλος. hinc verſus traductus putatur ad Λ, 661. quod notare voluit Sch. Vict. Et ad vſ. 25. βέβληται μὲν ὁ Τυδείδης. Ἀριστοφάνης ἄνευ ἄρθρου.

p. 145. vſ. 35. ὅτι τοι νόος. fuere qui ſcriberent ὅ pro δι' ὅ, τι οἱ. Ἀρίσταρχος δὲ γράφει ὅτε τοι.

p. 146. vſ. 46. *μέγα νήπιος* per exclamationem Sch. B. Vict. qui addit exemplum *νηπίη, οὐδ' ἐνόησεν.* Jl. X, 445. Porro vſ. 147. mirum eſt laborare in hoc omnes grammaticos, probant *τὸ λίτεσθαι* Schol. A. B. cum Lipſ. et Vict. qui ex ceteris eſt emendandus.

p. 147. vſ. 53. *ὁππότε δή. Ἀρίσταρχος· ὁππότε τις.* et *ἀμέρσαι, ἀποστερῆσαι. ἀπομερίσαι. ἀποδιῶξαι.*

p. 148. vſ. 57. *πόλιν εὐτείχεα. τὴν Πήδασον οἱ τῶν Κυπρίων ποιηταί.* (ergo plures auctores carminis?) *αὐτὸς δὲ Λυρνησόν.* (B, 690. T, 60) *σημειωτέον δὲ τοῦτο πρὸς τὸ* (A, 129.) *δῶσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον, ὅτι οὐ μόνον Τροία εὐτείχεος.* Et ad vſ. 59. *μετανάστην.* Sch. Lipſ. qui in hoc, et in ſuperiore iam libro, meliorem excerptorem Scholiorum nactus eſt, *ὁ μὲν Ἀρίσταρχος, μετανάστην, καὶ πρὸς Βρισηΐδα ἀκούει· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς αἰτιατικὴν ἀντὶ γενικῆς φησιν, ἵν' ᾖ, ὡς ἐκ χειρὸς ἀτιμήτου μετανάστου ἀφείλετο.* Schol. Vict. *ἐν τῇ Μασσιλιωτικῇ καὶ τῇ Ῥιάνου μεταναστειν* (ſcrib. — *στὴν*) *καὶ ἀκούουσι τὴν Βρισηΐδα.* (ergo iam accentus in iſtis? an fuit *μετάναστιν?*)

vſ. 61. 62. *οὐ πρὶν* — reſpicit J, 646 ſq.

p. 153. 80. *νεῶν ἄπο λοιγὸν ἀμύνων.* Sch. V. *ἀπὸ — ἀμύνων, ἀπαμύνων. οἱ δὲ ἀναστρέφουσι τὴν ἄπο.*

p. 155. vſ. 93. *μή τις ἀπ'. τοὺς γ̄ ἀθετεῖ Ζηνόδοτος.* (qui reiecerat iam vſſ. 89. 90.) *καὶ ἀντ' αὐτοῦ γράφει· „μή σ' ἀπομουνωθέντα λάβῃ κορυθαίολος Ἕκτωρ." ὃν παρῳδεῖ Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, ἀντὶ τοῦ λάβῃ, δάκῃ, λέγων.* En acumen grammaticum! acutior tamen Zenodotus in eo, quod fraudem ſenſit interpolationis.

p. 156. vſ. 97. *Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ.* Plenum Scholion, e quo excerpſere Ven. et Euſtath. nonnulla, eſt in Cod. Victor. *παντελῶς ἐκβλητέον τοὺς δ̄ στίχους· πρῶτον, ὅτι παιδιώδης καὶ ἀδύνατος ἡ εὐχή. εἶθ' ὅτι φθονερά, εἶτα ἐρωτική. τί δὲ ἠδίκησαν οἱ Μυρμιδόνες; πῶς δὲ Φοῖβον ἐπικαλεῖται, ὃν ἤκουσεν ὑπὸ Θέτιδος φονέα ἑαυτοῦ ἔσεσθαι;* (Φ, 277. v. inf. ad Σ, 9. p. 427.) *τί δὲ θαυμαστὸν, εἰ ἐρήμην πορθοῖεν πόλιν. καὶ τὸ λύειν τὰ οἰκοδό-*

μων ἐστί. πῶς δὲ τὸ νῶϊν οὐ θεῖαν (f. corrig. ἐκδύειν) δηλώσει; καλῶς οὖν φησιν Ἀρίσταρχος, Ζηνόδοτος (δὲ) ὑπώπτευκεν, ὡς εἶεν παρεντεθέντες οἱ στίχοι ὑπὸ τῶν ἀρσενικοὺς ἔρωτας λεγόντων εἶναι παρ' Ὁμήρῳ, καὶ ὑπονοούντων, παιδικὰ εἶναι Ἀχιλλέα Πατρόκλου.

p. 161. vſ. 117. l. 5. Schol. Vict. qui idem Scholion memorat, habet quoque ἕως νῦν παρὰ Ἴωσιν οἱ κολοβοκέρατοι κριοὶ κόλοι λέγονται. vſ. 121. κεῖρε maluit quoque Victor. nam Schol. παρατατικός· (male ſcriptum παρατακτικὸς, et in Ven. B. παραστατικῶς) et ſic reliqua vt in Ven. B.

p. 162. vſ. 127. Schol. Vict. ἐρωήν. ἰωήν. ὁρμήν. παρὰ τὸ ἱέναι. vſ. 134. τινές· ποικίλον, ἀστερόεντα, κακῶν βελέων ἀλεωρήν. καὶ γάρ. ξεῖνος γάρ οἱ ἔδωκε δηΐων ἀνδρῶν ἀλεωρήν." Jl. O, 532. 533.

p. 165. vſ. 142. Sch. V. οἱ δὲ πλάττονται λέγοντες ὡς Πηλεὺς μὲν παρὰ Χείρωνος ἔμαθε χρῆσιν αὐτῆς, (τῆς μελίης) Ἀχιλλεὺς δὲ παρὰ Πηλέως. οἱ δὲ οὐδένα ἐδίδαξαν. καὶ ὁ τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος ποιητής· „ἀμφὶ δὲ πόρκης χρύσεος ἀστράπτει, καὶ ἐπ' αὐτῶν δίκρος αἰχμῆς." (ἐπ' αὐτῷ δικρόος αἰχμή. Sic verſus a Pindari Schol. laudatos ad Nem. VI, 85 olim iam exhibueram in Exc. I. ad Aen. II. Virgil. vbi de Jliade parua agebam.)

vſ. 144. Πηλίου ἐκ κορυφῆς. Sch. V. ἐστὶ δὲ ἄκρα Χειρώνειος ὑπὲρ Σκιάδος ἄκρης, πρὸς Ζέφυρον ἄνεμον νεύουσα· ἔνθα ᾤκει ὁ Χείρων. Plin. XVI, ſ. 24. fraxinus — *multum Homeri praeconio et Achillis haſta nobilitata.*

p. 167. vſ. 150. Sch. Vict. καὶ οἱ Ἐριχθονίου ἐκτορέου. leg. ἐκ Βορέου. v. Υ, 223.

p. 168. vſ. 155. θώρηξεν Sch. Vict. ἄμεινον, ἐκόσμησε. „τοὺς δ' αὐτοὶ βασιλῆες ἐκόσμεον" Ξ, 379. ἑαυτὸν γὰρ ἕκαστος θωρήσσει. καὶ ὡς, μὴ εἰρημένον, νοῆται, διὰ τοῦτο· σὺν τεύχεσιν.

p. 170. vſ. 163. περιστένεται δέ τε γαστήρ. Sch. V. ſic: Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ, περιτείνεται διὰ τὴν πλησμονήν. ὡς Φαρέβιος, Φερέσβιος. οἱ δὲ στένει (gemit? niſi f. στένεται) διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. οἱ δὲ, στενοχωρεῖται, ὡς·

στεινόμενος νεκύεσσι. et vſ. 166. ῥώοντο. ἐῤῥωμένως περὶ αὐτὸν συνίσταντο.

p. 170. vſ. 170. πεντήκοντ' ἔσαν ἄνδρες. Sch. V. καὶ Πίνδαρος πεντήκοντα ἐρετμούς φησι τὰς ναῦς Ἀχαιῶν εἶναι. refer inter Fragmenta. vſ. 174. Σπερχειὸς ἐκ Πίνδου κατιὼν καὶ δι' Αἰνιάνων καὶ Δολόπων εἰς θάλασσαν ἐρεύγεται εἰς τὸν Μηλιακὸν ἐκδιδοὺς κόλπον. οἱ δὲ διὰ Μηλίδος καὶ Φαρσάλου ἐπὶ Θερμοπύλας, ἔνθα Πυλαίας Δήμητρος ἱερόν.

p. 171. ad vſ. 174. l. 5. „nec monendum" leg. nec mouendum. et p. 172. l. 10. „alii Laodamiam" in Sch. Vict. eſt: Σουίδας ἐκ Λαοδαμείας τῆς Ἀλκμαίονος. — Ζηνόδοτος δὲ Κλεοδώραν φησὶν, Ἡσιόδου καὶ τῶν ἄλλων Πολυδώρην αὐτὴν καλούντων. Idem Sch. Vict. ad Schol. B. extr. de Pelore gigante: φασὶ Πέλωρα τὸν γίγαντα σπερχόμενον ὑπὸ Ποσειδῶνος ἅλλεσθαι εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ πληγέντα τὴν πρυμνὴν . . . ἀποθανεῖν.

p. 173. vſ. 183. ἐν χορῷ. Sch. V. ἀθετεῖται. ᾔδεσθη γὰρ ἂν τὴν θεόν. Porro ad χρυσηλακάτου. χρυσοῖς βέλεσι χρωμένης. τὸν κάλαμον γὰρ τῶν βελῶν τινες ἠλακάτην φασί. καὶ Αἰσχύλος ἐν Αἴτναις τοὺς ποταμοὺς πολυηλακάτους φησί.

p. 175. ad vſ. 185. de ſcriptura ἀκακῆτα v. Schol. ad A, 540. ad vſ. 188. πρὸ φόωςδε. quod aliis erat προφόωςδε, p. 176. l. 1. recte ſuſpicatus eram Ariſtarcheam lectionem fuiſſe ἐξάγαγε φόως δε. nam Schol. Vict. Ἀρίσταρχος χωρὶς τῆς πρό. — προφόωςδε. ἢ περισσεύει ἡ πρό, ὡς· νῆάς τε προπάσας. ἢ τόπον δηλοῖ. ὡς· διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσεν. (N, 388) οἱ δὲ, ὅτι πρὸ τοῦ γαμηθῆναι τῷ Ἐχεκλεῖ ἐγεννήθη. —

p. 177. vſ. 202. μηνιθμόν. τὸν τῆς μήνιδος χρόνον. ὅς ἦν μετὰ τῆς παρούσης ἡμέρας ἑκκαιδεκάτης πρὸς τῷ ἐν τῇ Η ζήτημα. (ad H, 421) recte computat grammaticus: v. Excurſ. I. ad lib. XVIII. p. 574. et 576.

p. 178. vſ. 207. l. 1. ſcribe: ταῦτά μ' ἀγειρόμενοι θάμ' ἐβάζετε vulgo lectum; θαμὰ βάζετε, Ἀρίσταρχος Ἰακῶς. Sch. Vict. ταῦτα μ'. τὸ πλῆρες ταῦτά μοι. ἢ ἐβά-

ζετε εἰς ἐμέ. ταῦτα ἅμα, (quod eſſet ταῦθ' ἅμ' ἀγειρόμενοι) οὐχ ὑγιῶς. vſ. 215. κόρυς κόρυν. ἀνέρα δ' ἀνήρ. τινὲς, κόρυθα. (κόρυθ' ἀνέρα) non enim eſſe κόρυν a κόρυς, ſed: „καὶ κόρυθα βριαρήν" Λ, 375. 217. ὡς πυκνοὶ, καὶ κατὰ στίχον ἔστασαν, ὅ ἐστι βάθος, καὶ κατὰ ζυγὸν, ὅ ἐστι κατὰ μέτωπον. vſ. 218. δύ' ἀνέρε θωρήσσοντο. γράφεται καὶ, θωρήσσεσθον. (immo θωρησσέσθην.)

p. 180. vſ. 222. δαιδαλέης. δαίδαλα ἔλεγον τὰ ποικίλα κατασκευάσματα. ἀπὸ Δαιδάλης, τῆς Μήτιδος μητρὸς, παρ' ᾗ Ἀθηνᾶ ἐτράφη. tranſtulit hinc τὸ μύθευμα Euſtathius. vſ. 223. θῆκ' ἐπὶ νῆας. οἱ περὶ Ζηνόδοτον, θῆκ' ἐπὶ νηὸς ἰόντι. vt notatum a Schol. A. 224. οὔλων τε ταπήτων. οὖλος, criſpus, de veſte. Plin. VIII ſ. 73. *eſt et hirtae pilo craſſo in tapetis antiquiſſima gratia; iam certe priſcos iis vſos, Homerus auctor eſt.* 221. 228. χηλός· οἱ δὲ παρὰ τὸ χωρῶ (immo χέω, χωρῶ). Λάκωνες μὲν κιβωτὸν βούλονται, ἄλλοι λάρνακα, Μιτυληναῖοι δὲ ἀντίπηγα. Inf. ad Σ, 413 λάρνακα, τὸ Ἑλληνικὸν, τὸ δὲ ἀντίπηξ δῶρον καὶ γαζοφυλάκιον. ἀρτάβη Περσικόν. (forte Δωρικόν. καὶ τὸ γ.)

p. 182. vſ. 233. coll. p. 285 in Excurſu ad h. v. e Schol. Vict. ſupple Scholion ab aliis omiſſum in Stephano excerptum: Φηγωναῖε. Σκοτουσσαῖοι γὰρ φασὶ, παρ' ἑαυτοῖς λόφον εἶναι Φακόεντα, ἀπέχοντα Σκοτούσης σταδίους ιε, ἐν ᾧ Διὸς Φηγωναίου ἐστὶν ἱερόν. Sequuntur in Schol. Vict. de Dodona ex antiquioribus cum Stephani loco comparanda quae tranſcribere haud iuuat. 234. Δωδώνης μεδέων δυςχειμέρου. οἱ περὶ Ζηνόδοτον· „πολυπίδακος" διὰ τὸ Καλλιμάχου· κρηναίων τ' Εὐρώπη μισγομένων. quod in Fragmentis non reperio. et ad ἀνιπτόποδες. μὴ προϊόντες τοῦ ἱεροῦ, ὡς μὴ δεῖσθαι νίπτρων. καὶ Καλλίμαχος· ησεν εκδους συμβαλον αυλειου. (an ἧσιν ἐκτὸς σύμβαλον αὔλειον. verum ad ſenſum deb. ἧς οὐκ ἐκτὸς —) vſ. 236. Scholio B. ad: ἦ μὲν δήποτ' ἐμὸν ἔπος. Achilles matris preces facit ſuas: ſubiungit Schol. Vict. καὶ Ἀλκμὰν γάρ φησι· „καί ποτ' Ὀδυσσῆος ταλασί-

Φρονος ὤτὰ ϑ' ἑταίρων Κίρκη ἐπαλείψασα." (f. Κίρκη ἐπήλειψε, nam ἀλείφω primam habet breuem; vel Κίρκ' ἐπαλείψασα. pro Κίρκα) οὐ γὰρ αὐτὴ ἤλειψεν, ἀλλ' ὑπέϑετο 'Οδυσσεῖ. vſ. 237. τίμησας μὲν ἐμέ. Ζηνόδοτος οὐδὲ γράφει. 'Αριστοφάνης ἀϑετεῖ. vſ. 244. ἦ οἱ τότε. ὡς ἐρωτηματικὸν περισπᾶται. ergo ἦ οἱ. Scholion ad h. v. in Schol. B. extat quoque in Lipſ. et Vict. vbique tamen corruptum et lacunoſum. Mirum quoque vſ. 246 δίηται, διώξῃ κατὰ Μάγνητας, et vſ. 247. ἀσκηϑὴς, ἡ δὲ λέξις Αἰτωλῶν.

p. 186. vſ. 252. σόον δ' ἀνένευσε. γράφεται καὶ σάον· διὰ τὸ· σαώτερος ὥς κε νέηαι. (A, 32.) καὶ, σάω τ' ἐρίηρας ἑταίρους. (inf. 364) οὐ πρὸς τὸ· ἦν γὰρ δή με σάωσι. vltima reſpiciunt J, 393. vbi v. Obſſ.

p. 188. vſ. 280. 1. Φάλαγγες, ἐλπόμενοι. ἀντὶ τοῦ ἐλπομένων. Ζηνόδοτος δὲ γράφει· ἐλπόμεναι, ἐπὶ τῶν Φαλάγγων. ἐπαινεῖ δὲ 'Αρίσταρχος, ὅτι οὐ Φεύγοντας ἐποίησεν εὐϑέως, ἀλλὰ καταπλησσομένους. Et vſ. 283. πάπτηνεν δὲ ἕκαστος — δεινότατον τῶν ἐπῶν 'Ομήρου τοῦτό Φησιν 'Αριστοτέλης, ἐν ᾧ πάντες Φευκτιῶσι· καὶ οἰκεῖον βαρβάρων.

p. 189. vſ. 287. Παίονας ἱπποκορυστάς. de quibus v. ad B, 848. Schol. Vict. Μίμνερμος· „Παίονας ἄνδρας ἄγων, ἵνα τε κλειτὸν γένος ἵππων." ἐν δὲ τῷ Καταλόγῳ· καὶ Παίονας ἀγκυλοτόξους· (B, 848) ἢ οὗτοι ὑπὸ 'Αστεροπαῖον, οἱ δὲ ἱππεῖς ὑπὸ Πυραίχμην. ἢ διαφόρᾳ ὁπλίσει ἐχρῶντο, ἢ ὑποτόξαι (ὑποτοξευταὶ) ἦσαν. 'Αμυδὼν Φρούριόν ἐστι Μακεδόνων περὶ τὸν 'Αξιὸν ποταμὸν κείμενον. vſ. 296. ἀλίαστος etiam h. l. Schol. Vict ἀνέκλειπτος.

p. 195. vſ. 328. Scholión Sch. Vict. de Amiſodaro et Chimaera exſcripſit Euſtath. p. 1062. l. 57 ſq. Subiiciunt Scholia: Amiſodari filiam nupſiſſe Bellerophonti, ὡς Ξενομήδη ἔφη. an et haec in Homerum commentata eſt?

p. 196. 345. 'Ερύμαντα. Sch. V. τινὲς δὲ, 'Ορύμαντα.

p. 203. vſ. 380. ἀντικρύ. Scholio Ven. B. addit Schol. Vict. Αἰσχύλος δὲ 'Αχιλλέα σὺν τῇ πανοπλίᾳ Φησὶν ὅτι-

θεν ὁρμήσαντα πηδῆσαι τὴν τάφρον, μὴ δείξαντο νῶτα τοῖς ἐχθροῖς.

p. 210. vſ. 407. ἱερὸν ἰχθῦν. Sch. Vict. οἱ μὲν τὸν ἀνθίαν· ἐπεὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ ἐννέα καὶ δεκάτῳ περὶ Ζώων. (atqui eſt lib. IX, 37.) ἱστορεῖ. — Sequuntur quae inde reliqua Scholia quoque exhibent. In fine adiecta ſunt: Πλάτων δὲ ἀγνοῶν, ἱερὸν, διὰ τὸ μὴ θηρεύεσθαι ἐπὶ τῶν ἡρωϊκῶν, φησι. Mox 408. λίνῳ. τῇ διὰ νεύρων ὁρμιᾷ. καὶ ταῦτα γὰρ λίνα φασί. et de ἤνοπι Scholion exſcripſit Euſtath. p. 1067. 58. ad vſ. 411. ἐπεσσύμενον. γράφεται καὶ, ἐπεσσύμενος. Patroclum autem peditem pugnantem mox currum iterum conſcendiſſe, docet vſ. 427. vbi iterum deſcendit: In Sch. Vict. *Demetrius* memoratur qui id quoque monuerit. Vnde et ad vſ. 427. κατὰ τὸ σιωπώμενον ἐπιβέβηκε τῷ ἅρματι.

p. 214. vſ. 429. πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ. φησὶ γοῦν καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος μετὰ βοῆς ἐπὶ πετρῶν ταῦτα μάχεσθαι. Sch. Vict. cum A. B. vſ. 430. κεκλήγοντες, ὡς λέγοντες. ἐν δὲ τῇ ἑτέρᾳ τῶν Ἀριστάρχου, κεκληγῶτες. οὕτως καὶ οἱ πλείους· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον, τὸ Αἰολικὸν μέτρου μὴ ἐπείγοντος. Sch. Vict.

p. 215. ad vſ. 432. Ἥρην δὲ προσέειπε. Sch. Vict. παρὰ Ζηνοδότῳ οὐκ ἦν ὁ διάλογος τῆς Ἥρας καὶ τοῦ Διός. πῶς γάρ, φησιν, ἐν τῇ Ἴδῃ εὕρηται ἡ θεός; οἱ δὲ, ὡς ἠκούσης αὐτῆς εἰς Ἴδην κατὰ τὸ σιωπώμενον, ἵνα μετὰ τοῦ Διὸς σκέψηται τὰ περὶ Ἑλλήνων, ὡς ἤδη τοῦ Διὸς μεταβεβλημένου, τῷ γεγενῆσθαι, ἃ ἠξίωσεν ἡ Θέτις.

p. 221. vſ. 467. ὁ δὲ Πήδασον. l. 8. Schol. A. ait, Ariſtarchum nihil annotaſſe. Atqui Schol. Vict. notata vidit. Nam, οὐτάσαι inquit, τὰ ἐκ χειρὸς τρῶσαι. ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ τοῦ βαλεῖν τῷ ῥήματι κέχρηται. λέγει γὰρ Σαρπηδὼν αὐτοῦ μὲν ἀπήμβροτε, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀφιέντων τάσσεται. διὸ καὶ γράφει Ἀρίσταρχος· „ὁ δὲ Πήδασον ἀγλαὸν ἵππον· τόν ῥά ποτ' Ἠετίωνος ἑλὼν πόλιν ἤγαγ' Ἀχιλλεύς· ὃς καὶ θνητὸς ἐὼν ἵπποις ἕπετ' ἀθανάτοισι. τὸν βάλε δεξιὸν ὦμον. Sequitur in eod. Vict. aliud Scholion: οὔτασε. δοκεῖ συγκεχύσθαι ἐνθάδε τὸ βαλεῖν καὶ οὐτάσαι.

καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος οὕτω ἀφῆκε τὸ ἄπορον. ὁ δὲ Φιλήμων „ἤλασε" γράφει. καὶ ἐπὶ τοῦ βαλεῖν γὰρ κεῖται τὸ οὐτάσαι, ὡς ἐκεῖ, ἔβαλεν. (Sunt haec corrupta: nihil aliud potuit dicere, quam: καὶ ἐπὶ τοῦ βαλεῖν γὰρ κεῖται fcil. τὸ ἤλασε. Itaque fubiiciuntur vff. P, 517—519. καὶ βάλεν — ἔλασσεν.) Pedafum autem equum mortalem fuiffe, memineris ex vf. 152 fq.

p. 222. lin. extr. ad vf. 470. κρίκε δὲ ζυγὸν, ἠχῆσαι ἐποίησε. et p. 223. vf. 474. οὐδὲ μάτησεν. οὐκ εἰς μάτην δὲ διεπράξατο. et p. 224. vf. 485. βεβρυχώς. τινὲς, διὰ τοῦ κ. (βεβρυκὼς) κακῶς.

p. 226. 492. Γλαῦκε πέπον, πολεμιστά. Sch. V. ἄμεινον γράφειν, πάρος πολεμιστά, ἀντὶ τοῦ πέπον. ἀντίκειται γὰρ τῷ· νῦν σε μ. 494. πόλεμος κακὸς, τινὲς, θρασὺς γράφουσι· πῶς γὰρ ἄν, προτρέπων πολεμεῖν, κακὸν εἶπε τὸν πόλεμον. poteft tamen κακὸς effe pugna aerumnofa. 497. περιμάρναο. ὑφ' ἓν Ἀρίσταρχος. δύναται δὲ διχῶς ἀναγινώσκεσθαι ἡ πρόθεσις.

p. 230. 515. Corruptum Scholion quoque in Vict. nifi quod additum eft: τινὲς δὲ πάντοθι. Vfum tertii cafus ἀνέρι κηδομένῳ, ἀντὶ τοῦ ἀνέρος, (eft datiuus cui, quem appellamus) firmat exemplis: Ἀχιλῆος κῆρ δερκομένῳ (v. N, 139—141.) et τῆς δὲ — σήματ' ἀναγνούσῃ (Od. Ψ, 205. 206.)

p. 236. ad vf. 558. Schol. Vict. conuenit cum Schol. A. et Euftathio. Ita et Schol. ad

p. 238. vf. 572. ἴσως οὖν ἀπὸ Βουδείας, τῆς μητρὸς Ἐργίνου, ἐπώνυμος ἦν πόλις ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τὸ Βούδειον. verbo duplex fuiffe oppidum huius nominis, alterum Boeotiae, ex quo hic Epigeus fugit, alterum Phthiotidis: quod ab h. l. alienum.

vf. 583. ψῆράς τε. cum tamen altero loco P, 755 fit ψάρων. Sch. Vict. διὰ τὸ κακόφωνον, ψᾶρας ἐκεῖνο δὲ, ὡς τὸ ψάρων. fcil. non itidem eft κακόφωνον. Addit: αὖ μιν ξηράνῃ, οὐδὲ θερμήνῃ φησιν. eft locus Φ, 347 αἶψ' ἂν ξηράνῃ. et θερμήνῃ fup. Π, 7. videtur velle: aurium

iudicio fcribi ξηράνῃ, non autem fic quoque θερμάνῃ. ευ μὲν ξηράνῃ, οὐ δὲ θερμάνῃ.

p. 241. vf. 595. Χάλκωνος. Πρόδικος ἀπὸ τῆς τοῦ χαλκοῦ κτήσεως, καὶ Βαθυκλέα. εἴρηκε δ' ἂν Χρύσωνος, ἀπὸ τῆς καλλίστης ὕλης. Res tanti non erat, vt ad Prodicum prouocaretur. vf. 604. θρασὺν υἱόν. γράφε, φίλον υἱόν. τί γὰρ ἐποίησε θράσους; Poft vf. 607. ἔν τισιν ἐπεφέρετο· „Μηριόνης δ' ἀνέπαλτο, φίλον δέ οἱ ἦτορ ἰάνθη.“ διὸ καὶ ἐπισκώπτει Αἰνείας. vf. 617. καὶ ὀρχηστήν. Scholion Vict. exfcripfit Euftath. p. 1078, 22.

p. 245. vf. 636. cum ῥινὸς βοῶν iungeretur ab Ariftarcho, deletum effe voluit τε poft βοῶν. Sch. Vict. ἄμεινον δέ, φησιν Ἀρίσταρχος, χωρὶς τοῦ τε· βοῶν εὐποιητάων. ἵν' ᾖ ῥινὸς βοῶν.

p. 248. 651. ἢ ἔτι καί. οὕτως τὸν η περισπαστέον. Sch. Vict. vf. 667. εἰδ' ἄγε. ἠθέτει Ζηνόδοτος. ἄτοπον γάρ φησι τὸν Ἀπόλλωνα τοιαῦτα διακονεῖν. ἀλλὰ τοῦτο προστάσσεται, ὡς τιμώμενος ἐν Λυκίᾳ. Eo quoque fpectat, δύναται δὲ ἀντὶ τοῦ, καθαρθῆναι ποίησον. ὡς· ἀλλ' ὅτε δή μιν ἐγὼ ἐλόευν (Od. Δ, 252.)

p. 253. vf. 673. ἠρῷον φαίνεται Σαρπήδονος ἐν Λυκίᾳ, τινὲς δὲ, Γλαῦκον κατελθόντα θάψαι αὐτόν. (fcil. λέγουσι) ad vf. 686. ἔπος Πηληϊάδαο fup. vff. 83 fqq.

p. 254. vf. 687. Sch. V. δόγμα Ὁμηρικὸν, τὸ, δύο τὰς μοίρας εἶναι. ὡς καὶ ἐπ' Ἀχιλλέως διχθαδίας μοίρας φησὶ φερέμεν. (I, 411.)

p. 258. vf. 718. Secundum poetae verba Dymantis progenies funt Afius et Hecuba; cum tamen alibi Ciffei filia appelletur Hecuba, coniectarunt, matre faltem eadem a Dymante et Ciffeo matrimonio habita natos fuiffe Hecubam et Afium. Diuerfa tamen tradidiffe alios, Schol. Vict. docet: αὐτοκασίγνητος Ἑκάβης. Δύμαντος καὶ Εὐθόης νύμφης, ὡς Φερεκύδης. Ἀθηναίων δὲ, Κισσέως καὶ Τηλεκλείας. En exemplum fraudis circa genealogiam! latent nomina Athenionis et Teleclidis, comicorum. Excerpfit Scholion Euftath. p. 1082, 60. Εὐριπίδης δὲ, φασὶ,

καὶ Ἀθηνίων καὶ Τηλεκλείδης, Κισσέως αὐτὴν οἴδασιν ἐκγενέσθαι.

p. 260. vſ. 735. *πέτρον, τὸν οἱ περὶ χεὶρ ἐκάλυψεν. περιφράζει τὸν χειροπληθῆ.* vſ. 736. Etiam Schol. Vict. *ἄζετο φωτὸς, ἄζετο καὶ ἀπέσχετο.*

p. 263. vſ. 748. Schol. Vict. mentem Zenodoti melius reddit: *Ζηνόδοτος, δυςπέμφελοι εἶεν, γράφων, ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ἤκουεν· οἷον δυςάρεστοι οἱ ἑταῖροι. δηλονότι, ὡς καὶ Ἡσίοδος· „πολυξείνου δαιτὸς δυςπέμφελος εἶναι.“ ἢ ἀπλήρωτος· καὶ Ἡσίοδος· „ναυτιλίης δυςπεμφέλου“ κέρδους γὰρ οὐ πίμπλαται.*

p. 266. vſ. 769. *ἀγνυμενάων.* Ineptiunt et hic Sch. V. *ἢ ἐπὶ παρατελεύτου μακρέτης παρίστησι τὸν ὑπὸ τῆς συμπτώσεως τῶν κλάδων ἐπεκτεινόμενον ἦχον.*

p. 268. vſ. 780. *ὑπὲρ αἶσαν. ὑπὲρ βίαν.* ſcrib. *ὑπερλίαν.* quod et in Sch. Vict. ſcriptum video. *πλέον ἢ κατὰ μέτρον, ὑπὲρ τὸ καθῆκον.*

p. 270. 1. vſ. 804. *λῦσε δέ οἱ θώρηκα.* Sch. V. *ὅτι οὐχ ἥνωντο, ἀλλὰ ζωστῆρσι συνείχοντο οἱ θώρακες.* quippe conſtabant ex partibus cauis, *γυάλοις.*

p. 271. vſ. 807. *σχεδόθεν βάλε Δάρδανος ἀνήρ.* Sch. V. *Ζηνόδοτος· σχεδὸν οὔτασε. καὶ πῶς φησίν· ὅς τοι πρῶτος ἐφῆκε βέλος·* (vſ. 812. h. e. ſi *οὔτασε,* quomodo *βέλος* mox memorari poteſt?) *δηλοῖ οὖν τῶν σχεδίων.* (*ἐκ τῶν σχ.*) *ὡς· τὸν δὲ σχεδὸν ἄορι τύψας.* (Υ, 462) *Σέλευκος δέ φησιν, οὐ δύνασθαι σχεδὸν βαλεῖν.* hoc alii ſic interpretati ſunt, vt Euphorbum velint ne auſum quidem e propinquo inferre haſtam manu, ſed leuiter proieciſſe, non aliter ac ſi longe abſiſteret. *Δάρδανος ἀνήρ. καὶ πῶς Πάνθοος μετὰ τῶν Ἰλιέων δημογερόντων καταλέγεται;* (Γ, 146.) *τινὲς οὖν μέτοικον* (e Dardania, atqui ea annumeratur Troianis terris) *αὐτὸν λέγουσιν εἶναι.*

p. 273. vſ. 816. *καὶ δουρὶ δαμασθεὶς,* recte in Schol. Lipſ. quaeritur: quomodo tamen ante dici potuit *οὐ δὲ δάμασσε* vſ. 813. Scilicet hoc eſt: *οὐκ ἔπληξε καιρίαν.* iſtud vero: *δαμασθεὶς δὲ, ἀντὶ τοῦ πληγεὶς μόνον.*

vſ. 822. Nota grammaticorum, ſuper *δουπῆσαι*, nititur eo, quod proprie dictum de eo, qui cum armis in terram corruit, nunc dictum de Patroclo, qui armis ſpoliatus ſine ſtrepitu in terram procidit. Ergo etiam de Oedipode dici potuiſſe *δεδουπότος Οἰδιπόδαο*, etſi nec in pugna obiit, nec armatus. Schol. Vict. *δούπησε τῷ σώματι. ὅπλα γὰρ οὐκ εἶχεν. ἀντὶ τοῦ ἀπέθανεν. ὡς τὸ, δεδουπότος Οἰδιπόδαο, ἀντὶ τοῦ, ἀποθανόντος.* v. ad Ψ, 679. lin. 6. *ἐκ τῶν ὅπλον.* corrige *ὅπλων.*

p. 277. vſ. 851. *ἄλλο δέ τοι.* Praeſtat ceteris tanquam ſimpliciſſimum, Schol. Vict. *δόγμα ἐστὶ τοῦτο τῷ ποιητῇ, ὥστε ἀπαλλασσομένας τὰς ψυχὰς ἔχειν τι μαντικώτερον. πλησίον γὰρ ἤδη τῆς θείας φύσεως γινομένη ἡ ψυχὴ προγινώσκει τι τῶν μελλόντων.* hoc poſterius adiicit grammaticus de ſuo; ineſt tamen aliquid e ſenſu communi petitum.

p. 278. vſ. 854. *χερσὶ δαμέντ'. ἐκ πλήρους γραπτέον τὸ, δαμέντι.* ad vſ. 856. 857. Schol. immiſcent placita Pythagorea.

p. 280. vſ. 867. *ἄμβροτοι, οὓς* — Sch. V. *τινὲς γράφουσιν.* (ſcil. poſt hunc verſum) *ἤματι τῷ, ὅτε γῆμε Θέτιν λιπαροκρήδεμνον. καὶ γάρ φησι· τὰ μὲν Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν ἤματι τῷ, ὅτε σὲ βροτοῦ ἀνέρος ἔμβαλον εὐνῇ.* (Σ, 84. 85.) Nota munera nuptialia Peleo a diis data, ex Catullo et Ouidio. *φασὶ γὰρ ἐν τοῖς γάμοις ὑπὸ μὲν Ποσειδῶνος τοὺς ἵππους δοθῆναι Πηλεῖ, ὑπὸ δὲ Ἡφαίστου ὅπλα καὶ ξίφος.*

p. 281. Nunc de Harpyis ſubtiliter et ornate disſeruit Böttiger V. C. *Furienmaske* p. 114.

XVII (Ρ)

p. 294. vſ. 31. *ἰέναι μηδ' ἀντίος ἵστασο* (*ἀντίον ἱστάναι*) *ἡ σύνταξις ὁμοία τῇδε· οὐδ' ἐπὶ ἔργα ἰδεῖν* etc. Od. Π, 144. 145. Sch. Vict. vſ. 34. *ἢ μάλα τίσεις. ἔν τισι τῶν ὑπομνημάτων· ἢ τάχα τίσεις.* Sch. Vict.

p. 296. 38. 39. *ἤ κε σφιν — εἶκεν ἐγὼ κεφαλήν τε* — Sch. Vict. *πρὸς τὸ ἔθος σημειωτέον. καὶ γὰρ τῇ Ἀλκμήνῃ*

τὴν κεφαλὴν ἐκόμισαν Εὐρυσθέως, (Apollod. II, 8, 1. c. Not.) καὶ τὴν Μελανίππου Τυδεῖ. (ibid. III, 6, 8.) καὶ· ἕλχ' ἵν' ἀπ' ὤμοιϊν κεφαλὴν τάμοι ὀξέϊ χαλκῷ. (inf. vſ. 126.) Mox p. 297. vſ. 42. 44. vt fere vbique Schol. Vict. conſentiunt cum Schol. Ven. A. in memoranda lectione Ariſtarchea.

p. 298. vſ. 51. κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι. Nil iuuant Schol. Vict. ταῖς τῶν Χαρίτων. οἱ δὲ γράφουσι· Χαρίτεσσι μέλαιναι· ὑπὸ Χαρίτων μελανθεῖσαι. αὗται γὰρ οὖλαι. Nondum mutaui ſententiam, locum eſſe aut corruptum aut interpolatum; pro ὁμοῖαι ſaltem ſimile epitheton fuiſſe, quod eſt in Od. Z, 237 ſedebat Vlyſſes κάλλεϊ καὶ χάρισι στίλβων, vt v. c. eſſe potuerit χαρίεσσι φαειναὶ, ſic Ξ, 176 Iuno χερσὶ πλοκάμους ἔπεξε φαεινούς. Priore loco Od. Z, 23 Minerua in Vlyſſe κὰδ δὲ κάρητος οὔλας ἧκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.

p. 299. vſ. 52. Reſpicit verſum Plin. XXXIII ſ. 4 extr. *Eſt quidem apud Homerum virorum crinibus aurum implexum: ideo neſcio an prior vſus a feminis ceperit.* ibidem vſ. 54. Ex Scholiis potiora in nota appoſita ſunt.

p. 300. vſ. 54. ἀναβέβρυχε. πηγάζει. τινὲς δὲ, βέβροχε, πιαίνεται ἐξ ὑετῶν. ὡς τὸ καταβρόξειεν. Od. M, 240.

p. 304. vſ. 73. Κικόνων ἡγήτορι Μέντῃ. Sch. V. τινὲς γράφουσι, Πείρῳ. ἵν' ᾖ ὁμώνυμος τῷ Θρακί. Mirari licet, de clipeo Euphorbi narrata (quae in Nota ad hos vſſ. attigi,) memorari a grammaticis, etiam a Vict. ſupra ad vſ. 9.

p. 309. vſ. 110. παχνοῦται. πήγνυται, φρίσσει, ἢ λυπεῖται. τὰ ἀηδῆ γὰρ ψυχρὰ ἐκάλουν. ὥςπερ καὶ τὰ προςηνῆ θερμά.

p. 314. vſ. 147. ἐπεὶ οὐκ ἄρα. Sch. Vict. idem eſſe ac οὐ γὰρ notat; ἀντὶ τοῦ, οὐχ, ὡς ἐοικός. οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος (Heſiod. E, 11) οὐκ ἄρα σύ γ' ἐπὶ εἴδεϊ. (vſ. Od. P, 454) vſ. 149. μεθ' ὅμιλον. ἀντὶ τοῦ, ἐκ πολέμου. Ζηνόδοτος δὲ γράφει· μεθ' ὁμίλου, ἄξω τοῦ

ἔξω τοῦ πολέμου. Ergo Sch. Vict. et ipſa Barneſio adverſantur.

p. 318. vſ. 178. l. 4. „τόδε δ' apud Ariſtophanem" corrige τότε δ'.

p. 320. 194. τεύχεα δῦνε. Mireris, eadem arma et Peleo et Achilli et Patroclo et Hectori apta fuiſſe: Schol. Vict. eo refert, quod ἡΦαιστότευκτα fuere, et diuina aliqua arte omni corporum habitui accommodata. Potius dixero, thoraces non valde arcte membris ſe applicuiſſe.

p. 323. vſ. 214. etiam Sch. Vict. Ἀρίσταρχος· μεγαθύμῳ Πηλείωνι. Ζηνόδοτος· Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

p. 326. vſ. 226. θυμὸν ἀέξω. ἀγάλλω. λαμπρύνω. Sch. V. At reliqua Scholia tacent, et Euſtath. ariolatur ex etymo. p. 1104, 5. vſ. 234. Sch. Vict. ἤθελε θυμός. (vt videatur legiſſe ἔλδετο.) Ἀριστοφάνης δὲ ἔλπετο γράφει.

p. 327. 241. οὔτι τόσον generoſius Troianorum multitudo, εἰ καὶ μοῖρα παρ' ἀνέρι τῷδε δαμῆναι etc. inf. 421. 422. quam h. l. Aiax. ad vſ. 242. περιδείδια Sch. Vict. κατὰ Ἀρίσταρχον ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν. — ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης ὑφ' ἕν.

p. 333. vſ. 264. ποτὶ ῥόον. Sch. Vict. et B. ἀντιπίπτον πρὸς τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ.

p. 336. vſ. 285. recte Sch. V. monet iungenda eſſe ῥεῖα ἐσκέδασε. vſ. 286. Τρώων Φάλαγγας — οἳ — ἀντὶ τοῦ· τῶν περὶ Πατρόκλῳ· ἢ ὅμοιόν ἐστι τῷ· ἐκίνηθεν δὲ Φάλαγγες, ἑλκόμενοι παρὰ ναῦφιν. (leg. ἐλπόμενοι. Π, 280. 1.) vſ. 292. Sch. Vict. ἱεμένω περ. Ἀρίσταρχος ἱεμένων, διὰ τοῦ ν. πληθυντικῶς. Ergo ἱεμένῳ (vt ſcribendum) eſt antiquior lectio.

p. 338. vſ. 301. Schol. Vict. Λαρίσης. οὐ τῆς ἐν Τροίᾳ· οὐ γὰρ ἂν εἴρηκε, τῆλε. ἀλλ' ἔστιν ὁμώνυμος Λάρισσα ἐν Κύμῃ, ἣ ἀπέχει χιλίους διακοσίους σταδίους τῆς Ἰλίου. Φασὶ τὴν Φρικωνίδα Λάρισσαν. Antiquum Scholium. Cum nihil e Strabone hauſium alibi animaduerterim, contra vero Strabonem nouerim antiquos grammaticos conſuluiſſe, probabilius ſit, Strabonem et hoc ex iis

petiisse. vs. 307. καὶ ἄλλος (Schedius) Περιμήδεος υἱὸς ἀρχὸς Φωκήων. sup. O, 515.)

p. 344. vs. 351. Ἀστεροπαῖον. προσυνίστησι τὴν παραποταμίαν μάχην. scil. Φ, 139 sqq. vs. 365. πόνον αἰπύν, Sch. V. φόνον δὲ δεῖ γράφειν, οὐ, πόνον.

p. 348. 9. vs. 381. ἐπιοσσομένω. in fine: Simili more versati sunt grammatici in voce προτιόσσομαι, X, 356.

p. 350. vs. 389. ταύροιο βοός. ἔδει, βοὸς ταύρου, προτάσσειν τὸ γενικὸν τοῦ ἰδικοῦ. ὡς· ἠΰτε βοῦς ἀγέληφι ταῦρος (B, 480. 1.) hactenus bene. ἐστὶ δὲ Ἀττικὸν τὸ οὕτως συντάττειν. Inseruit hoc Scholion Eustath. p. 1111. vs. 392. κυκλόσ᾽ ἄφαρ δέ. Ζηνόδοτος κύκλῳ· Ἀρίσταρχος κυκλόσε. καὶ παροξύνουσιν. ἀλλ᾽ ἔδει, κυκλόφι. vs. 395. ἕλκεον, quod desiderabam, scripsit Aristarchus. Sch. Vict. εἵλκεον. Ἀρίσταρχος· ὅτι πλεονάζει τὸ ἵ.

p. 352. vs. 404. τείχει ὑπὸ Τρώων. Ζηνόδοτος ἀπὸ τοῦ· τείχει ὑπὸ Τρώων· ἕως τοῦ·· χάλκεον οὐρανὸν, οὐ γράφει. Ἀρίσταρχος μόνον ἀθετεῖ. ὡς δέ τις αὖ Τρώων. Memorabile exemplum interpolationum in Jliade: Totum locum insititium esse iam olim suspicatus eram: nunc video Zenodotum non habuisse vss. 404 — vsque ad 425. Aristarchum autem tantum reiecisse vss. 420 — 423. vs. 409. Διὸς νόημα etiam Sch. Vict. reddit τὴν εἱμαρμένην. 410. δὴ τότε γ᾽ οὔ οἱ ἔειπε. οὐκ ἔστι περισσός. ἀλλ᾽ ὡς τὸ· δίδαξε γὰρ Ἄρτεμις αὐτὴ — ἀλλά οἱ οὐ τότ᾽ ἔχραισμ᾽ Ἄρτεμις. (ex E, 51. 53.)

p. 353. vs. 417. ἄφαρ πολὺ κέρδιον εἴη. εὐθέως ὠφέλιμον εἴη, ὅτι δεῖ προτιθέναι τὴν εὔκλειαν τῆς σωτηρίας. Sch. V. p. 357. vs. 437. οὐδει ἐνισκίμψαντε ἐμπλήξαντες, διὰ ὑπερβολὴν λύπης. vs. 439. θαλερὴ χαίτη. bene redditur βαθεῖα. 440. ἀμφοτέρωσε etiam praefixum Schol. Vict. etsi adiicitur pro vulgari lectione: ἀμφοτέροισι, τοῖς ἵπποις δηλαδή. Verum saepe apparet, Scholia ex codice petita esse, in quo lectio alia in contexto erat. p. 358. vs. 449. etiam Schol. Vict. οὐ γὰρ ἐάσω. τινὲς, οὐδέ τις ἄλλος. Et 451. γούνεσσι. non γούνασιν. ἀπὸ τῆς τὸ γοῦνος εὐθείας. Scilicet forma fuit γό-

νυ, γόνας et γόνος, γόιεος. vſ. 456. ἵπποισιν ἐνέπνευσε μένος ἠΰ. οὕτως Ἀρίσταρχος· Ζηνόδοτος δὲ· „μένος πολύθαρσες ἐνῆκε·“ καὶ προστίθησιν· „αὐτὸς δ' Οὔλυμπόνδε μεθ' ἀθανάτοισι βέβηκε.“

p. 360. vſ. 465. Scholion Excerptum Cantabr. eſt plenum in Schol. Vict. vt et ad vſ. 481. βοηθόον ἅρμα. quod exhibui p. 362 fin.

p. 365. vſ. 305. Φοβῆσαί τε στίχας. Φοβῆσαι δὲ στίχας, διὰ τοῦ δὲ, οὐ, τε. 515. μελήσει. ἀντὶ εὐκτικοῦ τὸ μελήσοι.

p. 369. vſ. 539. Sch. Vict. καταπέφνων. Ἀρίσταρχος, ὡς τέμνων. (ſcilicet non πεφνών.) de hoc v. ad Π, 827. vſ. 542. κατὰ ταῦρον ἐδηδώς. putat hic quoque Schol. Vict. poetam tantopere ineptiiſſe vt diuulſo verbo voluerit diſciſſionem ceruicis adumbrare: καὶ Ἀνακρέων inquit, διὰ δέρην κόψε μέσην. κὰδ δὲ λῶπος ἐσχίσθη. vſ. 545. οὐρανόθεν καταβᾶσα. recte cenſui verſum eſſe inſititium vna cum vſ. 546. Sch. Vict. enim „Ζηνόδοτος ἀθετεῖ. τινὰς οὐδὲ γράφουσι. πῶς γὰρ ἐν Ἴδῃ ὢν ὁ Ζεὺς αὐτὴν πέμπει. ἡ δὲ οὐρανόθεν κάτεισιν. ratio quidem eſt parum valida. Melius dices, abſurdum eſſe alterum verſum δὴ γὰρ νόος ἐτράπετ' αὐτοῦ.

p. 370. vſ. 550. μῆλα δὲ κήδει. μῆλα πάντα τὰ θρέμματα. „μῆλα, τά μοι μνηστῆρες ὑπερφίαλοι κατέκειραν Od. Ψ, 356. καὶ Ἡσίοδος· βούδορα πάντα, φησίν· (Ε, 504) ἀπὸ τοῦ βοὸς πάντα δηλῶν. Similis grammaticorum obſeruatio eſt de πρόβατα. v. ſup. ad Ξ, 124. vſ. 551. πυκάσασα ἑαυτήν. οὐδέποτε ὁ ποιητὴς οἶδε σύνθεσιν ἀντωνυμίας. Sch. Vict. vides ſupercilium grammatici indocti: qui non norat antiquiores, inprimis Homerum, diſtincte pronuntiaſſe binis vocibus ἓ αὐτήν. 559. ἀλλ' ἔχεο κρατερῶς. Sch. V. ἔχεο τοῦ πολέμου. ἢ τοῦ νεκροῦ. immò eſt medium, contine te, mane.

p. 374. vſ. 564. ἐσεμάσσατο θυμόν. Schol. V. conuenit cum Schol. B. memorat tamen loca alia, ſed, in quibus ἐπεμάσσατο legitur Od. J, 302. Τ, 480. tum: τὸν δ' ἐπιμασσάμενος προσέφη κρατερὸς Διομήδης, memo-

riae vitio, pro, κρατερὸς Πολύφημος. Od. J, 446. vſ. 573. etiam Sch. Vict. ἢ ἀμφὶ πρὸς τὸ πλῆσεν. vſ. 577. ad Scholia cetera adiicit Schol. Vict. τὸ δὲ ὄνομα τοῦ παρασίτου εἴρηται ἐν Ἐλπίδι, παρ' Ἐπιχάρμῳ.

p. 376. ad vſ. 593. Corrige ſphalma typographicum θυσαννόεσσα. leg. θυσανόεσσα. Schol. Vict. ἐκάλυψε τῇ αἰγίδι, ὡς Ἀρίσταρχος. non aſſequor: etiamſi ad vſ. 594 referam, non ad vſ. 591.

p. 378. ad vſ. 601. Λήϊτον αὖθι. Sch. Vict. ἔοικεν εἰς συμμαχίαν γεγενῆσθαι κατὰ τὸ τῶν Βοιωτῶν τάγμα· οἱ γὰρ ἡγεμόνες αὐτῶν εἰσιν οἱ τετρωμένοι. Certe a Boeotis primis fuga facta eſt.

p. 379. vſ. 607. τοὶ δ' ἐβόησαν ἐκπληγέντες, μή τι πάθῃ. (ὁ Ἕκτωρ) οὐκ ἐφοβήθησαν. διώκουσι γὰρ οὗτοι, οὕτως Ἀρίσταρχος. vſ. 608. Colorem orationis ſimilem reperit in vſſ. B, 740—745 Schol. Vict. ἔστι δὲ ἡ φράσις, ὡς· τῶν αὖθ' ἡγεμόνευε etc. — οὐκ οἶος. ἅμα τῷ γε etc. vſ. 628. τοῖσι δὲ. ὅτι ἐπὶ δύω τὸ τοῖσιν. 637. οἵ που δεῦρο. τινὲς, οἵ που νῦν. κακῶς. 643. ἀλλ' οὔ πη. τινὲς οὕτω, ἀντὶ τοῦ, ἔν τινι τόπῳ.

p. 387. vſ. 681. ζώοντα ἴδοιτο. Sch. Vict. poſt reliqua: οἱ δὲ ἀπὸ τῆς σχολῆς ἴδοιο γράφουσι. igitur, contra quam ipſe magiſter; nam Schol. A. οὕτως Ἀρίσταρχος, ἴδοιτο, τὼ ὄσσε δηλονότι.

p. 389. vſ. 704. μεγάλη δὲ ποθὴ Πυλίοισιν ἐτύχθη. formula Homerica, illuſtrata ad B, 703. Sententia verbis enuntiata paullo pluribus breuiter enuntiata haec eſt: poſt Antilochum etiam Menelaus ab hac pugnae parte diſceſſit, hortatus Thraſymedem, vt copias duceret. ἔνθεν ἀπῆλθε, pro ὅθεν.

p. 396. vſ. 746. ὥς οἵγε μεμαῶτε. οὕτω, διὰ δύο μ. τινὲς δὲ, οἱ μὲν ἄρ' ἐμμεμαῶτε. An ἐμβεβαῶτε fuit?

p. 398. vſ. 751. etiam Sch. V. οὐδέ τε μιν. Ἀριστοφάνης οὐδέ τι μιν. vſ. 755. Sch. V. et h. l. vt Π, 583 ad εὐφωνίαν retulit, quod nunc ψαρῶν dixit poeta, non ψηρῶν. Sic et Schol. Par. vſ. 756. οὖλον κεκλήγοντες. Euſtathii verba ſunt in Schol. Vict. — καὶ τοῦ

φόβου τὴν φωνὴν συστρέφοντος βοῶσιν ὀξὺ καὶ συνεστραμμένον. τοῦτο Ὅμηρος οὖλον λέγει. (bene ad rem; nec tamen ex vi vocis grammatica) τῶν δὲ ἡδομένων ὀρνέων χαρά. (leg. χαλαρὰ, remiſſa, lenior vox) καὶ ἀνειμένη ἐστὶν ἡ φωνή.

In Excurſu I. p. 401. verſus fin. vbi de ζωός. adde: an η in fine elidatur, quaeſitum eſt ad Ξ, 21. et Φ, 279. De ι eliſa agit Schol. K, 277.

p. 405. verſ. extr. φῖλω et φίλεω. etiam φῖλημι. E, 117. K, 280 et φῖλημεναι X, 265. ad quae loca cf. Obſſ.

p. 407. l. 9. Verba in υω duplici proſodia. vt λύω et λῡω. v. ad A, 314. Adde φύω, φῦσω, πεφυκα, φῦλον, φῦταλιη. et φῦω, Z, 148. πεφῦα, φῦη, φῦτον, φῦτευα, εὐφῦης et al. αλῦω, et tamen αλῦων J, 398. in Exc. IV. p. 771. ad lib. XIX.

Interea, quae vna tantum forma leguntur, ſunt ηπῦω, βρῦω, ερῦω, contra ρῦω, ταρχῦω.

p. 413 ſub f. de geminatis litteris pronuntiando, cf. Burgeſs ad Dawes. p. 413, poſt p. 159. 168. καλλα Dores ap. Apollon. Reiz. p. 435, extr.

p. 415. inter verba ambiguae proſodiae refer quoque ιανθην et ἴανθην. Ψ, 598. 600. p. 422. Omnia loca, in quibus articulus occurrit, collegit Alter praef. ad Odyſſ. p. XXX ſq. Verſatur omnis haec opella in re tenui et ieiuna; cui venia quaeſita eſt ex eo, quod vtilitatem habet ad nonnulla alia vtiliora. Omnino enim litterarum dignitas cenſenda eſt ex mutuo fructu, quem aliae aliis impertiunt. Alioqui per ſe omne hoc ſtudium philologicum et criticum eſt exile, nec ſatis dignum, in quo vitam conſumamus.

XVIII (Σ)

p. 428. vſ. 10. ad verba ἐν τῇ Ῥιανοῦ οὐκ ἦσαν οἱ δύο Schol. Vict. addunt *Ariſtophanem:* ἐν τῇ Ῥιανοῦ καὶ Ἀριστοφάνους οὐκ ἐφέροντο οἱ δύο.

p. 431. ad vſ. 23 ad f. vt contra Priamus prae luctu ſe conſperſit κόπρῳ, pronolutus humi in aula: Ω,

164. Tum ad v. 26. μεγαλωστὶ, post ταχιστὶ, Sch. Vict. τινὲς, δεῖ δὲ μεγαλιστὶ, ὡς Φρυγιστὶ, Ῥωμαϊστί. vſ. 34. Sch. V. „ἀπαμήσαιε. Ἀρίσταρχος, ἀποτμήσειε. Ζηνόδοτος, ἀποτμήξειε.“

p. 432. vſ. 38. Νηρηΐδες ἦσαν· ἐντεῦθεν πλανηθέντες οἱ περὶ Ἡσίοδον Νηρέως ἀνέγραψαν θυγατέρα καὶ Θέτιν· τοῦ ποιητοῦ παρὰ τὸ νεῖν τὴν λέξιν ποιησαμένου. ὅθεν καὶ, νῆσος καὶ ναρὸν τὸ ῥευστικόν. ἦσαν δὲ Πρωτέως, Φησὶν, (ſ. Φασιν, nam Hesiodus esse nequit: v. Theog. 240) ἢ Φόρκυνος. οὗτοι γὰρ γέροντες εἰνάλιοι παρὰ τῷ Ποσειδῶνι. καὶ· ὀψόμεναί τε γέρονθ' ἅλιον (inf. vſ. 149.)

p. 436. vſ. 57. γουνῷ ἀλωῆς. Schol. Vict. γουνόν τινες τὸν γεώλοφον. ὃς καὶ τῶν καταιγίδων ἀπήλλακται καὶ αὔραις αὔξει τὰ Φυτά. v. ad J, 530.

p. 439. vſ. 86. Etiam Sch. Vict. ὡς ὄφελες. nec quidquam contra monetur. p. 441. 96. αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα v. inf. ad X, 359. p. 443. Sch. Vict. haec sequitur: ἐμεῖο δ' ἐδέησεν, ὡς τὸ· ἦ μάλα πολλὸν ἀποιχομένου Ὀδυσῆος δεύει. (Od. A, 254) καὶ ΣοΦοκλῆς· δεῖ σου γενέσθαι τῷ δέ γ' ἀνδρὶ σύμμαχον (Trachin. 1175 (Br.) δεῖ σ' αὖ γενέσθαι τῷδε τ' ἀνδρὶ σύμμαχον.) Subiicitur aliud Scholion: quod est apud Ven. B. in quo περισπαστέον τὸ δῆσε. τὸ γὰρ ε τοῦ δέ ἐστιν. (δὲ δῆσε)

p. 446. vſ. 110. ἠΰτε καπνός. διὰ τὸ τύΦεσθαι ἐν τῇ ψυχῇ. vſ. 115. κῆρα δ' ἐγώ. Sch. V. ἐντεῦθεν εἴληπται τό· ἄγοις δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ οὐχ (corr. καὶ σύ γ') ἡ Πεπρωμένη. ὁποῖά ποθ' (corr. ὅποι ποθ') ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος. ex vlt. Epicteti. longe arcessita!

p. 448. vſ. 117. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ — ὅτι θνητὸς Ἡρακλῆς. πρὸς τὰ ἐν τῇ Νεκυίᾳ ἀθετούμενα. (Od. Λ, inde vſ. 600.)

Ad vſ. 125. Scholion Vict. habet verba, quae apud Eusath. leguntur p. 1134, 59. 126. μηδέ μ' ἔρυκε. ἔστι δὲ ὅμοιον Πινδάρου· ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ἄεθλος οὗτος ὑποκείσεται· (Ol. I, 134. 5.)

p. 450. vſ. 148. αὐτὰρ Ἀχαιοὶ — δαιμονίως ἀναλαμβάνει ἀφ' ὧν ἀπέλιπεν. (vſſ. extr. lib. Γ.)

p. 457. vſ. 198. ἀλλ' αὔτως. Etiam Sch. V. Ζηνόδοτος, αὐτός· ἀντὶ τοῦ ψιλῶς, (puto ψιλὸς) δίχα ὅπλων.

p. 458. vſ. 207. Etiam Vict. memorat lectionem Ariſtarchi, eiusque rationem ſubiungit: ἔστι γὰρ ἄτοπόν, φησι, πῦρ εἰκάζεσθαι καπνῷ. vſ. 210. ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι. Sch. V. καὶ Πίνδαρος· αἰθόμενον πῦρ ἅτε διαπρέπει νυκτί. Idem vſ. 213. Ἄρεως ἀλκτῆρες. Ἀρίσταρχος ἄρεω ἀπὸ τοῦ ἄρεως. et vſ. 215. ἀπὸ τείχεος, ἄπωθεν τοῦ τείχους. (ſcil. degreſſus vallo verſus foſſam.)

p. 461. vſ. 219. σάλπιγξ. Scholion de ſex tubarum generibus, per ſe ſatis memorabile, ap. Euſtath. p. 1139 52. extat plenius in Schol. Vict. Eſt in his: Μήλας δὲ Ἡρακλέους καὶ Ὀμφάλης, ἐν τῇ καθόδῳ τῶν Ἡρακλειδῶν ἀγαγὼν (τὸν σάλπιγγα) κατέπληξε τοὺς πολεμίους.

p. 464. vſ. 239. Ἥρη πέμψεν. Etiam Sch. V. ἐπεὶ ὑπέσχετο Ζεὺς· δύῃ τ' Ἠέλιος. (P, 455.)

p. 467. vſ. 251. ἰῇ ἐν νυκτὶ, reſpicit h. l. Plin. VII, 50. Ad. vſ. 252. Sch. V. ſententiam: ἀλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν — pluribus modis enuntiatam eſſe ab Homero: μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων. (J, 443.) καὶ· οἵπερ μὲν βουλῇ Δαναῶν περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι (A, 258.) καὶ· υἱέας αὖ πινυτούς τε καὶ ἔγχεσιν εἶναι ἀρίστους (Od. Δ, 211.)

p. 470. vſ. 266. πίθεσθέ μοι. Τυραννίων παρώξυνε τὸ πιθεσθε, (vt eſſet πιθέσθε) ἀγνοῶν, ὅτι μεταγενεστέρων Ἰώνων ἐστὶ τὰ τοιαῦτα, πιθέσθε, λαβέσθε.

p. 472. vſ. 274. σθένος, τὸ στράτευμα, τὴν δύναμιν. Adiicit Schol. Vict. καὶ Σοφοκλῆς· „ἐν τοῖσιν ἵπποις τοῖσιν ἐκλελειμμένοι ἴδιον εἰ χωρῶμεν ἢ παντὶ σθένει, an legere licet: ἐν τοῖσιν ἵπποις . . . ἐκλελειμμένοι ἰδίᾳ . . .. χωρῶμεν, ἢ παντὶ σθένει. *equitatu victi, vel pro ſe quisque vel toto exercitu,* πάσῃ δυνάμει, *obuiam eamus.*

p. 472. vſ. 277. Sch. Vict. τὸ πρωῒ καὶ ἕως ἐκ τῆς ὥρας δηλοῖ. (omnino, craſtina luce) διὸ προσέθηκε τὸ ὑπηοῖοι. ὡς καὶ Φίλοι ἥμων (Φιλήμων φησι, ſicque Sch. A.) — μεμίσθωνταί με δείλης πρωΐας ἀντὶ τοῦ, ἀρχομένης δείλης.

p. 477 vſ. 313. οὔτις ὃς — Sch. V. οὔτι γράφει Ἐπαφρόδιτος ἵν᾽ ᾖ ἀντὶ τοῦ οὐ. p. 479. vſ. 318. σκύμνους. δύο μόνα τίκτει λέων, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων. Obſeruatum iam ſupra ad λῖς ἠϋγένειος. θήλεια. ταύτης γὰρ τὸ γένειον κάλλιον, χαίτῃ δὲ οἱ ἄρσενες. explet eadem Euſtath. p. 1145, 12. ἄῤῥενες δὲ χαίτῃ μᾶλλον κοσμοῦνται.

p. 479. vſ. 319. σκύμνος et σκυμνός. Schol. Vict. eſt plenius quam Schol. A. in quo legitur: σκύμνος, ὡς ὕμνος, εἰς ἰδιότητα ἀνεγνώσθη. (h. e. ſi proprio ſenſu adhibitum eſt) τὸ μέντοι ἀνδρονυμικὸν (ἀνδρωνυμικὸν, ſi σκύμνος de humana prole dicitur, vt ap. Tragicos, v. c. Eurip. Or. 1213. 1388) ὀξύνεσθαι ἀξιοῖ ὁ Ἀσκαλωνίτης etc. Sch. Vict. σκύμνος, ὡς ὕμνος, ὅτε ἐστιν κατ᾽ ἰδιότητα. ὅτε μέντοι ἐπὶ ἀνδρὸς, ὀξύνεται. ἀναλογώτερον δὲ τὸ βαρυνόμενον.

p. 481. vſ. 331. ἱππηλάτα. ἱππικὸς, οὐ φυγὰς, ὡς οἱ νεώτεροι. De hoc v. ſup. ad B, 336.

p. 489. vſ. 369. Ἡφαίστου δόμον. ὅτι ἐν Ὀλύμπῳ τὸ χαλκεῖον Ἡφαίστου. Sch. V. ibid. l. 3. „cod. Canter." ſcribe Cant.

p. 490. vſ. 376. reſpicit verſus Longin. in fragm. VII.

p. 491. vſ. 378. τόσσον μὲν — Schol. B. etiam in Sch. Vict. in quibus additur: οἱ δὲ γλωσσογράφοι τόσον ἀντὶ τοῦ, τὸ σῶμα. vſ. 382. Χάρις. τινὲς, Θάλειαν αὐτὴν, οἱ δὲ Ἀγλαΐαν.

p. 497. vſ. 396. κυνώπιδος. γράφουσι δὲ καὶ, βοώπιδος. vſ. 399. Εὐρυνόμη. ἐπαναλαμβάνει, ὡς τῆς Χάριτος μητρὸς οὔσης Εὐρυνόμης. οἱ δε μεν Εὐρυνόμη τιτηνιας ειπε ετικτε. quid ex his extricem, haud habeo; Εὐρυνόμη Τιτηνιὰς eſſe videtur, quia ex genere Titanum orta eſt. An forte fuit ἡ δέ μιν Εὐρυνόμη Τιτηνιὰς . . . ἔτικτε. Inter diverſos Charitum mythos ap. Pauſan. VIII, 41. p. 684. et hic locus memoratur. Ap. Heſiod. Theog. 907 eſt: τρεῖς δέ οἱ (Ioui) Εὐρυνόμη Χάριτας τέκε καλλιπαρήους.

p. 500. vſ. 407. ζωάγρια. miro modo turbatum eſſe Scholion neceſſe eſt. Nam Sch. Vict. χαριστήρια τοῦ εἰς τὸ ζῆν ἦχθαι. μετὰ δὲ τοῦ· ἐπεὶ καὶ Σιμωνίδης φησί· τὸ ζῷον κάκιστον κέκτηται βίον. περὶ τοῦ κανθάρου.

p. 502. vſ. 413. λάρναχ' ἐς. v. ſup. ad Π, 221.

p. 503. vſ. 419. Sch. Vict. οἶδεν ἄρα καὶ ἀνδρίαν τὸ πλαστικήν. Corrige ἀνδριάντων πλαστικήν. ἔργα. τὰ τῆς ταλασιουργίας. ὕπαιθα, ἔμπροσθεν.

p. 506. vſ. 432. ἐκ μὲν μ' ἀλλάων ἁλιάων. Sch. V. ἔοικεν ἀγνοεῖν τὰ περὶ Ψαμάθης ὁ ποιητής. Pſamathen in animum reuoca Aeaco nubere coactam. Apollod. III, 12, 6. §. 3. ergo Thetis non ſola. Mox p. 507. vſ. 434. πολλὰ μάλ' οὐκ ἐθέλουσα. ἐντεῦθεν οἱ νεώτεροι τὰς μεταμορφώσεις αὐτῆς (Thetidis) φασίν. ἔστιν οὖν, ἐπὶ πολὺ οὐ θέλουσα.

p. 512. vſ. 458. υἷι ἐμῷ ὠκυμόρῳ. ἄνευ τοῦ ι. τὸ ἐμῷ. ἐκτέθλιπται γάρ. Sch. V. recte, modo ſcripſeris „ἄνευ του ι. ὑἵ ἐμῷ· ἐκτέθλιπται γὰρ (ſc. το ἵ.) Quaeſtionem de enſe eludunt Schol. Vict. et Ven. B. ad vſ. 458. et 460. πῶς δὲ ξίφος οὐκ αἰτεῖ; ὅτι καὶ ἄλλα ἴσως εἶχεν ἰσοπαλῆ ἀπολλυμένῳ ξίφει. ad vſ. 470 conueniunt Schol. Vict. cum Euſtath. Porro ipſos folles animatos eſſe, ἐμψύχους, obſeruant. vſ. 471. εὔπρηστον. τινὲς δὲ ἔκπρηστον.

p. 516. vſ. 477. Etiam Sch. V. ῥαιστῆρα κρατερήν. Ζηνόδοτος κρατερόν.

p. 520. vſ. 479. πάντοσε. ἔδει πάντοθεν εἰπεῖν. ad vſ. 480. inſertum in Victorianis Scholion, quod ad vſ. 490 memoratum vides.

p. 524. vſ. 488. ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται — Sch. V. τινὲς δὲ φασὶν, ἐκεῖ, ἵν' ᾖ καὶ κυνόςουρα. αὐτὴ γὰρ μειοτέρη πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι (Arat. vſ. 53.) ἀλλὰ, πρῶτα μὲν ἄμφω ἅμαξαι ὀνομάζονται, ὡς καὶ Ἄρατος· ἀτὰρ καλέονται ἅμαξαι. (vſ. 27) ἄλλως τε ὅτε ὑποτάσσει ὁ ποιητὴς, (vt nunc ἥ τε) τῷ ἄρθρῳ, οὐ σημαίνει, (nullam vim habet; et ἥ τε eſt pro ἥ) καὶ· ὅν τε καὶ ὑψόθ' ἐόντα. ἥ τε κύν' Ὠρίωνος· ἥ τε κατ' αἰγίλιπος πέτρης. ἥ τ' ἀνὰ νῶτα θέουσα. οἱ δὲ, (qui et ipſi vtramque Vrſam memoratam eſſe volunt) τὸ „ἄρκτον“ ἀντὶ πληθυντικοῦ· ὡς τὸ· θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα. (Λ, 416)

cum ſint duo dentes. Scilicet ad commenta reſpiciunt iſta ſuper οἴη vſ. 489. de quibus p. 589 dixi.

p. 527. vſ. 490. ἐν δὲ δύω ποίησε πόλεις. Scholion de interpretamento Agalliae Corcyrenſis, qui Eleuſinen et Athenas expreſſas eſſe voluit, habetur quoque, paucis mutatis, in Schol. Vict. ad vſ. 480. mira corruptela: ζάλις ἡ Κερκυραῖα φησι. pro Ἀγαλλίας ὁ Κορκυραῖος φησι. In vſ. 536. ἄλλον ζωὸν ἔχουσα etc. reſpici Immaradum et Clytium. οὗτοι γὰρ ἀπέθανον ὑπὸ τῶν Ἐλευσινίων, Ἰμμάραδος ὁ Εὐμόλπου, Κλύτιος ὁ Ἀγριόπου τοῦ Κύκλωπος, Ἔγρεμος ὁ Εὐρυνόμου τοῦ μετὰ Φόρβαντος. καὶ, pergit, ἄροτρον δὲ πρῶτος ἐκεῖ Μαίνιδος, ὁ καὶ Βουζύγης, ἔζευξε. τρίπολον δὲ τὴν ἄρουραν (vſ. 541. 2.) φησιν, ἐπεὶ Τριπτόλεμος πρῶτος ἔσπειρε σῖτον, ἐν βασιλέα φησιν. (vſ. 556) ἐν δέ τισιν ἔγραφε μετά τὸν· ἤμων ὀξείας δρεπάνας, (vſ. 551) καρπὸν Ἐλευσίνης Δημήτερος ἀγλαοδώρου. καὶ βοῦν φησι θύεσθαι. (vſ. 559) ἐκεῖσε γὰρ (Athenis) πρῶτος ἔθυσε βοῦν Δαύλων (ap. Euſtath. Θάλων) φυγαδευθεὶς, οἶνόν τε Ἰκάριος εὗρεν. ὁ δὲ χορὸς (vſ. 590) ὁ πεμφθεὶς μετὰ Θησέως ἐπὶ Κρήτην. Ceterum ex his Agalliae commentis plura in Scholiis in ſeqq. illuſtranda eſſe memineris.

p. 530. vſ. 500. δήμῳ πιφαύσκων. τοῖς περιεστῶσι τοῦ δήμου διασαφῶν. vſ. 502. Sch. V. Ζηνόδοτος, ἀμφοτέρωθεν. ἡ Μασσαλιωτικὴ δὲ ἐπήπυον ἀμφὶς ἀρωγώ. Corruptelae ergo deberi videtur ἐπίπυον in Ven. A.

p. 532. vſ. 504. ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ. Θέμιδος γὰρ ἱερὰ τὰ δικαστήρια.

p. 536. vſ. 511. ἐψύχωτο ἡ γραφὴ, ὡς καὶ τὰ ἀφανῆ δηλοῦσθαι τοῖς ὁρῶσι. Sch. V. 513. λόχῳ δ'. δεῖ νοεῖν τοὺς πολεμίους ἀφῃρῆσθαι τὴν λείαν, ἣν λοχῶσιν οἱ πολῖται ἰδίαν οὖσαν. vſ. 514. ἐφεσταότες in medio interponi, illuſtratur exemplis, ἄρχωσι in Υ, 138. Od. Κ, 513. 514 ῥέουσι. πρὸς δὲ τὸ ἀρσενικὸν ἀπέδωκεν, ὡς ἐν τῷ· μή τις οὖν θήλεια θεὸς — ſequente πάντες, Il. Θ, 7. 8. et inf. Σ, 593. 594. Ε, 760. 761.

p. 539. vſ. 523. τοῖσι δ' ἔπειτα. αὐτοῖς τοῖς ἐνεδρεύουσι, τοῖς ἀπὸ τῆς πολιορκουμένης πόλεως. Sch. V. recte.

p. 546. ad vſ. 546. l. 5. Pro Epaphrodito Heracleon memoratur in Schol. Vict. ἔστιν οὖν, ὡς Ἡρακλέων, τὰς ἑλκύσεις, παρὰ τὸ ἕλκω, ὄλγμος. καὶ ὄλξ γὰρ λέγεται. vſ. 548. Verſum hunc et νειὸν μαλακὴν vſ. 541 reſpicit Plinius XVII, 3. ad vſ. 549. τὸ δὲ πέρι θαῦμα. bene Sch. V. ἄπιστον δὲ καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ θαυμάζειν πιστὸν εἰργάσατο. p. 554. vſ. 572. ἰύγμῷ τε. Schol. Pariſ. γράφεται καὶ ἰωγμῷ, ἵνα ᾖ, διάξει. οἱ γὰρ κατὰ τάξιν πορευόμενοι καὶ προηγούμενοι κινηθέντες, ἐπὶ τῷ σκαίρειν, εἰς τὸν ἕνα διώκει. δηλονότι ὁ ὀπίσω τὸν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, κἀκεῖνος τὸν πρὸ αὐτοῦ, καὶ ἐφεξῆς πάντες. vanae argutiae. vſ. 557. μετ' ὄγμον. nunc ἐπὶ τὰς τοῦ ἀρότρου τομάς.

p. 550. vſ. 564. κάπετον Sch. V. τὴν ληνόν. (non aſſequor.) Ζηνόδοτος δέ φησιν ἀπὸ χαλκοῦ κεκαυμένου. (ſcil. effictam eſſe foſſam: quae pro ſaepe erat.)

vſ. 570. λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε. Schol. Vict. plura Scholia habet, quae ex Ven. A. B. Moſc. et Euſtathio appoſui. Enotabo ea, quae pleniora ſunt. In iis quae ex Philochoro laudantur, in Sch. V. eſt: ἡ δὲ κατὰ Λίνον ἱστορία παρὰ Φιλοχόρῳ ἱστόρηται, ἐν τῇ ιθ. καὶ παρὰ Μελανιππίδῃ. (Lyrico) ἡ δὲ καλουμένη Σφαῖρα (non σφῆρα) ποίημά ἐστιν εἰς τὸν Λίνον. ἀναφέρεται δὲ εἰς Ὀρφέα. (primum, haec ſunt aliunde inſerta; tum non conueniunt ei carmini quod in Biblioth. gr. Fabricii Vol. I. exhibitum eſt; diuerſum ergo aliud carmen eſſe debuit) Porro in Epigrammate in Linum ſcribit Vict. Schol. ὦ Λίνε, πᾶσι θεοῖσι τετιμένε. Praeter hoc et alterum, quod pro fragmento Heſiodeo habetur, affertur tertium, tanquam tumulo inſcriptum: κρύπτω τὸν θεὸν ἄνδρα, Λίνον, Μουσῶν θεράποντα, τὸν πολυθρηνητὸν Λίνον Αἴλινον. ἡ δὲ πατρῷα Φοιβείοις βέλεσι γῆ κατέχει φθίμενον. ſerioris ingenii hoc eſſe apparet. Inter reliqua: οἱ δὲ, ὡς Ἀγροῖκος ὁ παῖς (f. Οἰάγρου ὁ παῖς) λίνου ἐντετάκει τῇ καθάρᾳ Ἀρίσταρχος ὄνομα ὕμνου ἐπὶ Λίνῳ τῷ ἥρωϊ.

Ad σκαίρειν, quae ἔμμουσος ſaltatio eſt, vſ. 572 pertinet, quod in Sch. Vict. eſt ad 571. ῥήσσοντες. εἰ καὶ ἑτέροις ὀνόμασιν ἐχρήσατο, ὡς ἐπὶ ἀγροίκων. μὴ οὖν παρέβαλε (f. παράβαλε) τὰ Ἡσιόδου· πόσ᾽ ἀπαλοῖσι ὀρχοῦνται (Theog. 3) ἐπὶ θεῶν, ἢ εὐρύθμων. ad vſ. 572. Oppiani verſus ἐν Ἁλιευτικοῖς (lib. I, 134. 135) plenior legitur, quam in Ven. B. καὶ σκάρος, ὃς δὴ μοῦνος ἐν ἰχθύσι πᾶσιν ἀναύδοις Φθέγγεται ἰκμαλίην λαλιὴν ἀφείς. at Schol. Vict. habet λαλαγήν.

p. 555. vſ. 576. περὶ ῥαδινὸν δονακῆα. Vt in Scholiis ceteris, ita in Victor. lectiones confunduntur: nam: „παρὰ ῥοδανόν. Ζηνόδοτος, ῥοδανόν. immo ῥαδαλὸν vel ῥαδανόν. nam adiicitur τὸν εὐκράδαντον διὰ τὸ ὕψος.“ Mox in Schol. B. eſt: Ζηνόδοτος δὲ γράφει κραδαλὸν, at Vict. ῥαδαλόν. Tertium Scholion: παρὰ ῥοδανόν. παρὰ τὸν καλαμῶνα τὸν δι᾽ ἰσχνότητα εὐκράδαντον. v. Obſſ. ad h. v.

p. 562. vſ. 591. alii ſic acceperant: τῷ ἴκελον οἷον h. e. μόνον, ἵν᾽ ᾖ, μόνον τούτῳ ὁ Δαίδαλος ἐποίησεν ὅμοιον χορόν.

XIX (T)

p. 598. vſ. 9. Schol. Vict. γράφεται καὶ· θεοῦ ὑπὸ χειρὶ δαμάσθῃ. et ad vſ. 10. τύνη· ἀεὶ ἐπὶ ἀρσενικὸν λαμβάνει ὁ ποιητής. vſ. 13. ἀνέβραχεν. ψόφον ποι ἀπετέλεσεν. corr. ψόφον ποιόν. ἄλλως· ἀντὶ τοῦ· φωνὴν ἀφῆκεν. ἐψύχωσε δὲ τὰ ὅπλα, διὰ τοῦ ἔβραχεν. (mirae argutiae!) ὡς καὶ ἐπὶ Ἄρεος· τόσον ἔβραχ᾽ Ἄρης ἆτος πολέμοιο. (E, 863.) ἔκλαγξαν δ᾽ ἄρ᾽ οἰστοί. (A, 46) ἐντεῦθέν τινες τὰ ὅπλα ἔμψυχα ἐνόμισαν εἶναι. διὰ τοῦτο εἰκότως καὶ οἱ Μυρμίδονες δεδοίκασιν. Ceterum in plerisque huius libri locis comparaui iam Schol. Vict. in Obſſ.

p. 600. vſ. 18. τέρπετο δ᾽ ἐν χείρεσσιν. Sch. V. τινὲς δὲ γράφουσι· τέρπετο δ᾽ ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶν. vſ. 21. οἷ᾽ ἐπιεικές. ἐν ἑαυτῷ τὸ πρᾶγμα τὴν ὑπερβολὴν ἔχον, ὑπερβολὴν οὐκ ἐπιδέχεται μείζονα. καὶ Ἀνακρέων· κωμάζει δὲ ὡς ἂν δεῖ, Διόνυσος. αὐτὸν αὐτῷ συγκρίνας. Scholion hoc ipſe P. Victorius edidit Var. Lect. XXXVIII, 14.

vnde eſt ap. Fiſcher in fragm. Anacr. CXXXVI. p. 459.

p. 602. ad vſ. 27. l. 11. de *αἰὰν*, poſt Erotian. adde: Schol. Porphyr. ad X, 431.

p. 607. vſ. 53. Sch. Vict. *Φερεκύδης Κόνωνά φησιν. ἄμεινον δὲ, παρὰ τὴν σύνεσιν.* (ſcil. vt ſit a *κοέω* pro *νοέω*) *Ἀντήνορος γὰρ* (prudentis viri) *αὐτὸν λέγει.*

p. 608. vſ. 62. *ἀπομηνίσαντος. Χαμαιλέων δὲ γράφει, ἐπιμηνίσαντος.*

p. 609. vſ. 68. *ἀσκελέως αἰεὶ μενεαινέμεν.* Schol. Vict. praeſcriptum habet *ἔριδι μενεαινέμεν. ὡς· ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι.* A, 8.

p. 611. vſ. 75. Etiam Sch. Vict. cum Ven. B. *Φησὶν Ἐπαφρόδιτος, ὅτι καθεζόμενος ἐδημηγόρει —.*

p. 617. vſ. 82. *λιγὺς ἀγορητής.* Sch. V. reddit *καὶ λίαν σοφὸς ὑπάρχει.*

p. 618. 9. vſ. 87. *ἠεροφοῖτις Ἐριννύς.* Schol. Vict. *ἢ οἷον ἐρεβοφοῖτις· ἔνιοι δὲ ἱροπῶτις, παρὰ τὸ Αἰσχύλειον. παρὰ τὸ εἰς ἔριν νεύειν.* (an *εἰς ἔραν? γῆν*) *οἱ δὲ, εἰαροπῶτις.* vt ſit ab *εἶαρ* pro *αἷμα.*

p. 620. ad vſ. 90. lin. extr. non *θεοὺς διὰ*, ſed *θεὸς διὰ πάντα τέτυκται* Schol. Vict. exhibet.

p. 624. ad vſ. 95. l. 5. 6. muta interpunctionem hoc modo: „et ceteri, qui non viderunt, *Ζεὺς ἄσατο* eſſe *ſtultitiam commiſit;* at h. l. requiri: *Aten laeſiſſe Iovem.* Hoc ſenſu deberet eſſe: *Ζεὺς ἀάσθη·* nam antecedit *βλάπτουσα ἀνθρώπους*, et nunc ipſum Iouem. Aut, hoc verſu excluſo, ſequi debet etc. Poſt Bentleium ead. pag. tentauit locum quoque Knight p. 56.

p. 626. vſ. 104. *ἐκφανεῖ.*

p. 627. vſ. 105 extr. vbi *αἷμα* idem quod *γένος* eſſe: add. Vita Homeri Herodotea ſub fin. *τοίων γὰρ πατέρων ἐξ αἵματος ἐκγεγάατε.*

p. 633. vſ. 123. *Σθενέλοιο Περσηϊάδαο. πέντε παῖδες γεγόνασι Περσέως καὶ Ἀνδρομέδης· Ἀλκαῖος, οὗ καὶ Λαονόμης, ἢ Ἀστυδαμείας, τῆς Πέλοπος, Ἀμφιτρύων. Ἠλεκτρύων, οὗ καὶ Λυσιδίκης Ἀλκμήνη. Αἴλιος* (corr. *Ἕλιος*)

ἀφ' οὗ πόλις τῆς Λακωνικῆς, Ηλος (corr. Ἕλος). Μήστωρ οὗ Ἱπποθόη. ἢ Πτερελάῳ γαμηθεῖσα. Σθένελος, οὗ καὶ Μενίππης Εὐρυσθεύς. Sch. Vict. et Townl. v. Apollod. II, 4, 5. et ib. Not. Addunt ead. Schol. ex his apparere, Sthenelum fuiſſe priuatum, nec regni ſeu ſucceſſionis, ius habuiſſe; vt nec ipſum Herculem.

p. 634. vſ. 126. De Ate eadem fere, quae in Schol. B. Vict. leguntur, ſunt ap. Suidam in Ἄτη. Ceterum memorabilis mythus eſt in hoc, quod *Ate* ſedem habuit in Olympo, ſcilicet tanquam dea; etſi auerſanda; quodque illa ex Olympo praecipitata ad homines peruenit. Alio modo Aſtraea ad Olympum fugiſſe narrata.

p. 647. vſ. 183. ὅτε τις πρότερος χαλεπαίνοι. vt vſui τοῦ χαλεπαίνειν conſentanea ſit oratio, quandoquidem βασιλεὺς ἀνὴρ ſubiectum eſſe debet, praeſtabit corrigere ὅτε τι πρότερος χαλεπήνῃ, *ſi ille*, prior iniuriam paſſus, *indignatur*. τὶ, κατά τι, male mutatum, cum producatur et tono et priore littera πρότερος.

p. 656. vſ. 222. l. 3. interpunge: „quod bene expulit in altera. Laudatum illud ex — verba inflectente. ᾗς τε —“ Grammaticorum ariolationes ad h. l. ſunt quoque in Pariſ.

p. 657. vſ. 224. l. 2. Iuſtin. Cohort. paullo poſt princ. §. 2.

p. 658. vſ. 228. ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν. ἔστι δὲ ἡ λέξις Ἀντιμάχειος. καὶ Ἐρατοσθένης χαίρει ταῖς τοιαύταις ἐκφοραῖς. πολλη αντιμαχηστυς. poſtrema corrupta ſunt. priora referam ad lectionem κατθάπτειν. contractis ſyllabis.

p. 659. vſ. 240. Λυκομήδεα. Κρὴς ὁ Λυκομήδης. ὥς φησιν Ἡσίοδος, καταλέγων τοὺς μνηστῆρας Ἑλένης. non occurrit in catalogo Apollodori III, 10, 8. quem ex alio poeta ductum eſſe neceſſe eſt.

p. 665. vſ. 265. Sch. V. ὅ τι σφ' ἀλίτηται. ὃς ὀμόσας αὐτοὺς ἁμάρτῃ. et tamen τὸ δὲ, σφὲ, ἔσθ' ὅτε καὶ ἐπὶ ἑνικοῦ. „καὶ γάρ σφε πάρος. (Λ, 111.)

p. 665. vſ. 267. πολιῆς ἁλός. Schol. Vict. ad ea, quae de πολιὸς in Schol. B. et T. leguntur, addit: ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν Ἐπιμερισμῷ. hic eſt igitur auctor argutiarum de h. v.

p. 668. vſ. 284. ἀμφ' αὐτῷ χυμένη. Sch. Vict. ἡ ἀντωνυμία τῆς φράσεως τὸ περιπαθὲς καὶ σπουδαῖον ἐμφαίνει τῆς γυναικός. quomodo ἀντωνυμία? pronomen? en ſtuporem librarii! erat ἡ συντομία τῆς φράσεως. ſicque legitur in Schol. B. Porro χυμένη. πρὸς τὸ παλαιὸν τοῦ γυναικείου σώματος. immo, πρὸς τὸ ἁπαλόν.

p. 669. vſ. 291. add. in Schol. Vict. κατὰ γὰρ Μνασέαν Βρίσεως υἱὸς ἦν Ἠετίων. ᾧ ἔδοσαν. τινὲς, ᾧ ἐνεγγύησαν καὶ ἐμνήστευσαν. παρθένος γάρ. διὸ καὶ κούρη λέγεται. vſ. 292. Verſus Sophocleus in Schol. B. laudatur: (ἐπιτείνεται τῇ ὄψει τὰ παθήματα· καὶ Σοφοκλῆς· ὄψις γὰρ ὤτων κριτικωτέρα πᾶσιν) vitioſe ſcriptus, magis etiam decurtatus eſt in Schol. Vict. „ἡ γὰρ ὄψις οὐ πάρα."

p. 670. vſ. 298. Etiam Sch. V. κουριδίην, λείπει ὡς (ita ſcriptum) ὡς· Τηλεμάχου ἑτάρω κασιγνήτω τε Od. Φ, 216.

p. 673. vſ. 306. μή με κελεύετε. παρακαλεῖτε. „ἐπήνεον ὡς ἐκέλευον" (Δ, 380) ἀντὶ τοῦ· παρεκάλουν.

p. 677. ad vſ. 326. l. 8. „reducem" leg. *redux*. Schol. Vict. τινὲς μὲν ἐκεῖ ἐκτεθῆναι αὐτὸν ὑπὸ Θέτιδος. ὁ δὲ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα, ἀναζευγνύντα αὐτὸν ἀπὸ Τηλέφου προσορμισθῆναι ἐκεῖ. l. 12. „Πηλείδης" ſphalma corrige Πηλείδην. Subiicitur in Schol. Vict. verſus alter, quem paullo poſt ex Euſtathio adſcripſi: ἔνθα γ' ἐς (melius, ἔνθ' ὅγ' ἐς) ἀργαλέον λιμέν' ἵκετο νυκτὸς ἐκείνης. Porro de Scyro: ᾤκησαν ἐν αὐτῇ Δόλοπες, μοῖρα Θεσσαλῶν. Poſt haec interponitur Scholion, quod adſcripſi inf. Obſſ. ad Ω p. 752.

p. 681. vſ. 346. l. 2. ἄπαστος.' ἄγευστος. παρὰ τὸ γεύσασθαι. interpone παρὰ τὸ πάσασθαι, τὸ γεύσασθαι.

p. 682. vſ. 358. Laborant quoque Schol. Vict. αἰθρηγενέος. τοῦ γεννῶντος τὴν αἰθρίαν, τοῦτ' ἔστι, τὸ ψῦχος. ἐνίοτε δὲ (f. ἔνιοι δὲ) καὶ, τὸν αἰθρίας αἴτιον. ἔστι δὲ

μαχόμενον τῷ· ψυχραὶ νιφάδες. αὕτη γὰρ προτέρᾳ ἐκδόσει συμφωνεῖ. fuit ergo duplex lectio Ariſtarchea?

p. 686. vſ. 365. Sch. Vict. ſolum hoc: ἔπριε τοὺς ὀδόντας. οὐχ ὡς ὁ Δόλων. (K, 375) Ceterum ad h. l. reſpexit Plutarch. in Philopoem. p. 361 C. p. 687. vſ. 374. ἀπάνευθε σέλας γένετο. Sch. V. πόῤῥω διέβη ἔκλαμψις· tenue vtique verbum, ἀπάνευθε γίνεσθαι, pro τηλαυγεῖν. vt ap. Pindarum eſt τηλαυγὲς φέγγος.

p. 690. pag. med. „Verum idem Ariſtarchus — l. 3. Bentleium video emendare: περήθη. corrige πειρήθη. Et paullo poſt „Payne Knight p. 73 f. δὲ ἑϝ. corrige ἑϝ'.

p. 697. med. ad vſ. 402. ἐπεί χ' ἑῶμεν πολέμοιο. Etiam Schol. Par. ἐπεί χ' ἕομεν. τινὲς χέομεν. ἀντὶ τοῦ ὑποχωρήσομεν. ἄλλοι δὲ ἀντὶ τοῦ, ἀναμιχθῶμεν τοῖς πολεμίοις.

p. 700. ad vſ. 406. Ad Schol. Townl. quod et eſt Victor. monendum erat, non eodem modo animantia induci vocalia ab Heſiodo, Archilocho et Aeſopo, quam ab Homero; nam in his inuentum ſunt ſagacioris ingenii ad praeceptum ethicum edendum; at in Homericis eſt mythica perſuaſio rei vere ita geſtae et ad mirationem mouendam idonea, quae in epica poeſi regnat.

p. 724 extr. „eodem *fore* tempore“ corrig. ſere.


p. 742. in Excurſu III. ad ἐίσκω, ϝεΐσκω v. Obſſ. ad Φ, 332.

p. 748. ad voc. ἑός. quod Bentlei. ſcribebat ϝεος. ideoque εἶπε πρὸς ὅν — emendat ειπε ϝεον. malim εἶπε ϝεϝον. ſed praeſtat ſequi id quod toties occurrit ὡς ἄρ' ἔφη προς ϝον θυμόν.

p. 755. ἥνασσε et ἥνδανε quod eſſe debet εϝανδανε. ita et Herodot. IX, 5 ἑάνδανε. vt idem ἕαδε. vt IV, 145.


p. 756. poſt ἦρα. add. ἠρίον. ϝηριον. forte ex ipſo illo ϝηρ. μεγα ϝηριον. Ψ, 126.

p. 759. Ἴλιος. — „Interpolatum“ adde: H, 345. Z, 386. p. 760. Ἶς, ἰνός, adde ϝις. p. 764. l. 2. ολοϝη. v. ad A, 362 ὀλοϝῆσι φρεσί. p. 769. poſt ὄϊς. inſere Ὀϊλεύς. Oϝιλευς. ad B, 527.






UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 02008 7626


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE